BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU

Wm

Livius

Venetiis 1495


Livius
Venetiis 1495



T. LIVII DECADES

Ex Biblioth.
Universitatis
Frider. Guil.
Berolin.

JOHANNES HANHOFERUS Neap. Pal. Anno 1597

=Hain 10141

BIBLIOTEKA
UNIWERSYTECKA
W POZNANIU

III

T. LIVII DECADES

Ex Biblioth.
Universitatis
Frider. Guil.
Berolin.

IO.AN.EPISCOPI ALERIENSIS AD SVMMVM PON.PAVLVM.II.VENETVM.ET MARCVM SANCTI MARCI CARDINALEM EPISTOLA.



Austo ac felici solo tuam urbē pater beatissime Paule.II.uenete:Pont.maxime ac fortunatis originibus posita a primis illius fundatoribus cū secuta imperii magnitudo testat̄:tū in primis illud:quod aut eodē in loco maxima innumera q; excellentiū hoīum sunt exorta ingenia:aut undequaq; oriūda natalis dulcedinem pīæ Roma felici migratu cōmutarunt:fortunæ maioris uicem:ac munus romana sibi mœnia fore arbitrati.Romā.n.ex iis plurimi post diffusum late imperiū:qui in diuersis terrar̄ partibus nati sunt:miro studio ueluti in primū:& maximū orbis theatrū conuolarūt.Cuius rei hodie quoq; spēm amplissimā cernimus:cum ex tot clarissimis regionibus in tua felici curia tantæ maiestatis patres intuemur:ut merito haud ita imperii iure & si id quoq; permagnū est ut fidei & religionis gratia sacrosanctæ:qui est splēdidior & iustior in terris principatus:ab exordio ad tantā rer̄ molem tua urbs esse præparata noscat̄.Creuit ab exiguis quidē initiis (pater sancte) urbs tua ingeniis quoq;:ac scriptis clarorum hoīum:uariarūq; linguar̄ uocibus celebrata:quæ tanq̄ ad speciem sui oculos luminis fulgor:ac splendor rapit:ita quicquid magna nixum uirtute & claræ indolis sibi conscium omni in genere mortalium fuit:claritudine ac nitore ad sese ꝓpriæ maiestatis allexit:ut breuissime uerissimeq; pœta magnus cecinerit.

Scilicet & rerum facta est pulcherima Roma.
Septem quæ una sibi muro circundedit arces.

Ver̄ sicuti nihil æque difficile est atq; quibus ex orbis terræ partibus præstātioris ingenii romana felitas nois tanti magnitudine uiros ad se ornādam traxerit:ita constāti doctor̄ consensu ex tua Venetia liquet florentissima quidē & uiror̄ sūmor̄ huberrima:ingenii quosdam:& doctrinarū primar̄ cultu facile principes Romā accecisse:Quis est.n.Virgilio suo in genere:ut ab eo īcipiamus:maior̄ quis plynio doctior:quis liuio candidior & huberior:hos certe elegātissimos:& maximos misit Venetia:quorum reliquis de eor̄ laudibus loco alio seruat̄ oratio:patauino nostro ueneto amplissimū diuus Hieronymus testimoniū reddidit:In quo certe illud fuit:quod præterea fortasse datum est nemini:ut seipsam facilius in momento ære perēnore:quam uel in imensis ædificior̄ molibus:uel in legū uenerādis sanctionibus:imperii tanti uiribus atq; magnitudine nudam:& seriam:non absq; sūma dignitate maiestate amplitudine:gratia:& quod est his maius oībus:æternitate orientem simul coalescentemq; ad fastigium usq; prouectam:ibiq; placidissime generi humano dominātem Romā licuerit.Tibi igit̄ pontifici maximo historicor̄ primū & maximi imperii ornatorē:ac per te cultissimo tuo:ac modestissimo Marco sancti Marci cardinali:ēpo uicentino:quam fieri potuit diligentissime recognitū:siquid unq̄ alias hoc tēpore potissimū destinaui:morem meū tua uenia in præsenti etiā epistola seruans:ut animi gratia paulo huberius scribam:quā fortasse epistola postularet.ille uero dictiōis huius erit modus:

Laudationē primum delibabo liuianam:rem mihi in primis arduā uires proprias æstimanti:quis enī tam elegāti frætū se putarit ingenio? quis ea doctrinæ copia quis tanta erit eloquentiæ uel arte politus uel natura præditus:uel imitatione formatus uel studio præparatus:ut ornatorem audeat amplitudinis ro.imperii Liuiū non inepte:non ieiune:non minus auctoris merito predicare? quod ē tamen ideo temptandū in præsentia:ne laudati romani nominis grauis prædicator exilem:ac modicū saltem in operis sui principio non habeat præconem.Conabimur illud igit̄:ostendemusq; deīceps:quo præeunte nostris potissimū diebus ausi simus Liuium attrectare:illius auctoris admiratione succensi:nō tamē marte impotētes ad magnificæ dictionis eius intelligentiā aspirare.quid ego deniq; ac illustri lectione me plurimū delectet collegisse.ita labor mihi lectionis leuabitur:& quibus maxima debeo paua opa satisfaciā Sed id primū confiteor non magis opinione mea liuianæ dignitatis attingi laudē posse:quā triumphātis Romæ splendorē cerni:quæ oceano imperiū astris famam terminauit.Satis ne cōmēdabit Liuiū quisquā:qui maxime oīum inter historicos cēsetur flumine labi perpetuo eloquentiæ tanta ubertate nitore ac gloria:ut Roma imperio per illius decus dicendo coeq̄rit? Neq; enimq; urbs præpotēs tot annor̄ tantar̄ nationum dominatu præstātius armis bellauit:togaue pacis tradidit morem non sublimius inquā uictor nationum populus:& eor̄:quos uicit illustris moderator:aut generosior in rebus gerendis:aut in gubernando iustior fuit:quā noster historicus domitoris nationū pofacta dictaq; in utriusq; sorte fortunæ æquabili rettulit dictione:Talis quidē ac tantus sui singulis atq; oībus operis partibus:quales & quanti uiri ii fuere:& singuli:& uniuersi:quor̄ manibus:ac cōsiliis illa sunt gesta.Herculē.n.merito hystoriarum dixerim:quod alacris ubiq; incedens robustus & floridus:nulla rer̄ difficultate:nullo obrutus pondere superat̄.Non illū uarietas cōfusum:non simplicitas historiæ fastidientē reddit in tenui:quod persæpe accidit:atq; humili rer̄ materia:non est exanguis:aridus:& ieiunus:in copia uero:ac magnitudine turgescens non exit ac uastus:plenus citra tumorē:æq̄bilis ac lenis citra molliciem.nec luxuriose effluens.nec nimia sterilitate tabescens.in asperis rebus nō salebrosus:neq; languēs in mollibus.non uiolēta & coacta oratione subsultans non ita tamē copiosus ut nimius:neq; ita suauis:ut lasciuus:nec adeo lenis ut remissus:non sic tristis ut horridus.neq; ita simplex:ut nudus:aut adeo comptus:ut affectata compositiōe calamistris uideatur iustus par uerbis ma

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

teriæ:par ſententiis:rebus:in re geſta exprimenda grauis:atq; magnificus & tamen ſuccinctus ac proprius.in narratione naturalis:& ſemper expectatus:ordinem minime confundens & reꝝ euenta non præcurrens minime in gratiam adulator:aut reprehendendo parcus inueniam.non amarã lætus innoxam.Ipſi quoq; Senatui ordini illi orbis terræ moderatori uenerando po.q.ro.terraꝝ principi uel temeritate præcipiti:uel errore lapſo:uel quacunq; forte ratione ſupra modũ iuſtumq; euecto nequaq; parcens.Res etiam aduerſarioꝝ debita cõmendatione non defraudans:ut mõ narrator tantum:mõ cenſor eſſe uideatur:atq; ita ſeuerus:& tetricus:ut ne cẽſoribus quidem grauiſſimis:quibus nihil Romæ ſanctius fuit:ubi facto uſus:fuit:unquam ignouerit.Quibus quidem uirtutibus ſummis clariſſimiſq; ſcriptoribus cõparatur:ſicuti:in ſententiaꝝ ubiq; præcipue:tamen in conſiliis:& diſceptatiõibus maieſtate.at uero in concionibus ante oĩa uerboꝝ parcus:ſentẽtiarum diues multo etiã uerbis:quam ſenſu reſtrictior atq; conciſior.in qua parte non cæteros ſcriptores tãtum:ſed ſeipſum quoq; longe antecellit:ut aliquanto anguſtius differens ſermone humano ad oraculoꝝ pene reſponſa accedere iudicetur.Quæ res ſi ſunt ulla artæ acquiſitæ:cur nemini unquam diſcipulo æmulandæ tradi potuere?cur a quo ſint præceptore ſumptæ:non differitur ſint:ut potius reor:naturæ fuerunt excellentis uiro unico illi:& ſingulari magis cælitus præbitæ quam humanitus:uel traditæ uel meditatæ ſunt cenſendæ: ut maieſtas illa æternæ rationis ſimul ac romanum potentatũ decreuit:tantopere ſupra oĩa ĩperia emi nere:continuo quoq; eiuſcemodi ſcriptorẽ eius decerneret:qui dictiõis gloria par ro.potẽtatui æqualem in oĩbus ſibi hiſtoricum neminẽ unquam eſſet habiturus:nam nemo plenius aures hoĩum iplet uiuidius aĩos penetrat:excitatq; facilius affectiones nemo acrius proponit:uehementius perſuadet: aſperius irritat:urget impenſius.nemo diſſoluit aptius:ſedat facilius.uelocius diſſuadet cumq; in delectando ſit ſummus:in amplificando ditiſſimus:exemplis in primis copioſus:ſtimulos præcipue habet utrãuis in partem accõmodatiſſimos:aculeoſq; accerrimos:& tormentis uerba ſimillima:ut quocũq; intenderit:humanos illuc ſenſus affectioneſq; uel torrentis rapiat modo uel turbinis more proſternat:uel roris uice refrigeret:blandiq; malagmatis ad oẽm multitudinem reſtringat exemplo.Extollant Timotheũ alii:Orpheũ prædicent:illũ fidibus & cantu armatoꝝ rabiẽ:iſtum dirarum horrificos tumultus leniſſe.illoꝝ profecto artes perdiſcere nemo eſt uetitus:huius ne ediſcerentur conciões:edicto eſt principũ interdictum:qĩñ tantus nullo quiſq; fuerit tpe inflectendoꝝ quouis animoꝝ:uel artificio:uel gratia uel natura.Quid multis ĩmoror? non materiæ magis Liuii decades felicitate cenſendæ ſunt:quam ipſe romanoꝝ inde feliciſſimus potentatus quod liuium illi contigit habere præconẽ.huius ſit orationis ſumma:hic cardo ueluti ſolum ro.imperium denuo refloreſcens:aut nulla mundi potentia Romã rediuiuam ex ſuis buſtis:ac ingentiũ molium parietibus:quæ ſparſa:lacera:& tunca conſpicimus excitabit inſtaurabitq; oĩo pari modo:aut Liuius ſi reſtituatur ab inferis:aut mortaliũ:q ſunt quiq; erunt:nemo extinctas ſuæ hiſtoriæ partes renouabit aut ſimiles cudet.Quod ſi cuipiam dicere nimis uideor:ea hiſtoriarum membra in manibus ſumat:quæ noſter Liuius ſemel abſoluerat: nã hodie quoq; ex græcoꝝ theſauris ſuperſtes ad nos peruenit hiſtoria:& uel ex Polybio magno quidem illo & graui ſcriptore primũ punicũ bellum a Fabii retro Gurgitis & collegæ inchoans quando ibideſiit Liuius conſulatu uel ex Appiano alexãdrino:uel auctoꝝ alio bella ciuilia ſocialiaue aut cætera rõanoꝝ rerum membra complectat.At ſunt uiri clari:& nobiles:qui hæc cum laude uerterunt in latinum:nõ equidem inficias eo uerum ea non ſunt talia:ut cum liuianis ſcriptis conferantur.Hactenus pauca de uio.Ad primi æuo noſtro prelectoris eius memoriam propero.nec tacebo Franciſcum Petrarcam:qđ faudo accepi:modeſtiſſimũ illum quidem:& amœni cultus:atq; ingenii uirum non mediocriter tempeſtate ſua in liuiana hiſtoria uigillaſſe:ſed ille:ut dicam:cum Pacuuio ſibi profecit:& muſis:illud ueriſſime referre me puto primum omnium ætate noſtra Victorinum ſeltrenſem lectionem publice audientibus præbuiſſe liuianam ingẽti hominum admiratione & fama.Quo uiro:quia mihi Chriſtus Dominus dedit:ut altore ſim uſus atq; præceptore:ueniam præfatus:peto:ut mercedis loco pauca de illius moribus te audiente perſtringam.Victorinus feltrenſis æui noſtri Socrates:ſæculi ſui ornator ac decus:fama & gloria academiæ mantuanæ:uiuẽs ille quidem uite conſtantia uenerabilis:legẽs admirabilis abſens quæſitus:mortuus admodum deſyderatus:hoſpes ille quinimo pater paupeꝝ ſtudioſoꝝ:humanitatis ſuſcitator:latinitatis erector ſapientiæ magiſter honeſtatis ſpecimen bonitatis exemplum:diuitiaꝝ contẽptor:ingenioꝝ ſubleuator:& alia plæraq;:& Liuium primus ut intactum pelagus atq; inexpertum noſter Tiphys aperuit:& patauinos theſauros heſperidum hortis cluſiores patefecit ille quidem in Italiæ natus ueneto angulo Patauii partim:ptim Venetiis ingenti gratia & fama:& qđ eſt in docentibus laudatiſſimum:magna docuit cum integritate:ubi cũ auditoꝝ liberalitatibus grandem poſſet pecuniã facere:ita diuitum ſcholaſticoꝝ dona capiebat neq;.n.uir ille quæſtu docebat mercẽnario ut Proculi illius ſocratici præceptoris more atq; inſtituto daturus aliquid:aliquid ſumeret ut diuidẽda haberet in pauperes ſtudioſos:tãtum.n.aberat:ut fundis delectaret ac peculio:ut ſingularibus annoꝝ oĩum contentus ueſtimẽtis æſtatis atq; hyemis.quotannis in egentiores:quos domi alebat:& docebat:bina ſua diuideret ſuis manibus indumenta.Haꝝ fama uirtutum Io.Franciſcum Marchionem illũ inclytum mantuanum:car.illuſtris:ac liberaliſſimi mãtuani auum ad illum Mantuã trahendum incẽdit:quo cum plurimo honore:& donis tandem ueniſſet principis liberis datus eſt præceptor.Iſtic ego ſum illo uſus parente & magiſtro:Iſtic Liuii decadum partem prælegentem audiui:qđ ideo non fuit ſilentio Prætereũdum:ut ſiquid in recognitione profeci:auctori acceptum Victorino

Inc. 278

14/12102

referatur.tantum enim abest:ut me pœniteat præceptoꝝ meoꝝ gloriæ ut id unum ac maximum docti animi atq; ingenii argumentum censeam:a quibus ipse hauserim oia fontibus referre magistroꝝ. Qui plura uoluerit discere de Victorino:sunt.n.eius omnis ponderis:ac dignitatis plæne actione Saxoli pratensis inter cõ discipulos nostros minime contẽnendi.quanq̃ admodum iuuenis ille fato concesserit:librũ legat de uita & moribus Victorini:aut cæteroꝝ:quibus laudi magnæ est:nõ mores:& uitam solum uerum etiam totam Victorini scholam perscripsisse: quorum scriptis potueram equidem esse contentus:nisi in eadem cultus officina:obtusiore licet scalpro:mihi uisus in præsenti epistola forem nõ absq; ingratitudinis crimine potuisse dissimulare ac præterire Victorinum.Venio ad te patercolendissime:cui:ut ipse nosti.maxima debeo:atq;:ut cæteri se in hac quoq; haud exigua humanitatis parte tibi debere sciant:cogor ostendere.tua enim opera subsidioq;:ac liberalitate impressoꝝ nostroꝝ ars iuuatur:& crescit:unde mirum in modum egenorum necessitatibus subuenitur:cum doctissimus ipse ac minime inuidus libros excellentes omnis generis habens facultatum:nobis uolens & expositus bibliothecam tuam semper aperias.Tu uero:ut reuertar ad Liuiũ modestissime uir atq; sapiẽtissime:in nostro teipsum codice:hoc est incredibiles animi tui uerecundi in primis uirtutes:ut sepissime antea pcensens:nunc quoq; non sine ratione delectabere.Grauis enim morum tuorum censura:quo lãctius monumẽto cognosci:quo exemplo reddi uerius potest:& si præcipua pars tui uirtus uere christiana quasi manus optimi pictoris extrema: quod constanter fateor: omni gentilitatis ornamento in te superlinenda restabat.Recognoscis tu quidem in liuio laudes tuas:cum illustrium uirorum uerba: & actiones legis in alio religionis cultum:in alio animi magnitudinem in alio uitæ omnis tenorẽ æqualẽ:& iugem.hic tuam maximam modestiam:quæ,per raro in alto dignitatis & status fastigio positorum est comes:refert hic tuarum in republica sententiarum modum.hic incastigandis moribus multe leuitatis grauitatem.Mihi quidem hæc ꝓxime legenti tu iugiter eras in mente:actionum tuaꝝ imaginem in grauissimis & compositissimis uiris de ꝓpinquo cernebam.in Qu.Fabio Maximo placidum ac cunctabundum tuum ingenium admirabar.in Furio Camillo maximi animi uigorem:grauitatem:atq; in omni fortuna constantiam.in Appiis miram scientiam:atq; facundiã in Scipione dexteritatem:alacritatemq; animi:& minime inanes cogitationes ardua & magna negotia capescendi.in T.Quintio prouidentis ac mirifice casti pectoris tui monita salutaria.in Papyrio celeritatẽ:atq; indefessum ad res gerendas robur.in Valeriis popularitatem placidam:modestamq;:ac nequaquam effluentem obsequelam:fidẽ uero in omnibus maximã:paremq; prudentiam.Addebam religionem & a:gentilibus longissime absedens eam quidem christianam atq; catholicam.Vnum apud Liuiũ reperiebam:cui ut maximo quanq̃ simillimus es omni tamen a parte nos es idem. Cato ille Censorinus uir consumatus & summus:in quo uelut in te hodie hoc maximũ quondam decus uirtutis fuit:ut quicquid ille ageret:natus ad id tantum esse uideretur:Cato ille inquã tantus uir amaro fuisse fertur ingenio:atq; ad lacerandum semper expositio:cætera eius in te cognoscimus: naturæ uero amaritudinem & carpendi ingenium nõ uidemus.quinimo:si quisquam est:tu es maxime detractorum aduersarius quippe qui es ad benemerendũ de omnibus hoibus natus.atq;.S.D.M.institutis:eruditus. Tibi igit tali uiro ac tanto præstet gratiarum dator Christus dominus:ut assidue magis pacem ac gloriã sacrosancte ecclesiæ uideas:Christiani populi de paganoꝝ feritate:& hereticoꝝ obstinata prauitate uictoriam:sũmi nostri pon.sospitatem:omnium terræ fructuũ copiam:cæli temperiem:& aeris salubritatẽ:& ueliti in sanctissimo dominici gregis felicissimoq; pastore tua studia spemq; omnem a natiuitate collocasti:ita tuaꝝ quoq; actionum successu fortunato ille assidue magis in te quieturus recumbat Vt cũ summus deus suo in terris uicario cuncta mentis tranquillæ optata tribuat:tibi ille reꝝ maximaꝝ administrationem secundet:tu nobis apud illum oia impetres:quibus aliq̃ cum dignitate uitæ presentis necessitates per studia honesta:honorataq; actiones transeamus.Vale.

L.FLORI EPITOMA DECADVM QVATTVORDECIM.T.LIVII PATAVINI HISTORICI IN CENTVM ET QUADRAGINTA LIBROS DISTINCTVM.

EX LIBRO PRIMO.

ADVENTVS AENEAE IN ITALIAM ET RES AB EO GESTAE: ascanii regnum Albæ & Siluii Aeneæ:ac deinceps Siluiorũ regum primo libro continentur.Numitoris filia a Marte cõpressa nati Romulus & Remus Aemulius obtruncatus.urbs a romulo condita.senatus lectus.cum sabinis bellatum.opima spolia Ioui feretrio lata in centurias populus diuisus.fidenates & ueientes uicti.Romulus consecratus.Numa Põpilius ritus sacrorũ tradidit.Iano templum constituit eiusq; portam:pacatis oibus circa populis primus clausit.cum dea Aegria sibi cõgressus nocturnos esse simulans feroces populi animos ad religionẽ perpulit.Ancus Martius cerimonias a Numa:institutas renouauit:latinis uictis:& ad ciuitatem ascitis:montem auentinum assignauit.Plitorum urbem latinoꝝ bello repetitam:quam prisci latini occupauerant:diruit.pontem sublicium intyberis fecit.ianiculum collem

urbi addidit. fines imperii protulit. Ostiam cõdidit. Tullus Hostilius albano bello petiit. post hæc tergeminorum pugna. Horatius absolutus: Metii Suffetii supplicium. Alba diruta albani in ciuitatem recepti sabinis bellum indictum: ad postremum fulmine absumptus est: Tarquinius priscus in anci amicitiam receptus centum additis patrum numerum auxit: latinos subegit: circum designauit ludos edidit: sabinorum bello potitus equitum centurias ampliauit: temptandæ scientiæ causa Accii: Nauii auguris cõsuluisse fertur: an id: de quo cogitaret fuffici posset: quod cum ille fieri posse respondisset iussisse eum nouacula cotem præcidere idq; protinus factum sabinos preterea acie uicit. urbem muro circundedit: cloacas feccit. Seruius Tullus natus ex captiua corniculana cui puero in cunis posito: caput arsisse traditum est: ueientes atq; æthruscos prælio fudit censum primus omnium egit lustrum cõdidit classes centuriasq; descripsit pomœriũ protulit. colles urbi quirinalem: uiminalem esquiliumq; adiecit templum Dianæ cũ latinis in auẽtino fecit Lucius Tarquinius superbus: occiso Seruio eius socero. inuasit regnum: quo die scelerata Tullia p patris iacẽtis corpus carpentũ egit armatos circa se ad custodiã corporis sui habuit. Turnũ Herdoniũ fraude interemit. bellũ cũ uolscis gessit: & ex eoꝝ preda templũ loui in capitolio fecit Terminus & Iuuẽtas nõ addixere quorũ aræ moueri nõ potuerũt Eius filii Sex: Tarqnii dolo Gabios in potestatẽ suã redegit. huius filiis Delphos ,pfectis & cõsulẽtibus. quis eorũ regnaturus eẽt Romæ: dictum est eũ regnaturuꝝ: qui primũ matrem osculatus esset: quod respõsum cum ipsi aliter iterpretarent: Iunius Brutus: qui cũ iis ,pfectus erat: prolapsum se simulauit: & terrã oscutatus est idq; factum eius enentũ rei cõprobauit nã cũ impotẽter se gerẽdo Tarquinius Superbus oẽs in odium suũ adduxisset: ad ultimũ: propter expngnatã nocturna. uia Sex. filio eius Lucretiæ pudiciciam: q̃ uocato patre ad se Tricipitino & uiro Collatino obtestata: ne inulta mors eius esset: cultro se interemit Bruti opera maxime expulsus est: cũ regnasset annos uigintiquinq; tunc cõsules primum creati sunt L. Iunius Brutus &. L. Tarquinius Collatinus.

EX LIBRO SECVNDO.

BRutus iureiurando populũ astrinxit neminẽ regnare Romæ passuꝝ. Tarquinium Collatinum collegã suum ,ppter affinitatẽ Tarquiniuꝝ suspectũ coegit cõsulatu se abdicare & ciuitate cedere: bona regũ diripi iussit. agrũ Marti cõsecrauit: q̃ cãpus martius noiatus ẽ adolescentes nobiles: in quibus suos quoq; & fratris filios: quia coniurauerãt de recipiendis regibus: securi percussit: seruo indici: cui Vindicius nomẽ fuit: libertatem dedit: ex cuius noie uindicta est appellata. Cũ aduersus reges: qui contractis ueientiũ & tarquiniuꝝ copiis bellum intulerant. exercitũ duxisset: in aciem cũ Arunte filio Superbi cõmortuus est eumq; matronæ annũ luxerunt. L. Valerius consul legẽ de prouocatione ad populũ tulit capitolium dedicatũ est. Porsena rex clusinoꝝ bello ꝑ Tarquiniis suscepto: cum ad ianiculũ uenisset: ne tyberim trãsiret: uirtute Coclitis Horatii prohibitus est: qui dum alii pontẽ subliciũ rescindũt: solus æthruscos sustinuit: & ponte rupto armatus se in flumẽ misit: & ad suos tranauit: alteꝝ accessit uirtutis exemplũ a Mutio: qui cum ad feriendum porsenam castra hostiũ intrasset: occiso scriba: quẽ regẽ esse putabat: cõpræhẽsus impositam altaribus manũ: in quibus sacrificatũ erat: exuri passus est: dixitq; tales trecentos esse cõiuratos in mortem ipsius regis. quoꝝ admiratiõe coactus Porsena pacis conditiones ferre bellum omisit: acceptis obsidibus: ex quibus uirgo una Chlœlia deceptis custodibus per tyberim ad suos tranauit: & cum reddita esset: a Porsena honorifice remissa. equestriq; statua donata est. Aduersus Tarquinium superbũ cum latinoꝝ exercitu bellum inferẽtem Aulus Posthumius dictator prospere pugnauit apud lacum regillũ. Appius Claudius ex sabinis Romã transfugit: ob hoc claudia tribus est. numerus tribuum ampliatus est: ut essent triginta una. Plebs: cum ,ppter nexos ob æs alienum sacrũ montem secessisset: consilio Meneni Agrippæ a seditione reuocata est. idem Agrippa cum decessisset ,ppter paupertatem publico impẽdio eatus: tribuni plebis quinq; creati sũt. Oppidum uolscoꝝ Corioli captum est uirtute: & opera. Gn. Martii: qui ob hoc Coriolanus uocatus est. Titus latinus uir de plebe: cum in uisu admonitus esset: ut de quibusdã religionibus ad senatũ perferret: & neglexisset: amisso filio: debilis factus: postea quã dalatus ad senatum lectica eadem illa indicauerant: usu pedum recepto domũ reuersus est. Cum Gn. Martius Coriolanus: qui exilium pulsus: dux uolscoꝝ factus: exercitum hostiũ urbi primo admouisset: & missi ad eũ primum legati postea sacerdotes frustra deprecati essent: ne bellum patriæ iferret: Veturia mr̃: & Volũnia uxor impetrauerunt ab eo: ut recederet. Lex agraria primũ lata est. Spurius Cassius consularis regni crimine damnatus est necatusq;. Oppia uirgo uestalis ob incestũ uiua defossa est. Cũ uicini hostes ueientes incõmodi magis: quam graues essent: familia Fabioꝝ id bellum gerendum depoposcit: misitq; in id trecentos sex armatos qui ad Cremeram ad unũ ab hostibus cæsi sunt uno ꝑpubere domi relicto. Ap. Claudius consul: cum aduersus uolscos cõtumatia exercitus male pugnatum esset: decimũ quenq; militum fuste percussit. Res præterea aduersum uolscos: & gernicos: & ueientes: & seditiões inter patres: plebemq; tontinet.

EX LIBRO TERTIO.

DEditiones de agrariis legibns factæ: capitoliũ ab exulibus & seruis occupatũ cæsis iis receptũ ẽ: cẽsus bis actũ ẽ priore lustro censa sunt ciuiũ capita octaginta millia. dcc. xiiii. præter orbos orbasq; sequenti. cxyiii. millia. ccxyliii. Cum aduersus equos res male gesta eẽt. L. Quintius Cincinatus dictator factus: cum rure intentus rustico operi esset: ad bellum gerẽdum accersitus est: is uictos hostes sub iugum misit. Tribunoꝝ Pl. numerus ampliatus est: ut essent decem

xxxvi.anno a primis tribunis ple.Petitis per legatos & allatis atticis legibus:ad constituendas eas pro ponendasq; decẽuiri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati:altero & tricẽtesimo ãno quã Roma condita erat:& ut a regibus ad cõsules:ita a cõsulibus ad decẽuiros translatũ imperium. Ii decẽ tabulis legum positis:cũ modeste se in honore gessissent:& ob id in alterũ quoq; annum eundem esse magistratũ placuisset:cum complura impotẽter fecissent:magistratum noluerunt deponere:& in tertium annũ detinuerunt:donec inuicto eorũ imperio finem attulit libido Ap.Claudii:qui cum in amorem uirginis incidisset:summisso:qui eam in seruitutem peteret: necessitatem patri eius Virginio imposuit:rapto ex taberna proxima cultro:ut filiam interimeret:cum aliter eã tueri non posset:ne in potestatem stuprũ illaturi ueniret.hoc tã magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata montẽ auentinum occupauit:coegitq; decẽuiros abdicare se magistratu:ex quibus Appius & unus collegarũ qui præcipue pœnam meruerant:in carcerem coniecti:cæteri in exilium acti.Res præterea cõtra sabinos:& uolscos prospere gestas continet:& parẽ honestum populi ro.iudicium:qui iudex inter ardeates & aricinos sũptum agrum:de quo ambigebatur:sibi adiudicauit.

EX LIBRO QVARTO.

LEx de connubio patrũ & plebis contentione magna patribus repugnantibus perlata est a tri.ple.Aliquot annis res populi ro.domi miliciæq; per hoc genus magistratus administratæ sunt itẽ cẽsores tunc primũ creati sunt.ager ardeatinus romani populi iudicio ablatus: missis in eũ colonis restitutus est.Gũ fame populus romanus laboraret: Sp.Melius eques romanus frumẽtum populo sua impensa largitus est:& ob id factũ:conciliata sibi plebe:regnum affectans a Caio Seruilio Hala magistro equitũ iussu Quintii Cincinati dictatoris occisus est:Titus Minutius in dex boue aurata donatus est.Legatis romanis a fidenatibus occisis:qrñ ob rempublicam occubuerant:statuæ in rostris positæ sunt.Cornelius cossus tribunus militũ:occiso Volumnio rege ueientium:opima spolia secunda retulit.Mamercus Aemilius dictator censuræ honore qui antea per quinquennũ gerebatur:anni & sex mensiũ spatio finito:ob eam rẽ acẽsoribus notatus est.Fidenæ in potestatem redactæ:eoq; coloni missi sunt:quibus occisis:fidenates cum defecissent a populo ro. a Mamerco Aemilio dictatore uicti sunt:& Fidenæ captæ Coniuratio seruorũ oppressa ẽ:Posthumius tribunus militum ppter crudelitatem ab exercitu occisus est.Stipẽdium ex ærario tum primũ militibus datum est.Res præterea gestas aduersum uolscos:fidenates:& falisco continet.

EX LIBRO QVINTO.

IN obsidione Veiorũ tabernacula militibus facta sunt ea res cũ esset noua:indignationẽ tribunorũ ple.mouit querentiũ nõ dari plebi:nec per hyemem:militiæ requiem:equites tum primũ equis suis merere cœperunt.Cũ inundãtio in lacu albano facta esset:uates: qui eam rem interpretaret:ab hostibus captus est.Furius Camillus dictator decem annos obsessos Veios cœpit.simulacrũ Romam traustulit:decimã partem prædæ Delphos appollini misit.Idẽ tribunus militum:cum Falisco obsideret:proditos hostiũ filios parentibus remisit: itatimq; deditiõe facta faliscorum uictoriam iusticia consecutus est:Cum alter ex censoribus Inlius deciſſisset: in locum eius M.Cornelius suffectus est:nec in postea factum ẽ:quoniã eo lustro a gallis Roma capta est.Furius Camillus:cum ei dies a.L.Apulio tri.ple.dicta esset:in exilium abiit.Cum senones galli Clusium obsiderent:& legati a senatu missi ad componẽdum inter eos & clusinos pacem pugnãtes cõtra gellos in acie clusinorũ stetissent:hoc facto eorum concitati senones urbẽ infesto exercitu petierunt:fusisq; ad alium flumen romanis cepere urbem præter capitolium:in quod se iuuenes cõtulerant.Maiores . natu cum insignibus honorum:quos quisq; gesserat:in uestibulis ædium sedentes occiderunt:& cum per auersam partem capitolii iam in summum euasissent.proditi clangore anserum.M.Manlii præcipue opera deiecti sunt.Coactis deinde propter famem romanis despondere ut mille pondo auri darẽt: & hoc præcio finem obsidionis emerent:Furius Camillus dictator absens creatus inter pendendum aurum cum exercitu uenit:& gallos post sextum mensem urbe expulit:ceciditq; dictum est ad Veios migrandum esse propter incensam & dirutam urbem:quod consilium Camillo auctore discussum est:mouit populum uocis quoq; omen ex centurione auditæ:qui:cum in forum uenisset: manipulariis suis dixerat:sta miles:hic optime manebimus.ædes Ioui capitolino facta:quo loco ante urbem captam uox audita erat aduentare gallos.

EX LIBRO SEXTO.

REs aduersus equos & uolscos & prænestinos prospere gestas continet:quattuor tribus additæ sunt:stellatina:sabbatina:promentina:armiensis.M.Manlius : qui capitolium a gallis defenderat:cum obstrictos ære alieno liberaret:nexos exolueret crimine affectati regni dãnatus de saxo tarpeio deiectus est:in cuius notam senatusconsultum factum est : ne cui de manlia gente Marco cognomen esset.G.Licinius &.L.Sestius tribu.ple.legem promulgarunt:ut consules etiam ex Plebe fierent:qui ex patribus creabantur.Eam legẽ cum magna contentione repugnantibus patribus:cum idem tri.ple.per quinquennium soli magistratus fuissent:pertulerunt:Et Primus omnium ex plebe consul.L.Sestius creatus est.Lata est altera lex ne cuiquam plus quingentis ingeribus agri liceret possidere.

EX LIBRO SEPTIMO.

DVo noui magistratus adiecti sunt.præterea & ædilitas curulis:pestilẽtia ciuitas laborauit: eamq; insignem fecit mors Furit Camilli:cuius remedium & finis:cum per nouas religiones,quæreretur:ludi sænici tunc primum facti sunt: Cum dies Lucio Manlio dicta esset a Marco pompeio tribuno plebis propter delectum acerbe factum:& ob.T.Manlium filium relegatum sine ullo crimine:adolescens ipse:cuius relegatio patri obiiciebatur: uenit in cubiculum tribuni:stricto q; gladio coegit eum in uerba sua iurare non perseueraturꝰ se in accusatione:tunc omnia p cioſa omissa sunt.In patentem uoraginem urbis Romæ Curtius armatus equo se præcipitauit eaq; expleta est.Manlius adolescens.qui patrem a tribunitia uexatione liberauerat:contra gallum prouocante aliquem ex militibus romanis in singulare certamen descendit:eiq; occiso torquem aureum detraxit:quem ipse postea tulit:& ex eo Torquatus est nuncupatus duæ tribus additæ pomponiana & publicia.Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est:quod plus quingentorum iugeꝝ agri possideret. Marcus Valerius tribunus militũ gallum:a quo prouocatus erat:insidente galea coruo.& unguibus: rostroq; in festante:hostem interemit:& ex ea Coruini nomen accepit:consulq; proximo ãno creatus est ob uirtutem:cum uigesimumtertiũ haberet annum.Amicitia cum carthaginẽsibus iuncta.Campani cum urgerentur a samnitibus bello auxilio aduersus eos a senatu petito:cũ id non ipetrarent: urbẽ: atq; agros populo romano dediderunt:ob,quam causam ea:quæ populi romani facta essent: defendi bello aduersus samnites placuit.Cum ab Aulo Cornelio consule exercitus in iniquum locum deductus in magno discrimine esset:Publii Decimi tribuni militum opera seruatus est:qui occupato colle super id iugum:in quo samnites sederant:occasionem consuli in æquiorem locum euadendi dedit: ipse ab hostibus circunsessus erupit.Milites romanos:qui Capue in præsidio erat relicti: cum de ea occupanda urbe conspirassẽt: & detecto consilio:metu supplicia a populo romão defeciſſent:per Marcum Valeriũ Coruinum dictatorem:qui consilio suo eos a furore reuocauerat:patriæ restituti sunt.

EX LIBRO OCTAVO.

LAtini cum campanis defecerunt:& missis legatis ad senatum cõditionem tulerunt:ut si pacem habere uellent:alterum ex latinis consulem facerent.Qua legatione perlata prætor eorum Annius de capitolio ita prolapsus est:ut examinaretur.Titus Manlius consul filiũ eius quod contra edictum pugnauerat aduersum latinos:quamuis prospere pugnasset.Laborãtibus romanis publius.P.Decimus tunc cum Manlio deuouit se pro exercitu:& concitato equo cum in medios hostes se intulisset:interfectus morte sua romanis uictoriam restituit.latini in deditionem uenerunt.Tito Manlio in urbem reuerso nemo ex iuuentute obuiam processit.Minutia uirgo uestalis incesti damnata est. Ausonibus uictis in oppidum Cales colonia deducta est.item Fregellæ colonia deductæ sunt.Veneficium quam plurium matronarum comprehẽsum : quarum plurimæ statim epotis medicaminibus perierunt:lex de ueneficio tunc primum constituta est.Priuernatibus:cum rebellassent:uictis ciuitas data est.Neapolitani uicti bello:& obsidione in deditionem uenerunt. Quintio Publio : qui eos obsederat primum imperium prolatum : & per consules ei decretus triumphus Plebs nexu liberata est propter Lucii Papyrii creditoris libidinem:qui Gaio publio creditori suo stuprum inferre uoluerat Cum Lucius Papyrius dictator reuersus in urbem ab exercitu esset ,ppter aspicia repetenda:Quintius Fabius magister equitum occasione rei bene gerendæ inuitatus contra edictum eius præliatus est:qui prospere aduersus samnites pugnauit:ob eam causam cũ dictator de magistro equitũ supplicium sumpturus uideretur:Fabius Romam profugit:& cum causa parum proficeret:populi precibus donatus est:Res præterea contra samnites Prospere gestas continet.

EX LIBRO NONO.

VEturius & Sp.posthumius apud caudina furcas deducto in locum iniquum exercitu cum nulla spes euadendi esset:fœdere cum samnitibus facto:& sexcentis equitibus romanis obsidibus datis:ita exercitum abduxerunt:ut omnes sub iugum mitterentur: idemq; actore Spurio posthumio consule:qui in senatu suaserat:ut eorum deditioni : quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat,publica fides liberaretur:cum duobus tribu. ple.& omnibus:qui per fœdus spoponderant:dediti samnitibus non sunt recepti:nec etiam multo postea fusis a Papyrio Cursore samnitibus & sub iugum missis receptisq; sexcentis equitibus romanis:qui obsides dati erant:pudor prioris flagitii abolitus est.Tribus duæ adiectæ sunt ofentina & faleria. Suessa: & pontia coloniæ deducte sunt.Appius Claudius censor aquam perduxit:uiam strauit:quæ appia uocata est:libertinorum filios in senatum legit:ideoq; quoniam is ordo uidebatur inquinatus indignis:sequentis anni cẽsores in senatu legendo obseruauerunt:quemadmodũ ante per proximos censores obseruatum fuerat.Res præterea contra appulos:æthruscos:umbros marsos:pelignos:equos:& samnites:quibus fœdus erat,restitutum:prospere gestas continet.Flauius Scriba libertino patre natus ædilis curulis fuit per forensem factionem creatus:quæ cum comitia & campum turbaret: & in iis propter nimias uires dominaretur:a Quinto Fabio censore in quattuor tribus redacta est:eaq; res Fabio Maximo nomen dedit.In hoc libro mentionem habet Alexandri:qui temporibus his fuit:& æstimatis po.ro. uiribus quæ tunc erant:collegitur:si Alexander in Italiam traiecisset nõ tam facilem ei uictoriam de po.ro. fore:quam de iis gentibus:quas ad orientem imperio suo subiecerat.

EX LIBRO X.

COloniæ deductæ sunt Sora & Alba.carceoli marsi in deditionem accepti sunt.collegium augurũ ampliatũ est:ut essent nouem.cum antea quaterni fuissent.Lex de prouocatiõe ad populum a Valerio consule tunc primũ lata est.Duæ tribus adiectæ sunt anniensis & terentina Samnitibus bellũ indictũ:& aduersus eos prospere pugnatũ est.Cum aduersus æthruscos: umbros: Samnites:gallos Publio Decio & Quinto Fabio ducibus pugnaret romanusq; exercitus in maximo esset discrimine:Publius Decimus secutus exemplũ patris deuouit se pro exercitu: & morte sua uictoriã eius pugnæ po.ro.dedit.Papyrius Cursor samnitiũ:exercitũ qui iureiurãdo astrictus suo: quo maiore constantia uirtutis in aciem descenderet:fudit.Census actus est:lustrum conditum: censa sunt ciuium capita ducenta septuaginta duo millia & trecenta uiginti.

EX LIBRO.XI.

CVm Fabius Gurges con.male aduersum samnites:pugnasset:& senatus de remouendo eo ab exercitu ageret.Fabius maximus pater deprecatus hanc filii ignominiã:eo maxime senatum mouit:quod itus se filio legatum pollicitus est:idq; præstitit:atq; eius cõsiliis & opera filius consul adiutus cæsis samnitibus triumphauit:Gaium Pontium imperatorem samnitium ductum in triumpho securi percussit.Cum ciuitas pestilẽtia laboraret:missis legatis:ut Aesculapii signum Romam ab Epidauro transferrent:anguem:qui se in nauem eorũ contulerat in quo ipm numẽ esse constabat:deportauere eoq; in insulam tyberis egresso:eodẽ loco sedes Aesculapii constituta est.Lucius Posthumius cõsularis:quoniam cum exercitui præesset:opera militum in agro suo usus eẽt: damnatus est:samnitibus pacẽ petentibus fœdus quarto renouatum est.Curius Dentatus cõsus samnitibus cæsis & sabinis:qui rebellauerant:uictis:& in deditionem acceptis:bis in eodem magistratu triumphauit.Coloniæ deductæ sunt Castrũ Sena Adria Triumuiri capitales tunc primũ creati sũt. census actus est:lustrum conditum:censa suut ciuium capita.cclxxii.m.Plebs propter æs alienũ: & graues & longas seditiones ad ultimum secessit in ianiculũ:unde a.Qu.Hortensio dictatore deducta est isq; in ipso magistratu decessit.Res præterea contra uolcinienses gestas continet:item aduersus lucãos contra quos auxilium tyrrhenis ferre placuerat

EX LIBRO.XII.

CVm legati romanorũ a gallis senonibus interfecti essent:bello ob id gallis indicto.L.Cecilius prætor cũ legionibus ab iis cæsus est.Cum a tarentinis classis romana direpta esset:duce qui præerat classi:occiso:legati ad eos a senatu:ut de iis iniuriis quererẽtur:missi:pulsati sũt ob id bellum iis indictum est.Samnites defecerunt aduersus eos:& Lucanos:& Brutios:& æthruscos aliquot prælius a compluribus ducibus bene pugnatum est.Pyrrhus epirotarũ rex:ut auxilium ferret tarẽtinis:in Italiam uenit.Cum in p̃sidium rheginorum legio campana cum præfecto Decimo Iubellio missa esset:occisis rheginis.Rhegium occupauit.

EX LIBRO.XIII.

VAlerius Leuinus consul parũ prospere aduersus Pyrrhũ pugnauit.elephantorũ maxime inusitata facie territis militibus.post id p̃lium cum corpora romanorũ:qui in acie ceciderant: Pyrrhus inspiceret:oĩa uersa in hostem inuenit:populabundusq; ad urbem Romã processit.C.Fabricius missus ad eum ut de redimendis captiuis ageret:frustra:ut patriã desereret: a rege temptatus est:captiui sine p̃tio remissi sunt.Cyneas legatus a Pyrrho ad senatum missus petiit: ut componendæ pacis cã rex in urbe reciperetur:de qua re cum ad frequentiorem senatum referri placuisset:Ap.Claudius:qui pp in ualitudinem oculorum iam diu a consiliis pub.abstinuerat:uenit in curiam.& sententia sua tenuit:ut id Pyrrho negaretur.p.Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit:censa sunt ciuium capita.cclxxyiii.millia.ccxxii.Iterum aduersus Pyrrhum dubio euẽtu pugnatum est.Cum carthaginensibus quarto fœdus renouatum est.Cum.C.Fabricio consuli is:qui ad eũ a Pyrrho transfugerat:polliceretur se regi uenenum daturum:cum indicio ad regem remissus est.Res p̃terea contra æthruscos:Lucanos:& Brutios:& sãnites prospere gestas continet.

EX LIBRO.XIIII.

PYrrhus in Siciliã traiecit.Cũ inter alia prodigia flumine deiectũ esset ĩ capitolio Iouis signũ: caput eius per aruspices inuentũ est.Curius Dentatus:cum delectũ haberet:eius.q citatus non respõderat:bona uendidit.Pyrrhũ iterum ex Sicilia in Italiam reuersum uicit: & Italia expulit.Fabricius cẽsor Publiũ Corneliũ Rufinũ consularẽ senatu mouit:quod decẽ argenpõdo facti haberet.Lustro a cẽsoribus cõdito:cẽsa sunt capita ciuiũ.cclxxi.millia.ccxxiiii.Cũ Ptolemæo Aegypti rege societas iuncta est.Sextilia uirgo uestalis dãnata incesti uiua defossa. Coloniæ deductæ sunt Possidonia & a Cõsa.Carthaginẽsiũ classis auxilio mamertinis uenit:quo facto ab iis fœdus uiolatũ est.Res præterea contra lucanos samnites & brutios fœliciter gestas.& Pyrrhi mortem cõtinet.

EX LIBRO.XV.

VIctis tarẽtinis pax & libertas data est.Legio campana:quæ Rhegium occupauerat: obsessa: deditione facta securi percussa est.Cũ legatos appolloniatiũ ad senatum missos quidam in uenes pulsassent:dediti sunt appolliniatibus.Picentibus uictis pax data.Coloniæ deductæ Ariminum in Piceno:Beneuentum in samnio.Tunc primũ po.ro.argento uti cœpit: Umbri & salerni uicti in deditionem accepti sunt.Quæstorũ numerus ampliatus est.

EX LIBRO.XVI.

ORigo carthaginenſiũ & primordia urbis referunt:contra quos & Hieronẽ regem ſyracuſanoꝝ auxiliũ mamertinis ferendũ cenſuit ſenatus:cũ de ea re inter ſuadentes:ut id fieret:diſſuadenteſq; contentio fuiſſet:tranſgreſſis tum primum mare equitibus romanis aduerſus Hieronem ſæpius bene pugnatũ.petenti pax data eſt.Luſtrũ a cenſoribus conditum:cenſa ſunt ciuiũ capita.ccclxxii.m.ccxxiiii.D.Iunius Brutus munus gladiatoriũ in honorẽ defuncti pĩis edidit primus.Colonia Eſernia deducta eſt.Res ꝑterea cõtra pœnes & uolſcos ꝓſpere geſtas continet.

EX LIBRO.XVII.

GN.Cornelius cõſ.a claſſe punica circũuentus:& ꝑ fraudẽ ueluti ĩ colloquiũ euocatus captus eſt.Gn.Duilius cõſul aduerſus claſſem pœnoꝝ ꝓſpere pugnauit:primuſq; oĩum romanoꝝ ducũ naualis uictoriæ duxit triumphũ:ob quam cãm ei ꝑpetuus honos habitus ẽ ut reuertenti a cœna tibicines canerẽt:& funale præferet.L.C.Conſul in Sardinia contra ſardos:& Hannonẽ pœnoꝝ ducẽ feliciter pugnauit.Attilius Calatinus cõſul:cũ in locum iniquũ a pœnis circũſeſſum temere duxiſſet exercitũ.M.Calphurnii tri.militũ uirtute & opera euaſit:q cum trecentis militibus eruptione facta hoſtes in ſe conuertit.Hannibal dux pœnoꝝ uicta claſſe:cui ꝑfuerat a militibus ſuis in crucẽ ſublatus eſt.Attilius Regulus conſul uictis nauali ꝓlio penis in Africam traiecit.

EX LIBRO.XVIII.

ATtilius Regulus in Africa ſerpentẽ portẽtuoſæ magnitudinis cũ maxima militũ clade occidit:& cũ aliquot præliis aduerſũ carthaginenſes pugnaſſet:ſucceſſoꝝq; a ſenatu proſpere bellũ gerenti non mitteret:idipſum p litteras ad ſenatũ miſſas conqueſtus eſt.in qbus iter cãs petendi ſucceſſoris:quod agellus eius a mercẽnariis diuaſtaret.Quærente deinde fortuna:ut magnum utriuſq; caſus exẽplum in Regulo ꝓderet:accerſito a carthaginenſibus Xanthippo lacedæmonioꝝ duce uictus ꝓlio & captus eſt.Res deinde a ducibus romanis oĩbus terra mariq; ꝓſpere geſtas deformauere naufragia claſſiũ.Titus Coruncanus primus ex plebe pontifex maximus creatus eſt.M.Sẽpronius Scopus Valerius Maxĩus cenſores:cũ ſenatũ legerent.xiii.ſenatu mouerũt:luſtroq; cõdiderũt:quo cenſa ſunt ciuiũ capita.cccxyii.m.ccxyii.Regulus miſſus a carthaginẽſibus ad ſenatũ:ut de pace:& ſi eam:minime ĩpetraret de captiuis cõmutandis egeret iureiurando aſtrictus eſt rediturum.ſe Carthagine:ſi cõmutari captiuos non placuiſſet:utrũq; negandi auctor ſenatui fuit:& cum fide cuſtodita reuerſus eſſet:ſupplicio a carthaginenſibus de eo ſumpto periit.

EX LIBRO.XIX.

CEcilius Metellus rebus aduerſus pœnes ꝓſpere geſtis ſpecioſiſſimũ egit triumphũ.xiii.ducibus hoſtiũ & centũ uiginti elephãtis in eo ductis.Claudius Pulcher cõ.qui cõtra auſpicia ꝓfectus iuſſit ĩmegri pullos:qui cibari nolebãt:infeliciter aduerſus carthaginẽſes claſſe pugnauit:& reuocatus a ſenatu iuſſuſq; dictatorẽ dicere.G.Glauciã dixit ſortis ultime hoiem qui coactus abdicare ſe magiſtratu poſtea ludos prætextatus ſpectauit.Attilius Callatinus primus dictator extra Italiã exercitũ duxit.Cũ pœnis captuoꝝ cõmutatio facta eſt:Colõiæ deducte ſunt Fregellæ in agro ſalẽtino Brunduſiũ:Luſtrũ a cẽſoribus conditũ eſt cẽſa ſunt ciuium capita.ccli.millia:ccxxii.Claudia ſoror Publii Claudii:qui contẽptis auſpiciis male pugnauerat:a laudis diuertẽs:cũ turba premeretur:dixit:utinã frater meus uiueret:iterũq; claſſem duceret:ob eam cãm mulctata eſt.Duo prætores tum primũ creati ſunt.Cecilius Metellus põtifex maximus.A.Poſthumiũ conſulem:qm̃ idem & flamen martialis erat:cũ ille ad bellũ gerendũ ꝓficiſci uellet:in urbe tenuit:nec paſſus eſt aſacris recedere.Rebus aduerſus pœnos pluribus ducibus geſtis ſummã uictoriæ.C.Luctatius cõſ.uicta ad Aegades inſulas claſſe pœnoꝝ finem bello impoſuit:petẽtibus carthaginenſibus pax data eſt.Cũ templum Veſtæ arderet:Cecilus Metellus pontifex maximus ex incẽdio ſacra rapuit.Duæ tribus adiectæ ſunt uelina & exquilina.Faliſci:cum rebellaſſent:ſexto die domiti in deditionem uenerunt.

EX LIBRO.XX.

SPoletum colonia deducta eſt.Aduerſũ ligures tunc primum exercitus ꝓmotus eſt Sardi & corſi:cũ rebellaſſent:ſubacti ſunt.Tutia uirgo ueſtalis inceſti dãnata ẽ:Bellũ illyricis ꝓpter unũ ex legatis:qui ad eos miſſi erant occiſum ĩdictũ eſt:ſubactiq; in deditionem uenerũt prætorũ numerus ampliatus eſt:ut eſſent quattuor.Galli trãſalpini:q̃ ĩa Italiã eruperãt cæſi ſunt:eo bello populus romanus ſocioꝝ latinioq; nois trecẽta millia armatoꝝ habuiſſe dicitur.Exercitibus romanis tum primũ trans padũ ductis galli inſubres aliquot præliis in deditionem uenerunt.M.Claudius Marcellus conſul.occiſo inſubrium gallorum duce Viridomato:opima ſpolia retulit.Hiſtri ſubacti ſunt Iteꝝ illyrici:cum rebellaſſent:domiti in deditionem uenerũt.Luſtrũ a cenſoribus conditum eſt:ex quo cenſa ſunt ciuium capita.cclxx.millia Libertini in quatuor tribus redacti ſunt cum antea diſpſi fuiſſent æſquilinam:palatinã:ſuburranam:collinam muniuit:& circũflaminium extruxit.Colloniæ deductæ ſunt in agro a gallis capto Placentia & Cremona.

EX LIBRO.XXI.

IN Italiã belli punici ſecũdi acta narrant:& Hãnibalis pœnoꝝ ducis cõtra fœdus p ibeꝝ amnem trãſitus:a quo Saguntus ſocioꝝ po.ro.ciuitas octauo menſe capta eſt.de qbus iniuriis miſſi legati ad carthaginẽſes:qui quererent:& cũ ſatiſfacere nolent:bellum iis indictum eſt Hãnibal:ſuperato pyreneo ſaltu:ꝑ gallis fuſis:q obſiſtere ei conati erant:ad alpes uenit:&

laborioſo p eas trāſitu cū mōtanoſ quoq; gallos obuios aliquos prælijs reppulliſſet: deſcendit ī Italiam & ad ticinum amnem romanos equeſtri prælio fudit: in quo uulneratum Publiū Corneliū Scipiōem protexit filius: qui Africani poſtea nomen accepit: iterumq; exercitu romano ad flumen trebiam fuſo Hānibal appæninū p maximā militum uexationem pp uim tēpeſtatū tranſiit. Gn. Cornelius Scipio in Hiſpania contra pœnos proſpere pugnauit duce hoſtium Magone capto.

EX LIBRO. XXII.

HAnnibal p cōtinuas uigilias ī paludibus oculo amiſſo uenit ī æthruriam: per quas paludes q̄triduo: & tribus noctibus: ſine ulla requie inter fecit. C. Flaminius conſul homo temerarius cōtra auſpicia ꝓfectus: ſignis militaribus effoſis: quæ tolli non poterāt: & ab equo: qué cō ſcenderat: p caput deuolutus inſidiis ab Hānibale circūuentus ad tranſimenū: lacum cū exercitu cæſus eſt. ſex millia: quæ eruperant: fide ab Maharbale data pfidia Hānibalis uicta ſunt. Cū ad nuncium cladis Romæ luctus eſſet: duæ matres inſperato receptis filiis gaudio mortuæ ſunt. Ob hanc cladem ex ſybilinis libris uer ſacrum uotum. Cum deinde Quintus Fabius Maximus dictator aduerſus Hannibalem miſſus nollet acie cum eo cūfligere: ne contra ferocem tot uictoriis hoſtem aduerſus pliis militem pugnæ committeret: & opponendo ſe tantummodo conatus Hannibalis impediret: Marcus Minutius magiſter equitum ferox & temerarius criminando dictatorem tanq̄ timidum & ſegnem: effecit: ut populi iuſſu ei imperium cum dictatore equaretur. diuiſoq; exercitu: cum in iniquum locum conflixiſſet: & in maximo diſcrimine legiones eius eſſent ſuperueniēte cum exercitu Fabio Maximo ex diſcrimine liberatus eſt. quo beneficio uictus caſtra cum eo iunxit & patrem eum ſalutauit: idemq; milites facere cum militonibus iuſſit. Hannibal uaſtata Campania inter Caſilinum oppidum & calliculam montem a Fabio clauſus: ſarmentis ad cornua boum alligatis: & in cenſis pſidium romanorum quod calliculam inſidebat: fugauit: & ſic tranſgreſſus eſt ſaltum. idemq; Fabii Maximi dictatoris: cum circōpoſita ureret: agro pepercit: ut illum tanq̄ proditorē ſuſpectum faceret. Aemilio deinde Paulo & Terentio Varone cōſulibus & ducibus cum maxima clade aduerſus Hannibalem ad Cannas pugnatum eſt cæſaq; eo plio romanorum quadraginta quinq; milia cum Paulo conſule & ſenatoribus nonaginta conſularibus atq; prætoriis aut ædiliciis triginta. poſtq̄ cladē cum a nobilibus adoleſcentibus pp deſperationem conſilium de relinquēda Italia iniretur. P. Cornelius Scipio tribunus militum qui poſtea Africanus nūcupatus eſt: ſtricto ſuper capita deliberantium ferro: iurauit pro hoſte ſe habiturum eum qui in uerba ſua non iuraſſet: effecitq; ut omnes minime relictum iri a ſe Italiam iureiurādo aſtrī gerentur. Propter paucitatem uero militum: ſeruorum octo milia armata ſunt: captiui: cum poteſtas eſſet redimendi. redempti non ſunt. Præterea trepidationem urbis & luctum: & res in Hiſpania meliore euentu geſtas continet. Oppia & Florentia ueſtales uirgines ī cæſti dānatæ ſunt. Varroni obuiā itum eſt: & gratiæ actæ: quod de rep. non deſperaſſet.

EX LIBRO. XXIII.

CAmpani ad Hannibalem defecere. Nuncius cannenſis uictoriæ Mago Carthaginē miſſus annulos aureos a digitis occiſoꝝ romanorum detractos in ueſtibulo curiæ fudit: quos ex ceſſiſſe modi menſurā traditur. poſt quem quidē nuncium Hanno ex pœnis uir nobiliſſimus ſuadebat ſenatui carthaginenſiū: ut pacem a po. ro. peterent: nec tenuit obſtrepēte barchina factione. Claudius Marcellus ptor ad Nolā eruptione aduerſus Hannibalē ex oppido facta proſpere pugnauit. Caſilinum a pœnis obſeſſum ita fama uexatū eſt: ut lora: & pelles ſcutis detractas: item mures eſſent: & nucibus per uulturnum amnē a romanis miſſis: uixerunt. Senatus ex equeſtri ordine hominibus centum nonaginta ſeptem ſuppletus eſt. L. Poſthumius prætor a gallis cum exercitu cæſus eſt. Gn. & P. Scipiones in Hiſpania Haſdrubalē uicerunt: & Hiſpaniam ſuam fecerunt. Reliquiæ cānenſis exercitus in Siciliam relegatæ ſunt: ne recederent inde niſi finito bello: Sēpronius Gracchus cōſul cāpanos cecidit. Claudius Marcellus prætor Hannibalis exercitum ad Nolam plio fudit & uicit: primuſq; oīum tot cladibus feſſis romanis meliorem ſpē belli dedit. Inter Philippū macedonum regē & Hānibalem ſocietas iuncta eſt. Præterea in Hiſpania feliciter a Publio & Mālio ptoribus aduerſus pœnos res geſtas continet: a qbus Haſdrubal dux & Mago & Hanno capti. Exercitus Hannibalis per hyberna Capuæ ita luxuriatus eſt: ut corpoꝝ uiribus atq; animorum eneruaretur.

EX LIBRO. XXIIII.

HIeronymus ſyracuſanoꝝ rex. cuius pater Hiero amicus populi ro. fuerat: ad carthaginenſes defecit: & pp crudelitatē ſuperbiamq; a ſuis interfectus eſt. Titus Sēpronius Gracchus ꝓ cōſul proſpere aduerſus pœnos: & Hannibalē ducem ad Beneuentum pugnauit ſeruoꝝ maxime opera: quos liberos eſſe iuſſit. Claudius Mar. conſul in Sicilia: quæ prope tota ad pœnos defecerat Syracuſas obſedit. Philippo macedonū regi bellum īductū eſt: qui ad Apolloniā noctuno prælio oppreſſus fugatuſq; in Macedoniā: cum prope inermi exercitu profugit: ad id bellū gerendum Valerius ptor miſſus eſt. Celtiberi quoq; in amicitiā recepti ſunt: quoꝝ auxiliis accitis tūc primū mercēnarium militem romana caſtra habuerunt. Res præterea in Hiſpania a. P. & Gn. Scipionibus aduerſus carthaginenſes geſtas continet. Syphax rex numidaꝝ in amicitiam aſcitus contra Maſſiniſſam regem maſſilioꝝ pro carthaginenſibus pugnās uictus in Hiſpaniam ad Scipionem cum maxima manu tranſit contra Gades: ubi auguſto freto Africa & Hiſpania dirimuntur.

EX LIBRO. XXV.

PVblius Cornelius Scipio postea Africanus ante legitimos annos ædilis factus est Hannibal urbem Tarentum ꝑter arcẽ ꝓ tarentinos iuuenes: q se noctu uenatum ire simulauerãt: cœpit. Ludi apollinares ex martiis carminibus: qbus canensis clades ꝑdicta fuerat: instituti sunt a. Quinto Fuluio & a Publio Claudio cõsulibus aduersus Hãnonẽ pœnoꝝ ducem pro spere pugnatum ẽ. Titus Sẽpronius Gracchus ꝓconsul ab hospite suo lucano in insidias ductus a Magone interẽptus est Centenius penula: qui centurio militauerat: cũ petisset a senatu: ut sibi exercitus daret: policitusq; esset si hoc impetrasset: de Hánibale uictoriã: octo milibus acceptis militũ dux factus cõflixit acie cũ Hãnibale qui cum exercitu eum cecidit. capua obsessa est a Quinto Fuluio & a Publio Claudio consulibus. G. Fuluius ꝓtor male aduersus Hãnibalem pugnauit: in quo ꝑlio hoium uiginti milia ceciderunt ipse cũ equitibus ducentis effugit. Claudius Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio: & ingentẽ se uiꝝ gessit: in eo tumultu urbis captæ Archimedes intentus formis: quas in puluere descripserat: interfectus est. P. &. Gn. Scipiones in Hispania tot tantarumq; rerum felliciter gestarum tristẽ exitum tulerunt: prope cum totis exercitibus cæsi anno octauo quã in Hispaniam iuerant: amissaq; eius prouinciæ possessio foret: nisi. L. Martii equitis romani uirtute & industria: contractis exercituum reliquiis: eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent: ad uiginti septem millia cæsa ex mille octingentis ꝑda ingens capta: dux Martius appellatus est.

EX LIBRO. XXVI.

HAnnibal ad tertiũ ab urbe Roma lapidẽ super anienẽ castra posuit: ipse uero cũ duobus millibus equitum usq; ad portã capenam: ut urbis sitũ exploraret: obequitauit: & cũ per triduũ in aciẽ utrinq; exercitus ois descendisset: certamen tẽpestas diremit: nã cum in castra rediissent: statim serenitas erat. Capua capta est a. Qu. Fuluio & Ap. Claudio cõsulibus: principes cãpani ueneno sibi cõsiuerunt mortẽ. Cum senatus cãpanoꝝ deligatus eẽt ab palos: ut securi ferirẽt: litteras a senatu missas. Qu. Fuluius cõsul: qbus iubebat pcere: anteq; legeret: in sinu posuit: & lege agi iussit: & sulpiciũ peregit. Cũ in comitiis apud populũ quæreret. cui mãdaret Hispaniaꝝ imperiũ: nullo id uolente suscipere. P. Scipio. P. filius q in Hispania ceciderat: ꝓfessus est se ituꝝ: & suffragio populi consensuq; oium missus: nouã Carthaginẽ uno die expugnauit cum ageret. xxiiii. annum: uidereturq; diuina stirpe creatus: qm̃ & ipse: posteaq; togam acceperat: quotidie in capitolio erat: & in cubiculo matris eius anguis sæpenumero uisus est: Res præterea in Sicilia gestas continet: & amicitiam cum ætolis iunctam: bellumq; gestum aduersum acarnanes: & Philippum macedonum regem.

EX LIBRO. XXVII.

GN. Fuluius proconsul cũ exercitu ab Hannibale cæsus est: meliore euentu a Claudio Marcello consule aduersus eundẽ ad Numistronẽ pugnatum est: inde Hannibal noctu recessit Marcellus insecutus est: & subinde cedentẽ pressit: donec effugeret. priore pugna Hannibal superior fuit: Marcellus in sequenti. Fabius Maximus pater cõ. tarentinos ꝑ deditionẽ accepit Claudius Marcellus. T. Quintius Crispinus consules speculandi cã egressi a castris insidiis ab Hannibale circũuenti sunt: Marcellus occisus fuit: Crispinus fugit. Lustrum a censoribus conditum ẽ censa sunt ciuium capita centum uiginti septem milia & centũ octo. ex quo numero apparuit quãtum hominum tot ꝑliorum aduersa fortuna populo romano abtulisset. In Hispania ad Betuliam Scipio cũ Hasdrubale & Hamilchare conflixit & uicit: inter alia captum puerum regalem eximiæ formæ ac auũculum Massinissam cum donis misit: Hasdrubal: qui cum exercitu nouo transcenderat alpes: ut se Hánibali coniũgeret: cum millibus hoium. lvi. cæsus est. M. Liuii consulis ductu: non minore opera Claudii Neronis consulis qui cum Hannibali oppositus esset: relictis castris: ita ut inimicum falleret: electa manu profectus Hasdrubalem circunuenit. Res præterea a Publio Scipione in Hispania & a. P. Sulpitio prætore aduersus Philippum: & achæos gestas continet.

EX LIBRO. XXVIII.

REs in Hispania ꝓspere gestæ a Syllano Scipionis legato & a Lucio Scipione fratre aduersus pœnos: a Sulpitio ꝓconsule: & ab Attalo rege Asiæ aduersus Philippũ regem macedonum pro ætolis referunt. Cum. M. Liuio & Claudio Neroni consulibus triũphus decretus eẽt. Liuius: q in prouincia sua rem gesserat: quadrigis inuectus est: Nero: q in collegæ ꝓuinciã: ut uictoriã eius adiuuaret: uenerat: equo est secutus: & in hoc habitu plus gloriæ reuerentiæq; habuit: nã & plus in bello quã collega fecerat. Ignis in æde Vestæ negligẽtia uirginis: quæ nõ custodierat: extinctus est. uirgo cæsa ẽ flagro. P. Scipio in Hispania cũ pœnis bellauit. xiiii. anno eius belli: anno quinto posteaq; erat: exclusisq; in totũ possessione eius hostibus: Hispaniã recepit: & Tarracone in Africam ad Syphacẽ regem numidaꝝ duobus nauigiis trãsuectus fœdus iunxit: Hasdrubal Gisgonis: ibi cum eo in eodẽ lecto cœnauit: munus gladiatoriũ in honorẽ patris patruiq; Carthagini nouæ dedit: nõ ex gladiatoribus sed ex iis: qui aut in honorẽ ducis: aut ex prouocatione in certamen descẽdebant: ĩ quo reguli fratres de regno ferro contẽderunt. Cũ Gytthia urbs ab romãis oppugnaret: oppidani liberos & cõiuges rogo extructo occiderũt. se insup præcipitauerũt. Ipse Scipio dũ graui morbo implicitus eẽt seditionẽ in pte exercitus morã confirmatus discussit: rebellantesq; Hispaniæ populos coegit ĩ deditionem uenire. Et amicitia facta est cum Masinissa rege numidaꝝ: qui illi quidem auxilium: si in Africam traiecisset: pollicebatur. Cum gaditanis quoq; post discessum Magonis: cui ex Carthagine scriptũ erat ut in Italiam traiiceret: Romam reuersus: consulq; creatus Africam prouinciam petenti: contradicente

Qu.Fabio Maximo:Sicilia data est:pmissumq; ut in Africam traiiceret:si ex repu.essecenseret.Mago Hamilcaris filius a minore Bellari insula:ubi hyemaret:in Italiam traiecit.

EX LIBRO XXVIIII.

EX Scicilia Gaius Lelius in affricā a Scipione missus ingentem prædā reportau it:& mādata Masiniſſæ Scipioni expoſuit cōquerentis qd nō exercitum in Africam traieciſſet Bellum in Hiſpania finitū uictore romano:quod Indibilis excitauerat:ipſe in acie occiſus:Mandoni us expoſcentibus romanis a ſui deditus Magoni:qui in Galliam & liguriam ierat ex Africa:& militū ampla manus miſſa & pecuniæ:quibus auxilia conduceret:præceptumq; ut ſe Hannibali iungeret.Scipio a Syracuſis in Brutios traiecit:& locros:pulſo punico præſidio:fugatoq; Hannibale recepit.Pax cum Philippo facta eſt.Idæa mater deportata eſt Romā a Peſſimunte oppido Phrigiæ carmine in libris ſibyllinis inuento:pelli Italia alienigenā hoſtem poſſe:ſi mater Idæa deportata Romā eſſet: tradita autem eſt romanis per attalum regem aſiæ.Lapis erat:quem matrem deum incolæ dicebāt: excepit.P.Scipio Naſica.Gn.filius eius qui in Hiſpania parierat:ulr optimus a ſenatu iudicatus adoleſcēs nondum quæſtorius:quoniam ita reſponſum habebatur:ut nomen id ab optimo uiro reciperet: conſecraretur q;.Locrenſes legatos Romam miſerunt:qui de impudentia Publii Pleminii legati quererentur:quod pecuniam proſerpinæ abſtulerat:& liberos eorum:& coniuges ſtuprauerat.Pleminius in cathænis Romam perductus in carcere mortuus eſt.Cum falſus rumor de.P.Scipione procōſule:qui in Sicilia erat:in urbem platus eſſet:tāq; luxuriaretur:miſſis ob hoc legatis a ſenatu:qui explorarent:an ea uera eſſent:purgatus infamia Scipio in africam traiecit ſenatus permiſſu.Syphas accepta filiam in matrimonium Haſdrubalis Giſgonis amicitiæ:quam cum Scipione ipſe iunxerat:renunciauit Maſiniſſa rex maſſiliorum:dum pro Carthagine in Hiſpania militat:amiſſo patre Galla de regno exciderat:quo per bellum ſæpe repetito:aliquot prælis a Syphace rege numidarum uictus in totum priuatus eſt:& cum ducentis equitibus exul Scipioni ſe iunxit: & cum eo primo ſtatim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit.Scipio aduentu Haſdrubalis & Syphacis:qui prope cum centū milibus armatorum uenerant:ab obſidione Vticæ depulſus hyberna cōiuit.Sempronius conſul in agro crotonienſi proſpere aduerſus Hannibalem pugnauit.Inter cenſores Marcum Liuium & Claudiū Neronem notabilis diſcordia fuit:nam & Claudius Liuio collegæ equum ademit quod a po.ro.damnatus:actuſq; in exilium fuerat:& Liuius Claudio quod falſum in ſe teſtimonium dixiſſet:& quod minime bona fide ſecum in gratiam rediſſet:idem omnes tribus extra unam ærarias reliquit & quod innocentem ſe damnaſſent:& poſtea conſulem cenſoremq; feciſſent.Luſtrum a cenſoribus conditū eſt:cenſa ſunt ciuium capita.ccxiiii.milia.

EX LIBRO.XXX.

IN Africa Scipio Carthaginenſes & eundem Syphacē numidarum regem Haſdrubalemq; pluribus pliis uicit adiuuante Maſiniſſa:binaq; hoſtium caſtra expugnauit:i quibus.xl.milia hominum ferro igniq; conſumpta ſunt.Syphacem per.Gn.Lælium cœpit.maſiniſſa Sophoniſbam uxorem Syphacis filiam Haſdrubalis captam ſtatim adamauit:& nuptiis factis uxorem habuit caſtigatuſq; a Scipione uenenum ei tranſmiſit:quo quidem hauſto illa deceſſit:effectū q; eſt multis Scipionis uictoriis:ut carthaginenſes in deſperationem acti in auxilium publicæ ſalutis Hanibalem ex Italia reuocarent:iſq; anno decimo ſexto Italia diſcedens in Africam traiecit:tentauitq; per colloquium pacem cum Scipione componere:& cum de conditionibus pacis non cōueniſſet:acie uictus eſt.pax carthaginenſibus data eſt petentibus Hannibal Giſgonem pacem diſſuadentem manu ſua detraxit:excuſata deinde temeritate facti ipſe pacem ſuaſit:Reuerſus in urbem Scipio ampliſſimū nobiliſſimumq; egit triumphum:quem.Qu.Terentius Culeo ſenator pileatus ſecutus eſt.Scipio africanus:in certum militari prius fauore an populari aura ita cognominatus ſit:primus certe hic imperator uictæ a ſe nomine gentis nobilitatus eſt.Mago bello.quo in agro inſubrium cum romanis conflixerat:uulneratus:dum in africam per legatos reuocatus reuerteretur:ex uulnere mortuus eſt.

EX LIBRO.XXXI.

BElli aduerſus Philippum Macedoniæ regem:quod intermiſſum erat:repetiti cauſæ feruntur hæ:tempore initiorum duo iuuenes acarnanes:qui non initiati erant:athenas uenerūt & in ſacrarium Cereris cum aliis pluribus ſuis intrauerunt.Ob hoc tanq; nefas ſummū commiſiſſent ab athenienſibus cæſi ſunt.acarnanes mortibus ſuorum commoti ad uindicandū illos auxilium a Philippo petierunt.Poſt pacem carthaginenſibus datam quingenteſimo anno ab urbe condita paucis menſibus porta Iani clauſa.cæptum eſt autem anno quingēteſimo quinto.Cū athenienſium:qui obſidebantur a Philippo:legati auxilium a ſenatū petiſſent:& ſenatus id cenſuiſſet ferēdum:plebe.quod tot bellorum continuus labor grauis erat:diſſentiente:tenuit auctoritas patrum:ut ſociæ ciuitati ferre quoq; opem populus iuberet Bellū id.P.Sulpitio con.mādatum eſt qui exercitum in Macedoniam ducto equeſtribus prælis cum Philippo proſpere pugnauit.abydeni a Philippo obſeſſi ad exemplum ſaguntinorum ſuos ſeq; occiderunt.L.Furius prætor gallos in ſubres rebellantes:& Hamilcarem pœnum bellum in ea parte molientem acie uicit.Hamilchar eo in bello occiſus eſt:& millia hominum.xxxyi.Præterea expeditiones philippi regis & ſulpitii conſulis:expugnatiōeſq; urbium ab utroq; factas continet.Sulpitius conſul adiuuantibus rege Attalo & rhodiis bellum gerebat triumphauit de gallis.L.Furius prætor.

EX LIBRO.XXXII.

COmplura prodigia ex diuersis regionibus nunciata referuntur: inter quæ in Macedonia i puppi longæ nauis laureã esse natam. T. Quintius Flaminius consul aduersus Philippũ feliciter pugnauit in faucibus Epiri: fugatumq; coegit in regnum reuerti. Ipse Thessaha: quæ est uicina Macedoniæ sociis: ætolis: & acarnanibus: uexauit. L. Quinti Flaminius consulis frater nauali ꝓlio Attalo rege: & rhodiis adiuuantibus: Euboeam: & maritimam oram cœpit. Achæi in amicitiam recepti sunt. Prætorum numerus ampliatus est: ut seni crearentur. Coniuratio seruorum facta de soluendis carthaginensibus obsidibus oppressa est: duo millia neccati sunt. Cornelius Consul gallos insubres prælio fudit. Cum lacedæmonis & tyranno eorum Nabide amicitia iuncta est. Præterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

EX LIBRO.XXXIII.

TItus Quintius Flaminius proconsul cum Philippo ad Cynocephalas i Thessalia acie uicto debellauit. L. Quintius Flaminius frater proconsulis acarnanes Leucade urbe: q̃ caput est Acarnan æ: expugnata: i deditionẽ accepit. Pax petenti Philippo Græciæ libertas data est. Attalus a Thebis ob subitã inualitudinem translatus decessit. G. Sẽpronius Tuditanus ꝓtor a celtiberis cũ exercitu cæsus est. L. Furius & Claudius Mar. con. boios & insubres gallos subegerũt. Marcellus triumphauit. Hãnibal frustra in Africa bellum mollitus: & ob hoc romanis per epistolas aduersæ factionis principũ delatus: pp metum romanoꝝ: qui legatos ad carthaginẽsium senatũ de eo miserant: profugus ad Antiochum regem Syriæ se contulit bellũ contra romanos parentem.

EX LIBRO.XXXIIII.

LEx oppia: quam. Gn. Oppius tribunus plebis bello punico destringendis cultibus matronarum tulerat: cum maxima contentione abrogata est: cũ Portius Cato auctor fuisset: ne ea lex aboleret. Is in Hispaniã profectus bello: quod Emporius orsus est. citeriorẽ Hispaniam pacauit. T. Quintius Flaminius bellum aduersus lacedæmonios: & tyrannum eoꝝ Nabidẽ prospere gestum: data iis pace: qualẽ ipse uoluit: liberatisq; Argis: quis sub dicione tyrãni erant: finiuit. Res præterea in Hispania atq; aduersus boios: & insubres gallos feliciter gestæ referuntur. senatus tũc primum secretus a populo ludos spectauit: ut id fieret. Sex: Elius Pætus &. L. Cornelius Cethegus censores interuenerunt cũ indignatione plebis. Coloniæ plæræq; deductæ sunt. M. Portius Cato de Hispania triumphauit: Titus Quintius Flaminius: qui Philippũ macedonium regem: & Nabide lacedæmonioꝝ tyrannum uicerat Græciãq; oẽm liberauerat: ob hanc reꝝ factarum multitudinẽ triduo triũphauit. Legati carthaginensiũ nunciauerũt Hannibalẽ: qui ad Antiochũ confugerat: bellũ cum eo moliri. tentauerat aũt per Aristonem tyriũ sine litteris Carthaginem missũ ad rebellandũ pœnos concitare. P. Scipio Africanus legatus missus ad Antiochũ Ephesi cum Hannibale: q se Antiocho iunxerat: collocutus est: ut si fieri posset: metũ uitæ quem ex populo romano conceperat: eximeret. Inter alia cum q̃reretur ab Hannibale: quẽ fuisse maximũ impatorem Hannibal crederet: respondit Alexandrũ macedonum regẽ: quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset: quodq; ultimas horas quas uiscere supra fidẽ humanam esset: peregrasset. quærenti deinde quẽ secundum poneret: inquit: Pyrrhum: eo quod castra metari docuisset: adhæc neminem elegantius loca cepisse: præsidia disposuisse. exequenti quẽ tertium diceret: semet dixit: ridens Scipio quidnã tu diceres: si me: inquit: uicisses? tunc uero: inquit: me & ante Alexandrum: & ante Pyrrhum: & ante alios posuissem.

EX LIBRO.XXXV.

INter ea prodigia: quæ plurima fuisse tradunt: bouem. Gn. Domitio consule locutum Roma caue tibi: referunt. Nabis lacedæmonioꝝ tyrannus incitatus ab ætolis. qui & Philippũ & Antiochum ad inferendum bellum po. ro. sollicitabant: a populo ro. desciuit: & bello aduersus Philopœmenem achæoꝝ prætorem gesto ab ætolis interfectus est. Aetoli quoq; ab amicitia populi ro. defecerunt: cum quibus societate iuncta Antiochus Syriæ rex: cum bellum Græciæ intulisset cõplures urbes occupauit inter quas Calcidem & totam Euboeam. Res præterea in liguribus gestas & apparatum belli ab antiocho continet.

EX LIBRO.XXXVI.

MArcus Attilio Clabrio con. Antiochum apud Termopylas: Philippo rege adiuuante uictũ Græcia expulit: idemq; ætolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica con. ædem matris deũ: quam ipse in palatium intulerat: uir optimus a senatu iudicatus dedicauit: idemque boios & gallos uictos in deditionem accepit: & de iis triumphauit. Præterea naualia certamina prospera aduersus præfectos antiochi regis referuntur.

EX LIBRO.XXXVII.

COrnelius Scipio con. legato. P. Scipione africano: qui se fratris legatũ futurum dixerat: si ei Græcia: & asia prouincia prouincia decerneret: cum Gaio Lælio: qui multũ in senatu poterat: ea prouincia dari uideretur: profectus ad bellũ aduersus antiochũ gerendũ: in asiam primus oium romanoꝝ ducũ traiecit. Aemylius Regillus aduersus regiã classem Antiochi feliciter pugnauit ad Myõe suũ rhodiis adiuuãtibus. filius africani ab antiocho captus patri remissus est. Victo deinde antiocho a Lucio Cornelio Scipione adiuuãte Eumene rege attali pgameni filio pax data: ea conditione: ut omnibus ꝓuinciis citra taurum montẽ cederet. L. Cornelius Scipio: qui cum An-

tiocho bellauerat:cognomine fratri coæquatus Asiaticus appellatus est.colonia deducta est Bononia. Eumeni:quo iuuãte Antiochus uictus erat:regnum ampliatũ.rhodiis quoq; qui & ipsi iuuerant: q̃dã ciuitates cõcessæ.Aemylius Regillus:qui præfectos.Antiochi nauali certamine uicerat:naualẽ triumphum duxit.M.Attilius Clabrio de Antiocho:quem Græcia expulerat:& de ætolis triumphauit.

EX LIBRO.XXXVIII.

MArcus Fuluius cõ.in Epiro ambrasciensis obessos p deditionẽ accepit:Cephaleniã subegit: ætolis pdomitis pacem dedit.Gn.Manlius cõ.collega eius gallogræcos: ætolos: regios toſagios:& trocinos:qui Brẽno duce in Asiã transierant:cũ soli citra tauꝝ montem minime parerent:uicit.eoꝝ origo & cũ ea:loca:quæ tenent:occupauerantq; referunt.Exemplũ quoq; uirtutis & pudicitiæ in fœmina tradit:quæ:cũ regis gallogræcoꝝ uxor fuerat:capta:centurionẽ qui ei uim intulerat:occidit.Lustrũ a censoribus conditum est:censa sunt ciuiũ capta.cclix.m.&.cccxxx.Cũ Ariarathe rege Cappadociæ amicitia iuncta est.Gn.Manlius contradicentibus decẽ legatus:ex quoꝝ consilio fœdus cum Antiocho conscripserat:de gallogræcis acta p se cã in senatu triumphauit.Scipio Africanus die ei dicta:ut quidã aiũt:a Petilio Acteo tri.pl.ut quidã a Næuio quod p̃da cum Antiocho capta ærarium fraudasset:posteaq̃ is dies uenit euocatus in rostra:hac die:inquit:quirites Carthaginẽ uici:& prosequente populo capitolium ascendit.inde ne amplius tribuniciis iniuriis uexaretur: in uoluntarium exiliũ Linternum concessit:incertũ ibi an Romæ defunctus:nam eius monumentum utrobiq; fuit.L.S.Asiaticus frater Africani eodẽ peculatus crimine accusatus dãnatusq;:cũ in uincula & carcerem duceretur.T.Sempronius Gracchus tribunus plebis:quia antea Scipionibus inimicus erat: intercessit:& ob id beneficium Africani filiam duxit.Cum populus quæstores in bona eius publice possidenda misisset:non modo in iis ullum uestigium pecuniæ regiæ apparuit:sed nequaq̃ tantum i ærarium redactum:quantæ summæ erat damnatus.collatam a cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit:quæ necessitati ei erat ad cultum retenta.

EX LIBRO.XXXIX.

AEmilius consul liguribus subactis uiã a Placẽtia usq; Ariminũ perductã flaminiæ iunxit.Initia luxuriæ introducta ab exercitu asiatico referunt. Ligures quicunq; citra appænninum erant:subacti sunt. Baccanalia sacrũ græcum & q̃dem nocturnum scelerum oium maximũ sæminariũ:cum ad ingentis turbæ coniurationẽ peruenisset:a cõsule inuestigatum & multorum pœna sublatum est.A censoribus.M.Valerio flacco &.M.Portio Catone & belli & pacis artibus maximo motus est senatu.L.Quintus Flaminius.T.Quintii frater: eo quod cum Galliã prouinciam consul obtinuerat:Rogatus a Penio Philippo:quam amabat:scorto nobili gallum quendã sua manu occiderat:siue:ut quidam tradiderunt:unum damnatoꝝ securi percusserat:rogatus a meretrice Placẽtina:cuius amore deperibat.extat in eum.M.Catonis oratio.Scipio Linterni decessit:& tanq̃ iungente fortuna circa id tempus duo funera maximorum uirorum:Hannibal a Prusia Bityniæ rege:ad quẽ uicto Antiocho confugerat:cum dederetur romanis:qui ad exposcendum illum.T.Quintium Flaminium miserant:ueneno sibi mortem consciuit.Philopœmenes quoq;:dux achæorum uir maximus ẽ a messeniis interemptus ueneno:cum ab iis bello captus esset.Coloniæ Polentia:& pisaurum:& Mitina:& parma deductæ sunt.Præterea res aduersum celtiberos prospere gestas:& initia causasq; belli macedonici continet:cuius origo inde uenit:quod philippus ægre ferebat regnum suum minui a romanis:eo quod cogeretur a thracibus aliisq; locis præsidia deducere.

EX LIBRO.XL.

CVm Philippus liberos eorum:quos in uinculis nobilissimorum quidem hoiũ habebat conquiri ad mortẽ iussisset:Theoxena pro liberis suis:& sororis uerita admodũ pueris regis libidinem:prolatis in mediũ gladiis & poculo:in quo erat uenenum:suasit iis:ut imminens ludibrium morte effugerent:& cum persuasisset:ipsa ẽt se interemit.Certamina inter Philippi Macedoniæ regis liberos perseum & Demetriũ referuntur:& ut fraude fratris sui Demetrius confictis criminibus:inter quæ accusationẽ parricidii:& affectionem regni primum ferro petitus:ad ultimum qm̃ po.ro.amicus erat:ueneno necatus est:regnumq; Macedoniæ mortuo Philippo ad perseũ deuenit.Item res in liguribus & Hispania contra celtiberos a quãpluribus feliciter gestas continet.Colonia Aquilea deducta est.Libri Numæ pompilii i agro.L.petilii Scribæ sub ianiculo a cultoribus agri in arca lapidea clausi:& græci & latini inuenti sunt:in quibus plura:quæ dissoluendarum religionum erant p̃tor:ad quem delati erant:cum legisset:iurauit senatui contra rempublica esse ut legerentur seruarenturq;:& ex senatus consulto in comitio exusti sunt.philippus ægritudine animi cõfectus: quod Demetrium filium falsis alterius filii in eundem delationibus impulsus ueneno sustulisset:& de pœna persei cogitauit:uoluitq;:Antigonum potius amicum suum successorem regni sui relinquere:sed i hac cogitatione morte raptus est.regnum perseus accepit.

EX LIBRO.XLI.

IGnis in æde Vestæ extinctus est.T.Sẽpronius Graccus procon.celtiberos uictos i deditionem accepit:monumentũq; operum suoꝝ Gracchorum oppidũ in Hispania constituit.& a posthumio Albino proconsule uaccei ac lusitani subacti sunt:de utrisq; triumphauit Antiochus Antiochi filius obses rõanis a patre datus:mortuo fratre Seleuco q patri defuncto succesſerat:in regnũ Syriæ ab urbẽ dimissus:Lustrũ a censoribus conditũ est: cẽsa sunt ciuiũ capta.cclxiii.

milia.ccxciiii.Qu.Volumnius Saxa tri.pl.legem tulit ne quis heredem mulierem instituere:fuasit legem.M.Cato:extat oratio eius.Præterea res cõtra ligures:histros:sardos:& celtiberos a compluribus ducibus gestas continet.& initia bellica macedonici:quod Perseus Philippi filius moliebatur miserat ad carthaginenses legationem:& ab iis nocte audita erat.sed & alias Græcæ ciuitates sollicitabat:qui p ter religionem quod quammulta templa magnifica multis locis erexit Athenis:Iouis olympii & Antiochiæ uilissimum regem egit.

EX LIBRO.XLII.

EVluius Flaccus censor templũ Iunonis Laciniæ tegulis marmoreis spoliauit: ut ædẽ: quam dedicauerat:tegeret.tegulæ.S.C.reportatæ.Eumenes Asiæ rex in senatu de Perseo Macedoniæ rege q̃stus est.cuius iniuriæ in populũ romanum referunt.ob quas bello ei idicto.P.Licinius Crassus consul:cui Macedonia decreta erat:in Macedoniam transit:leuibusq; expeditionibus equestribus prælis in Thessalia cum Perseo felici euentu pugnauit.Inter Massinissam & carthaginenses de agro fuit dies ad disceptandũ a senatu datus.Legati missi ad ciuitates socias:& reges rogandos ut in fide permanerent dubitantibus rhodiis.Lustris a censoribus conditum est:censa sunt ciuium capita.cclyii.milia.ccxxxi.Res præterea aduersus corsos.& ligures prospere gestas continet.

EX LIBRO.XLIII.

PRætores nonnulli:eo quod auare & crudeliter prouincias administrassent:dãnati sunt.P.Licinius Crassus proconsul quãplures in Græcia urbes expugnauit:& crudeliter diripuit.ob id captiui:qui ab eo uænierant:ex.S.C.postea restituti sunt.A præfectis classium romanorum multa ipotenter in socios facta.Res præterea a Perseo rege i Tracia prospere gestas continet:& uictis dardanis:& Illirico:cuius rex erat Genitius:Motus qui in Hispania ab Olonico factus erat:ipso interempto consedit.M.Aemylius Lepidus a censoribus princeps in senatu lectus.

EX LIBRO.XLIIII.

GAius Martius Philippus per saltus penetrauit i Macedoniã:complureſq; urbes occupauit.Rhodii misere legatos Romam minantes ut Perseo essent auxilio:nisi populus romanus cum eo pacem atq; amicitiã coniungeret.indigne id latũ. Cum id bellũ.L.Aemelio Paulo sequentis anni consuli iterum mandatum esset:paulus in concione præcatus est:ut quicqd diri po.ro.imminere:t:supra domum suam conuerteretur:& in Macedoniam profectus perseum uicit:uniuersamq; Macedoniam in potestatem redegit.anteq̃ cõfligeret:dixit exercitui ne miraretur:quod luna nocte proxima defectura esset.Gentius quoq; rex illiricorum:cum rebellasset: a Licinio prætore uictus uenit in deditionem:& cum uxore & liberis & propinquis Romam missus.Ab Alexandria legati a Cleopatra:& ptolemæo regibus uenerunt querentes de Antiocho rege Syriæ: quod is bellum inferret.perseus solicitatis in auxilium Eumenæ rege pergami:& Gentio rege illyricorum:quia iis pecuniam quam promiserat:minime dabat:ab iis relictus est.

EX LIBRO.XLV.

PErseus ab Aemylio paulo in Samothracia captus est cũ Antiochus Syriæ rex ptolemæũ & Cleopatrã ægypti reges obsident:& missis ad eũ a senatu legatis:q iuberent: ab obsidione socii regis absisteret:æditisq; mandatis consyderaturũ se ille:quid faciundum esset: respondisset:unus legatoq; popilius uirga regẽ circunscripsit:iussitq; anteq̃ circulo excederet:responsum daret.qua asperitate effecit:ut Antiochus bellũ omitteret. Legationes gratulantiũ populoq; ac regũ in senatum admissæ:rhodiorum qa eo bello contra populũ romanum fuerant exclusa:postero die:cum de eo q̃reretur ut iis bellum indiceretur:cãm in senatu patriæ suæ legati egerunt:nec tanq̃ hostes:nec tanq̃ socii dimissi:Macedonia in prouinciæ formam redacta est:Aemylius paulus repugnantibus militibus eius pp minorem prædam & contradicente Seruio Sulpicio Galba triumphauit:& perseum cum tribus filiis ante currũ duxit:cuius triumphi lætitia:ne solida ei contingeret:duoq; filiorum funeribus insignita est.quorum alterius mors patris triumphum præcessit:alterius secuta est: Lustrũ conditum est a censoribus:censa sunt ciuium capita.cccxii.millia.d.cccy.prusias Bithyniæ rex romam: ut senatui gratias ageret ob uictoriam ex macedonia partam:uenit:& Nicomedem filium suum senatui commendauit:rex plenus adulationis libertum se po.ro.esse dicebat.

EX LIBRO.XLVI.

EVmenes rex romã uenit.qui:quia macedonico bello se mediũ egerat:ne aut inimicus iudicatus uideretur:si exclusus esset:aut liberatus crie:si admitteretur:in comitio lex lata est:ne cuiq̃ regi Romã uenire liceret. Claudius Marcellus consul alpinos gallos.C.Sulpicius Gallus ligures subegit.legati prusiæ regis conquesti sunt de Eumene:quod fines suos popularetur:dixeruntq; eum conspirasse cum Antiocho contra populum romanũ.Societas cum deprecantibus rhodiis iuncta est.Lustrum a censoribus conditũ est: censa eo sũt ciuiũ capita.cccxxyii.millia.xxii. princeps senatus lectus.M.Aemylius Lepidus.ptolomæus ægyptioq; rex a minore fratre e regno pulsus:missis ad eum legatis:in regnum restitutus ẽ.Ariarathe Cappadociæ rege mortuo filius eius Ariarathes accepit regnum:& amicitiã per legatos cum populo romano renouauit.Res præterea aduersus ligures:corsos:& lusitanos:uario euentu gestas.& motus Syriæ:mortuo Anthiochum puerum admodum reliquerat:continet.hunc Antiochum pueq; cum Lysia tutore Demetrius Seleuci filius:qui Romam obses missus fuerat:clam:quia minime dimittebatur a romanis:interemit:& ipse in regnũ rece-

ptus.Lucio Aemyli Paulo:qui Perſeū uicerat:mortuo:cuius tanta abſtinentia fuit:ut cū ex Hiſpania & Macedonia maximas opes retuliſſet:uix ex auctiõe bonoꝝ eius redactū ẽ:unde dos uxori eius redderet:Põtinæ Paludes a Cornelio Cethego cõſule:cui ea ꝓuincia euenerat:ſiccatæ ægerq; ex iis fcũs.

EX LIBRO.XLVII.

NÆo Tremelio tri.Pl.multa eſt quod cum.M.Aemylio lepido pontifice maximo iniuriõſe contẽderat.ſacroꝝ quoq; magiſtratuũ ius potentius fuit.Lex de ambitu lata.Luſtrũ a cẽſoribus conditũ eſt:cenſa ſunt ciuiũ capita.cccxxyiii.millia.cccxiiii.princeps ſenatus lectus Aemylius Lepidus.Inter Ptolemæos fratres:q diſſidebant:fœdus ictũ:ut alter in Aegypto alter cyrenis regnaret.Ariarathes Cappadociæ rex conſilio Demetrii regis Syriæ:& uiribus pulſus regno:ſi ſenatu reſtitutus eſt.Niſſi a ſenatu legati:qui inter maſiniſſam:&:& carthaginenſes de agro iudicarent.Gaius Martius cõſul aduerſum dalmatas paꝝ ꝓſpere primũ:poſtea feliciter pugnauit:cum quibus bello cõfligãdi cã fuit:quod illyricos populi romani ſocios uaſtauerat:eandẽq; gentem Cornelius Naſica cõſul domuit.Qu.Opinius conſul trãſalpinos ligures:qui maſſilienſium oppidũ Antipolim & Niceam uaſtabant:ſubegit.Præterea in Hiſpania a compluribus paꝝ ꝓſpere res geſtas cõtinet.Conſules quingenteſimo nonageſimooctauo ab urbe cõdita magiſtratũ:peractis comitiis:inſequẽtiſq; anni con.creatis inire cœperũt:mutandi comitia cauſa fuit:quod Hiſpani rebellabãt.Legati ad diſceptandũ inter Maſiniſſam & carthaginenſes miſſi nunciauerunt uim naualis materiæ ſe carthagine depræhendiſſe.Quidam prætores a prouinciis auaritiæ nomine accuſati & damnati ſunt.

EX LIBRO.XLVIII.

LVſtrum a cenſoribus conditũ eſt: cenſa ſunt ciuiũ capita.cccxxiiii.millia Semina belli tertii punici referunt:cum in finibus carthaginenſiũ maximus numidaꝝ exercitus:Archobarzane duce:Syphacis nepote diceret eſſe.M.Portius Cato ſuaſit:ut carthaginenſibus:q̃ exercitum ſpecie contra Maſiniſſam regẽ:ſed re uera contra romanos accitũ in finibus haberent: bellũ indiceret.contradicente Publio Cornelio Naſica:placuit legatos mitti carthaginem:qui ſpeculaꝝ rentur:qd ageret.caſtigato ſenatu carthaginenſiũ:quod contra fœdus exercitũ & nauales materias haberent:pacẽ inter Maſiniſſam & eos facere uoluerunt:Maſiniſſa agro de quo lis erat:cedẽte.Sed Giſco Hamilcharis filius hõ ſeditioſus:q tunc in magiſtratu erat:cũ ſenatus parituꝝ ſe iudicio legatoꝝ dixiſſet:ita bellũ aduerſus romanos ſuadendo concitauit:ut legatis:quo minus uiolarentur:fugã explicuit.id nunciantes infeſtũ iam ſenatũ carthaginenſibus infeſtioꝝ fecerunt.M.Portius Cato funus mortui filii in ꝓtura tenuiſſimo:ut ualuit:nam paup erat:ſumptu fecit.Andriſcus:qui ſe Perſei filium ꝛegis quondã macedoniæ ingenti aſſeueratione mentiret:Romã miſſus.M.Aemilius Lepidus:q princeps ſenatus ſextis iã cenſoribus erat lectus anteq̃ expiraret:ꝓcepit filiis lecto ſe ſtrato ſine linteis:ſine purpura efferent:in reliquum funus:ne plus q̃ æris denos cõſumerent:imaginũ ſpẽ non ſumptibus nobilitati maximoꝝ uirorum funera ſolere.De ueneficiis quæſitũ:Publia:& Licinia nobiles fœminæ:quæ uiros ſuos neceſſe inſimulabant:cognita cã cũ prætori ꝓdes uadeſq; dediſſent:cognatoꝝ decreto necatæ ſunt.Guluſſa Maſiniſſæ filius denunciauit Carthagine delectus agi:claſſem cõparari:& haud dubium bellũ ſtrui.cũ Cato ſuaderet:ut iis bellũ indiceretur.P.Cornelio Naſica dicẽte nihil temere faciundum: placuit decẽ mitti legatos exploratũ.L.Licinius Lucullus.A.Poſthumius Albinus cõſules cũ delectum ſeuere agerent:nec quemquã gĩa dimitterent:a tri.plebis:qui pro amicis ſuis uocationẽ ĩpetrare nõ potuerunt:in carcerẽ cõiecti ſunt.Hiſpanienſe bellũ cũ paꝝ ꝓſpere aliquotiẽs geſtũ ita cõfudiſſet ciuitatẽ romanam:ut ne ii qnidẽ inuenirentnr:quia aut tribunatũ exciperent:aut legati ire uellent.P.Cornelius Aemylianus ꝓceſſit:& excepturum militiægenus quodcunq; imperatũ eſſet:ꝓfeſſus eſt quo exemplo ad militãdi ſtudium oẽs incitauit.L.Lucullus conſul:cui Claudius Marcellus ſucceſſerat: pacaſſet oẽs Celtiberiæ Populos:cum uideret:uacceos:cantabros:& alias regiones:& iteꝝ alias incognitas nationes in Hiſpania ſubegit.Ibi Publius Cornelius Africanus Scipio Aemylianus.L.Pauli filius Africani nepos:& adoptiuus:prouocatorẽ barbaꝝ tribunus militũ occidit:& in expugnatione captæ urbis maius multo ẽt periculum adiit:nam murũ primus oĩum trãſcendit. Seruius Sulpicius Galba prætor male aduerſus luſitanos pugnauit:Cũ legati ex africa cũ carthaginenſium oratoribus:& Guluſſa Maſiniſſe filio rediſſent:dicerentq; & exercitũ:& claſſem Carthagine deꝑhendiſſe:prorogari ſententiã placuit:Catone & aliis principibus ſenatus ſuadentibus:ut in Africã confeſtim trãſportaret exercitus:quã uero Cornelius Naſica dicebat nondũ ſibi iuſtam cãm belli uideri:placuit:ut bello abſtineret: ſi carthaginenſes claſſem exuſiſſent:& exercitũ dimiſiſſent:ſi minus proximi cõſules de bello punico referrent Cũ locatum a cenſoribus theatrũ extrueretur.P.Cornelio Naſica auctore:tanq̃ inutile & nocituꝝ publicis moribus:ex Se:C.deſtructũ eſt:populuſq; aliquãdiu ſtans ludos ſpectauit.Carthaginenſes tum aduerſum fœdus bellũ Maſiniſſæ intulerunt.uicti ab eo nonageſimũ annum habente:& ſine pulpamine mandere:& guſtare cibum tantummodo ſolito:inſuper romanum bellum meruerunt.

EX LIBRO.XLIX.

TErtii punici belli initiũ altero ex ſexcẽteſimo anno ab urbe condita intra quintũ annũ: quã erat cœptũ:conſumatũ omnino eſt.Inter.M.Portiũ Cathonẽ:& Scipionẽ Naſicã:quoꝝ alterũ ſapientiſſimũ uirũ in ciuitate habebãt:alter uir optimus a ſenatu iudicatua erat diuerſis certatũ eſt ſententiis:Catone ſuadente bellũ:& ut oĩno deleretur Carthago: Naſica diſſuadente:placuit nihilominus quod cõtra fœdus naues haberẽt:& extra fines exercitũ duxiſſent: quodq;

socio populi ro.& amico Masiniſſe arma intuliſſent:& quod filium eius Guluſſam:qui cum legatis ro manis erat:in oppidum minime recepiſſent:bellum iis indici.Priuſquam ullæ copiæ in naues impo nerẽtur:uticenſes legati Romã uenerunt:ſe ſuaq; oĩa dedentes: ea legatio ueluti maximũ belli omen grata patribus:acerba carthaginenſibuſ fuit.Diti patri ludi ad tarentum ex Præcepto librorũ ſibyllino rum facti:qui anno primo primi punici belli quingenteſimo:& altero anno ab urbe condita facti erãt Legati triginta Romã uenerunt:per quos carthaginenſes ſe dedebant.Catonis ſententia peruicit:ut decreto perſtaret:& ut conſules quã primum proficiſcerẽtur ad bellum:qui ubi in Africam tranſierũt acceptis:quos imperauerant:trecentis obſidibus:& armis:oĩbuſq; inſtrumentis belli:ſiqua Carthagi ne erant.Tunc cum ex auctoritate patrum iuberent:ut in alio loco procul a mari decẽ millia paſſuum nec minus remoto oppidum facerent:indignitate rei ad bellandum carthaginenſes cõpulerunt.obſi deri oppugnariq; cœpta eſt carthago a.L.Martio.M.Manlio conſulibus.In qua oppugnatione cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupiſſent:& ab oppidanis grauiter cæderentur:a Scipione Africano expliciti ſunt:per quẽ & caſtellũ romanorũ:quod nocte expugnabant:paucis equitibus iuuantibus liberatum eſt:caſtriſq; quæ carthaginenſes oĩbus copiis pariter ab urbe egreſſi oppugnabant:liberatis:is præcipuam gloriã tulit.Præterea cum ab irrita oppugnatione Carthaginis conſul(alter.n.Romam ad comitia ierat)exercitum ducere aduerſus Haſdrubalem uelet:qui cum altera manu iniquum ſaltum inſederat:ſuaſit primo conſuli ne tam iniquo loco confligeret:uictus deinde cõplurium:qui & prudentiæ eius:& uirtuti inuidebant:ſententiis:& ipſe ſaltum ingreſſus eſt:cumq; ſicut prædixerat:fuſus fugatuſq; eſſet romanus exercitus:& duæ cohortes ab hoſte obſiderẽtur:cum exiguis equitum turmis in ſaltum reuerſus liberauit eas:& incolumes reduxit.quã uirtutẽ eius & Cato uir promptioris multo ad uituperãdum linguæ:in ſenatu ſic proſecutus eſt ut diceret reliquos:qui in Africa militarẽt:umbris militare:Scipionem uigore:& populus romanus eo fauore illum cõplexus eſt:ut comitiis cõplurimæ eum tribus conſulẽ ſcriberent.cum hoc per ætatẽ minime liceret.Cum.L.Scribonius tribunus plebis rogationẽ promulgaſſet ut luſitani qui in fœdere populi ro.dediti a Sergio Galba in Galliam ueniſſent:in libertatẽ reſtituerentur.M.Cato acerrime ſuaſit extat oratio in annalibus eius incluſa.Qu.Fuluius Nobilior etiã ab eo in ſenatu laceratus reſpondit,p Galba ipſe quoq; Galba:cum ſe dãnari uideret:complexus duos filios prætextatos & filium Galli Sulpicii cuius tutor erat:ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt:ut rogatio antiquaretur.extant tres orationes eius duæ aduerſum Libonẽ tribunum plebis rogationeſq; eius habitæ de luſitanis:una cõtra.L.Cornelium Cethegum:in qua luſitanos ,ppter ſeſe caſtra habentes cæſos:fatetur:quod cõpertum habuerit equo atq; hoĩe ſuo imolatis per ſpẽm pacis adoriri exercitum ſuũ in animo habuiſſe: Andriſcus quidam infimæ ſortis homo Perſei regis ſe filium ferẽs: & mutato noĩe Philippus uocatus: cum ab urbe Roma:quo illũ Demetrius Syriæ rex ob hoc ipſum mendatiũ miſerat:clam profugiſſet:multis ad falſam eius famã uelut ad ueram euntibus.contracto exercitu:totam Macedoniã:aut uoluntate incolentium:aut armis occupauit.Fabulam aũt huiuſmodi finxerat:ex pellice ſe Perſeo rege ortũ:traditũ educandum Cyrtheſæ cuidam eſſe:ut in belli caſus quod ille cũ romanis ageret:aliquod uelut ſemen ſtirpis regiæ extaret.Perſeo demortuo Idramiti ſe educatum uſq; ad duodecimũ annũ ætatis: patrẽ eius eſſe credentẽ a quo educaret.ignarũ generis fuiſſe ſui.Affecto deinde eo:cum ,ppe ad uitæ finẽ ultimũ eſſet: detectam tandem ſibi originem ſuam:falſæq; mari libellum datum ſigno Perſei regis ſignatum quem ſibi traderet:cum ad puberem ætatem ueniſſet:obteſtationeſq; ultimas:adiectas ut res in occulto ad tẽpus ſeruaretur.pubeſcenti libellum tradidit: in quo relicti ſibi duo theſauri a patre dicerentur tum ſcientem mulierem ſubditum ſe eſſe ueram ſtirpem ignoranti ædidiſſe genus atq; obteſtatam:ut prius quam ad Eumenem maneret res.Perſeo inimicum excederet iis locis ne interficeretur: eo ſe exteritum ſimul ſperantem aliquod auxilium a Demetrio:in Syriam ſe contuliſſe:atq; ibi primum quis ipſe omnino eſſet:palam expromere auſum.

EX LIBRO.L.

Theſſalia cum & illã inuadere armis:atq; occupare pſeudo Philippus uellet:per Romanorũ legatos auxiliis achæorũ defenſa eſt.Pruſias rex Bithyniæ omnium humilimorum fautor atq; uitiorũ:a Nicomede filio adiuuante Attalo rege Pergami:occiſus eſt habebat alium filium:qui pro ſuperiore ordine dentium enatum habuiſſe unũ os continens dicitur.Cum legatos ad pacem inter Nicomedẽ & Pruſiam faciendã rõani miſiſſent:& unus ex iis multis cicatricibus ſparſum caput haberet alter pedibus æger eſſet:tertius ingenio ſecors haberet: dixit Cato eam legationem nec caput:nec pedes nec cor habere.In Siria:quæ eo tẽpore ex ſtirpe generis Perſei regis macedonum in tertia ſecordiaq; ſimilem Pruſiæ regem habebat:iacente eo in ganeo & luſtris: Hãmonius regnabat:per quem & amici oĩs regis & Laodice regina:& Antigonus Demetrii filius occiſi Maſiniſſa Numidiæ rex maior nonaginta annis uir inſignis deceſſit iter cætera opera iuuenilia:quæ ad ultimum ædidit:adeo etiam uerſus in ſenectam uiguit:ut poſt ſextum & octogeſimum annum genuerit unum filium:inter tres liberos maximus natus Mycipſa:Guluſa:& Maſtanabal: qui etiam græcis litteris erat eruditis.P.Scipio Aemilianus cum cõe eis pater regnum reliquiſſet:& diuidere eos arbitrio Scipionis iuſſiſſet:adminiſtrationem regni diuiſit: item Phaniæ Hamilconis præfecto equitum carthaginenſium uiro forti:& cuius opera præcipua pœni utebantur:ſuaſit ut cum equitatu ſuo ad romanos tranſiret.Trium legatorum qui ad Maſiniſſam miſſi fuerant. Claudius Marcellus: coorta tẽ

peſtate:fluctibus obrutus eſt.Carthaginēſes Haſdrubalē Maſiniſſæ nepotē:quem prætorē habebant proditionis ſuſpectū:in curia interemerunt.quæ ſuſpicio inde emanauit:quot propinquus eſſet Guluſſæ auxilia romanoꝝ iuuantis.P.Scipio Aemilianus cum ædilitatem peteret:cōſul a populo ductus quoniam per annos conſulem fieri minime licebat:cum maximo certamine ſuffragantis legis & repugnantibus aliquantulum patribus:legibus ſolutus:& conſul creatus eſt.M.Aemylius nonnullas urbes circompoſitas carthagini expugnauit.Pſeudo Philippus in Macedonia cæſo cum exercitu.M.Iuuentio prætore a.Qu.Cecilio uictus captuſq; eſt relicta Macedonia.

EX LIBRO.LI.

CArthago uiginti tria millia quidem paſſuū in circuitu labore maximo obſeſſa: & per ptes capta eſt primū a Mantino legato:deinde a Scipione conſule.cui extra ſortē ꝓuincia Africa data eſt:Carthaginenſes portu nouo:quia uetus a Scipione erat obſtrictus:facta:& cōtracta exiguo tpe ampla claſſe nauali prælio infeliciter pugnauerunt.Haſdrubalis:quoq; eorum ducis caſtra ad Neſentum oppidum loco difficillimo ſita cum exercitu deleta ſunt a Scipione:qui tandem urbem expugnauit ſeptingenteſimo anno:quam erat condita ſpolioꝝ maior pars ſiculis:quibus ablata erant:reddita.ultimo urbis excidio:cum ſe Haſdrubal Scipiōi dediſſet:uxor eius:quæ paucis ante diebus de marito minime impetrare potuerat:ut ad uictorem tranſfugeret:ſe flagrantis i medium urbis incendium duobus cum liberis ex arce præcipitauit.Scipio exemplo patris eius Aemiliani Pauli:qui Macedoniam uicerat:ludos fecit:tranſfugas atq; fugitiuos beſtiis obiecit.Belli achaici ſemina referuntur hæc:quod legati.ro.ab achaicis pulſati ſunt.Corinthum miſſi erant:ut eas ciuitates:q; ſub dicione Philippi fuerant:ab achaico concilio ſecernerentur.

EX LIBRO.LII.

CVm acheis:qui in auxiliū boecios & chalcidenſeſ habebant:Quintus Ceciliuſ Metellus ad Thermopylas bello conflixit:quibus uictis:dux eoꝝ Critolaus ueneno ſibi mortem cōſciuit in cuius locū Dracus achaici motus præmus auctor ab achæis dux creatus:ad Iſthomō a Lucio Manlio conſule uictus eſt:qui:oī Achaia in deditionē accepta:Corinthum exſenatuſconſulto diruit:quia ibi legati romanoꝝ uiolati erant:Thebæ quoq; & Chalcis:qua auxilio fuerāt:dirutæ.Ipſe.L.Mumius ſe abſtinentiſſimū uiꝝ egit:nec quicq; ex iis opibus ornamētiſq;:prædiues Corinthus habuit:in domū eius peruenit.Quintus Cecilius Metellus de Andriſco triūphauit Publius Cornelius Africanus Scipio Aemilianus de Carthagine & Aſdrubale.Viriatus primū in Hiſpania ex paſtore uenator & ex uenatore latro.mox iuſti quoq; exercitus dux factus uniuerſam Lucitaniam occupauit.M.Vetilium prætorē:fuſo eius exercitu:cepit:poſt quem.C.Plautius prætor nihilo felicius rē geſſit:tātumq; terrorē his:hoſtis intulit:ut aduerſus eum cōſulari opus eſſet & duce:& exercitu:Præterea motus Syrie:& bella inter reges geſta referunt.Alexander homo ignotus & incerte ſtirpis:occiſo:ſicut ante dictū eſt.Demetrio rege:in Syria regnabat:hunc Demetrius Demetriifilius:qui a patre quōdam ob incertos belli caſus ablegatus in Gnidon fuerat:cōtempta ſecordia inertiaq; eius: adiuuante Ptolemæo Aegypti rege:cuius filiam Cleopatram:acceperat in matrimoniū:bello interemit.Ptolemeus in caput grauiter uulneratus:intercurationem:dū oſſa medici terebrare cōtendunt:expirauit: atq; in locū eius frater minor Ptolemæus:qui Cyrenis regnabat:ſucceſſit. Demetrius ob crudelitatē quā per tormenta in ſuos execrabat:a Diodoro quodā uno ex ſubiectis:qui Alexandri filio bimulo admodum regnū aſſerebat:bello ſuperatus.Seleuciam fugit.Lucius Mumius de achæis triumphauit:ſigna ærea marmoreaq; & tabulas pictas in triumpho tulit.

EX LIBRO.LIII.

CClaudius con.ſalaſſos gētem alpinam domuit.alter pſeudo Philippus in Macedonia a.L. Tremelio quæſtore cum exercitu cæſus eſt.Qu.Cecilius Metellus proconſul celtiberos cecidit a.Qu.Fabio proconſule pars maxima Luſitaniæ:expugnatis multis urbibus recepta eſt.G.Iulius ſenator græce res romanas ſcripſit.

EX LIBRO.LIIII.

QVintus Pompeus cōſul in.Hiſpania termeſtinos ſubegit:cū eiſdē quidem:& numātinis pacem ob infirmitatē fecit.Luſtrum a cēſoribus conditū eſt:cēſa ſunt ciuium capita. cccxxyiii. millia.cccxlii.Cū macedonium legati conqueſtum ueniſſent de Iunio Syllano prætoraē:q; acceptis pecuniis ꝓuinciā ſpoliaſſet:& ſenatus de querelis eoꝝ uellet cognoſcere.T.Māliuſ Torquatus Syllani pater petiit:īpetrauitq;:ut ſibi huiuſmodi cognitio mandaret:& domi cā cognita filium condēnauit:abdicauitq;:ac ne funeri quidē eius cum ſuſpendio uitam fuiſſet interfuit: ſedēſq; domi poteſtatē conſulātibus ex inſtituto fecit:Qu.Fabius procon.rebus in Hiſpania ꝓſpere geſtis:labem impoſuit.pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus a proditoribus conſilio ſeruilii Cepionis interemptus eſt:& ab exercitu eius multū imploratus:ac nobiliſſime tubulatus.uir duxq; maximus per quartum decimū annum:quibus romanis bellum geſſit frequentius ſuperior.

EX LIBRO.LV.

PVblio Cornelio Naſica:cognomen Serapion fuit:ab irridente curiatio tri.pl.impoſitum.& D.Iunio Bruto con.delectū habentibus in conſpectu tyronum res ſaluberrimi exempli facta eſt.nam.C.Matienus accuſatus ē apud tr.pl.quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet dā

natusq; sub furca diu uirgis cæsus est:& sestertio numo uenit tri.ple.quia non impetrarunt:ut sibi denos quos uellent milites:eximere liceret:consules in carcerem mitti iusserunt. Iunius Brutus consu. in Hispania iis:qui sub Viriato militauerant agros oppidumꝫ dedit:quod Valentia uocatum est.M. Popilius a numantinis:cum quibus pacem factam senatus irritam censuerat cum exercitu fusus fugatusq;:Gaio Hostilio Mancino consule sacrificante:pulli ex cauea euolauerunt conscendenti deinde in nauim:ut in Hispaniam proficisceretur accidit audiri mane Mancine auspicia tristitia fuisse probatum est:uictus enim a numantinis:& castris exutus:cum spes nulla seruandi exercitus esset:pacem cum iis fecit ignominiosam:quam ratam esse senatus uetuit:triginta millia romanoꝝ a numẽtinoꝝ millibus quattuor uicta erant.D.Iunius Lusitaniam urbiũ expugnationibus usq; ad oceanum perdomuit & cũ fluuium ob Iuuionẽ transire nollẽt: raptum signifero signum ipse transtulit:& sic: ut transgrederẽtur: persuasit.Alex filius rex Syriæ decem annos admodum habens:a Diodoro:qui Triphon cognominabatur:tutore suo per fraudem occisus est:corruptis quidem medicis.qui eum calculi dolore consumi ad populum mentiti:dum secãt illum occiderunt.

EX LIBRO.LVI.

DEcius Iunius Brutus in ulteriore Hispania feliciter aduersus gallesios pugnauit Disimili euentu.M.Aemylius Lepidus procon.aduersus uacæos rem gessit:clademq; similem Numantiæ passus est.Ad exoluendum numantini fœderis religione populum: Mancinus: cum huius rei auctor fuisset deditus numantinis: minime est receptus.Lustrum a censoribus conditũ est:censa sunt ciuium capita.cccxxiii.millia Fuluius Flaccus cõ.uardeos in Illyrico subegit M.Cesonius prætor in Thracia cum scordiscis prospere pugnauit.Cum uitio ducũ bellum numantinum nõ sine publico pudore duraret delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoq; ro.consulatus:quem cum ille capere ob legem quæ uetabat:quenquam intra decem annos iteꝝ consulem fieri licere minime uellet:sicuti priori consulatu legibus solutus est.Bellum seruile i Sicilia ortum cum oprimi a prætoribus minime ualuisset.C.Fuluio con.mandatum est:Cuius belli initiũ fuit Eunus seruus natione syrus:qui:contracta agrestium seruoꝝ manu:& solutis ergastulis:iusti exercitus numeꝝ impleuit:Cleon quoq; alter seruus ad.lxx.millia seruoꝝ contraxit:& copiis iunctis contra populũ romanum:exercitumq; eius bellum sæpenumero gesserunt.

EX LIBRO.LVII.

SCipio Africanus Numantiam obsedit:& corruptum licentia luxuriãq; exercitum ad generosissimam militiæ disciplinam reuocauit:omnia.n.delitiarũ instrumenta recidit:duomillia scortorum a castris eiecit:militem omni die in opere habuit:& triginta dierum frumentum ac septenos uallos ferre cogebat:ægre propter onus incedenti dicebat:cum gladio recte uallare scieris uallum ferre desinito alii nimium paꝝ habiliter scutũ ferenti eum scutum amplius iusto ferre iussit.neq; id se repræhẽdere:quñ melius scuto:quam gladio uteret:quem militem extra ordinem depræhendit:si romanus esset uitibus:si extraneus uirgis cecidit:iumenta quidẽ omnia:ne exoneraret milites:uendidit:multotiens cõtra hostium eruptiones feliciter pugnauit.Vaccei.obsessi:liberis & cõiugibus trucidatis:ipsi se interemerũt:Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syrie: cũ celare aliis impatoribus regũ munera mos esset:pro tribunali ea acceptuꝝ se esse dixit:eaq; oia referre quæstori in publicas tabulas iussit:ex iis uiris fortibus munera se datuꝝ.Cũ undiq; Numantiã obsidione clausisset:& oppressos fame uideret urgeri hostes qui pabulatum exierant:uetuit interemi:qd diceret uelocius eos absumpturos frumentum:quod haberent.si plures quidẽ fuissent.

EX LIBRO.LVIII.

AI.Sempronius Gracchus tri.ple.cũ agrariam legem ferret aduersus uoluntatẽ senatus & eqstris ordinis:ne quis ex publico agro plus q̃ decẽ iugera possideret:in eũ furorẽ exarsit: ut M.Octauio collegæ cãm diuersæ partis defendẽti:ptãtem lege lata abrogaret:seq;:& frẽm Gracchũ:& Ap.Claudium soceꝝ triũuiros ad diuidendũ agrum crearet,promulgauit & aliã legem agrariã quasi quis latius agrũ patefaceret:ut idẽ oĩo triũuiri iudicarẽt qua publicus ager qua priuatus esset:Deinde cũ minus agri eẽt:quã quod diuidi posset sine offensa etiã plebis:qñ eos ad cupiditatem amplum modũ sperandi incitauerat:legem se promulgatuꝝ ostendit:ob id:ut iis qui sempronia lege agrũ accipere deberent:pecunia:quæ regis Attali fuisset:diuideret.Hæredem autẽ populum ro.reliquerat Attalus rex Pergami Eumenis filius.Tot indignationibus cõmotus grauiter senatus ante oẽs.A.Antonius con.qui cum in senatu in Gracchum peroraſſet:raptus ad eo ad populum:delatusq; plebei rursus in eum pro rostris concionatus est.Cum iteꝝ tri.pl.creari uellet:Gracchus auctore.P. Cornelio Nasica in capitolio a primatibus occisus est:ictus primum fragmentis sub leliꝝ:& inter alios:qui in eadem seditione occisi erant:in sepultus:& in flumen proiectus.Res præterea in Sicilia nario euentu aduersum fugitiuos gestas continet.

EX LIBRO.LIX.

NVmantini fame maxime coacti:ipsi se per uices trucidauerũt.Captam urbem Scipio Africanus deleuit:& de ea triumphauit:quarto decimo ãno post Carthaginem deletam.P.Autilius con.in Sicilia cum fugitiuis debellauit.Aristonicus regis Eumenis filius Asiam occupauit cum testamento attali regis ligata.Po.ro.libera esse deberet:aduersus eum.P. Licinius Grassus consul:cum idem põtifex max.esset:quod nũquam antea factum erat:extra Italiam pro-

fectus.prælio uictus:& interemptus est.M.Perpẽna cũ uictum Aristonicũ in deditionem accepit.Qu. Põpeus &.Qu.Metellus tunc primum utercꝫ ex plebe censores facti. Lustrum a censoribus est cõditũ censa sunt:capita cccxyiii.milia dcccxxiii.præter pupillos & uiduas.Qu.Metellus censor censuit.ut du cere uxores omnes cogerẽt omnino liberorꝫ creãdorũ causa:extat oratio eius:quã Augustus Cæsar cũ de maritandis ordinibus ageret:uelut eo tempore scriptã in senatu recitauit.G.Attilius Labeo tri.pl. Qu.Metellũ censorẽ:aquo in senatu legẽdo præteritus erat de saxo deiicei iussit:qꝫne fieret:cæteri tri. pl.auxilio quã maxie fuerũt.Cũ Carbo tri.pl.rogationẽ tulisset:ut eundẽ tri.pl.quotiens quidem uel let.creari liceret:rogationẽ eius.P.Africanus grauissima oratione dissuasit:in qua dixit Ti.Gracchũ iu re cæsũ uideri:Garcchus cõtra suasit rogationẽ: sed Scipio cẽsit.Bella inter Antiochum regem Siriæ:& Phrahartẽ parthorũ regẽ gesta.nec magis quietæ res Aegipti referũtur.Ptolemæus Euergetes cogno minatus ob nimiam crudelitatem suis inuisus:incensa a po.regia:clã in ciprũ profugit:& cũ sorori eius Cleopatræ:quã eius:uirgine filia per uim compressa & in matrimonium ducta:repudiauerat:regnum a populo datum esset infensus filium:quem ex illa habebat:in Cypro occidit caputꝫ eius & manus & pedes matri misit.Seditiones a triunuiris FuluioFlacco.G.Graccho &.G.Carbõe de agro diuidundo creatis excitatæ:quibus cum.P.Scipio Africanus aduersaretur:fortisꝫ ac ualidus pridie domum se re cipisset:mortuus in cubiculo inuentus est:suspecta fuit:tanquam uenenum ei dedisset Sẽpronia uxor hinc maxime:quod soror esset Graccorũ:cum quibus simulias Africano fuerat. de morte tamen eius nulla quæstio acta.quo defuncto seditiones triũuirales acrius exarserunt.G.Sempronius con.contra iapigas primo male rem gessit:mox uictoria cladem acceptam emendauit:uirtute.D.Iunii Bruti eius: qui lusitaneam subegerat.

EX LIBRO.LX.

AVrelius consul sardos subegit.Fluuius Flaccus primus oĩum transalpinos ligures bello do muit:missum auxiliũ massilienſibus aduersus flaneos gallos qui populabant fines massiliẽ sium.L.Opimius prætor fregelanos:qui defecerãt:in deditionem accepit.Fregellas diruit Pestilentia in africa maxima multitudine locustarum: & deinde necatarꝫ strage fuisse tra ditur.Lustrum a censoribus conditum est:censa sunt ciuium capita.cccxc.millia.dccxxxyi.Gracchus Tiberii frater tri.ple.eloquentior quam frater pernicioſas aliquas leges tulit: inter quas frumentariã ut semis & triente frumẽtum plebi daretur;alteram legem agrariam:quam frater eius tulerat: tertiam qua equestrem ordinem cum senatu consentientem corrumperet:trecenti senatores erant. sexcẽti eq tes:ut trecentis senatoribus admiscerentur:id est:ut equester ordo bis tantum uirium in senatu habe re:& continuato in alterum annum tribunatu legibus agrariis latis effecit:ut cõplures coloniæ in Ita lia deducerentur:& una in solo dirutæ Carthaginis:quo ipse triunuir creatus coloniam deduxit.præ terea res a.Qu.Metello consule aduersus Baleares gestas continet:quas græci Gymnasias appellant quia æstatem nudi exigant:Baleares a teli missu appellati:aut a balteo Herculis comite ibi relicto tũc: cum Hercules ad Geryonem nauigaret.Motus quoꝫ Syriæ referuntur:in quibus Cleopatra Deme trium uirum suum:& Seleucum filium:multum indignata:quod occiso patre eius a se:iniussu suo dia dema sumpsisset:interemit.

EX LIBRO.LXI.

CSestius procon.uicta saliuorꝫ gente coloniam aquas.Sestias condidit ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus:atꝫ a nomine suo ita appellatas.Cn.Domitius procõ.contra allobroges ad oppidum uindalium multum feliciter pugnauit: quibus bellum inferendi causa fuit:quod Teutomalium Saliuorum regem fugiẽtem recepissent:& omni ope iuuis sent:quodꝫ heduorum agros sociorum pop.ro.uastauissent.G.Gracchus:seditioso tribunatu acto:cũ auentinum armata quoꝫ multitudine occupauisset:a.L.Opimo consule ex.S.C.uocato ad arma po pulo pulsus interemptusꝫ est:& cum eo Fuluius Flaccus socius eiusdem.Qu.Fabius Max.consul pau li nepos aduersus allobroges:& Bituitum aruenorum regem feliciter pugnauit:ex Butuiti exercitu cæsa millia hominum centum uiginti:& cum ipse ad satisfaciendum:senatui Romam profectus esset: albæ custodiendus datus est:quia contra pacem uidebatur:ut in Galliam remitteretur:decretum quo qꝫ est:ut congentiatus filius eius compræhensus Romam mitteretur.Allobroges in deditionem ac cepti.L.Opimius accusatus apud populum a.Qu.Decio tri.ple.quod indemnatos ciues in carcerem coniecisset:liberatus est.

EX LIBRO.LXII.

CMartius con.sarnios gentem alpinam expugnauit.Mycipsa numidarꝫ rex mortuus regnũ tribus filiis reliquit Adherbali:Hyempsali:& Iugurthæ fratris filio:quẽ in filium adoptaue rat.L.Cecẽlius Metellus Dalmatas obsedit.Iugurtha Hyẽpsalẽ fratrẽ bello petiit: quem ui ctũ interemit.Adherbalẽ regno expulit;q a senatu restitutus est.L.Cecilius Metellus.Gn. Domitius Aenobarbus cẽsores & triginta senatu amouerũt.præterea motus Syriæ regũqꝫ continet.

EX LIBRO.LXIII.

CAto.Portius con.in Thracia male aduersus sardiscos pugnauit.Lustrũ a censoribus condi tum est:cẽsa sunt ciuium capita.cccxciiii.millia.cccxxyi.aemylia Licinia:& martia uirgines uestales incesti damnatæ sunt:idqꝫ incestum.quemadmodum cõmissum: depræhensum: & iudicatum sit:refertur:Cimbri gens uaga populabundi in Illyricum uenerunt:ab iis Pa

pyrius Carbo consul cum exercitu fusus est. Liuius Drusus consul aduersus sardiscos gẽtem a gallis oriundã in Thracia feliciter pugnauit: magnumq; honorem tulit.

EX LIBRO. LXIIII.

ADherbal bello petitus a Iugurtha: & in oppido Cyrtha obsessus: contra denũciationem senatus ab eo occisus est: ob hoc ipsi Iugurthæ bellũ indictũ: idq; etiam Calphurnius Bellũ cum gerere iussus pacẽ cum Iugurtha iniussu populi & senatus fecit. Iugurtha fide publica euocatus ad indicandũ consilioꝝ suoꝝ auctores: quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur: Romã uenit: & ꝓpter cædem admissam in regulũ quẽdam nomine Masinissam: qui regnũ eius po. ro. inuisi appetebat: interfectũ: Romæ cum periclitaret: causam captis dicere iussus clam profugit: & cædens urbe fertur dixisse. O urbem uenalem: & cito perituram: si emptorẽ inuenerit. A. Post humius legatus infeliciter prælio aduersus Iugurtham gesto conflixit: pacemq; etiam multum ignominiosam adiecit: quam quidem minime esse seruandam senatus censuit.

EX LIBRO. LXV.

QVintius Cecilius Metellus cõ. duobus præliis Iugurtham fudit: & uniuersam Numidam uastauit: M. Iunius Syllanus con. aduersum cimbros infeliciter pugnauit. legatis cimbrorum sedem & agros: in quibus consisterent: postulantibus senatus negauit. M. Minutius procon. contra thracas feliciter quidem pugnauit. L. Cassius con. a tigurinis gallis pago heluetiorum: qui a ciuitate secessserant: in finibus allobrogum cum exercitu cæsus est: milites: qui ex ea clade superauerant: obsidibus datis: & dimidia rerum omnium parte: ut incolumes dimitterentur: cũ hostibus pacti sunt.

EX LIBRO. LXVI.

IVgurtha pulsus a. G. Mario ex numida: auxilio Bochi mauroꝝ regis adiutus est: & cæsus ꝑ lio Bochi quoq; copiis: nolente Bocho bellum ifeliciter susceptũ diutius sustinẽte: uinctus ab eo & traditus Mario est in qua re ꝑcipua opa. L. Cornelii Syllæ quæstoris Marii fuit.

EX LIBRO. LXVII.

AVrelius Scaurus legatus con. a cimbris: fuso exercitu: captus est: & cum in cõsilium ab iis euocatus deterreret eos. ne alpes trãsirent Italiam petituri: eo quod diceret romanos uinci minime posse: a Bolo rege feroci iuuene occisus est. Ab iisdem hostibus. G. Mãlius & Qu. Seruilius Cepio proconsules uicti prælio castrisq; binis exuti sunt: octoginta millia militũ occisa: calonum ac lixarum quadraginta millia. Secundum po. ro. iussionem. Cepionis: cuius temerita te clades accepta erat. damnati bona publicata sunt: primoq; post regem Tarquiniũ imperium ei abrogatum. In triumpho Gaii Marii ductus ante currum eius Iugurtha. cum duobus filiis. & in carcere necatus. Marius triumphali ueste in senatum uenit: quod nemo ante eum fecerat: eiq; propter cimbrici belli metum continuatus per quam plures annos magistratus est: consulatu secundo & tertio absens consul creatus quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Gn. Domitius: põtifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri. uastaris oibus: quæ circa rhodanum & pyreneum fũt: per saltum in Hispaniam transgressi: ibiq; multa loca populati: a celtiberis fugati sunt: reuersiq; in Galliam bellicosis quidem se teutonis coniunxerunt.

EX LIBRO. LXVIII.

ANtonius prætor in Sicilia maritimos præpones persecutus est. Gaius Marius con. summa ui oppugnata a teutonis & ambronibus castra defendit: duobus deide præliis circa aquas sestias eos hostes deleuit: in quibus cæsa traduntur hostium ducenta millia: capta nonagita Marius absens quintum consul creatus est: triumphum oblatum: donec cimbros uinceret distulit. Cimbri repulso ab alpibus fugatoq; Qu. Catulo procon. qui fauces alpium obsederat: & ad flumen athesim castellum æditum insederat: reliqueratq; ubi uirtute sua explicata fngientem proconsulem exercitumq; prosecuti in Italiam traiecissent: iũctis eiusdem Catulli & G. Marii exercitibus prælio uicti sunt ab eis: in quo cæsa traduntur hominum centũ quadraginta millia capta sexaginta. Marius totius ciuitatis consensu receptus pro duobus triumphis: qui offerabantur: uno contemtus fuit: primores ciuitatis: qui aliquantulum: ut nouo homini ad tantos honores euecto in uiderant: cõseruatam ab eo rempu. fatebant. p. Malleolus: matre interempta: primus omniũ in sutus culleo in mare præcipitatus est. Ancylia cum strepitu mota esse: antequam cimbricum bellum consumaretur: referuntur bella præterea inter Syriæ reges continet:

EX LIBRO. LXVIIII.

GNæus Apuleius Saturninus: adiuuante. G. Mario: & per milites occiso. A. Numio competitore tri. pl. Per uim creatus nõ minus uiolenter tribunatũ: quam petierat: gessit: & cum legem agrariã per uim tuliſſet: Metello Numidico: eo quod in eã uim ne quam iurasset diẽ: dixit: qui cũ a bonis ciuibus defenderetur: ne causa malorum certaminum esset: uolũtarium exiliũ Rhodum profectus est: ibiq; legendo & audiendo magnos uiros aduocabat. Profecto. G. Marius seditiõis auctor: qui sextũ quidẽ consulatũ per tribus sparsa pecunia emerat: aqua & igni interdixit. Idẽ Apuleius saturninus tri. ple. G. Mẽmium candidatũ cõsulatus petitorẽ maximũ quem aduersariũ eius actionibus suis timebat: interemit. Quibus rebus cõcitato quamplurimũ senatu in eius causam: &. G. Marius homo mutabulis & uarii consilii ingeniiq; qui semper secundum fortunam transierat: cum

tueri minime posset.oppressus armis cum Glaucia prætore :& aliis eiusdem furoris sociis bello quon dam interfectus ẽ.Qu.Cecilius Metellus ab exilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus est.M. Aq lius con.in Sicilia bellum seruile concitatum confecit.

EX LIBRO.LXX.

CVm.M.Aquilius de pecuniis repetundis causam diceret:ipse rogare iudices noluit.M.An tonius:qui pro eo peroabat.tunicã a pectore eius disidit:ut honestas cicatrices ostenderet. quibus conspectis:indubitanter absolutus est: Cicero eius rei solus auctor Didius procõ. aduersum celtiberos feliciter pugnauit.Ptolemæus cyrenaꝰ rex:cui cognomentũ Appio nis fuit:mortuus hæredem po.ro.reliquit:& eius regni ciuitates senatus liberas esse iussit.Ariobarza nes in regnum Cappadociæ a.L.Cornelio Sylla reductus est:parthoꝝ legati a rege Arsace missi ad Sil lam uenerunt:ut amicitiam a po.ro.peterent.P.Rutilius uir summæ innocentiæ:qui legatus.G.Marii p con.a publicanoꝝ iniuriis Asiam defenderat:inuisus equestri ordini:penes quem uitia erant:repetun darum damnatus in exilium missus est.G.Gemminius prætor cõtra thracas infeliciter pugnauit.Se tus cum impotentiã equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet:omni ui niti cœpit:ut ad se iu dicia transferentur:sustinente causam eius.M.Liuio Druso tri.pl.qui:ut uires sibi acquireret:pernicio sa spe largitionis plebem concitauit:præterea motus Syriæ regumq; continet.

EX LIBRO.LXXI.

MArcus Liuius Drusus tri.ple.ut maioribus uiribus senatus causam susceptam tueretur:so cios:& italicos populos spe ciuitatis romanæ sollicitauit: iisq; adiuuantibus : per uim legi bus agrariis frumentariisq; latis:legem quoq; iudicialem tulit:ut æqua pater iudicia penes senatum:& eqeustrem ordinem essent.Cum deinde promissa sociis ciuitas præstari non posset:irati italici defectionem cœperunt agitare.eorum coitus:coniurationes:orationesq; in conciliis principum referuntur:propter quæ Liuius Drusus etiam senatui inuisus factus:uelut socialis belli au ctor:incertum a quo domi occisus est.

EX LIBRO.LXXII.

ITalici populi defecerunt picẽtes:uestini:marsi:peligni marucini lucani.samnites initio bel li a picentibus moto.Qu.Seruilius procon.in oppido Asculo cum oibus ciuibus romanis qui in eo oppido erant:occisus est.saga populus sumpsit.Seruilius galba a lucanis compræ hensus:unius fœminæ opera:ad quam diuertebatur.captiuitate exemptus ẽ Esernia & Al ba coloniæ ab italicis obsessæ sunt.Auxilia demũ latini nominis externarumq; gentium missa po.ro. & expeditiones inuicem urbiumq; expugnationes referuntur.

EX LIBRO.LXXIII.

IC Cæsar con.male aduersus samnites pugnauit.Nola colonia in potestatem samnitium cum L.posthumio prætore uenit:qui interẽptus est.Complures populi ad hostes defecerũt:cũ p.Rutilius con.paꝝ prospere contra marsos pugnasset:& in prælio cecidisset.G.Marius le gatus eius meliore quidem euentu cum hostibus conflixit.Sex.Sulpicius pelignos fudit. Qu.Cepio legatus Rutulii cum obsessus prospere in hostes irrupisset:& ob eum successum .æquatũ ei cum.G.Mario esset imperium:temerarius factus & circunuentus insidiis:fuso exercitu : cecidit.L. cæsar consul feliciter contra samnites pugnauit:ob eam uictoriam Romæ saga posita sunt : & ut uaria belli fortuna esset:Esernia colonia cum.M.Marcello in potestatem samnitium uenit:Sed &.G.Mari us prælio marsos fudit.Hirnio Asinio prætore marucinoꝝ occiso.G.Cecilius in galiia transalpina sal uios rebellantes uicit.

EX LIBRO.LXXIIII.

CNæus pompeius picẽtes prælio fudit:& obsedit:propter quam uictoriam Romæ prætex tæ:aliaq; magistratuum ornamenta insignia sumpta sũt.G Marius cum marsis dubio euẽ tu pugnauit:libertini tum primum militare cœperunt.Aurelius Plotius legatus umbros L.Portius prætor marsos:cum uterq; populus defecissent:prælio uicerũt.Nicomedes in Bi thiniæ.Ariobarzanes in cappadociæ regnum reducti sunt. Gn. Pompeius con.marsos acie uicit. Cũ ære alieno oppressa esset ciuitas.A.Sempronius asellius prætor:qm̃ secundum debitores ius dicebat ab iis:qui fœnerabantur:in foro occisus est:præterea incursiones thracum in Macedoniam popula tionesq; continet.

EX LIBRO.LXXV.

APosthumius Albinus legatus i obsidione castroꝝ hostilium cecidit. Sulpicius legatus cum classi præesset:infamis crimine proditionis ab exercitu suo iterfectus.L.Cornelius Sylla le gatus samnites prælio uicit:& bina castra eorum expugnauit.Gn.pompeius uestinos in de ditionem accepit.L.portius con.rebus prospere gestis:fusisq; aliquotiẽs marsis:dum castra eorum expugnat.cecidit:ea res hostibus uictoriam eius prælii dedit.Cosconius & Luceius samites acie uicerunt:Marium Aegnatium nobilissimum hostium ducem occiderunt:compluraq; eorum oppida in deditionem acceperunt.L.Sylla hirpinos domuit:samnites multis præliis fudit : aliquot populos accepit:quantisque raro quisquam ante consulatum rebus gestis:ad petitionem consulatus Romam est profectus.

EX LIBRO.LXXVI.

GGabinius legatus: rebus aduersum lucanos prospere gestis. multis oppidis expuganatis: in obsidione castrorꝫ hostilium cecidit Sulpicius legatus marucinos cecidit uniuersāqꝫ eam regionem recepit. Gn. pompeius procon. uestinos & pelignos in deditiōem accepit. marsi quoqꝫ a. L. Murena & cecilio Pinna legatis aliquot præliis fracti pacem petierunt Asculum a Gnæo Pompeio capetum est cesis a Mamerco Aemlio legato italicis: Silo popedius dux marsorum auctor huius rei in prælio cecidit Ariobarzanes Cappadociæ: Nicomedes Bithynie regno a Mithridate ponti rege pulsi sunt. præterea incursiones thracum in Macedoniam continet.

EX LIBRO. LXXVII.

CVm. P. Sulpicius tri. ple. auctore. G. Mario pernicioſas leges promulgasset: ut exules reuocarentur: & noui ciues libertiniqꝫ distribuerētur in tribus: & ut marius aduersus Mithridatem ponti regem dux crearetur: & aduersantibus consulibus. Qu. Pompeio & L. Syllæ uim intulisset occisoqꝫ pompeii consulis filio genero Syllæ. L. Sylla con. cum exercitu in urbem uenit: & aduersus factionem Sulpicii & marii in ipsa urbe pugnauit: eamqꝫ expulit: ex quo duodecim a senatu hostes inter quos. G. Marius pater & filius iudicati sunt. P. Sulpicius cum i quadam uilla lateret: indicio serui sui retractus & occisus est: seruus: ut præmium promissi indicii haberet: manumissus est: & ob scelus domini proditi de saxo deiectus est. G. Marius filius in Africam traiecit. G. Marius pater cum in paludibus Minturnensium lateret: extractus est ab oppidanis: & cum ad occidēdum eum missus seruus natione gallus: maiestate tanti uri perterritus: recessisset: impositus publice in naui delatus est in africam. L. Sylla ciuitatis statum ordinauit: exinde colonias deduxit. Qu. pompeius con. ad capiendum a. Gn. pompeio procon. exercitum profectus: consilio eius occisus est. mithridates ponti rex Bithinia & Cappadocia occupatis: & pulso Aquilio legato: phrygiam prouinciam po. ro. cum ingenti exercitu intrauit.

EX LIBRO. LXXVIII.

MIthridates Asiam occupauit. Qu. oppium procon. item aquilium legatum in uincula coniecit: iussuque eius quicquid ciuium romanorum in asia fuit: uno die trucidatum est urbem Rhodum: quæ sola in fide permanserit: oppugnauit: & aliquot præliis nauali bus uictus recessit. archelaus præfectus regis in græciam cum exercitu uenit: athenas occupauit. præterea trepidationem urbium insularumqꝫ aliis ad mithridatem: aliis ad po. ro. ciuitates suas trahentibus continet.

EX LIBRO. LXXIX.

CAius Cornelius Cinna cum pernicioſas leges per uim ferret pulsus urbe a. Gn. Octauio collega cum Sex. tri. ple. imperioqꝫ ei abrogato: corruptum Ap. claudii exercitum in potestatem suam redegit & bellum urbi intulit accersito. G. Mario cum aliis exulibus ex africa in quo bello duo fratres alter ex pompeii exercitu: alter ex Cinnæ: ignorantes concurrerunt: & cum uictor mortuum spoliaret: agnito fratre ingenti lamentatione ædita: rogo ei exstructo: ipse supra rogum se transfodit: & eodem igni consumptus est. Et cum opprimi inter initia potuisset. Gn. pompeii fraude: qui utranqꝫ partem fouendo uires Cinnæ dedit: nec nisi profligatis optimatium rebus auxiliū tulit: & consulis segnicie confirmati: Cinna: & Marius quattuor exercitibus: quorum duo. Qu. Sertorio & Carboni dati sunt: urbem circunsederunt. Hostiam coloniam Marius expugnauit: & crudeliter dirupuit.

EX LIBRO. LXXX.

ITalicis populis a senatu ciuitas data est: samnites: qui soli arma recipiebant: Cinnæ Mario se coniunxerunt: ab iis plancius cum exercitu cæsus est: Cinna & Marius cum carbone: & Sertorio ianiculum occupauerunt: & fugati ab octauio consule recesserunt. Marius Antiū quidem: & ariciam: & Lauinium colonias deuastauit. Cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi propter segniciē & perfidiam & ducum: & militum: qui corrupti aut pugnare nolebant: aut ad diuersas partes transibant. Cinna & Marius in urbem recepti sunt qui uelut raptam eā cædibus & rapinis uastarunt: Gnæo Octauio cōsule occiso: & omnibus aduersæ partis nobilibus trucidatis: inter quos. M. Antonio eloquentissimo uiro &. G. Cæsare: quoꝫ capita in rostris posita Crassus filius ab equitibus Fimbriæ iter emptus. pater crassus: ne quid indignum uirtute sua pateret: gladio se transfixit. Et citra illa comitia consules in sequentem annum seipsos renunciauerunt: eodemqꝫ die quo magistratum inierant: Marius. Sex. Licinium senatorem de saxo deiici iussit: æditisqꝫ multis sceleribus idibus ianuariis decessit: uir: cuius si examinētur cum uirtutibus uitia: haud facile sit dictu utrum bello melior: an pace pernicioſior fuerit adeo quam rempublicā armatus seruauit eam primo togatus omni genere fraudis: postremo armis euertit.

EX LIBRO. LXXXI.

IVcius Sylla athenas: quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparet: circūsedit: & cū maximo labore expugnauit: urbi libertatem & ciuibus: quæ habuerant: reddidit: Magnesia. quæ sola in asia ciuitas in fide manserat: summa uirtute aduersus Mithridatem defensa est præterea a thraciis in Macedonia gesta continet.

EX LIBRO.LX XXII.

SYlla copias regis:quæ Macedonia occupata:in Theſſaliam uenerant:prælio uicit:cæſis ho ſtium centum millibus:caſtris quoq; expugnatis renouato deinde bello iterum exercitũ eius fudit:ac deleuit.Archelaus cum claſſe regia Syllæ ſe tradidit.Lucius Valerius Flaccus conſul collega Cinnæ miſſus ut Syllæ ſuccederet propter auaritiam inuiſus exercitui ſuo a G.Fimbria legato ipſius ultimæ audaciæ homine occiſus eſt:& imperium ad Fimbriam tranſlatum: Præterea expugnatæ in Aſia urbes a Mithridate & crudeliter direpta prouincia: incurſioneſq; thracũ in Macedoniam referuntur.

EX LIBRO.LXXXIII.

CAius ſimbria in aſia fuſis aliquot copiis Mithridatis urbẽ Pergamum cepit: obceſſumq; re gem nõ abfuit multum quin caperet.urbẽ Ilion:quæ ſe poteſtati Syllæ reſeruabat expugna uit:ac deleuit:& magnam partẽ Aſiæ recepit.Sylla multis prælijs thracas cecidit:Cũ.L.Cin na &.Gn.Papyrius Carbo a ſeipſis conſules per bienniũ creati:bellum contra Syllam para ret effectum quidẽ eſt per Luciũ Valerium Flaccum principem ſenatus:qui orationẽ in ſenatu habuit & per eos:qui concordiæ ſtudebant: ut legati ad Syllam de pace mitterentur.Cinna ab exercitu ſuo: quem inuitum cogebat:naues conſcendere:& aduerſus Syllam proficiſci interemptus eſt.conſulatum Carbo ſolus geſſit.Sylla cum in Aſiam traieciſſet:pacem cum Mithridate fecit:ita ut his cedeeret pro uinciis Aſia:Bythinia.Cappadocia.Fimbria deſertus ab exercitu:qui ad Syllam tranſierat: ipſe ſe per cuſſit:impetrauitq; a ſeruo præbens ceruicem ut eum omnino interficeret.

EX LIBRO.LXXXIIII.

SYlla legatis:qui a ſenatu miſſi erant:futurum ſe in poteſtatem ſenatus reſpondit:ſi ciues:q a Cinna pulſi ad ſe confugerant:reſtituerentur.quæ conditio cũ iuſta ſenatui uideretur:p pter Carbonẽ factionemq; eius:cui bellum uidebatur utilius:ne conueniret:effectum eſt: Idem Carbo:cum ab oĩbus oppidis Italiæ obſides exigere uellet:ut fidem illoq; contra Syl lam obligaret:conſenſu ſenatus prohibitus.Nouis ciuibus.S.C.Suffragium datũ eſt.Quintius metel lus Pius:qui partes optimatium ſecutus erat.cum in Africa bellum molliretur:a Gaio Fabio prætore pulſus eſt:ſenatuſq; conſultum per factionem Carbonis:& marianaq; partium factũ eſt:ut omnes ubi q; exercitus dimitterentur.Libertini in quinq; & triginta tribus diſtributi ſunt:Præterea belli appara tum contra Syllam:quod plurimum excitebatur:continet.

EX LIBRO.LXXXV.

SYlla in Italiam cum exercitu traiecit:miſſiſq; legatis:qui de pace agerẽt:& a cõſule.Gn.Car bone &.G.Norbano:uiolatis:eundem Norbanum prælio uicit:Et cum.L.Scipionis alterĩ us cõſulis:cum quo per omnia id egerat:ut pacem iungeret:nec potuerat:caſtra oppugna turus eſſet:uniuerſus:exercitus conſulis ſolicitatus per emiſſos a Sylla milites ſigna ad Syl lam tranſtulit:Scipio cum interimi poſſet:dimiſſus eſt:Gn.Pompeius Gnæi filius eius: qui Aſculum ceperat.conſcripto quidem uoluntarioq; exercitum.cum tribus legionibuſ ad Syllam uenerat ad quẽ ſe nobilitas omnis conferebat:ita:ut deſerta urbe ad caſtra ueniretur.Præterea expeditiones per uni uerſam Italiam utriuſq; partis ducum referuntur.

EX LIBRO.LXXXVI.

CVm Gaius Marius.G.Marii.filius con.ante annos uigiuti per uim creatus eſſet. G. Fabius in Africam ꝓpter crudelitatẽ & auaritiam in prætorio ſuo uiuus exuſtus eſt. L. Philippus legatus Syllæ Sardiniam:Quinto Antonio prætore pulſo & occiſo:occupauit Sylla cum ita licis populis ne timeretur ab iis uelut erepturus ciuitatem:& ſuffragiis ius nuper datũ fœ dus percuſſit.itemq; ex fiducia iam certæ victoriæ litigatores.a quibus adhibebantur uadimonia R o mam deferre iuſſit.Cum a parte diuerſa urbs adhuc teneretur.L.Damacius prætor ex uoluntate.G. Marii con.cum ſenatum contraxiſſet:omnem:quæ in urbe erat:nobilitatem trucidauit:ex cuius qui dem numero.Qu.Mutius Scæuola pontifex max.fugiẽs in ueſtibulo ædiſ Veſtæ occiſus eſt.Præterea bellum a.L.Murena aduerſus Mithridatem in Aſia renouatum continet.

EX LIBRO.LXXXVII.

SYlla.G.Marium exercitu eius fuſo deletoq; ad ſacriportum i oppido Prænęſte obſedit ur bem romanam ex inimicoq; manibus recepit:Marium erumpere tentãtem reppulit Præ terea res a legatis eius eadem ubiq; fortuna partium geſtas continet.

EX LIBRO.LXXXVIII.

SYlla Carbonem:exercitu eius ad Cluſium:ad fauentiã.Fidenciãq; cæſo:Italia expulit.cum ſamnitibus :qui ſoli italicoq; populorum nondum arma depoſuerãt:iuxta urbem Romã ante portam collinam debellauit:recuperataq; rep.pulcherrimam uictoriam crudelitate:q̃ ta in nullo homine unquam fuit:inquinauit.octo millia deditorum in uia publica trucida uit.tabulam proſcriptionis poſuit.urbem:& uniuerſam Italiam cædibus repleuit. inter quos omnes prænęſtino inermes interemi iuſſit.Marium ſenatorii ordinis uirum curibus: brachiiſque factis: au ribus præfectis: & defoſſis occulis necauit. G.Marius prænęſte obſeſſus a. Lucretio Afella ſyllana rum partium uiro cum per cuniculum captaret euadere: ſeptus ab exercitu mortem ſibi conſciuit:

in ipso cuniculo:cum sentiret se euadere minime posse.cum Põtio Thelesino fugæ comite stricto utriq; gladio occurrit.quem cum occidisset:sancius a seruo impetrauit:ut se occideret.

EX LIBRO.LXXXIX.

Brutus a Gn.Papyrio Carbone:qui Corcyram appullerat.missus: naue piscatoria Lilybeũ ut exploraret.an ibi Põpeius esset:& circũuentus a nauibus:quas Pompeius misserat: in se mucrone uerso ad trãstrum nauis obnixus corporis pondere incubuit.Gnæus.Põpeius in Siciliam cum imperio a Senatu missus.Gnæum Carbonem.qui flens muliebriter mortem tulit:captum occidit.Sylla dictator factus:q̃ nemo quidem unq̃ fecerat:cum fascibus uigĩtiquattuor processit:rebusq; nouis reip.statum confirmauit:tribunoꝝ pl.potestatẽ minuit:& oẽ ius legum ferẽdarum ademit:põtificum augurumq; collegium ampliauit.ut essent qndecim:senatũ ex equestri ordine suppleuit proscriptorum liberis ius petendorum honoꝝ eripuit:& bona eorum uendidit:ex qbus primo multa rapuit.redactum est sestertiũ ter milies qngentiesq;:Lucretiũ Afellam consulatũ contra uolũtatem suã petere ausum iussit interemi in foro.& cũ indigne ferret po.ro.concione uocata:se iussisse dixit.Gn.Põpeius in Africa Gn.Domitiũ proscriptum:& Hiericã regem numidaꝝ bellum molientes:uictos interemit:&.iiii.&.xx.annos natus adhuc eques romanus qđ quidẽ nemini contingerat:ex Africa triũphauit.Gn.Norbanus consularis proscriptus in urbe Rhodo:cũ comprehenderet:se ipse interemit Metellus ex proscriptis unus clam:capite adoperto: ad posticũ ædis Bastiæ uxoris cum accessisset admissus minime est:quia illum ꝓscriptum diceret:itaq; se transfodit:& sanguine suo fores respersit. Sylla Nolam in Sannio recepit.xlyii.legiones in agros captos deduxit:& eos iis diuisit.Volaterras: qđ oppidum adhuc in armis erat:obsessum in deditionem accepit.Mitylene quoq; in Asia.quæ sola urbs post uictum mithridatem arma retinebat:expugnatæ diructæq; sunt.

EX LIBRO.XC.

Ylla decessit:honosq; ei a senatu habitus est:ut in cãpo Martio sepelliret.M.Lepidius:cum acta Sylle tẽptaret:rescindere bellum excitauit:& a Qu.Catulo collega Italia pulsus est: & i Sardinia frustra bellum molitus periit.M.Brutus: qui cisalpinam Galliam tenebat:a.Gn. Pompeio occisus est.Qu.Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitauit.L.Manlius procon.&.M.Antonius legatus ab Herculeio quæstore prælio uicti sunt.Præterea a.P. Seruilio procon.aduersus cilicas res gestas continet.

EX LIBRO.XCI.

N.Pompeius cum adhuc quæstor esset:cum imperio consulari aduersus Sertorium missus est.Sertorius aliquot urbes expugnauit:plurimasq; ciuitates in potestatem suam redegit. Ap.Claudius procon.thracas pluribus prælis uicit.Qu.Metellus procõ.L.L. Herculeium quæstorem Sertorii omnino cum exercitu cecidit.

EX LIBRO.XCII.

N.Pompeius adhuc dubio euentu cum Sertorio pugnauit:ita:ut singula ex utraque parte cornua uicerint.Qu.Sertorius Metellum:& ppennam cum duobus exercitibus prælio fudit cuius uictorie partẽ cupiens auferre Pompeius paꝝ prospere pugnauit.Obsessus deinde Calagurii Sertorius assiduis eruptionibus non leuiora damna obsidentibus tulit.Præterea a.P.Cursore ꝓcon.i Thracia res gestas aduersus dardanos:&.Qu.Sertorii multa crudelia in suos facta cõtinet:q plurimos amicoꝝ & secum proscriptorum crimine proditionis insimulatos iteremit.

EX LIBRO.XCIII.

Seruilius ꝓcon.i Cilicia isauros domuit & aliquot urbes piratasq; expugnauit. Nicomedes Bithynie rex moriens po.ro.fecit hæredem:regnũq; eius in prouinciæ formam redactum est.Mithridates fœdere cum Sertorio icto:bellum po.ro.intulit Apparatus deinde regiarũ copiarum pedestrium naualiumq;:& occupata Bithynia.M.Aurelius Cotta con.ad Calcedoniam prælio a rege uictus est:rexq; a Pompeio & Metello uictus.& ut contra Sertorium egerunt: q omnibus belli militiæq; artibus par fuit:quos etiam ab obsidiõe Calagurii oppidi depulsos coegit diuersas regiones petere:Metellum ulteriorem hispaniam:Pompeium Galliam.

EX LIBRO.XCIIII.

Luculus cõ.aduersus Mithridatem equestribus prælis felliciter pugnauit: & expeditiões aliquot prosperas fecit poscentesq; pugnam milites a seditione inhibuit.Deiotarus Gallograece tetrarches præfectos Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit.Præterea res a Pompeio in Hispaniam contra Sertorium prospere gestas continet.

EX LIBRO.XCV.

Curio procon.dardanos in Thracia domuit.Quattuor & septuagita gladiatores capuæ ex ludo Lentuli profugerunt.& congregata seruorum & ergastulorum multitudine. Chryso & Spartaco ducibus bello excitato.Claudium pulchrum legatum &.P.Vorenum prætorẽ prælio uicerunt.L.Lucullus procon.ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque deluit:pulsumque a Bithynia regem uariis belli ac neufragiorum casibus fractum coegit in põtum profugere.

EX LIBRO.XCVI.

CArius prætor Crhysum fugitiuorum ducem cum uigiti milibus hominum cecidit. Gn. Lẽ tulus cõ. male aduersus Spatacum pugnauit ab eodem. L. Gellius & Qu. Arius prætor acie uicti sunt Sertorius a. M. Antonio &. M. perpẽna: & aliis cõiuratis in cõuiuio interfectus est octauo ducatus sui anno: magnus dux: & aduersus duos imperatores pompeium & Metellum sæpe par aut frequentius uictor ad ultimum desertus & proditus. Imperium partium ad Mariũ translatum est. quem Gn. pompeius uictũ captumq; interemit ac recepit Hispanias decimo fere anno quam cœptum erat bellum G. Cassius procon. Gn. Manlius pretor male aduersus Spartacum pugnauerunt idque bellum. M. Crasso. pretori mandatum est

EX LIBRO. XCVII.

MArcus Crassus ptor primũ cũ pte fugitiuorꝝ: q̃ ex gallis germãisq; cõstabat: feliciter pugnauit cæsus inimicorꝝ. xxxy. millibus & duce eorꝝ Grãico. cum Spartaco deinde bellauit. cæsus cum ipso milibus quadraginta. M. Antonius prætor bellũ aduersus cretenses parũ prospere gestũ morte, sua finiuit. L. Lucullus procon. thracas subegit. L. Lucullus in ponto aduersus Mithridatem feliciter pugnauit: cæsis hostium amplius quã sexaginta milibus. Marcus Crassius: & Gn. pompeius consules facti sunt sicut pompeius ante quam quesituram gereret: ex equite romano tribunicia potestatem restituerunt. Iudicia quoq; p M. Aureliũ Cottã prætorem ad equites romanos translata sunt Mitridates desperatione regꝝ suarꝝ coactus ad Tigranem Armenie regem confugit.

EX LIBRO. XCVIII.

Achares filius mithridatis Bosphori rex a. L. Lucullo ĩ amicitiã receptus ẽ. G. Lentulus: & L. Gellius censores asperã censurã egerunt quattuor & sexaginta senatu motis a qbus lustrũ conditũ est: censa sunt ciuiũ capita. ccccl. milia. L. metellus præter ĩ Sicilia aduersum piratas ꝓ spere rem gessit. Templum Iouis ĩ capitolio: quod incẽdio cõsumptum erat: refectũ a. Qu. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridatem: & Tigranem: & immenses utriusq; regis copias multis certaminibus fudit. Qu. Metellus procon. bello sibi aduersus cretenses mandato: Cydoniam urbem obsedit. G. Triarius legatus luculli aduersus Mithridatẽ pugꝝ prospere pugnauit. Lucullum: ne psequeret Mithridatẽ ac Tigranem: summãq; uictoriæ imponeret: seditio militũ tenuit: qui se qui nolebant: quia legiones ualerianæ impleta a se stipendia dicentes Lucullum reliquerunt.

EX LIBRO. XCIX.

QVintus Metellus procon. Gnosson: & Lyctium: & Cydoniam: & alias plurimas ciuitates expugnauit: Lucius Rosius tri. pl. legem tulit: ut equitibus romanis in theatro quattuordecim gradus proximi assignarentur. Gn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus: qui commertium annonæ intercluserant: ĩtra quadragesimum diem toto mari eos expulit: belloque cum iis in Cilicia confecto: acceptis in deditionem piratis agros & urbes dedit. Præterea res a Quinto Metello aduersus cretenses continet: & epistolas Metelli & Gnæi pompeii inuicem missas. queritur Metellus gloriam eorum a se gestarum a Pompeio sublatam præteriri: qui in cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. pompeius Romæ rationem reddit hoc se facere debuisse.

EX LIBRO. C.

GManlius tri. pl. indignatione maxima nobilitatis legem tulit: ut pompeio bellum mitridaticum mandaretur: concio eius bona: Qu. metellus domitis cretensibus: libere in id tempus insulæ legem tulit. Gnæus pompeius ad gerendum bellum aduersus mitridatem profectus: cum rege parthorum phraharte amicitiam renouauit: equestri prælio mithridatem uicit. præterea bellum inter phrahartem regem parthorum: & Tigranem Armeniorum regem ac demum inter filium Tigranẽ patremq; gestum continet.

EX LIBRO. CI.

GNæus pompeius Mithridatem nocturno prælio uicto coegit Bosphorõ profugere: Tigranem in deditionem accepit: eiq; ademptis Syria: phœnicia: & cilicia regnum armeniæ restituit. Coniuratio eorum: qui in petitione consulatus ambitus damnati erant: facta de interficiendis consulibus oppressa est. Gn. pompeius cum mithridatem psequeretur: in ultimas ignotasque gentes penetrauit: iberos: albanos: qui transitum minime dabãt: prælio uicit. præterea fugam mithridatis per cholcos ethnicosq; & res ab eo in Bosphoro gestas continet.

EX LIBRO. CII.

GNæus pompeius in prouinciæ formam pontum redegit. pharnaces filius mithridatis bellum patri intulit: ab eo mithridates obsessus: in regia cum ueneno sumpto parum profecisset ad mortem: a milite gallo nomine Bithoco: a quo: ut adiuuaretur petierat interfectus ẽ. Gn. pompeius iudæos subegit: fanum eorum in Hierosolyma inuiolatum ante id tempus cœpit. L. Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus. cũ Lentulo prætore: & Cethego: & pluribus coniurauit de cede consulum & senatus incendiis urbis opprimenda repu. exercitu quoque in Ethruria comparato: Ea coniuratio. M. Tullii Ciceronis eruta est. Catilina urbe pulso de reliquis coniuratis omnino sumptum supplicium est:

EX LIBRO.CIII.

CAtilina a.G.Antonio procon.cũ exercitu cæsus est.P.Clodius accusatus q̃d in mulieris habitu sacrariũ: i quo uirũ intrare nefas est:cũq; itrasset:uxorẽ Metelli Põ.stuprauisset absolutus Gn.Pontitius prætor albroges:qui rebellauerãt.ad Solonẽ domuit.P.Clodius ad plebem transiit.G.Cæsar lusitanos subegit:eoq; cõsulatus candidato & captãte remp.iuadere: cõspiratio inter tres principes ciuitatis facta est Gnæum Pompeũ:Marcum Crassum & Gaiũ Cæsarem.Leges agrarie a Cæsare con.cũ maxima contentione inuito senatu & altero consule.M.Bibulo latæ sunt G.Antonius ꝓcon.in thratia paꝝ prospere rem gessit.M.Cicero lege ab.P.Claudio tri.pl.lata:quia indẽnatos ciues necauisset:in exilium missus est.Cæsar in prouinciam Galliam profectus eluetios:gentem uagam:domuit:quæ sedem quærens per prouinciam cæsaris Narbonem iter facere uolebat.Præterea situm Galliaꝝ continet.põpeius de liberis Mithridatis Tigrane & Tigranis filio triũphauit:magnusq; a tota cõcione cõsulatus est.

EX LIBRO.CIIII.

PRima pars libri situ Germaniæ moresq; cõtinet.G.Cæsar contra germanos q Ariouisto duce in Galliã descenderant:cũ exercitum ducerẽt:rogatus ab heduis & sequanis:quoꝝ ager possidebat:trepidationem militũ pp metum nouoꝝ hostium ortã allocutione exercitus inhibuit:& uictos ꝑlio germanos Gallia omni expulit.M.Cicero Pompeio inter alios orãte & Tito Annio Milone tri.pl.ingenti gaudio senatus ac uniuersæ Italiæ:ab exilio reductus ẽ Gn.Pompeio p quinquenniũ anonæ cura mandata est.Cæsar ambianos:suessiones.uiromãduos:atrebates: belgarum populos:quoꝝ quidẽ maxima multitudo erat:prælio euictos in deditionem accepit:ac deinde contra neruios unã harum ciuitatũ cum maximo discrimine pugnauit:eamq; gẽtem deleuit: quæ bellum gessit:donec ex sexaginta millibus armatorum trecenti supererent:ex nonaginta quinq; senatoribus tres tantummodo euaderent.Lege lata de redigenda in ꝓuinciæ formã Cypro & publicãda pecunia regia.M.Catoni administratio eiusdẽ rei mandata est Ptolemæus Aegypti rex ob iniurias:quas patiebantur:a suis regno pulsus Romam uenit.G.Cæsar gentem oceano iunctam scilicet uenetos naual prælio uicit.præterea a legatis eius eadem fortuna res gestas continet.

EX LIBRO.CV.

CVm.M.Catonis tri.pl.intercessionibus comitia tollerent:senatus uestẽ mutauit.M.Cato i petione ꝑture:ꝑlato Vatinio repulsam tulit:idem cum legem impediret:qua prouinciæ cõsulares in quinquẽnium pompeio Hispaniæ.Grasso Syria & partichũ bellum:Cæsari: Gallia & germania dabantur:a.G:Trebonio tri.pl.legis auctore in uincula ductus est.A.Gabinius procon.ptolemæũ in regnum reduxit Aegypti:reiecto archelao:quem sibi regem asciuerant:Cæsar uictis germanis:& in Gallia cæsis:rhenum transcendit.proximã partem Germaniæ domuit:ac deinde oceano i Britaniam parum prospere tempestatibus aduersis traiecit:iterumq; parum felicius maximaq; hominum multitudine cæsa reliquam partem insulæ in potestatem redegit.

EX LIBRO.CVI.

IVlia Cæsaris filia pompeii uxor decessit.honosq; maximus ei a populo habitus est: ut in cãpo martio sepeliret.Gallo multi populi Ambiorige duce eburonũ defecerũt:a qbus Cotta.&.T:Arunculeius legati Cæsaris insidiis circũuenti:cum exercitu:cui ꝑant:cæsi sunt:& cum aliaꝝ quoq; legionum castra oppugnata maximo labore defensa essent:interq; eos.q intreuiris præerat.Qu.Cicero:ab ipso Cæsare hostes prælio fusi sunt.M.Crassus bellum parthis illaturus Euphratem fluuiũ transit.uictusq; prælio:in quo & filius eius cecidit:cum reliquias exercitus in collem recepisset:euocatus in colloquium ab hostibus ut de pace acturus:quorum dux erat Surenas: compræhensus:& ne quid uiuus pateretur repugnans:interemptus est:& ita periit.

EX LIBRO.CVII.

GAius Cæsar treuiris in Gallia uictis:iterum in Germaniã transit.nulloq; ibi inuento hoste: reuersus in Galliã eburones & alias ciuitates:quæ conspirauerãt:uicit:& regem Ambiorigẽ in fuga ꝑsecutus.P.Clodii a.T.Annio Milone candidato consulatus appia uia ad bouillas occisi corpus plebs in curia cremauit.Cũ seditiones inter candidatos consulatus Ipsæũ Scipionem & Milonem essent:q armis ac ui contendebant:ad cũprimendas eas.Cn.Pompeius legatus a senatu consul tertio factus est absens:& solus:quod nemini unq̃ contigit:quæstione decreta de morte p.Clodii Milo iudicio dãnatus in exilium actus est.Lex dicta est:ut ratio absentis Cæsaris in petitione consulatus haberetur:inuito & contradicente.M.Catone.Præterea res gestas a.G.Cæsare aduersũ gallos:qui prope uniuersi:Vercingentorige aruerno duce:defecerunt:& laboriosas obsidiones urbiũ continet:inter quas Auarici biturigum Gergonis auernorum.

EX LIBRO.CVIII.

GAius Cæsar gallos ad Alexiam uicit omnesq; Galliæ ciuitates:quæ in armis fuerant:in deditionem accepit.gaius Cæsius quæstor.M.Crassi parthos:qui in Syriam transcenderant: cecidit.In petione consulatus.M.Cato repulsam tulit:creatus cõsulibus.Ser.Sulpitio &.M. Marcello.G.Cæsar Bellouacos cum aliis gallorum populis domuit.præterea continet inter consules de successore.C.Cæsari mittendo agente in senatu.M.Marcello cõsule:ut cæsar ad petitionem consulatus ueniret con iis:lege lata:in id tempus consulatus prouincias obtinere deberet:resq; a M.Bibulo gestas in Syria.continet.

EX LIBRO.CIX.

Causæ ciuilium armorũ & initia referunt: contentionesq; de successore. G. Cæsari mittendo: cum se dimissurũ exercitum negaret: nisi a Pompeio dimitteretur. &. G. Curionis tri. pl. primum aduersus Cæsarẽ actiones continet. Cum. S. C. factum esset: ut successor Cæsari omnino mitteretur. M. Antonio & Qu. Cassio tri. pl. qm̃ intercessionibus id. S. C. impediebãt: urbe pulsis: mandatumq; a senatu consulibus &. Gn. Pompeio. ut uiderent: ne quid res. p. detrimenti caperet. G. Cæsar bello inimicos persecutus cum exercitu ĩ Italiam uenit: Corphinũ cum. L. Domitio &. L. Lentulo cœpit eosq; dimisit. Gn. Pompeium uniuersosq; eius partium Italia omnino expulit.

EX LIBRO.CX.

Cæsar Massiliam: q̃ portas ipsi clauserat: obsedit: & relictis in obsidione. G. Trebonio &. D. Bruto: profectus in Hispaniã. L. afranium &. G. Petreium legatos. Gn. Pompei cũ septem legionibus ad Ilerdã in deditionem accepit: oẽsq; incolumes dimisit. Varrone quoq; legato Pompeii cũ exercitu in ptãtem suam redacto: gaditanis ciuitatẽ dedit. massilienses duobus naualibus præliis uicit: Post longã obsidionem in ptãtem Cæsaris se pmiserunt. G. Antonius legatus Cæsaris male contra Põpeianos pugnauit: & in Illyrico captus est. in quo bello opitergini trãspadani Cæsaris auxiliares rate sua ab hostibus nauibus clausa potius: quã in ptãtem inimicorũ uenirent: inter se occurrentes occubuerũt. G. Curio legatus Cæsaris in Africa cũ aduersum põpeianarũ partiũ ducem Varronẽ pugnasset: a Iuba rege Mauritaniæ cũ exercitu cæsus est. G. Cæsar in Græciam traiecit.

EX LIBRO.CXI.

Cecilius Ruffus prætor cũ seditiones in urbe: quã maxime cõcitaret nouarũ turbarũ spe plebe solicitata: abrogato magistratu pulsus urbe Miloni exuli: q fugitiuorũ exercitum contraxerat: se coniunxit. uterq; cum bellũ molirentur: interẽpti sunt. Cleopatra Aegypti regina a Ptolemæo fratre regno pulsa est. Propter. Qu. Catuli ptoris auariciã crudelitatẽq; corduben ses in Hispania cũ duabus uarianis legionibus a partibus Cæsaris desciuerunt. G. Põpeius ad Brundusium obsessus a Cæsare: & p̃sidius eius cũ magna clade diuersæ partis expugnatis obsidione liberatus translato in Thessaliã bello apud Phasaliam acie uictus est. Cicero ĩ castris remansit uir nihil minus: ad bella natus oĩbusq; aduersarum partiũ qui se ptãti uictoris permisserunt Cæsar ignouit.

EX LIBRO.CXII.

Repidatio uictarũ partium p diuersas orbis terrarũ partes & fuga referunt. Gnæus Põpeius cũ ægyptũ petisset: iussu Ptolemæi regis pupilli & auctore Theodoro pceptore cuius apud regẽ maxima erat auctoritas: & Photino: occisus ẽ ab achilla: cui delegatum id facinus erat: in nauicula anteq; in terrã exiret. Cornelia uxor & Sex. Põpeius filius in Cyprũ refugerunt. Cæsar post tertiũ diem insecutus: cum ei Theodorus caput Pompeii & aunulũ obtulisset: infensus est: & illachrymauit sine periculo Alexandriã tumultuantẽ intrauit. Cæsar dictator creatus Cleopatrem ĩ regnum ægypti reduxit: & inferentem bellum: iisdem auctoribus. Ptolemæum: quibus Pompeiũ interfecerat cum maximo suo discrimine uicit. Ptolemæus dum fugit: ĩ nilo nauicula subsedit: Præterea laboriosum. M. Catonis in Africa per deserta cum legiõibus iter: & bellum a. Gn. Domitio cõtra Phrahartem parthum prospere gestum continet.

EX LIBRO.CXIII.

Cõfirmatis in Africa Pompeianis partibus: earũ imperiũ. P. Scipioni delatũ est: Catone: cui ex æquo deferebatur: imperiũ cedente. Et cum diruenda urbe Vtica pp fauorem ciuitatis eius in Cæsarem deliberaretur: idq; ne fieret. M. Cato tenuisset: Iuba suadente: ut dirueret tutela eius & custodia mandata est Catoni. Pompeii Magni filius in Hispania: cõtractis uiribus: quarum ducatum nec Afranius: nec Petreius excipere uolebant: bellum aduersus Cæsarem renouauit. Pharnaces Mitridatis filius ex ponto sine ulla belli mora uictus est. Cum seditiones Romæ a. P. Dolobella tri. pl. legem ferente de nouis tabulis excitate essent. & ex ea causa plebs tumultuaretur inductis a. M. Antonio magistro equitum in urbem militibus octingentis: a plebe cæsi sunt. Cæsar ueteranis con seditione missionem postulantibus dedit: & cum in Africam traiecisset: contra copias Iubæ regis cum discrimine maximo pugnauit.

EX LIBRO.CXIIII.

Bellum in Syria Cecilius Bassus eques romanus pompeianarum partiũ excitauit: & relicto a legione Sexto cæsare: q ad bassum transierat: occisoq; eo Cæsar Scipionẽ prætorem Afraniũ Iubamq; uicit ad Tapsum: castris eorũ expugnatis. Cato audita re: cõ se pcussisset Vticæ & interueniẽte filio curaret: inter ipsam curationẽ reciso uulnere expirauit anno ætatis quadragesimo nono. Petreius iuba seq; interemit. P. Scipio in naue circũuentus honestæ morti uocẽ quoq; adiecit: quærentibus enim hostibus imperatorem dixit: imperator bene se habet. Faustus & Afranius occisi. Catonis filia uenia data. Brutus legatus Cæsaris in Gallia bellouacos rebellantes uicit.

EX LIBRO.CXV.

Caesar quattuor triũphos duxit ex Gallia: ex ægypto: ex Ponto: & Africa: epulũ: & oĩs generis spectacula ædidit. M. Marcello consulari senatu rogante concessit reditum: qui Marcellus beneficio eius frui mĩme potui a Gn. Magio Cillone cliente suo athenis occisus: & cẽsũ egit: quo cẽsa sunt ciuium capita centum quinquaginta millia. Profectus in Hispaniam. G.

Pompeium:utrinq; multis expeditionibus factis:& aliquot urbibus expugnatis:summa uictoria cū maximo discrimine ad Mundam urbē consecutus est.Pompeius Sex.effugit.

EX LIBRO.CXVI

CAesar ex Hispania qntum triūphū egit:& cū multi quāmaxiq; honores ei a senatu decreti eēnt iter quos:ut pater pīæ appellaret & sacrosāctus:ac dictator ippetuū eēt iuidie cām ad uersus eum pstiterunt:q; senatui deferente hos honores:cū āte ædem Veneris Gēitricis seder.et:minīe assurrexit:& quod Marco Antonio cōsule collega suo inter lupercos currēte diadema capiti suo iposītum in sella reposuit:Et quod Epidio Marulo & Ceseceo Flauo tribunis plebis inuidia & tamq; regnum affectanti mouentibus potestas abrogata est. Ex iis causis:cōspiratione in eū facta cuius capita fuerunt.M.Brutus &.G.Trebonius:& Cassius:& ex Cæsaris ptibus:D.Brutus in curia Pōpei occisus est uiginti tribus uulneribus:occupatumq; ab interfectoribus eius capitolium.Obliuione deinde cædis eius a senatu decreta:obsidibus Antonii & lepidi:liberis acceptis:cōiurati a capitolio descenderunt.Testō Cæsaris heres ex parte dimidia institutus.G.Octauius ex sorore nepos & in nomē adoptatus est Cæsaris corpus cum in cāpum martiū ferret a plebe:ante rostra crematum est Dictaturæ honos iperpetuumsublatus est:Chamaces humillimæ sortis homo:qui se.G.Marii filium ferebat cum apud credulam plebem:seditiones moueret:interfectus est.

EX LIBRO CXVII.

GAius Octauius Romā ex Epiro uenit:eo enim illum Cæsar præmiserat bellū in Macedōia gesturus:oībusq; prospere gestis:ēt nomen Cæsaris sumpsit in cōfusione rerum ac tumultu lepidum pon.max.interemit.Sed.M.Antonius con.cū impotenter dñaretur:legemque de prouinciaq; permutatione tulisset per uim:& Cæsarem quoq; petētem:ut sibi aduersum auunculi percussores adesset:magnis iniuriis affecit.Cæsar ut sibi & reip.uires contra eum paraturus deductas in colonias ueteranos excitauit.legiones quoq; ērta & martia signa ab Antonio ad Cæsarē tulerunt.deinde plures læuicia.M.Antonii passim in castris suis trucidari:quia & suspecti erant:& ad cæsarem desciuerunt.D.Brutus:ut petendi cisalpinam Galliā Antonio obsisteret:Mutinā cum exercitu occupauit.Præterea discursus utriusq; partis uiroq; ad accipiēdas ꝓuicias appatusq; belli cōtinet.

EX LIBRO.CXVIII.

MArcus Brutus in Græcia sub ptextu reipublicæ & suscepti contra.M.Antonium belli exercitum:cui Vatinius præerat:cū prouincia ī potestatem suam redegit.G.Cæsari qui primus reip.arma sumpserat pro po.ro.imperium a senatu datum cum consularibus ornamentis:adiectumq; ut senator esset.M.Antonius.D.Brutum mutinæ obsedit:missiq; ad eum legati a senatu de pace parum ad eam componendam ualuerunt:Populus ro.saga sumpsit.M.Brutus in Epiro.G.Antonium prætorem cum exercitu potestati suæ subegit.

EX LIBRO.CXVIIII.

GAius Trebonius in Asia fraude.P.Dolobellæ occisus est:ob id facinus Dolobella a senatu inimicus iudicatus est.Cum Pansa consul male aduersus Antonium pugnasset.A.Hircius consul cum exercitu superueniens:fusis.M.Antonii copiis:fortunam utriusq; patris æquauit.Victus deinde ab Hircio & Cæsare Antoniusin Galliam confugit:&:M.Lepidum cū legionibus:quæ sub ipso erant:sibi iunxit:hostisq; a senatu cum omnibus:qui intra præsidia eius erāt:iudicatus est.A.Hircius:qui post uictoriam ipsius in inimicorum castris ceciderat:&.L.pansa e uulnere:quod in aduerso prælio exceperat:defunctus in campo martio sepulti sunt.Aduersus Caium Cæsarem:qui solus e tribus ducibus super erat:parum gratus senatus fuit:qui.D.Bruto obsidione mutinensi a Cæsare liberato:honore triumphi decreto:Cæsaris militumq; eius mentionem non satis gratā habuit.ob quæ.G.Cæsar:recōciliata per.M.Lepidum cum.M.Antonio gratia:romā cum exercitu uenit:& præclusis aduentu eius iis:qui in eum iniqui erant:cum annos.xyiii.haberet:consul creatus est

EX LIBRO.CXX.

GAius Cæsar consul legem tulit de quæstione habenda in eos:quorum opera pater occisus esset postulatiq; ea lege.M.Brutus.G.Cassius.Brutus absentes dānati sunt.Cum.M.Antonio uires asinius quoq; Pollio & Munatius Plancus cum exercitibus suis adiuncti ampliassent:&.D.Brutus:cui senatus:ut persequeretur Antonium:mādauit:relictus a legionibus suis profugisset:iussu Antonii:in cuius potestatem uenerat:a Capeno sequano iteremptus est.G.Cæsar pacem cum Antonio & Lepido fecit:ita:ut tres uiri reip.constituendæ quidem per quinquēnium præessent:ipse Lepidus & Antonius statuerunt:ut suos quisq; inimicos proscriberent.in qua proscriptione plurimi equites.cxxx.senatorum nomina fuerant:& inter eos.L.Pauli fratris.M.Lepedi &.L.Cæsaris Antonii auunculi.M.Ciceronis:cuius occisi a Pōpilio legionario milite:cū haberet ānos.lxiii.caput quoq; cū manu dextra in rostris positum est.Præterea res a.M.Bruto in Græcia gestas continet.

EX LIBRO.CXXI.

GAius Cassius cui mandatum a senatu erat:ut Dolobellam inimicum iudicatum bello persequeretur:auctoritate reip.adiutus Syriam cum tribus exercitibus:qui in eadem prouicia erant:in potestatem suam redegit:Dolobellam ī urbe Laodicea obsessum mori coegit.M.quoq; Bruti iussu.G.Antonius captus occisus est.

EX LIBRO.CXXII.

MArcus Brutus aduersus thracas parũ prospere rẽ gessit:oibusq; transmarinis ꝓuincis exercitibusq; in ptãtem eius &.G.Cassii redactis coierũt Smyrnæ uterq; ad ordinanda futuri belli consilia.M.Messalæ publicolam fratrem iunctum cõi consilio oĩno condẽnauerunt.

EX LIBRO.CXXIII.

Ex.Põpeius Magni filius:lectis ex Epiro ꝓscriptis ac fugitiuis cõ exercitu diu sine ulla loci cuiusq; possessione ꝑdatus.in mari Messanã oppidum in Sicilia primũ:deinde totã prouinciam occupauit:occisoq; a Pompeio.A.Bithynico prætore:Saluidemũ legatum Cæsaris naual prælio uicit.Cæsar & Antonius cũ exercitibus in Græciã traiecerunt bellũ contra Brutum & Cassiũ gesturi.Qu.Cornificius in Africa.T.Sestiũ cassinarum partium ducem ꝓlio uicit.

EX LIBRO.CXXIIII.

GAius Cæsar & Antonius apud Philippos uario euentu contra Brutũ & Cassium pugnauerunt:ita.utriusq; dextera cornua uicerint:& castra quoq; utrinq; ab iis:qui uicerãt:expugnarentur:sed & æqualẽ fortunam partium mors quidem Cassii fecit:qui cum i eo cornu fuisset:quod pulsum erat:totum exercitum fusum ratus mortem sibi consciuit. Altero deinde ꝓlio uictus.M.Brutus & ipse uitam finiuit:exorato Stratone fugæ comite:ut sibi gladiũ adiiceret:annorum erat circiter ætatis.xl.inter quos.Qu.Hortensius occisus est.

EX LIBRO.CXXV.

GAius cæsar relicto Antonio trãsmarinæ ꝓuinciæ ex pte impii ei cessit:reuersus in Italiã ueteranis agros diuisit:seditiones exercitus sui:qs correpti a Fuluia.M. Antonii uxore milites contra impatorẽ suũ concitauerant:cũ grandi piculo inhibuit.L.Antonius cõsul.M.Antonii frater:eadẽ Fuluia cõsulente:bellũ Cæsari intulit:receptis in ptes suas populis: quo agri ueteranis assignati erãt:&.M.Lepido:q custodiæ urbis cũ exercitu ꝑerat sciso hostiliter i urbẽ irripuit.

EX LIBRO.CXXVI.

GAius Cæsar cum esset annorum.xxiiii.obsessum in oppido Prusia.L.Antonium conatũq; aliquotiens erumpere & repulsum fame coegit in deditionem uenire:ipsiq; & omnibus quidem militibus eius ignouit:Perusiam diruit:redactisq; in potestatem suam omnibus diuersæ partis exercitibus:bellum citra ullum sanguinem confecit.

EX LIBRO.CXXVII.

PArthi Labieno:q pompeiana ꝓuincia fuerat:duce i Syriã irruperũt:uictoq; Didio Saxa.M. Antonii legato uniuersam eã ꝓuinciã occupauerunt.M.Antonius:cũ ad bellum cõtra Cæsarem gerendũ incitaret.uxore Fuluia dimissa:ne concordiæ ducũ obstaret: pace facta cum Cæsare:sororẽ eius Octauiã in matrimoniũ duxit.Qu.Saluidemũ cõsilia nefaria contra Cæsarẽ molitum indicio suo ꝓtexit:isq; dãnatus mortẽ sibi consciuit.P.Ventidius Antonii legatus pthos prælio uictus Syria expulit:Labieno eoꝝ duce occiso.Cũ uicinus Italiæ hostis Sex.Pompeius Siciliam teneret:& annonæ cõmeatum ipediret cum eo postulatã pacem Cæsar & Antonius quidem fecerunt: ita:ut Siciliam prouinciam haberet.Præterea motus Africæ & bella gesta continet.

EX LIBRO.CXXVIII.

CVm Sex.Pompeius ursum latrocinis mare infestũ redderet:nec pacẽ:quem accepat:præstaret:Cæsar necessario bello contra eũ susceptо:duobus naualibus ꝓliis dubio euẽtu pugnauit.L.Ventidius legatus.M.Antonii parthos in Syria uicit regemq; eoꝝ interemit: iudæi quoq; a legatis Antonii interempti sunt.Præterea belli siculi apparatum continet.

EX LIBRO.CXXIX.

ADuersus Sex.Pompeiũ uario euentu naualibus certaminibus pugnatũ est:ita ut duaꝝ classium Cæsaris altera:cui Agrippa præerat:uinceret:altera:quã Cæsar duxerat.deleta exposito in terrã cum in quã maximo periculo essent.Victus deinde Põpeius:in Ciciliam ꝓfugit. M.Lepidus:qui ex Africa uelut ad societatẽ belli contra Sex.Pompeiũ a Cæsari gerendi traiecerat:ei bellũ cum Cæsar quoq; inferret:relicto exercitu abrogato triũuiratus honore uitam impetrauit.M.Agrippa nauali corona a Cæsare qui donatus est:qui bonos nemini ante eum habitus est.

EX LIBRO.CXXX.

GAius Antonius:dum cũ Cleopatra luxuriaret:Mediã prouinciã ingressus bellum cũ legionibus.xyiii.&.xyi.milibus equitũ parthis intulit & cum duabus legionibus amissis nulla re prospere cedente retro rediret:insecutis subinde parthis & ingenti trepidatione:& magno totius exercitus piculo:in Armenia reuersus est.xxi.die:trecenta:milia fuga emensus circa octo millia hoĩum tempestatibus amisit.tempestates quoq; infestas sup infeliciter susceptũ parthicum bellum culpa sua passus est:quia hyemare in Armenia nolebat:dum ad Cleopatram festinat.

EX LIBRO.CXXXI.

SEx.Pompeius cum in fidem.M.Antonii ueniret:bellum aduersus eum in Asia moliẽs a legatis eius oppressus est.Cæsar seditionẽ ueteranorum cum magna pernicie motã inhibuit iapidas:dalmatas:& pãonios subegit:Antonius Artiniridem armeniæ regem:fide data ꝓductum in uincula coniici iussit:regnumq; armeniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit:quã uxoris loco iãpridem captus amore eius habere cœperat.

EX LIBRO.CXXXII.

GAius Cæsar in Illyrico dalmatas domuit: Cum. M. Antonius ob amorē Cleopatræ: ex qua duos filios habebat: Philadelphum: & Alexandrum: neq; in urbem uenire uellet: neq; finito eius tempore triūuiratus imperium deponere: bellumq; moliretur: quod urbi Italiæq; inferret: ingentibus tam naualibus: q̄ terrestribus copiis ob hoc contractis remissoq; Octauiæ sorori Cæsaris repudio: Cæsar in Epirum cō exercitu traiecit. Pugnæ deinde nauales & plia equestria secunda Cæsaris referuntur.

EX LIBRO.CIII.

GAius Antonius ad actium classe uictus Alexandriam profugit: obsessusq; a Cæsare in ultima rerum desperatione pcipue occisæ Cleopatræ falso rumore impulsus se ipse interemit. Cæsaris Alexandria in potestatem redacta. Cleopatra. ne in arbitrium uictoris ueniret. uoluntaria morte occubuit: in urbem reuersus tres triumphos egit: unum ex Illiryco: alterum ex actiaca uictoria: tertium ex Cleopatra. Impositio fine ciuilibus bellis altero & trigesimo anno. M. Lepidus: qui Lepidi triumuiri fuerat filius: coniurationem contra Cæsarem facta: bellum moliēs oppressus: & occisus est.

EX LIBRO.CIIII.

GAius Cæsar rebus compositis: & omnibus prouinciis I certam formam redactis: Augustus quoq; cognominatus est: & mensis sextilis in honorem eius appellatus est. Cum ille conuētum Narbonæ egit: census a tribus gallis: quas Cæsar pater uicerat: actus. Bellum cōtra bastarnas: & mœsos: & alias gentes a. M. Crasso refertur.

EX LIBRO.CXXXV.

BEllum a. M. Crasso aduersus trachas: & a Cæsare aduersus hispanos gestum refertur: & Salasi gentes alpinæ perdomiti.

EX LIBRO.CXXXVI.

Rætia a Tiberio Merone: & Druso Cæsaris priuigno domita. Agrippa Cæsaris gener mortuus: & a Druso census actus est.

EX LIBRO.CXXXVII.

GIuitates Germaniæ cis rhenum & trans rhenum positæ oppugnantur a Druso: & tumultus qui obscensum exortus in Gallia erat: compositus. Ara Cæsari ad cōfluentem maris & rhodani dedicata: sacerdoteq; creato. G. Iulio Vercondari dubio heduo.

EX LIBRO.CXXXVIII.

Harces domiti a Scipione. Item cerusci: cenchrei: cauci: aliæq; germanorum trans rhenum gentes subactæ a Druso referuntur Octauia soror Augusti defuncta ante amisso filio Marcello. cuius monumenta sunt theatrum & porticus eius nomini dicata.

EX LIBRO.CXXXIX.

BEllum contra transrhenanas gentes a Druso gestum refertur: in quo iter primores pugnauerunt. T. Senectius & Anectius tribuni ciuitatis neruorum. Dalmatas: & pannonios Nero frater Drusi subegit. Pax cum parthis facta ē signis a rege eorū: quæ sub Crasso: & postea sub Antonio capta erant: redditis.

EX LIBRO.CXL.

Ellum aduersus germanoꝝ trans rhenū ciuitates gestū a Druso refert: ipse ex factura equo sup crus eius collapso. xxx. die: quā id acciderat: mortuus ē. corpus a Nerone fratre. qui nuncio ualitudinis euocatus: raptim accurrerat: Romam reuectū & in. G. Iulii tumulo cōditum Laudatus a Cæsare Augusto uitrico: & supremis illius funeribus plures honores dedit.

PRAESENTIS CODICIS HAEC SVNT CAPITA OPERVM.

Io. An. Episcopi Alerienſis ad Summum pont. Paulum. ii. Venetum: & Marcum Sancti Marci Cardinalem epistola. Fausto
T. Liuii patauini historici primæ decadis præfatio. Facturus ne.
T. Liuii patauini historici ad urbe condita decadis primæ liber primus. Iā primū
Liber secundus Liberi
Liber tertius Antio
Liber quartus Hos
Liber quintus Pace
Liber sextus Quæ
Liber septimus Annus
Liber octauus Iam
Liber nonus Sequitur
Liber decimus L. Gneus
T. Liuii Patauini historici tertiæ decadis præfatio. In parte
T. Liuii patauini Historici de secundo bello punico decadis tertiæ liber. i. Missus.

T.LIVII PATAVINI PRIMAE DECADIS.

Liber ſecundus	Iam
Liber tertius	Hannibal
Liber quartus	Vt ex
Liber quintus	Cum hæc
Liber ſextus	Gn.Ful.
Liber ſeptimus	Hic
Liber octauus	Cum
Liber nonus	Scipio
Liber decimus	G.Scrui.

T.Liuii Patauini hiſtorici Quartæ decadis præfatio. Me quoq;

T.Liuii patauini Hiſtorici de bello Macedonico:& aſiatico de quartæ li.i.Pacẽ

Liber ſecundus	Conſul
Liber tertius	Conſules
Liber quartus	Inter
Liber quintus	Principio
Liber ſextus	Cornelium
Liber ſeptimus	Cornelio
Liber octauus	Dum in
Liber nonus	Dum hæc
Liber decimus	Principio

Lucii florii Epitoma decadum quattuordecim. T.Liuii Patauini Hiſtorici in cẽtum & quadraginta libros diſtinctum. Aduentus Aeneæ.

T.LIVII PATAVINI HISTORICI PRIMAE DECADIS PRAEFATIO.

Fabiuſ exametri exordio ait Liuiũ cœpiſſe

EACTVRVS NE OPERAEPRETIVM SIM:SI A PRIMORDIO VRbis res populi romani perſcripſero:nec ſatis ſcio:nec:ſi ſciã:dicere auſim.quippe qui cum ueterem:tum uulgatam eẽ rem uideam:dum noui ſemper ſcriptores: aut in rebus certius allaturos aliquid ſe:aut ſcribendi arte rudem uetuſtatem ſuperaturos credunt. Vtcũq; erit iuuabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi:pro uirili parte & meipſum conſuluiſſe. Et ſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro eſt:nobilitate ac magnitudine eorum: qui nomini officient meo:me conſoler. Res eſt præterea & immenſi operis:ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur:& quæ ab exiguis profecta initiis: eo creuerit:ut iam magnitudine laboret ſua:& legentium plæriſq; haud dubito:quin primæ origines:& proxima originibus minus præbitura uoluptatis ſint.feſtinantibus ad hæc noua:quibus iampridem præualentis populi uires ſe ipſæ conficiunt. Ego contra:hoc quoq; laboris pmium petam:ut me a conſpectu malorum:quæ noſtra per tot annos uidit ætas.tantiſp certe:dum priſca illa tota mente repeto:auertam:omnis expers curæ:quæ ſcribentis animum ~~mm~~ & ſi non flectere a uero:ſollicitum tamen efficere poteſt. Quæ ante conditam cõdendamue urbem poeticis magis decora fabulis:quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur:ea nec affirmare:nec refellere ĩ animo eſt:datur hæc uenia antiquitati:ut miſcendo humana diuinis primordia urbium auguſtiora faciat:& ſi cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas & ad deos referre auctores:ea belli gloria ẽ populo romano:ut cum ſuum conditoriſq; ſuiq; parẽtem Martem potiſſimum ferat:tã hoc gentes humanæ patiantur æquo animo:quam imperium patiuntur. Sed hæc & his ſimilia:utcũq; animaduerſa aut æſtimata erunt:haud equidem in magno ponam diſcrimine. ad illa mihi pro ſe quiſq; acriter intendat animum:quæ uita:qui mores fuerint:per quos uiros:quibuſq; artibus domi militiæq; : & partum: & auctum imperiũ ſit:labente deinde paulatim diſciplina:uelut deſidentis primo mores ſequatur aio. deinde:ut magis magiſque lapſi ſint:tum ire cœperint præcipites:donec ad hæc tpa:quibus nec uitia noſtra:nec remedia pati poſſumus:puentũ eſt. Hoc illud eſt præcipue ĩ cognitiõe reg; ſalubre ac frugifeg;:oĩs te exẽpli documenta in illuſtri poſita monumẽto ituer:unde tibi tueq; reipublicæ:quod imite reſcapias:unde fœdũ iceptu:fœdũ exitu quod uites. Cæteg; aut me amor negotii ſuſcepti fallit aut nulla unquã reſpublica nec maior nec ſanctior:nec bonis exemplis ditior fuit:nec in quã tanſero auaricia: luxuriaq; ĩmigrauerint:nec ubi tantus:ac tãdiu paupertati:ac parſimoniæ honos fuerit.adeo quanto reg; minus tãto minus cupiditatis erat:nup diuitiæ auariciã:& abundantes uoluptates deſyderiũ p luxum:atq; libidinem pereundi:perdendiq; omnia inuhexere. Sed quærelæ ne tum quidem gratæ futuræ:cum forſitan neceſſariæ erunt:ab initio certe tantæ ordiendæ rei abſint:cum bonis potius omnibus:uotiſq; ac precationibus deorum:dearumq; ſi:ut poetis:nobis quoq; mos eſſet:libentius incipere mus:ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

Hiſtoriæ uſus

M.AN.SABELLICVS.MAGNIFICO ET PRAESTANTI VIRO BENEDICTO CORNARIO PATRITIO VENETO SALVTEM.

NIHIL Hominũ memoria utilius fieri contigit:Benedicte uir ornatissime q̃ quod uetus iactura quã latina lingua tam bellorum q̃ templorum iniuria multis retro ætatibus fecerat paucorum hominum iudustria nobis resarciretur:exhaustæ prorsus consumptæq; erant bibliothecæ:Romanus sermo barbaricæ fœditatis seruitio pressus:facie situ & squalore obducta: pro se sordida & neglecta in obscuro esse:nec siqua interim ingenia emergere: quæ rem tantam auderent seruitio adimere ob ipsam librorum inopiam multum proficere poterant:multi uariiq; hominum conatus extitere:sed in utiles illi & irriti omnes:& iam nihil aliud norant nostra tempora q̃ uetera desiderare:& quæ semel deplorata essent perpetuo lugere.Quum noua hæc & inopinata imprimendi ratio quasi munus quoddam cœlo demissum maiore omnino admiratione q̃ spe futuri successus prodiit in apertum:Quæ res incredibili celeritate non italiam modo sed totam pene Europam mira librorum referſit opulentia: uerum sæpe fit ut spes spei gradum faciat:plæriq; his paucis annis partim noua scribendo partim quæ uetustate corrupta erant in integrum restituendo rem auspicatissime inchoatam mirum imodum iuuerunt Velles tamen in hoc publico successu ut qui ad recognoscenda emendandaq; aliorum scripta librariis officinis suam operam locarunt communis cõmodi maiorem q̃ sui rationem habuissent effecissent illi haud dubie nisi quæstui nimium studuissent ut nihil hodie aut q̃ pauciſſima in multiplici & uaria lectione desideraremus:Cæterum eor uel incuria:uel negligentia ita accidit: ut nunc quoq; multi uelut amfractus passim lectoribus occurrant:quibus sublatis facilior omnino conatus fuisset ad bonas artium studia capessenda:Id ego uitium quum in aliis ægre:tum in Liuio quod toties imprimi contigisset ægerrime ferebam in quo pene plura mercenaria opera q̃ ulla temporum iniuria inuerterat: Nec interea solus ego eam molestiam sentite:Erant & alii q̃ plurimi qui ob id ipsum eam lectionẽ cunctantius adirent:quum nulla alioquin uel utilior uel suauior adiri posset:Huic igitur multorũ siue q̃relæ siue sollicitudini occurrendum ratus Bernardinus Herasmius Nouocomensis hõ ut te non ignorare arbitror fide & industria singulari a me nuper petiit:qua potissimũ ratione Liuium in integrũ posset restituere:cui ego uetustissimo aliquo exẽplari opus esse respondi:ut pauca hæc quæ ex tanto naufragio fragmenta adhuc restant emendatius legerentur:tum ille quãdo id inquid haud facile datur: tu si potes da operam quæso ut clarissimam historiam aliquanto integriorem nouæ impressioni subiiciamus.Recepi ego quum ipsius causa tum ut iis qui facit colũ litteras aliquid gratificarer me id factus:sed quum multo plures loci q̃ putaram uno atq; altero exemplari pas integri occurrerent ,p magno habui negotio cum iis quæ obseruata a me essent uetustioris libri alicuius lectionem conferre:q diutissime requisitus:ex ornatissima Bibliotheca tua officiose mihi est demum oblatus.Multa fateor eram in medio relicturus quæ lectione illa confirmatus a uitio uindicare perseueraui:Contra plura q̃dem in eo adsunt quæ nihilo sinceriore fide(ratione enim & auctoritate conuincitur)quam in cæteris notata deprehendi:quorũ ratio ut aliquanto tibi facilior cognitu esset: quum decadum ordide tum librorũ seruato ad ducentos & amplius locos tibi certa serie digressi quibus sapientissimo iudicio tuo pensitatis facile prospicies uerissimum esse illud sophoclis gratia gratiam parit qui quum cæteris paribus satis emendatum mihi librum concesseris pari officio acceperis per quæ illum adhuc emendatorem habere posses. Vale.

M.ANTONII SABELLICI BREVISSIMAE IN LIVIVM ANNOTATIONES LOCIS SVO ORDINE AVT IN INTEGRVM RESTITVTIS:AVT IN FRONTE NE QVID TEMERE OFFENDERETVR BREVI INDICE RELATIS.

PRIMO LIBRO

Facturus ne sim opere pretium sic uulgo omnes liuiani codices habent:Verum Fabius Quintilianus docet nõ ita liuium exorsum:sed facturus ne opere p̃tium sim atq; eo auctore ita reponendũ curaui.

Nec illud ferendũ duxi quod tã recentia q̃ uetera exemplaria habent rege philomene ad troiã amissos: quũ Homeri lectio manifeste demõstret pylemene esse legendum eius carmẽ ex secundo iliados est:

Quid illud:ubi primum inquit ex profunda emersus palude eques curtius inuado statuit curtium lacum appellarunt:ego lectorem admonui uideret ne curtium legẽdum sit potius:ut ueteri uoce usus Liuius quod & Maro & Hẽnius fecere eques pro equus posuerit:statuit enim actiuo significatu hoc loco accipias necesse est:

Plura:Exemplaria habent lex horrendi criminis erat:ubi nos Ciceronem pro Rabirio secuti integram uocem carminis pro criminis reposuimus.

Tullios inqt seruilios Quintios Geganios Curiatios Cloelios:Dionysius inter illustris familias quæ ex alba romam traductæ sunt non Tullios sed Iulios quod satis constat eam familiam ex alba oriundam refert:quod cum ita sit Iulios libentius legerim q̃ Tullios.

In album ait elata:Cæterum siquis Macrobium & alios plærosq; respiciat relata liuium potiusquã elata scripsisse dixerit.

Atũs inquit Tarquinius & Tullia minor prope cõtinuatis funeribus:sed maior uerius legitur: nam si Atũs minor natu fuit fratre quod Dionysius scribit:oportuit maiorem tulliam petiisse quæ Tarqui

nio maiori natu nupserat.
Itaq; pomptinæ manubiæ:Ego pometine:Dionysio & Liuio Auctoribus reposui uterq; auctor est pometia capta:eius prædæ manubias in capitolini templi erigendi usum a rege sepositas.
Quædã exẽplaria hñt Et collatinus cenabat & Tarqnius Egerii filius:uelut Tarqnius a Collatino diuersus esset:dionysius auctor ẽ Egerii filiũ Tarquiniũ Collatinum appellatum:quare altera particula Copulatiua tollenda est.
Illud licet mutare nõ ausim:moneri tñ lectorẽ oportuit:uideret ne:Valesi,p Volesi sit legẽdũ:& Valesii nõ multũ diuerso loco,p Volesii.Fabi⁹ auctor ẽ Valesios & fusios,p Valeriis & Furiis a ueteribus usurpatum.

SECVNDO LIBRO.

Oia Liuii Exemplaria Aurelium posthumium habent.pro eo qui ad Regillum lacũ latinos uicit dionysius & alii Aulum posthumium non Aurelium scribunt.
A eo in alteram causam non collega solum præceperat sed omnis factio nobilium & si non noua est d uerbi apud liuium usurpatio tamen uideat lector ne præceps erat aut ierat sit legendum.
Apparuit cã plebis suam uicẽ indignantẽ magistratu abiisse:sic pleraq; hñt exẽplaria sed plæbeis uera ẽ lectio:quia suam uicẽ dixit uideo & plæbi posse legi sed prior lectio uerior sequitur.n.prosecuti sunt.
Cum equis fabio cõsule pugnatũ ait liuius quũ a militibus deserta ẽ in acie res publica sed duobus locis aduersus ethruscos prouinciam illi datã dixit quare alterum falsum omnino esse oportet.
Consilia conferunt de.Romano bello haud facile credebant plæbem suam impelli posse sed ego ob ea quæ sequuntur sua ui libentius q̃ suam legerim.
Plebei: Magistratus tribunitiis comitiis fierent:sic pluribus locis:gellius tamen docet tributis comitiis.

LIBRO TERTIO.

Sp.furius fusius fusios furios fabios scripsere qdã.Ex q̃ lectiõe nullus elici põt sensus uidendũ igit ne uerior sit lectio.sp.furius siue fusius.fusios Furios fabius & qdã scripsere:nã & uetus codex Fabi⁹ hẽt.
Si uos urbisq; si uestri nulla cura tangit ex hac quoq; lectione ob coniunctiuam particulam nihil sequi potest quare uera lectio est si uos urbis Quirites si uestri nulla cura tangit.
Eqtes itẽ suæ cuiq; pti post prĩcipia collocat cæteꝝ an suæ quẽq; parti sit uerior lectio ipe lector uiderit.
Distenderent hostium copias:sed cur non distinerent potius?
Relicto exercitu castra locat:si exercitum reliquisset non erat erat opus castrorum metatione quare reliquo exercitu melius tu uide quæ præcedant.
Ibi a legatis seu fossam fodiens palo innixus seu cum araret:sed cur non bipalio aut palæ potius q̃ palo legendum?sit si fosse fodiendæ erat intentus.
De uirgine adeo fœde ad libidinẽ petita:Ego Virginia reposui.lu.Virginia forme & liuius paulopost manes uirginiæ:rursus.M.Claudius uirginiæ assertor.
P.Numitorius puellæ auus:sed auunculus legendum ut frater matris Virginiæ eẽt:nã si pater fuisset nõ uideo quo pacto tam grandis natu tribunus postea fieri potuisset cæteꝝ Liuius haud multo post iteꝝ corrupta a librariis dictiõe uirginii auunculũ uocat quũ uirginiæ haud dubie legi oporteat.

LIBRO QVINTO.

Lauinium pro lanuuio quinto libro & pluribus locis mendose legere est:Lanuuii ut Cicero clare demonstrat:fuit sospitæ lunonis templum & non Lauinii.

LIBRO SEXTO.

C.Marc omnia exemplaria habent:pro.C.Marico.duo.n.prænomina Romanorum nemo habuit.
Eodem ᵒbro promptina pro pontina legere est siue pomerina.
In quibusdam codicibus nec adeo paucis mendose Claudius pro Cincius eodem libro legitur.

LIBRO OCTAVO.

Ad saturæ flumen:sic plura exemplaria habent:sed Asturæ legendũ plinius auctor est.& Liuius haud multum diuerso id loco demonstrat.

LIBRO DECIMO.

Qui in hostium exercitu peditum quadraginta trecentum triginta:ubi trecentum pro trecentum reposui alioquin trecentos legendum erat.

TERTIAE DECADIS. PRIMO LIBRO.

Duas legiones romanas &:quadrigentos quinquaginta socioꝝ:Vera & sincera lectio est.quod polybius plane demonstrat duas legionas romanas & quattuordecim millia socioꝝ.
Nec ita multo post Mille equites socios sexcentos romanos Gallia eodem uersa habuit ubi post mille quadringentos quinquaginta ponit polybius:quo apparet:utrobiq; librariorum incuria Liuianam lectionẽ deprauari:cõtigisse:erit id facilius iudicatu siquis romanæ militiæ sit uel mediocriter peritus.
Additi equites libyi phœnices huius quoq; loci lectorem ad monendum duxi quãdoquidem oẽs fere liuiani codices diuisis dictionibus id habeant:quũ libyphœnices sit dictio uno spiritu enunciãda:
Hannonem Amilcaris filium:Polybius Bomilcaris filium habet quod eo magis placet quia Hannibalis fratrem in Hispania potiusquam alium Hannonem relictum crediderim.
Ridiculum pene est quod dicã plurima liuii exemplaria Hanno nonis cis hiberum in prouincia erat. Quum haud dubie legendum sit Hannonis cis hiberum prouincia erat.
Celius q̃ cremonis iugum uide ne ceutronis uel centronis ut Plinius ait sit legendum Strabo una in

quit uia per salassos ad montes pœninum ducit iumentis inaccessibilis altera per centrones plixior.
Excito deinde scipione hibernis stoicosis: Vetus codex stoicohis habet sed neutrum ut ingenue fate ar itelligo: Verum haud omnino absurdum sit siquis hosticosis legat ab eo quod hosticum sit qd': & inpacatum: nam hyberna illa ob incursus hostium fuerant inquietissima.
Lauinii hostiam se motiisse: & paulopost donum auri Lauinium Iunoni portatum est: uerum satis cõ stat ut supra monui Lanuuii esse legendum & Lanuuium quia ibi uino sospita: ide hastam se mouis- se non hostiam uero similius est Liuium scripsisse: quod hostia mota sit in prodigiis nunq̃ quod sciã est legere sed hastam idem auctor alibi Hastam martis preneste motam pro prodigio nunciatum qd' Iunoni fuerit hasta Homerus & alii demonstrant: idem Liuius alibi pontifices hastas motas nuncia- uere & lanuuii simulachrum Iunonis sospitæ lachrymasse.
Ob hoc ratus auspiciis emendis latinarumq̃ feriarum mora ita uulgo habent recentiora exẽplaria ue tus codex ementiendis habet ego monui ut uideret lector ne emendandis sit legendum.
C. Seruilius &. Gn. Flaminius: sic plæriq̃ codices habent pro eo quod non. C. sed Gn. Seruilius scribẽ- dum fuit &. C. Flaminius non. Gn.
Quidam etiam habent: & caput speciem cæli ardentis fuisse ubi caput pro capuæ audacter reposui
Iunoniq̃ sospitæ Lauinii: At lanuuii ut dixi integra est lectio Cicero & Liuius auctores.
Donec insuper eques hæc in acie trasimena ubi insuber reposui Polybius auctor est insubres a Flami- nio olim uictos: eorumq̃ fines populatos.
Profectus præputianum agrum deuastat Polybius per brutianum scribit Plinius uero pretutianum tu quem potissimum ex tribus sequendum putes uideto.
Consanum portum ego Cossanum reposui est cosa ut Plinius ait oppidũ ethrurie littorale alii cossas appellãt nec de cosa Fluuio qui apud frusinonem labitur intelligi potest: neq̃. n. celebre ad mare fert nomen: neq̃ ea ora legenda fuit ex urbe Roma in Hispaniam nauigantibus.
Fortunæ minas saxa: quod saxa literni dicas ratione caret palustri enim loco est id oppidum nide igit ne formiana saxa uerior sit lectio ut legatur inter formiana saxa: & literni arenas: nam non procul in de formiæ sunt: & præneste inde procul est ubi fortuna colebatur: Cæterum saxa montium arenæ & stagna non sunt fortunæ minæ sed naturæ.
Iam fame sedendo & cunctando bellũ gerebat: Ego ferme potius legerim tu uide utrum malis.
In hispania lergauonensium: ubi Ilercaonensium ptolemæi auctoritate reponi potuit: sed hoc quoq̃ ĩ medio relinquo.
Mœnia insula uastata Plinius eam insulam Mœnicem uocat Ptolrmæus Myrinta tu quid potissimũ sequare maturius uideto.
Vt a populo crearetur qui prodictatore esset sed prodictator uera est lectio ut sit prodictator uelut pro- consul & proprætor.
Vt dictator pro dictatore diceretur ex qua lectione nihil sequitur legendum igitur pro prodictatore: sit sensus fabius factum est ut dictator sit dictus quum uere prodictator fuisset.
Se quo die uidisset hostem profecturum tu uide ne profligaturum legendum sit potius.
Quid inter armatam iuuentutem censes futurum: multo uerius facturum legerit aliquis: nam si futu rum scripsisset Liuius: quem aut qualem non quid dixisset.
Donec res eadem manebunt: sed melius eædem.
Nunciari iam efferenti signa porta collegæ iussit: obnunciari uerius quid obnunciare esset pedianus & Cicero docent.
Ex septemmillibus armatorum sexcenti extiterunt qui erumpere auderent supra triamillia & sexcen- tos erupisse dixit quare uide ne triamillia reponenda sint.
Ad nobilitandas Romana clade Cãnas miror persuasum esse non paucis Cãnas eum fuisse locũ quẽ hodie Canusium dicunt nec aduertunt Liuium: seorsum Canusii a cannis mentionem fecisse sed is uicus fuit qui hodie corrupta uoce haud procul ab aufido Cannelæ uulgo dicunt: ipsius quoq̃ flumis uoce ĩmutata Lophãtum locorum in colæ ut audio appellant: id admonui quia Illustres quidem re- rum scriptores aufidum diuersa italiæ parte nominant quum is de quo nunc agitur in Apulia sit.
Hic miles magis placuit cũ prætio minore redimi qnam captiuoꝝ copia fieret ex qua lectione nihil sa- ne elici põt: qd' ex oĩ pte quadret: ego sic reposui quũ ptio minore redimẽdoꝝ captiuoꝝ copia fieret.
Neq̃ his sexcenta millia hostium obstitere: ego quadragita millia potius legam at qui hũc numeꝝ no tatum inuenerant per duo Elemẽta. xl. mox ppostere notatis: reddiderunt numeꝝ longe maiorem quod quadraginta sit legendum ea ratione adducor quod Hannibal cum quinquaginta millibus ĩ aciem ad cannas processerat ex his circiter. x. millia ĩ prælio occubuerant quo factum ut per hunc ho stium numeꝝ romani noctu euaserint sed error ut dicitur errorem peperit ut ex. xl. millibus. lx. pri- mo librariorum ia curia fecerit: mox ex sexaginta sexcenta scribi cntigerit: scio esse qui sexcẽtis scri- bant referentes id ad numerum ernmpentium sed ille maior omnino fuit.
Quãto ante maior hæc clades supioribus Cladib⁹ fuerit: at sincerior lectio erit siqs ãt̃p ãte reposuerit.

LIBER TERTIO.

Hæc quum dixisset gladium in publicum trans maceriam hosti abiecit: ego horti libentius legerim quam hosti ex quo nihil sequitur.

Ferre ex agris undiq; conuecto: sed farre ex ueteris codicis collatione dictione in integrum restituta legendum monui.

Structisq; rohis uescebantur: & si pro certo ponere non ausim donec tamen alius meliorem inuenerit sententiam strictis rubis haud grauate legam.

Aræ tantum retentæ Ego lectorem monui uidere ne arces uerius quam aræ legeretur.

Signa Lauinii ad Iunonis sospitæ bis supra ostendimns Lanuuium esse legendum non Lauinium ut mendose habent ueteres: & recentes liuiani codices.

Ad Luciniæ Iunonis templum egressi sic plura habent exemplaria uerum laciniæ quis ignorat uerior est lectio.

LIBRO QVARTO.

Locus ibi erat frequenti silua Lucus coniectura prius mox libraria fide usus: reponere non dubitaui.

Antiquamq; frequentia eorum recipere: at uidendum est ne liuius uirorum potius quam eorum scriptum reliquerit.

Deinde cæteros auctores sumouet Andronodorus sed nemo non tutores legendum esse dixerit quū Andronodorus: & quindecim alii cum eo tutores puero relicti essent.

Vt multis post annis fuisse non negarim ubi ita pro ut & feciſſe pro fuisse: coniectura haud inepta: in fronte: admonendi lectoris gratia ascripsi.

Claudinus samnis: posset & Caudinus a Caudio oppido scitis apte legi: uerum quia: & Claudium in samnio reperio: nihil mutare sum ausus.

Tarentum triduo anteq; hannibal ad mœnia accederet a. M. Valerio prætore missus Is: ex qua lectio ne plane datur intelligi deesse nomen eius qui missus sit nec postea a Liuio ponitur: Sed Liuiū Salinatoris fratrem intelligi uolo ut liuius alio loco demonstrat q̄q̄ Cicero aliter sentiet quo præsidium tenente Tarentum est annibali proditum.

Prætores in Acradinam cum iuuentute populorum fugiunt: ego popularium Liuium scripsisse credi derim nam populorum hic ratione caret.

Naues iunctæ aliæ binæ ad quinqueremes ex qua lectione quid siqui possit uideant illi si possunt qui ita scripsere Ego aliæ a binas quiqueremes lego ut singulæ naues duabus essent quinqueremibus p̄ cinctæ ut ab utraq; parte unam haberent: sicq; onerariæ remis agerentur.

Hos sacratos Lacus locosq; multo tamen uerius lucosq; meo iudicio: quod alio etiam loco ex uetusti Codicis Collatione feci.

Vt proditis q̄ septemuirali iudicio esset quid septemuirale iudicium hoc sibi loco uelit ut ingenue fatear haud intelligo quare uide an semet uirali iudicio legi possit ut nouo quodā modo sit a liuio dictum sed in ea consultatione prius usurpatum ut esset sensus suo ipsius iudicio Altinium persuasum habuisse oportere se impune uariare proditionem.

Documentū autē dicant statui oportere Emendatiores codices habēt ducāt ego dicant potius legeri.

In iugularioq; uico sic uulgo scriptum reperio: Ego iugario eiusdem liuii auctoritate legendum putaui qui li. xxxvii. A porta inquit iugario uico in forum uenit.

Ab altero prætore sempronio Tuditano Aternum expugnatum ego in gallia ubi res gerebātur Aternum non reperio quare uide ne Cliternum sit legendū q̄q̄ plures Cliternam & non Cliternum scribant Addo quod. lxx. hominum eo loco capta scribunt quod in nulla galliæ urbe nō modo ignobili una eueniri potuisset quare septēmillia potius legerim.

LIBRO QVINTO.

Neq; in secreto modo atq; intra parietes ab hosteq; tenebantur. rorituſ sed in publico etiam ac foro capitolioq; mulierū turba erat uide ne poste & non ab hoste quod quadrare non potest sit legendum.

Ad Alliam prope omnis exercitus fuit: sensus & ratio contra librariam fidem arguūt fugit a Lauio nō fuit: scriptum qd̄ historiæ uel mediocriter eruditus plane colligat.

Alterius postea est aucta dedit Curato auctoritas euentu: omnia uetera & recētia q̄ uidimus exēplaria sic habent: uerum non inepte ut mihi uideor pro dedit curato: declarato reposui: ut sit ordo alterius carminis aucta est auctoritas declarato euentu.

Amnem troiugenam Cannam Romanæ fugæ: mendose & hoc carmen uulgo notatum uideo quasi Aufidus aut Canna troiugena dici possit Amnem troiugenam Cannam legere perseuerarunt: Ego troiugena reor legendum ut cum romane iungatur: nam Romane ibi uocandi casus est: ut sit ordo o romane troiugena fuge Amnem Cannam.

Triginta passuū millia ab urbe: siquis attendat quæ non multo post sequuntur facile deprehēdat mēdose numerum hunc positum id ego secutus quum ad Vetustū Codicem confugissem tria millia habere repperi: quæ lectio uerior uero est.

Præsidiis datis qui commeatus eos p̄sequerentur: aut præsidio scribendum est aut quæ quod uetus Codex habet & non qui legas oportet.

Cuius aduentu qui ante in exigua spe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant ultro ad transeundum hostem uocabant: ubi quia nihil ex ea lectione sequebatur ex uetustioris codicis collatione: uocati erant reposui.

Sensu non satis ptinente ad omnia tu uide ne ptendente sit potius legendum.

Satis prosperos euẽtus ad traiiciendum in Siciliã habuit: pro euentus: ego uentos reponẽdũ ab initio putaui ob ea quæ sequuntur uetusti inde Codicis fides accessit qua freti in restituẽda dictione auda cius perseueraui: hæc plura dixi quia euentus non multum discrepat ab eo quod dicitur.

Etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret: ita plærique habent quidam uero & in his uetus codex & non: Cæterum melius etiamnum: & duobus post uersibus fidem cuius facere potest: alii non pauci legunt: sed pro cui ius ego cui uis feci.

Cogor uestram omnium uicem quod difficilimum in luctu est unus consulere: sic uulgo scriptum reperio: sed librariæ fidei ratione obiecta consolari legendum esse & non consulere contenderim.

Quia sub lucæ publica pabulatum lignatum & ꝑdatum quidam dilapsi fuerant: hæc loquẽdi ratio: ut noua ita apud Liuium receptu difficilis quare uide ne pura sit legendum: & non publica.

Libyphœnicus Generis Hippocinatis: sed libyphœnicis Generis Hipponatis: melius implet aures libyphœnix nominandi casus est. & non libyphœnicus hippo ad hæc oppidum africæ nobile unde hipponas hipponatis uideri potest deductum: uerum hæc coniectura est.

LIBRO SEXTO.

Obsidebatur tam carius q̃ oppugnabatur uera tamẽ lectio est acrius non carius.

In speciẽ honoꝝ erant honorẽ detrectantibus: omnia fere exemplaria sic habẽt. Cæteꝝ nisi erat legas nihil sequitur: ut sit sensus negligere honores honori dabatur detrectantibus.

Sedicã oram Lauiniũ premisit: tu uide ne secundũ legi oporteat alioqn qd sedica sibi uelit nõ reperio.

Inde præter interamnem Nequinum: infregellanum agrum ad lirim fluuium uentum ipse: Aquinũ restitui: nam Nequinum procul inde est: & tam auersum q̃ quiduis aliud auersissimum.

Circa urbem in monte etiã Albano atq; arce Esulana ponunt. Vetus Codex elusana habet sed utrũq; mẽdose legitur: Tusculana igitur uera erit lectio Tusculi. n. arx fuit eaque maxime celebris in toto latio nec procul alba locus est.

Illud quoq; mõebo hoc loco uulgo recẽtibus Codicibus & qd magis mireris aliqto uetustioribus mẽdose legi lauicanũ ꝑ labicanũ: labicũ latii oppidũ apud plures legere ẽ Lauicũ quod sciã scribit nemo.

Nullos aptiores inter conualles tectaq; hortoꝝ & sepulchra uacuasq; undiq; uias ad pugnãdum futuros. Cur uacuas legi possit nõ uideo si iter conualles & ipedita loca melius numidas equites pugnaturos dixit: quare uide ne inuersa dictiõe uacuas ꝑ eo q̃ liuius Cauas scripsit librarioꝝ fecerit incuria.

Post profectionem Hannibalis mortui inuenti hoc plærique habent Codices alii quod magis placet nõ mortui habent sed magni.

Cælius Romã euntẽ a freto diuertisse Hannibalẽ tradit sed ille a Capua. i. procul & mari uenerat: nec ad mare descenderat: nec fretũ dixisset: si ẽt ad mare uentum esset: quasi ignoremus qd fretũ sit nec tñ ex ipso freto siculo Hãnibal uenisse dici potest quũ statim subiũgat ab Reate qd sabinoꝝ est oppidũ ergo ereto non freto legendũ Illustres locus Eretũ in sabino agro supra Tyberim quã dictionem apd Valerium de prauatam in integrũ in plinianis obseruationibns amendo uindicaui.

Præterq; oppidum sulmonem instituit in Martianos trãsisse uideat lector ne Marrucinos sit legendũ qui pelignis sunt affines: Sed Coniectura hæc.

Quæ summa ope apparata erat ne impediri posset: placuit ab initio properata legere. inde uetustus codex ostendit approperata Veriorem esse lectionem.

Pari in Curia haud multum infra ut esset aliqua oratorum sedes scripsere quum nemo nõ perspicue intelligat liuium Aratorum scriptũ reliquisse.

Decimoq; deinde uersu & quoniam nihil in hannibale fuit: ubi q̃ pro quoniam reposui & proxima linea quod ad Capuã attinebat mendose plærique codices habuerunt: sed q̃ non qd uera erat lectio.

Quidã etiam Codices de tradendis artibus urbium: parũ integra fide cæterum mendo æque notabili habuerunt: nos restituta dictione arcibus fecimus.

Sedicinum ad hæc uulgo notatũ uideo: Ego ut uerius ita libentius fidiciuum dixerim.

Terræ secutæ defectionem hibla & Marcella nullibi locoꝝ in Sicilia Marcella est sed Macella ut quidã habent: ut alii magella.

Corcyræ tenus ab ætolia incipiẽte: sed circyra tenus uerior erit ordo.

Expeditionẽ subitã in originoꝝ atq; appolloniatũ fines fecit: omnia quæ uidimus exẽplaria sic habent q̃ error locoꝝ iscitia ẽ ortus: Oricũ. n. haud ꝑcul appollonia ẽ quare oricinoꝝ reponẽdũ ẽ ꝑ originoꝝ.

Et loco pene cõtigno ꝑ pelagoniã in qbusdam exẽplaribus paphlagoniã bis scriptũ reperio.

Præda ex pacto Romanis cessit: Cæteꝝ nihil tale supra Romani pacti erant quare ex Naupacto liuiũ scriptũ reliquisse credere est: id. n. oppidũ tum captum a ro. est.

Vt per se non liceat palã Rome Crimina edicta facta ab inimicis uulgare uide quæso ne edita fictaq; sit potius legendum.

Ex quo primum aduersæ gloriam pugnæ cœperat: & hoc lector aduertat necesse est an primus sit legẽdum nam si primũ aduerbiũ sit non ꝑcedit quoniã marcellus priores honores bellicos fuerat adeptus sed primus Romanoꝝ ducum Hannibalem uicit.

Inclusos onere eos: Ex iis quæ sequuntur tenere legendum est: & non onere haud dubie apparet.

Siculisq; Romam præbuit sed siculis quoq; uera lectio ut sit ordo siculis quoq; obuiã egressis potestatem fecit ad eundi Romam adducens secum accusatores duobus uiris celeberrimis excidio duarum

Clariſſimarum urbium:Syracuſarum ſilicet & capuæ quare niſi ac particulam demas ante celeberri/mis neq; ordo:neq; ſenſus ſtare poterit.
Capua fuluium rerum Marcellum Syracuſe habeant:licet plura exemplaria ſic habeant: perſpicue ta/men apparet reum Liuium non rerum ſcripſiſſe.
Quadrageſimo deinde uerſu eſt:Nec uictoris ira captis damnauerit pro capitis & totidem infra uerſi bus dum nequi maior q̃ quinquaginta iugerum agri modus eſſet ubi nequi pro necui incuria nota ri contigiſſe apparet.
Niſi uellet in multas paruas Capere exercitum:Capere librarii fecerũt pro eo quod liuius carpere ſcri ptum reliquerat.
Auelia & a peſio:debitas ex fœdere exigendo:Peſium in lucania.aut brutiis legere quod ſciam nõ eſt: ſed peſtum ueram igitur lectionem a Velia & peſto eſſe haud dubie apparet.
Et paulum infra ille atq; præceps cum armis procidit ante portam & ſi plæraq; exemplaria id habent proram tamen reponendum duxi is enim caſus naualis pugnæ eſt.
Aſſumpto comite.M.Epicide nulli quod Sciam Carthaginenſium prenomen fuit Marco.uno igitur epicide legerim ſiue ut Vetuſtus habet codex inde epicide.
Quam in eo minus ſic multa habent exemplaria ubi pro in eo meo ſcribendum fuit res ſcio parua ſed quia a pluribus non animaduerſa idcirco non contẽnenda.
Diſpoſitiſq; pſidiis accuratio iam urbis:pauci quidẽ ſed illi quoq; licet non multi emendandi codices qui ſic habent:ad cuſtodiam Liuius ſcripſerit pro eo quod illi accuratio iam mendoſe fecerunt.

LIBRO SEPTIMO.

In Lucanos tranſgreſſus ad Muniſtronem caſtra locat ptolomeus:Numiſtrum appellat & Plinius nu meſtranos quo datur intelligi Numiſtronem non Muniſtronem integram eſſe Liuii lectionem.
Tenere & darſetiorum quoſdam uicos:Plinius & ptolomeus Daſſeretiorum habent.
Corruptoq; arcis p̃fecto Bachindũ cœpiſſe ptolomeus & alii Lichindũ legi oportere clare demoſtrãt.
Omiſſo igitur actico bello:attico bello legi non poteſt quod utiq; tũc nullum fuit achaico proinde me lius cui emendationi Vetuſti Codicis lectio aſtipulatur.
Dimis p achaiã boetiãq; & euboeam decimis caſtris demetriadẽ in theſſaliã uenit quo pacto euboeam quã utiq; poſt ſe hẽbat & quæ inſula eſt:ex achaia uenerit in theſſaliã nullo mõ intelligi põt:quia ſcili cet fieri nõ potuit:Ergo boebam legendum:fuit.n.una ex urbibus theſſalie Strabo Boebeidem uero lacum prope eſſe oportet qñ quidem Boeba ex Circũiacentibus dometriadi urbibus una fuit.
Erant autem in Celtiberico exercitu quattuor millia ſcuta tu ide ne ſcutatorum ſit legẽdum nam pau lo poſt Celtiberorum inquit ſcutatis Cæſis.
At demetriacum theotidis expoſuit:at phthiotidis uerius legitur Plinius pegaſe iquit quæ poſtea de metrias dicta eſt & confeſtim inde phthiotidis inquit montes Cœterum Theotis in theſſalia quod ſciam:legere non eſt.
Et Circa Romanorum ſociorumq; ductores Ceciderunt:omnia exemplaria id habent ĩ qua lectione ego omnino aliquid deſidero.
Ad Cynum locridis Emporium ego inter locridem & doridem Cythinium non Cynum apud pto.& & Plinium reperio tu uide utra ſit lectio ſequenda.
Vnde Commeatibus aſſumptis phileum Taphenumq; petit:neq; phileum his locis:neq; Tapheneũ facile reperies Contenderim proinde phliunta pheneumq; legendum eſſe utrũque oppidum Circa achaiam & archiadiam ſatis notum.

LIBRO OCTAVO.

Exercitum ab.Gn.Nerone:ſed Claudio quis non uidet:ſcribi oportuit.
Libertas religione mentes turbant:nunciatum fruſinone infantem natum eſſe quadrimo parem:at li beras ſine dubio legendum ut ſit ſenſus id quod rurſus nunciatum eſt puerum natum & cætera tur bauit mentes.ſ.Ciuium iam liberas.i.priſtina religione ſolutas.
Flaminio paulo.A.Gracchо Poſthumio Albino.A.neq; ratione neq; conſuetudine pluribus Liuianis exemplaribus ſcriptum pro Aemylio reperio nam ſecundum nomen totum ſcribitur.Præterea primaq; diphthongum habente.
Pudet quædam obſeruare quæ in Curia potius q̃ inſcitia deprauari Contigiſſe crediderim uerum qa uulgo mendoſe illa notata reperio haud ſuperuacuum duxi ea in integrum reſtituere ne errorem er ror pariat:Viuerent inquit ſuo populoq; Romano beneficio ubi nemini non apparet ſuo populique Romani beneficio ſcribi oportuiſſe.
Inde nauibus ad pituſam inſulam ſic uulgo ſcriptum reperio Cœterum Pityuſam ſcribẽdum eſſe Pli nius Strabo & ptolæmeus docent.
Locus Lautitiaq; legatis præberi iuſſa ſed Lautia ſcribendum fuit ſi plutarchi uera eſt opinio.
Drepanis atq; Eryce detraxiſſe Plinius ptolemeus & Polybius Drepanum ſingulari nõ multitudinis numero poſuere.
Quanæ pecuniæ ager Iudicatus eſſet:Sed æſtimatus aliter dixiſſet uide igitur ne indicatus ſit legen/dum quia indici decima pars eius pecuniæ propoſita eſſet.
Per agrũ inquit Anxetanum & rurſus Auxetanos Plinius tamẽ & alii Auxetanos legunt.

Dirachium ueniſſe parthinoſq; & alias gentes montanas Plinius & Appianus Parthenos ſcribunt:ab appiano redditur & nominis ratio.

LIBRO DECIMO.

M.Quintius Alimentus:Alibi Alimentius quod magis placet ſcriptum reperio.
Conſulem profectũ ab urbe inter portus Cõpſanũ Loretanũq; atrox uis tẽpeſtatis adorta. Ego Coſanum & Laurentinum libenter legerim:ut ſit dicere inter coſam & Tyberim qui altera parte laurentẽ agrum alluit nam & ro.portum his locis habuere:alioquin neq; compſam:neq; Loretum in ethruſco littore reperio quod in ora ethruriæ ſit Conſul tempeſtate iactatus datur ex eo intelligi quod populonios periculo defunctum peruenisſe ait.

LIBRO PRIMO Q VARTAE DECADIS.

Cadini prope ipſi exciti ædibus ſuis exceperunt:quid apud Athenienſes Cadini eſſent haud facile dixerim:reperio tamen apud Sycionios Carnos non Cadinos Sacerdotes ſumma rerum potitos.
Cypſela & doriſon & Sẽpheum: Vera tñ lectio ẽ doriſcon ſic Pli.Strabo & Põpo.ſic & Vetuſtus Codex.
Saxa exuri dirui tecta:emendatius tamen Sata quæ lectio per ſe ẽt facile deprehendi poteſt.
Eadem æchios Abidenos:Cœterum chios integra erit lectio:idem alibi neq; inquit Ego chium expugnaui ſed pruſiam expugnantem adiuui.
Signum Maliacum intrauere ad Colloquium cum ætolis perſpicue patet ſinum legi oportere uerum quia plures ſic habẽt id Circo lector obiter admonendus fuit.

LIBRO SECONDO.

Trictam proximis limitibus petit quum theſſaliam peteret uerum in theſſalia triccam non trictam reperio & ſi quidam triceam ſcribunt.
Phacium & pala oppida uno fere loco leguntur pro philacium credo & pella q̃q̃ hæc coniectura eſt ad de quo plures philacem debent:tu uide igitur utra uera ſit lectio ego enim utrãq; in medio relinquo illud non ignoro philacen in Emathia pelle proximam eſſe.
Dimiſſo Lucio Cui ſucceſſerat niſi quũ de duobus fratribus ueteres loquebant ſolis præ nominibus nunq̃ uſi ſunt:quod cum ita ſit Dimiſſo.L.Apuſtio liuium ſcripſiſſe Crediderim.
Achei portus & dat fiduciam poſtulantibus & demit:Verius ob ea quæ ſequuntur dant & demunt legitur:paulum enim infra de peloponneſo queruntur Achei quod nulli ſit rei aptior oportuniorq; q̃ nauali bello.
Quintius tenentem caſtra epiri nam loci munientis exercituq; fretum caſtris exuit.Ego non caſtra ſed clauſtra legi quod ex proximo loco poteſt intelligi Epiri ait Clauſtriſq; illis.
Quodq; cluuii Abydeniq; qui procul a nobis paſſi ſunt:quia Eleunta reperio ante abydum ab eo captam:uideat queſo lector an Eleuntii recte legi poſſit:nam ego nihil ſtatuo.
Mirum eſt quanta ſit in propriis noibus uariatio.Cuius rei pauca exempla ſubiiciam ĩ exemplaribus quibuſdam.ſperchias pro partaias Cymie pro Cumyne Angea pro Angeia Themna pro Theuma Calathana pro Celatana:Acharra pro Acharrea:Pheca pro Perecha.Liſine pro licinas.Stimõ pro Strimõ:Cercetius pro Cercio:Eginium pro deginium:Phanocea pro phanorhea:Iapolis pro iampholis nec cum uaria uoce tradãtur:quia non uſq; adeo celebrata ſint noia apud alios auctores facile perſpici poteſt utra uerior ſit lectio:uerum quia illa quæ ſecundo loco referuntur:ex uetuſtiore ſunt Codice deprompta id Circo uero proximiora habenda ſunt.
Pyli eius uxor libidinis cauſa in macedoniam apportatam:at ſupra polycratiam aſportatam dixit qua re plane apparet polycratiam non pyli legendum eſſe.
Centum triginta iſiaci lembi:tu uide ne Aſiatici Liuius ſcripſerit.
Quum.T.Quintius captis Elatella in phocide ſed elatia legendum eſt reuire ſupra Phthias ehinum lariſſam:ptolemeus Echinum uocat:Strabo Echinam quo apparet chinum omnino mẽdoſe ſcribi.

LIBRO Q VARTO.

Tertius liber belli macedonii non extat quod ex ipſa Epithome datur intelligi idq; non aduertentes plæriq; primum decadis huius uolumen parum Conſiderate in duo diuiſere.
Et aſcenſis Argenti.cclxxyiii.millia:Emendatiora exẽplaria oſcenſis hñt:nec tã ab eo crediderim quod ueteres oſca ſacra dixerunt q̃ ab oſca hyſpaniæ urbe argẽtifodinæ in hiſpania plurime fuerunt.
Huius potius loci Conſul.ſed potitus pro potius reponi placuit.
Iam ab leucada:Leucas oppidum fuit Leucates promontorium quare aut leucata legẽdum eſt aut qđ magis placet leucade.Cicero ad tyronem ſcribens leucade dixit.
Poſteriore die Quintius prope fluuium præter urbem ſub ipſas Menali radices quum duceret copias inſtructas pergit:at uide quæſo ne uerior ſit lectio Circunducere copias inſtructas pergit nam ſi cum duceret legas pergit non ſequitũr.
Philippei nũmi aurei decẽ q̃ttuor millia ſed q̃ttuordeci auctore Plutarcho ĩ flaminio Liuius ſcripſit.
Nabidis filiũ Plutarchus Onabim & non Nabim uocat hũc ipſum Lacedemoniorum Tyrannum.
In citeriori hiſpania Iluciam.Ptolomeus Hiliciam ſcribit Plinius Ilici ex quo apparet cum u littera ſcribi non oportere.
Cenſa Cuiũ capita.cxliii.ſeptingenta quattuor:nulli non liquere poteſt millia particulam deeſſe quæ poſt.cxliii.reponatur neceſſum eſt.

Violetæ per ſociorum iniurias Romæ amicitias:& ſi omnia quæ uidimus exemplaria ſic habent Romanæ amicitiæ tamen uera erit lectio.

Et iidem porticum extra portam trigeminam inter lignarios fecerunt:uetuſtus codex interlignario habet ſic quoq; niſi opere adiungas non intelligo quid liuius ſibi uoluerit.

Gytheum tueri poſſet ſic ſemper apud liuium:Ptolomeus & Plutarchus Gythium ubiq; uocant.

Siniſtq; aradios & ex pamphilia idetas:Emẽdatiora exemplaria Araclios habẽt tu uide utq; ſequelis.

LIBRO SEXTO.

Proprætore in prouincia retiere:qui uim loci non aduerterunt ex una uoce duas fecere & nec quæ proxime ſequebatur integra manere paſſi ſunt enim uero propretorem prouinciã retinere ĩtegra eſt lectio.i.ut preprætor prouinciam teneret.

Pelæi & peleponenſes uenerunt.Ego pelenei peloponenſes legerĩ potius ad differentiã eorq; ſunt ĩ macedõia nã utrobiq; pelene ẽ q̃q̃ plinius utranq; palenẽ & nõ pelenem uocet ſed uidendum ne elei liuius ſcripſerit nã Elei & Meſſenii extra conciliũ fuere pelæi nullo modo legerim.

Habentem Bracilli necem at non Bracilli ſed ob Rhacilli necem legẽdum eſt haud enim multo diuerſo loco ab Rhacilli morte dixerat.

Cum oĩbus terreſtribus copiis in Billinum agrũ ꝓcedes Græciæ p̃ſidebis & ſpem Romanis traiecturum te p̃bebis:Cæteq; bellionum agrũ aut bellionium legas neceſſe eſt:Belliones populi q inter oricum & appolloniam circa nympheũ habitauere qua traiectus ex macedonia in Italiam breuiſſimus.

His ꝓfectis Cramonem cũ toto exercitu primo aduentu cœpit ſed ſtrabo & plinius nõ cramonem ſed crannonẽ duplici.n.poſuerũt ſic Ci.& Fabius Quintilianus Crãnoneũ Scopã dixere non cramoneũ.

Præter ad regem & Cyrtonem in poteſtatem erant:uide ne p̃ter Atracem & Gyrtonẽ legi oporteat Plinius:Strabo:& ptolemeus Gyrtonẽ uocant iuxtaq; atracẽ nõ ad regẽ repio ſed tu nil temere ſtatuas.

Malleolã & Cyrechias.ptolemeus quod magis placet chyretias habet:& non Cyrechias.

Super cõnos & mox inde opidum cõni triginta nullia ab lariſſa abeſt ptolemeus gõnos appellat oppidum non longe a lariſſa.

Phauſtum eadẽ celeritate capit:ptolomæus phæſtũ & ſtrabo phreſtum in his locis poſuere.

Contiguis pene locis Eginum eſt pro Aegiũ ſtrabo ẽ auctor & ipſe Liuius egiẽſes paulo poſt ſcribit.

Pari incuria librarii Melibe ꝓ Meliboea ſcripſere lucanus eſt auctor & pellimenum pro pellineum & Tacta pro Tricca:uide ſtrabonem & ptolemeum.

Et ubi non multum infra Compiſiliana eſt:haud meo iudicio inepte pro corrupta dictione Gomphi & lariſſa reponerentur ſed in his nihil muto.

Cannonem eſt ꝓfectus:ſupra Cramonem dixit ſed utroq; modo mendoſe:Strabo Plinius Cicero & Quintilianus Cranonem:docent eſſe legendum.

Theſſalia eſt Thyote:& ſinus Maliacus phthiote ut ſupra oſtendi uera & integra uox eſt.

Et omnia uſq; ad portus ſolis ubi pro portus emendatius ortus ſcripſeris.

Ad torõtum in ſinu Manliaco plinius & ptolemeus Tronium in Maliaco ſinu poſuerunt.

Phalera in ſinu Manliaco tenuit uerior credo lectio phalarna:ſic Plinius.

PRIVSQUAM INDE DIGREDERENTVR rogãti Metio ex fœdere icto: quid ĩperaret. imperat Tullus uti iuuẽtutẽ in armis habeat uſurũ ſe ipſoꝝ opera: ſi bellũ cum ueientibus foret ita exercitus ĩde domos abducti. Horatius ibat tergemina ſpolia præ ſe gerẽs: cui ſoror uirgo: quæ deſpõſata uni ex curiatiis fuerat: obuia ante portã capenã fuit: cognitoq; ſup humeros fratris paludaméto ſpõſi, quod ipſa cõfecerat: ſoluit crines: & flebiliter nomine ſponſum mortuũ appellat. mouet feroci iuueni aĩum cõploratio ſororis in uictoria ſua tãtoq; gaudio publico. ſtricto itaq; gladio ſimul uerbis ĩcrepãs trãſfigit puellã. Abi hinc cũ ĩmaturo amore: ĩquit: oblita fratrũ mortuorũ: niuiq; : & oblita pĩiæ ſic eat: quæcunq; romanũ lugebit hoſtẽ. Atrox uiſum id facinus pĩibus plebiq; : ſed recens meritum facto obſtabat: tamen raptus in ius ad regẽ. Rex ne ipſe tam triſtis ingratiq; ad uulgus iudicii aut ſecundum iudicium ſupplicii auctor eſſet: cõcilio populi aduocato duunuiros: inquit qui Horatio perduellionem iudicent: ſecundum legẽ facio: lex horrendi carminis erat: duunuiri pduellionem iudicent: ſi ad duunuiris prouocarit: ꝓuocatione certato ſi uincent: caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpẽdito: uerberato uel intra pomœrium uel extra pomœrium. Hac lege duunuiri creati qui ſe abſoluere non rebantur ea lege: ne innoxium quidem poſſe cũ cõdẽnaſſent. Tum alter ex iis, Pl Horati tibi perduellionem iudico: inquit: lictor colliga manus: acceſſerat lictor: iniiciebatq; laqueum: tum Horatius auctore Tullo clæmente legis interpte prouoco: inquit: ita de prouocatione certatum ad populum eſt. Moti hoies in eo iudicio maxime. P. Horatio pĩe proclamante ſe filiã iure cæſam indicare: ni ita eſſet patrio iure in filium aĩaduerſurũ fuiſſe. orabat deinde: ne ſe: quẽ pauloãte cũ egregia ſtirpe cõſpexiſſent: orbũ liberis facerẽt. ĩter hæc ſenex iuuenẽ ãplexus: ſpolia Curatioꝝ fixa eo loco: qui nũc pila horatia appellatur oſtentans: hunccine: quẽ mõ decoratum ouãtẽq; uictoria incedentem uidiſtis: quirites: eum ſub furca uĩctum ĩter uerbera & cruciatus uidere poteſtis? quod uix albanorum oculi tã deforme ſpectaculum ferre poſſent. I lictor: colliga manus quæ pauloante armatæ ĩperium populo romano pepererunt. I. caput obnubĩe liberatoris huius urbis: arbori infœlici ſuſpende. uerbera uel intra pomœriũ: mõ inter illa pila & ſpolia hoſtium: uel extra pomœrium: mõ ĩtra ſepulchra Curiatiorũ. quo. n. ducere hunc iuuenẽ poteſtis: ubi non ſua decora eũ a tãta fœditate ſupplicii uindicẽt? Non tulit populus: nec pĩis lachrymas: nec ipſius parẽ in omni periculo aĩum: abſoluerũtq; magis admiratione: uirtutis: q̃ iure cauſæ. Itaq; ut cædes manifeſta aliquo tamen piaculo lueretur: ĩperatũ pĩi ut filiũ expiaret pecunia publica: is qbuſdam piacularibus ſacrificiis factis: quæ deinde gẽti Horatiæ tradita ſunt: trãſmiſſo p uiã tigillo: capite adopto uelut ſub iugo miſit iuuenem id hodie publice quoq; ſemp refectum manet ſororiũ tigillũ uocant. Horatiæ ſepulchrũ: quo loco corruerat icta cõſtructũ ẽ ſaxo quadrato. Nec diu pax albana mãſit: ĩuidia uulgi: qd trũbus militibus fortuna publica cõmiſſa fuerit: uanũ ĩgeniũ dictatoris corrũpit: & quoniã recta cõſilia haud

Sororẽ Horatiam ferro trãſfigit

Pila oratia

bene euenerãt:prauis reconciliare populariũ aĩos cœpit.igit ut prius in bello pacẽ:sic ĩ pace bellũ quæ rens qa suæ ciuitati aĩoꝝ plusq̃ uirtũ cernebat eẽ:ad bellũ palã atq; ex edicto gerendũ alios cõcitat populos:suis p spẽm societatis reseruat ꝓditionẽ.Fidenates colõia romana ueiẽtibus sociis cõsilii assumptis pacto trãsitionis albanoꝝ ad bellũ atq; arma ĩcitant:Cũ Eidenæ apte desciſſent:Tullus Metio exercituq; eius ab Alba accito cõtra hostes ducit:ubi anienẽ trãsiit ad cõfluẽtis collocat castra. iter eũ locũ & fidenas ueientiũ exercitus tyberĩ transierat:hi & ĩ acie ꝓpe flumẽ tenuere dexterũ cornu: ĩ sinistro fidenates ꝓpius mõtes cõsistũt. Tullus aduersus ueientẽ hostẽ dirigit suos:albanos contra legionẽ fidenatiũ colocat.Albano nõ plus animi erat: q̃ fidei:nec manere ergo neq; trãsire apte ausus sensim ad mõtes sussedit.inde ubi satis subisse sese ratus est:erigit totam aciem:fluctuansq; aĩo ut tereret tps explicat ordines.cõsiliũ erat.q̃ fortuna rẽ daret ea inclinare uires.miraculo primo eẽ romãis : q ꝓximi steterãt:ut nudari latera sua socioꝝ digressu senserũt.inde eques citato equo nũciat regi abire albãos.Tullus ĩ re trepida.xii.uouit salios fanaq; Pallori:ac pauori:eqtẽ clara ĩcrepãs uoce ut hostes exaudirẽt: redire ĩ pliũ iubet:nihil trepidatiõe opus eẽ suo iussu circũduci albanũ exercitũ ut figenatiũ nuda terga ĩ uadãt.idẽ ĩpat:ut hastas eqtes erigeŕ iubeat:id factũ magnæ pti peditũ romãoꝝ cõspectũ abeũtis albãi exercitꝰ iterspsit:q uiderãt id qđ ab ĩge auditũ erat:rati:eo acrius pugnãt.Terror ad hostes trãsit:& audiuerãt clara uoce dictũ:& magna ps fidenatiũ:ut q colõi additi romanis eẽnt:latine sciebãt:aq; ne subito ex collibus decursu albanoꝝ itercluderẽtur :ab oppido terga uertũt.istat Tullus:fusoq; fidenatium cornu iueientẽ alieno pauore pculsum ferociter redit: nec illi tulere ĩpetũ. sed ab effusa fuga flumen obiectũ a tergo arcebat:quo posteaq̃ fuga ĩclinauit:alii arma fœde iactãtes ĩ aquã cæci ruebãt:alii dũ cũctantur in ripis inter fugæ pugnæq; cõsiliũ oppressi.nõ alia ante romana pugna atrocior fuit.

Albanorũ defectio

Cur Fana pallori & pauori uota

Ro.uictoria



TVM ALBANVS EXERCITVS SPECTAtor certaminis deductus in cãpos. Metius Tullo deuictos hostes:gratulatur.contra Tullus Metium benigne alloquitur : quod bene uertat castra albanos romanis castris iungere iubet sacrificium lustrale in diem posteꝝ parat.Vbi illuxit:paratis oĩbus: ut assolet:uocari ad cõcionẽ utrũq; exercitum iubet: præcones ab extremo orsi primos exciuere albanos: hi nouitate etiam rei moti ut regem romanum concionãtẽ audirẽt:ꝓxime cõstitere:ex cõposito arma circumdat romana legio:centurionibus datum negocium erat:ut sine mora ĩperia exequerẽtur. Tũ ita Tullus ĩsit.Romani:si unq̃ ãte alias ullo ĩ bello fuit: quod diis ĩmortalibus gĩas ageretis:deinde uestræ ipsorum uirtuti hesternũ id pliũ fuit.dimicatum est.n.nõ magis cũ hostibus:quã(quæ dimicatio maior ac piculosior ẽ)cũ ꝓditiõe ac pfidia sociorũ nam ne uos falsa opinio teneat:in iussu meo albani subiere ad mõtes.nec ipiũ illud meũ: sed cõsiliũ & iperii simulatio fuit:ut nec uobis ignorãtibus deseri uos:auerterẽt a certamĩe aius:& hostibus circunueniri sed ab tergo ratis terror ac fuga iniicereŕ.Nec ea culpa q̃ arguo:oĩum albanoꝝ est:ducem secuti sunt:ut & uos:si quo ego ĩde agmẽ declinare uoluissẽ:feciſſetis.Metius ille est ductor itineris huius:Metius idẽ huius machinator belli:Metius fœderis romani albaniq; ruptor audeat deinde talia alius nisi hũc ĩsigne iã documẽtũ mortalibus dedero.Cẽturiões armati Metiũ circunsistunt:rex cætera:ut orsus erat peragit. Quod bonũ faustũ felixq; sit populo romano ac mihi uobisq; albãi populũ oẽm albanũ romã traducere ĩ aĩo ẽ:ciuitatẽ dare plebi:ꝑmores ĩ pres legeŕ:unã urbẽ unã rẽpublicã facere:ut ex uno quõdã ĩ duos populos diuisa albana res ẽ:sic nũc ĩ unũ redeat.Ad hæc albana pubes iermis ab armatis septa in uariis uolũtatibus cõi tamẽ metu cogẽte silentiũ tenet.tũ Tullus meti.Suffeti iqt:si ipe dicere posses fidẽ ac fœdera seruare:uiuo tibi ea disciplina a me adhĩta esset:nũc quoniã tuum ĩsanabile ingenium est: tu tuo supplicio doce hũanũ gẽus ea sancta credere:quæ a te uiolata sũt.ut igitur pauloãte aĩum iter fidenatẽ romanãq; rẽ ãcipitẽ gessisti:ita iã corpus passim distrahẽdũ dabis.Exide duabus admotis quadrigis ĩ currus eaꝝ distẽtũ alligat Metiũ:deide ĩ diuersũ eq cõcitati:lacerꝝ ĩ utroq; curru corpus:qua ihesẽt uiculis mẽbra portãtes.auertere oẽs a tãta fœditate spectaculi oculos.Primũ ultimũq; illud supplĩciũ apud romãos exẽpli.paꝝ memoris legũ humanaꝝ fuit.ĩ aliis gloriari licet nulli gẽtiũ mitiores placuisse pœnas iter hæc iã ꝑmissi erãt albani eqtes:q multitudinem traducerent Romam : legiones deinde ductæ ad diruẽdã urbẽ:quæ ubi intrauere portas:nõ quidem fuit tumultus ille nec pauor : qualis captarum esse urbium solet:cum effractis portis :stratisue ariete muris:aut arce ui capta clamor hostilis & cursus per urbem armatoꝝ oĩa ferro flamaq; miscet : sed silentium triste ac tacita mœsticia ita defixit oĩum aĩos ut præ metu obliti quid relinquerent:quid secum ferrẽt deficiente consilio.rogitantesq; alii alios nũc in liminibus starẽt:nũc errabundi domos suas ultimũ illud uisuri puagarentur. Vt uero iã eqtum clamaor exire iubentium instabat:iã fragor tectoꝝ:quæ diruebant.ultimis urbis partibus audiebat:puluisq; ex distãtibus locis ortus uelut nube inducta oĩa ĩpleuerat:raptĩ qbus quisque

Attur tulli regis cosili um

Fœdissimum spectaculum

poterat elatis: cum larẽ ac penates tectaq; in qbus natus quisq; educatusq; esset: relinquentes exirent lã continẽs agmẽ migrãtium ipleuerat uias & conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lachrimas: uocesq; etiã miserabiles exaudiebantur mulierũ: præcipue cũ obsessa ab armatis tẽpla augusta præterirent: ac uelut captos relinquerẽt deos.



Albæ excidium q̃ dionysius .cccc.lxxxvii. unde stetisse ait Curia Hostilia Vbi feronicæ fanũ & ũdæ nomẽ docet dionysius

EGRESSIS VRBEM ALBANIS: ROMANVS passim publica priuataq; oĩa tecta adæq̃t solo: unaq; q̃dringentoꝝ opus annoꝝ: qbus Alba steterat: excidio ac ruinis dedit. tẽplis tãtũ deũ: ita. n. edictum ab rege fuerat: tẽpatũ é. Roma interim crescit Albæ ruinis duplicat' ciuiũ numerus: cælius addit' urbi mõs: & quo frequẽtius hitaret': eandem sedem Tullus regiæ capit: ibiq; hitauit: principes albanoꝝ ĩ pres: ut ea quoq; ps reipublicæ cresceret: Legit: Iulios: seruilios Quintios: geganios: Curiatios: Chloelios: tẽplũq; ordini ab se aucto curiã fecit: quæ Hostilia usque ad patrum nostrorum ætatẽ appellata é: & ut oĩum ordinum uiribus aliquid ex nouo populo adiiceretur eqtũ decẽ turmas ex albanis legit: legiones ueteres eodem suplemento expleuit: & nouas scripsit. hac fiducia uiriũ Tullus sabinis bellũ ĩdicit: genti ea tempestate secundũ Ethruscos oppulentissime uiris armisq; utriq; iniuriæ factæ ac res ne quicq̃ erant repetitæ. Tullus ad Feroniæ fanũ mercatu frequẽti negociatores romanos cõpræhensos querebat': sabini suos prius in lucũ cõfugisse ac Romæ retẽtos hæ causæ belli ferebant'. Sabini haud paꝝ memores & suarũ uiriũ partẽ Romæ ab Tatio locatã: & romanã rem nup ẽt adiectione populi albani auctã: circunspicere & ipsi externa auxilia: Ethruria erat uicina: ꝓximi Ethruscoꝝ uenientes: inde ob residuas belloꝝ iras maxie sollicitatis ad defectionẽ animis uoluntarios traxere: & apud (uagos quosdam ex inopi plebe etiã merces ualuit: publico auxilio nullo adiuti sunt: ualuitq; apud ueniẽtes: nã de cæteris minus mirũ est pacta cũ Romulo ĩduciarum fides. Cũ bellũ utriq; summa ope pararent: uertiq; ĩ eo res uideretur: utri prius arma inferrent: occupat Tullus ĩ agꝝ sabinũ trãsire. pugna atrox ad siluã malicioſam fuit: ubi & peditũ qdẽ robore: cæterum eqtatu aucto nup plurimũ romana acies ualuit: ab eqtibus repente iuectis turbati ordines sunt sabinorum: nec pugna deinde illis constare: nec fuga explicari sine magna cæde potuit. Deuictis sabinis cũ ĩ magna gloria magnisq; opibus regnũ Tulli ac tota res romana esset: nũciatũ regi patribusq; est in mõte albano lapidibus pluisse: quod cũ credi uix posset: missis ad id uisẽdũ, ꝑdigiũ in conspectu haud aliter: quã cũ grãdine uenti glomeratã in terras agunt: crebri cecidere cælo lapides: uisi ẽt audire uocẽ ingentem ex sũmi cacuminis luco: ut pĩo ritu sacra albani facerẽt: quæ uelut diis quoq; simul cum patria relictis obliuioni dederãt: & aut Romana sacra susceperãt: aut fortunæ: ut fit: obirati cultum relinquerãt deũ. Romanis quoq; ab eodẽ ꝑdigio nouẽdiale sacrũ publice susceptũ est: seu uoce cælesti ex albano mõte missa: nã id quoq; traditur: seu aruspicũ monitu. mãsit certe solẽne: ut quãdo id quidẽ ꝑdigiũ nunciaret'. feriæ p. ix. dies agerentur. haud ita multo post pestilentia laboratũ est. unde cũ pigricia militãdi oriretur: nulla tamen ab armis qes dabat' a bellicoso rege: salubriora etiã credente militiæ: q̃ domi iuuenũ corpora esse: donec ipse quoq; lõginquo morbo est ĩplicitus. tunc adeo fracti simul cum corpore sunt spiritus illi feroces: ut q nihil ante ratus esset minus regiũ quã sacris dedere animũ repẽte oĩbus magnis paruisq; supstitionibus obnoxiũ degeret: religiõibusq; etiã populũ impleret. uulgo iã hoies eum statum rerũ: q sub Numa rege fuerat: requirentes: unã opem ægris corporibus relictam si pax ueniaq; ab diis ĩpetrata esset: credebant. ipm regem tradunt uoluentem commentarios Numæ cum ibi quedã occulta solẽnia sacrificia Ioui Elicio facta inuenisset. operatum iis sacris se abdidisse sed non rite initum aut curatum esse id sacrum: nec solum nullam ei oblatã cælestium spẽm sed ira Iouis sollicitati praua religione fulmine ictum cum domo flagrasse. Tullus magna gloria belli regnauit annos duos & triginta mortuo Tullo rex: ut institutum iam inde ab initio erat: ad patres redierat: hique iter regẽ nominauerãt: quo comitia habente Ancum Martium regẽ populus creauit: pres fuere auctores. Numæ Pompilii nepos filia ortus Ancus Martius erat: qui: ut regnare cœpit: & auitæ gloriæ memor: & quia ꝓximũ regnũ ob cætera egregiũ ab una pte haud satis ꝑsperũ fuerat: sacris aut neglectis aut praue cultis: lõgeq; antiquissimũ ratus sacra publica: ut a Numa istituta erãt: facere: oĩa ea ex cõmentariis regis põtificẽ in albũ relata ꝓponere in publico iubet: inde & ciuibus ocii cupidis: & finitimis ciuitatibus facta spes ĩ aui mores atq; ĩstituta regẽ abiturum. Igitur latini: cũ qbus regnãte Tullo ictũ fœdus erat: substulerãt aĩos & cũ incursionẽ in agꝝ romanũ fecissent: repetentibus res romanis supbe respõsũ reddũt desidẽ romanũ regẽ iter sacella & aras acturũ eẽ regnũ rati. Mediũ erat in ãco ingeniũ & Numæ & Romuli memor: & ꝑterq̃ quod aui regno magis necessariã fuisse pacẽ credebat: cum in nouo tũ feroci populo. quod illi cõtingisset otiũ sine iniuria: id se haud facile habiturũ: tẽptari patiẽtiã & tentatã cõtenni: tpaq; esse Tullo regi aptiora quã Numæ: ut tamen quoniã Numa in pace religiones

Nouẽdialis sacri origo

Tulli ĩgis interitus Ancus Martius rex declaratur

Inſtituiſſet:a ſe bellicæ cerimonie ꝓderent:nec gererentur ſolũ:ſed ēt idicerent bella aliquo ritu:ius ab antiqua gēte eqculis:qđ nũc fœciales habēt:deſcripſit:quo res repetunt. Legatus ubi ad fines eo rũ uenit:unde res repetunt:capite uelato filo lanæ uelamē ē:audi Iupiter:iqt:audite fines: cuiuſcũq; gētis ſunt noīat:audiat fas:ego ſum publicus nũcius populi romani iuſte pieq; legatus uenio: uerbiſq; meis fides ſit:pagit deinde poſtulata:inde Iouē teſtē facit: ſi ego iniuſte īpieq; illos hoīes: illaſq; res dedier populo romano:mihiq; expoſco:tũ pīie cōpotē me nũq; ſinas eſſe. Hæc cũ fines ſupra ſcandit:hæc qcũq; ei primus uir obuius fuerit:hæc portã īgr ediēs: hæc forũ ingreſſus paucis uerbis carminis cōcipiēdiq; iuriſiurandi mutatis pagit ſi nō dedũtur:quos expoſcit:diebus tribus & t igīta:tot .n.ſolēnes ſunt:pactis bellum ita īdicit:Audi Iupiter & tu Iuno:Quirine diiq; celeſtes: uoſq; terreſtes uoſq; īferni audite.ego uos teſtor:populũ illũ(quicũq; ē noīat) īiuſtũ eē:neq; ius pſoluere:ſed de iſtis rebus in pīa maiores natu cōſulemus:quo pacto ius nām adipiſcamur Cũ is nũcius Romã ad cōſulẽ dũ redit:cōfeſtī rex ex his ferme uerbis pīes cōſulebat:quaꝝ rerũ litiũ cāꝝ cōdixit pīpatratus populi romāi qritiũ pīi patrato priſcorũ latinoꝝ hoībuſq; priſcis latinis:quas res dari fieri ſolui oportuit. dic inquit ei:quē primũ ſniam rogabat:qđ cēſes:tũ ille puro pioq; duello quærēdas cēſeo: itaq; coſentio: cōſciſcoq;.ide ordine alii rogabant:quãdoq; ps maior eorũ:q aderāt in eādē ſniam ibāt:bellũ erat conſenſu fieri ſolitũ:ut fœcialis haſtã ferratã aut ſanguineã præuſtã ad fines eorũ ferret: & nō minus tribus puberibus præſentibus diceret:quod populi priſcorũ latinoꝝ hoīeſue priſci latini populo romano qritium fecerunt:deliquerũt:quod populus romanus qritiũ bellũ cũ priſcis latinis iuſſit eſſe ſenatuſue populi romani qritiũ cēſuit:cōſenſit:cōſciuit:ut bellũ cũ priſcis latinis fieret. Ob eã rem ego populuſq; romanus populo priſcorũ latinorũ hoībuſq; priſcis latinis bellũ indico:facioq;. id ubi dixiſſet haſtã in fines eorũ emittebat. Hoc tũ mō ab latinis repetitæ res ac bellũ indictũ: morēq; eũ poſteri acceperũt. Ancus demandata cura ſacrorũ flaminibus ſacerdotibuſq; aliis: exercitu nouo cōſcripto: profectus Politoriũ urbē latinorũ ui cepit:ſecutuſq; morē regũ prioꝝ:qui rē romanam auxerāt: hoſtibus in ciuitatē accipiēdis multitudinē oēm Romã traduxit:& cũ circa palatiũ ſedē ueteres romanorum. ſabini capitoliũ atq; arcē:cælium montē albani īpleſſent:auentinũ nouæ multitudini datum:additi eidem haud ita multo poſt Tellenis Ficanaq; captis noui ciues. Politoriũ inde rurſus bello repetitum: quod uacuũ occupauerāt priſci latini:eaq; cã diruendæ urbis eius fuit romanis:ne hoſtiũ ſemper receptaculũ eſſet. Poſtremo oī bello latino in Eduliã cōpulſo aliquãdiu ibi marte incerto uaria uictoria pugnatũ eſt:nam & urbs tuta munitionibus præſidioq; firmata ualido erat:& caſtris ī apto poſitis aliquotiēs exercitus latinus cōminus cũ romanis ſigna contulerat. Ad ultimũ oībus copiis cōnixus Ancus acie primũ uincit:inde ingenti præda potitus Romã redit. Tũ quoq; multis millibus latinorum ī ciuitatē acceptis:quibus ut iungeret palatio auentinũ ad murtiæ datæ ſedes. Ianiculũ quoq; adiectũ nō inopia loci:ſed ne quãdo ea arx hoſtium eſſet:id nō muro ſolũ:ſed ob cōmoditatē itineris:pōte ſublicio tum primũ ī tyberim facto cōiũgi urbi placuit:qritium quoq; foſſa haud paruum munimentũ a planioribus ãditũ locis Anci regis opus eſt.

Fœciale ius unde

Induendi belli ratio

Murtia ea dēq; & uenus



INGENTI INCREMENTO REBVS AVCtis:cum in tanta multitudie hoīum diſcrīe recte anperā facti cōfuſo facinora clandeſtina fierēt:carcer ad terrorem īcreſēntis audaciæ media urbe īminēs foro ædificat. nec urbs tãtũ hoc rege creuit: ſed ētiã ager fineſq; ſilua meſia ueientibus adēpta: uſq; ad mare īperiũ,platũ: & ī ora tyberis Hoſtia urbs cōdita ſalinæ circa factæ:ægregieque rebus bello geſtis ædes Iouis feretrii ãplificata. Anco regnante:Lucumo uir īpiger ac diuitiis potens Romã cōmigrauit cupidine maxīe ac ſpe magni honoris: cuius adipiſcendi Tarqniis(nã ibi quoq; peregrina ſtirpe oriundus erat:facultas nō fuerat: Demarathi corinthii filius erat. qui obſeditiones domo ,pfugus cũ Tarquiniis forte cōſediſſet:uxore ibi ducta duos filios genuit:noīa his Lucumo atq; Aruns fuerunt: Lucumo ſupfuit pīi bonoꝝ oīum hæres: Aruns:priuſquã pī moritur. uxore grauida relicta:nec diu māet ſupſtes filio pī:q cũ ignorās nurũ uētrē ferre: īmemor ī teſtãdo nepotis:deceſſiſſet:puero poſt aui mortē ī nullã ſortē bonorũ nato ob inopiã Egerio inditũ nomē:Lucumoni cōtra oīum hæredi bonorũ:cũ diuitiæ iã aīos facerent:auxit ducta ī mrīmōium Tanaql ſummo loco nata:& quæ haud facile iis in quibus nata erat humilora ſineret. ea cũ illi nupſiſſet ſpernentibus ethruſcis Lucumonē exulē aduena ortũ ferre indignitatē nō potuit: oblitaq; ingenitæ erga patriã caritatis:dūmō uirum honoratum uideret:cōſilium migrādi ab Tarqniis cepit. Roma eſt ad id potiſſimũ uiſa ī nouo populo,ubi oīs repētina adq; ex uirtute nobilitas fit futurũ locum forti ac ſtrenuo uiro,regnaſſe Tatiũ ſabinum auerſitum:accerītum ī regnum Numã a curibus: & Ancũ ſabina mīe ortum nobilēq; una imagine Numæ eſſe:facile pſuadet:ut cupido honoꝝ: & cui Tarqnii ma-

Carcer

Hoſtia ab anco cōditur

terna tantum patria esset. Sublatis itaq; rebus cõmigrat Romã. Ad ianiculum forte uentum erat: ibi ei carpento sedenti cum uxore aquila suspensis demissa leniter alis pilleum aufert: superq; carpẽtum cum magno clangore uolitãs rursus uelut ministerio diuinitus missa capiti apte reponit: inde sublimis abiit. accepisse id auguriũ læta dicitur Tanaquil perita ut uulgo Ethrusci cælestium prodigiorũ mulier: excelsa & alta sperare complexa uirum iubet: eam alitem ea regione cæli & eius dei nunciã uenisse: circa summũ culmen hominis auspicium feciſſe: leuasse humão suppositũ capiti decus: ut diuinius eidẽ redderet: Has spes cogitationesq; secũ portantes urbẽ ingressi sunt: domicilioq; ibi cõparato

Att augurium

L. Tarqui. Priscũ ædidere nomẽ. Romanis cõspicuũ eũ nouitas diuitiæq; faciebãt: ipse fortunam benigno alloquio cõmitate iuitãdi beneficiisq; quos poterat: sibi cõciliãdo adiuuabat: donec in regiã quoque de eo fama perlata est: noticiaq; eũ breui apud regiã liberaliter dextereq; obeundo officia in familiaris amiciciæ adduxerat iura: ut publicis pariter ac priuatis cõsiliis bello domiq; interesset: & per oĩa expertus postremo tutor ẽt liberis regis testõ instituꝛetur. Regnauit Ancus quattuor &. xx. annos: cuilibet superiorꝝ regũ belli: pacisq; & artibus & gloria par. Iam filii ꝓpe puberẽ ætatẽ erant. eo magis: Tarquinius istare: ut quãprimũ comitia regi creando fierẽt: quibus indictis sub tps pueros uenatum ablegauit: isq; primus & petisse ãbitiose regnũ: & oratiõem dicitur habuisse ad cõciliãdos plebis aĩos cõpositã: cum se non rẽ nouã petere: quippe qui nõ primus quod quisquã indignari mirariue posset: sed tertius romæ peregrinus regnũ affectet: & Tatiũ nõ ex peregrino solũ: sed ex hoste regẽ factum & Numã ignarũ urbis nõ petentẽ in regno ultro accitũ. se ex quo sui potens fuerit Romã cũ coniuge ac fortunis oĩbus cõmigrasse: maiorẽ partem ætatis eius: qua: ciuilibus officiis fungantur hoies: Romæ sequã inuetere pĩia uixisse: domi militiæq; sub haud pœnitendo magistro ipso Anco rege romana se iura romanos ritus didicisse: obsequio: & obseruantia in regẽ cum oĩbus: bõitate erga alios cum rege ipo certasse. Hæc eum haud falsa memorantem ingenti consensu populus romanus regnare iussit. ergo uirũ cætera egregiũ secuta: quã in petendo habuerat: etiam regnantẽ ambitio est. nec minus regni sui firmandi: quam augendæ reipublicæ memor: centum in pres legit: qui deide minoꝝ gentiũ sunt appellati: factio haud dubia regis: cuius beneficio in curiã uenerant. Bellũ primũ cum latinis gessit: & oppidũ ibi Appiolas ui cepit: predaq; inde maiore: quã quanta belli fama fuerat: reuecta: ludos opulentius instructiusq; quã priores reges: fecit. Tũ primum circo: qui nunc maximus dr: designatus est locus loca diuisa patribus equitibusq; ubi spectacula sibi quisque facerent fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terra spectacula alta substinentibus pedes: ludicrũ fuit: equi pugilesq; ex Ethruria maxime acciti. solemnes deinde annui manserẽ: ludi romani: magnique uarie appellati. ab eodem rege & circa forũ priuatis ædificanda diuisa sunt loca: porticus taberneq; factæ: muro quoq; lapideo circundare urbem parabat: tum sabinum bellum cœptis iteruenit: adeoq; subita res fuit: ut prius animum transierint hostes: quã obuiã ire ac prohibere exercitus romanus posset: itaq; trepidatum Romæ est & primo dubia uictoria. magna utrinq; cæde pugnatũ est. reductis deinde in castris hostium copiis: datoq; spacio romanis ad comparãdum deintegro bellum: Tarquinius equitem maxime suis deesse uiribus ratus: ad rannenses titientes luceres: quas centurias Romulus scripserat: addere alias constituit: suoque insignes relinquere noĩe. id: quia inaugurato Romulus fecerat: negare Actius Nauius inclytus ea tempestate augur neq; mutari neq; nouũ constitui: nisi aues addixissent: posse. ex eo ira regi mota: eludensque artẽ: ut ferunt: agedum iquit: diuina inaugurato: fieri ne possit: quod nunc ego mente cõcipio? cũ ille in augurio rẽ exptus ꝓfecto futurã dixisset: atqui hoc aĩo agitaui: inquit: te nouacula cotẽ discissurũ: cape hoc: & perage: quod aues tuæ fieri posse portendunt. Tum illum haud cunctanter discidisse cotẽ ferunt. statua Actii capite uelato: quo in loco res acta est: in comitio in gradibus ipsis ad leuã curiæ fuit cotem quoq; eodem loco sitam fuisse memorant: ut esset ad posteros miraculi eius monumentum. auguriis certe sacerdotioq; augurũ tantus honos accessit: ut nihil belli domiq; postea: nisi auspicato gereretur. cõcilia populi: exercitus uocati: sũma rerũ: ubi aues nõ admisissent: dirimerent. neq; tũ Tarquinius de equitũ centuriis quicq̃ mutauit: numero tantum alteꝝ adiecit: ut mille &. ccc. equites in tribus centuriis essent: posteriores mõ sub iisdẽ noĩbus: qui additi erãt: appellati sunt: quas nũc: quia geminatæ sunt: sex uocant cẽturias. Hac pte copiarũ aucta: iterum cum sabinis cõfligit: sed præterq̃ quod uiribus creuerat romãus exercitus: ex occulto etiã addit dolus missis qui magnã uim lignorũ in anienis ripa iacentẽ ardentẽ in flumen conicerent: uentoq; adiuuante accensa ligna: & plæraque in ratibus impacta sublicis cũ hærerent: pontem incendunt. ea quoq; res in pugna terrorẽ attulit sabinis effusis: eadẽ fugã impediuit: multiq; mortales cũ hostẽ effugissent: in flumine ipso periere: quorũ fluitantia arma ad urbẽ cognita in tyberi prius pœne: quam nunciari posset: in signẽ uictoriã fecere. Eo prelio præcipua equitũ gloria fuit: utrinq; ab cornibus positos: cũ iã pelleretur media peditũ suoꝝ acies: ita incurrisse ab lateribus ferunt: ut non sisterent mõ sabinas legiones ferociter instãtes cedẽtibus: sed subito in fugã uerterent. montes sabini cursu effuso petebant: & pauci tenuere: maxima pars. ut ante dictum est. ab equitibus ĩ flumẽ acti sunt. Tarquinius instãdũ pterritis ratus: ꝑdascaptiuisq; Romã missis: spoliis hostiũ: uotũ id Vulcano erat: ingenti cumulo accensis: pergit porro ĩ agrũ sabinũ exercitũ iducere: & quãquam male gesta res erat: nec gesturos melius sperare poterãt: tamẽ. quia cõsulendi res nõ dabat spaciũ: iere obuiã sabini tumultuario milite: iterũq; ibi fusi

Annus regnauit 24 annos

Anci interritus q annos regnauit quattuor &. xx.

Pœnitẽdo magistro

minorum gẽtiũ pres

Circus maximus designatur

Quid fori in circo Ludi ro. & magni iidem

Actius Naui⁹ augu. siue nẽius ut ẽ ap. dion y.

Inde obnũtiatio uidepedianum

Iterum fligati sabini

pditis iã ꝑpe rebus pacem petiere. Collatia & quicquid circa Collatiam agri erat: sabinis ademptum Egerius hic fratris filius erat regis. Collatiæ in præsidio relictus. deditosq; collatinos: ita accipio: eamq; deditionis formulam esse. Rex interrogauit. Estisne uos legati oratoresq; missi a populo collatino: ut uos populumq; collatinum dedertis? Sumus. Estne populus collatinus in sua potestate? Est. Deditisne uos populumq; collatinum: urbem agros: aquam: terminos delubra: utensilia: diuina humanaq; oĩa i nia in meam populiq; romani dicionem? Dedimus. Et ego recipio. Bello sabino perfecto: Tarquinius triumphans Romã rediit: inde priscis latinis bellũ fecit. ubi nusq̃ ad uniuersæ rei dimicationẽ uentum est ad singula oppida circũferendo arma oẽ nomen latinũ domuit: Corniculũ: Ficulnea: Vetus: Cameria: Crustumeriũ: Ameriola: Medulia: Nomentũ. Hæc de priscis latinis: aut q ad latios defecerãt: capta oppida. Pax deinde est facta maiore inde aĩo pacis opera inchoata: quã quanta mole gesserat bella: ut nõ qetior populus domi esset: quã militiæ fuisset: nã & muro lapideo. cuius exordiũ operis sabino bello turbatũ erat: urbem: quã nondum munierat: cingere parat: & infima urbis loca circa foꝝ: aliasq; inter iectas collibus conualles: quia ex planis locis haud facile euehebant aquas: cloacis fastigio in tyberim ductis siccat: & areã ad ædem in capitolio Iouis: quã uouerat bello sabino: iã præsagiente aĩo futuram olim amplitudinẽ loci occupat fundamentis. Eo tpe in regia prodigium uisum: euẽtuq; mirabile fuit. puero dormienti: cui Seruio Tullio nomen fuit: caput arsisse ferunt multorum in conspectu plurimo. igitur clamore inde ad tantæ rei miraculũ orto excitum regẽ: & cum qdam familiariũ aquam ad extinguendũ ferret: ab regina retentũ: sedatoq; iam tumultu: moueri uetuisse puerum: donec sua sponte experrectus esset: mox cũ somno flamam abisse. Tũ adducto in secretum uiro Tanaquil: Videsne tu puerum hunc: inquit: quem tam humili cultu educamus? Scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum: Præsidiũq; regiæ afflictæ: proinde materiã ingẽtis publice priuatimq; decoris omni indulgentia nostra nutriamus. inde puer liberum loco cœptũ haberi eruditiq; artibus: quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Euenit facile: quod dis cordi esset: iuuenis euasit uere idolis regiæ: nec: cum quæreretur gener Tarquinio quisq̃ romanæ iuuentutis ulla arte conferri potuit: filiam q̃ei suam rex: despondit. Hic quacunq; de cã tantus illi honos habitus credere prohibet serua natum eum paruumq; ipsum seruisse. eoꝝ magis sententiæ sum qui corniculo capto Serui Tullii: q princeps in illa urbe fuerat: grauidam uiro occiso uxorem: cum inter reliquas captiuas cognita eẽt: ob unicam nobilitatẽ: ab regina romana prohibitã ferunt seruitio: partũ Romæ ædidisse Prisci Tarquinii domo: inde tanto beneficio: & inter mulieres familiaritate auctã: & puerum: ut in domo a paruo educatũ: in caritate atq; honore fuisse: fortunam matris: quod capta patria in hostium manus uenerit: ut serua natus crederetur fecisse. Duo de quadragesimo ferme anno: ex quo regnare cœperat Tarquinius: nõ apud regem modo: sed apud patres plebemq; longe maximo honore Seruius Tullius erat. Tum Anci filii duo: & si antea semper pro indignissimo habuerant se patrio regno tutoris fraude pulsos: regnare Romæ aduenã: non modo uicinæ: sed ne italicæ quidem stirpis: tunc impensius his indignitas crescere: si ne ab Tarquinio quidẽ ad se rediret regnũ: sed præceps inde porro ad seruitia caderet: ut in eadem ciuitate post centesimum fere annũ: quam Romulus deo prognatus: deus ipse tenuerit regnum donec in terris fuerit: id seruus serua natus possideat. tum cõmune romani nois tum præcipue id domus suæ dedecus fore: si Anci regis uirili stirpe salua nõ modo aduenis: sed ẽt seruis romanum regnũ pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliã statuunt: sed iniuriæ dolorĩ Tarquiniũ ipsum magis: quã in seruiũ eos stimulabat: & quia grauior ultor cædis: si supereſſet: rex futurus erat: q̃ priuatus: tum Seruio occiso quẽcunq; alium generum delegisset: eundẽ regni heredẽ facturus uidebat. Ob hoc ipsi regi insidiæ parantur. Ex pastoribus duo ferocissimi delecti ad facinus q consueti erãt: uterq; agrestibus ferramentis in uestibulo regiæ quam potuere tumultuosissimæ specie rixæ in se oẽs apparitores regios conuertunt: inde: cum ambo regem appellarent: clamorq; eoꝝ penitus in regiam peruenisset: uocati ad regem pergunt. primo uterq; uociferari: & certatim alter alteri obstrepere: coerciti a lictore: ac iussi inuicem dicere: tandẽ obloqui desistunt. unus rem ex cõposito orditur. dum intẽtus in eum se rex totus auerteret: alter elatam securim in caput deiecit: relictoq; in uulnere telo ambo se foras eiciũt Tarquinium moribundũ: cum qui circa erant: excepissent: illos fugientes lictores comprehendũt clamor: inde concursusq; populi mirantium quid rei esset. Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet: arbitros eiecit: simulq; quæ curando uulneri opus sunt tanq̃ spes subesset: sedulo comparat: simul: si desti-
tuat spes: alia præsidia molitur. Seruio properẽ accito: cum pœne exanguem uirum ostendisset dextrã tenens orat: ne inultam mortem soceri: ne socrum inimicis ludibrio esse sinat. Tuum est iquit: Seruius: si uires: regnum: non eorum: qui alienis manibus pessimum facinus fecere. erige te: deosq; duces seq̃ te: qui clarum hoc fore caput diuino quondam circũfuso igni portenderunt: nunc te illa cæleſtis excitet flãma: nunc expergisſere uere: & nos peregrini regnauimus. qui sis: nõ unde natus sis: reputa: si tua te subita consilia torpent: at tu mea consilia sequere. Cum clamor impetusq; multitudinis uix sustineri posset: ex superiore parte ædium per fenestras in nouam uiam uersus (habitabat. n. rex ad Iouis statoris ædem) populum Tanaquil alloquitur. Iubet bono aĩo esse: sopitũ regẽ fuisse subito ictu: sergꝝ haud alte ĩ corpus descendisse: iã ad se redisse: inspectũ uulnus absterso cruore: oĩa salubria cẽ: confidere ꝑpe diẽ ipm eos usuros. Interim Seruii Tullii iubere populũ dicto audientẽ esse: eũ iura redituꝝ: obiturũq;

Atq; deditõnis formulam

Tarquius urbẽ muro cingere parat

Atq; pdigiũ

Tullius pater seruii mirifica dicta

Tullii cædes qui armos tegnauit

Audientem dicto

Att' tanaq; alia eius munia esse. Seruius cū trabea: & lictoribus ꝓdit: ac sede regia sedens alia decernit: de aliis con
lis conciliū sultuq; se regē eē simulat. Itaq; ꝑ aliquot dies cū iam expirasset Tarqnius: celata morte per speciem alie
næ fungendæ uicis: suas opes firmauit: tū demum palā factum ex comploratione in regia orta. Serui
us præsidio firmo munitus primus iniussu populi uoluntate patrū regnauit. Anci liberi iam tum com
prehensis sceleris ministris: ut uiuere regem: & tantas esse opes Seruii nunciatum est: Suessam Pome
tiam exulatū ierant: Nec iá publicis magis cōsiliis Seruius: quā priuatis munire opes: & ne qualis Anci
liberum aīus aduersus Tarquinium fuerat talis aduersus se Tarquinii liberq; eēt: duas filias iuuenibus
Dionysius regiis Lutio atq; Arunti Tarquiniis iungit. Nec tū rupit fati necessitatem humanis consiliis: quin inui
nepotes. L. dia regni ēt inter domesticos infida oīa atq; infesta faceret. Peropportune ad ꝑsentis quietem status bel
Arūtē non lum cum uicientibus (iam. n. inducię exierant) aliisq; ethruscis sumptum in eo bello & uirtus: & fortu
filios Tarq na enituit Tulli: fusoq; ingenti hostium exercitu: haud dubius rex: seu patrum: seu plebis aīos pericli
nii ait fuis taretur: Romam rediit. aggrediturq; inde pacis longe maximum opus: ut quēadmodum Numa diui
se ni auctor iuris fuisset. ita Seruium conditorem oīs in ciuitate discriminis ordinumq; quibus inter gra
Census dus dignitatis: fortunæq; aliquid interlucet: posteri fama ferrēt. Censum. n. instituit: rē saluberrimam
tanto futuro imperio: ex quo belli pacisq; munia non uiritim ut ante: sed pro habitu pecuniaq; fierent:
Tum classes centuriasq; & hunc ordinem ex censu descripsit uel pace decorum: uel bello. Ex iis qui cē
tum millium æris: aut maiorem censum haberent. lxxx. confecit centurias: quadragenas seniorum ac
Prima clas iunioꝝ: prima classis oēs appellati. seniores ad urbis custodiam ut præsto essent: iuuenes ut foris bella
sis gererent. arma his imperata galea clypeus ocreæ lorica oīa ex ære: hæc: ut tegumenta corporis eēnt. tæ
la in hostem hastaq; & gladius. additæ huic classi duæ fabrum centuriæ: quæ sine armis stipendia face
Secūda clas rent: datum munus: ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centum usq; ad quinq; & septua
sis ginta millium censum instituta: & ex his senioribus iunioribusq; uiginti conscriptæ cēturiæ: arma im
Tertia clas perata scutū pro clypeo: & præter loricam oīa eadem. Tertiæ classis in quinquagīta milliū censum esse
sis uoluit: totidē centuriæ: & eæ eodem discrimine ætatum factæ: nec de armis quicq̄ mutatum ocreæ tan
Quarta tum ademptæ. In quarta classe census quinq; & uiginti millium: totidē centuriæ facte arma mutata ni
classis hil præter hastā & uerutum datum. Quinta classis aucta: centuriæ triginta factæ: fundas lapidesq; mis
Quinta siles hi secum gerebant. in his accensi cornicines tibicinesq; in tres centurias distributi. undecim milli
classis bus hæc classis censebatur. Hic minor census reliquā multitudinem habuit. Inde una centuria facta est
īmunis militia. Ita pedestri exercitu ornato distributoq; equitū ex primoribus ciuitatis. xii. scripsit cen
turias. sex item alias centurias tribus ab Romulo institutis: sub iisdē: quibus i auguratæ erant: noibus
fecit. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data: & quibus equos alerent: uiduæ attributæ:
quæ: bina millia æris in annos singulos penderent: Hæc oīa in dites a pauperibus inclinata onera. De
inde est honos additus: non. n. ut ab Romulo traditum cæteri seruauerāt reges: uiritim suffragium ea
Iō raro qa dem ui: eodemq; iure promiscue oībus datum est: sed gradus facti: ut neq; excluſus quisq̄ suffragio ui
plus dimi deretur: & uis oīs penes primores ciuitatis esset: equites. n. uocabant primi. lxxx. Inde primæ classis cē
dio cēturia turiæ peditū uocabantur. ibi: si uariaret: quod raro incidebat: ut secundæ classis uocarent. nec fere unq̄
rum cum infra ita descenderent: ut ad infimos peruenirent. Nec mirari oportet hunc ordinem q nūc est: post ex
equitibus pletas quinq; & .xxx. tribus: duplicato eorum numero centuriis iunioꝝ seniorumq; ad institutā a Ser
inea erat uio Tullio summā non conuenire. quadrifariā. n. urbe diuisa regionibus collibusq; qui habitabantur:
partes eas tribus appellauit (ut ego arbitror) ab tributo: nam eius quoq; æqualiter ex censu conferen
di ab eodem inita ratio est: neq; hæ tribus ad centuriarum distributionē numerumq; quicq̄ pertinue
Vnde tri re. Censu. perfecto: quē maturauerat: metu legis deinceps latæ cum uiculoꝝ minis: mortisq;: edixit: ut
bus dictæ oēs ciues romani equites peditesq; in suis quisq; centuriis in cāpo martio prima luce adessent. ibi istru
ctum exercitū oēm sue: oue: taurisq; lustrauit: idq; conditū lustrum appellatū: quia in censendo finis fa
ctus est. Millia. lxxx. eo lustro ciuiū censa dicuntur: A diicit scriptoꝝ antiquissimus Fabius Pictor eorū.
Quid Lu qui ferre arma possent: eum numeꝝ fuisse. Ad eam multitudinē urbs quoq; amplificāda uisa est. addit
strū conde duos colles: quirinalem: uiminalēq;: inde deinceps auget esquilias: ibiq; ipse: ut loco dignitas fieret: ha
re sit bitat. aggere & fossis & muro urbem circundat. itē pomœrium profert. pomœriū uerbi uim solum in
Quid po tuētes postmœniū interpretant esse: est āt magis circa murum locus: quē in condendis urbibus quon
mœriū & dam ethrusci qua murum ducturi erant: certis circa terminis inaugurato consecrabant: ut neq; interio
unde dictū re parte ædificia mœnibus continuarentur: quæ nunc uulgo ēt coniungunt: & extrīsecus puri aliquid
ab humāo cultu pateret soli. hoc spatium: quod neq; habitari: neq; arari fas erat: non magis quod post
murum esset: quam quod murus post id: pomœrium romani appellarunt. & in urbis incremento sem
per quantum mœnia processura erant: tantum termini hi consecrati proferebantur. aucta ciuitate ma
gnitudine urbis: formatis omnibus domi: & ad belli & ad pacis usus: ne semper armis opes acquire
rentur: consilio augere imperium conatus est: simul & aliquod addere urbi decus. Iam tum erat incly
Dianæ tē tum dianæ ephesiæ fanum id cōmuniter a ciuitatibus asiæ: factum fama ferebat. Cum consensum
plum deosq; consociatos laudaret mire Seruius inter proceres latinorum: cum quibus publice priuatimque
hospitia amicitiasq; de industria iunxerat: sæpe iterando eadem ppulit: tandem ut Romæ fanum Dia
næ populi latini. cum populo romano facerent. ea erat confessio: caput rerū Romam esse: de quo toti

ens armis certatũ fuerat.id quãq̃ omissũ iã ex oĩum cura latinorũ ob rẽ totiens infeliciter tantatam ar/mis uidebaʼ:uni se ex sabinis fors dare uisa ẽ priuato cõsilio imperii recuperandi.Bos in sabinis nata cuidã pñifamiliæ diciʼ mirãda magnitudine ac spẽ:fixa p multas ætates cornua ĩ uestibulo tẽpli Diãæ monumẽtum ei fuere miraculo.habita(ut erat)res ꝑdigii loco ẽ:& cecinere uates:cuius ciuitatis eam ciues diane immolassent:ibi fore imperium.Id carmen ꝓuenerat ad antistitẽ fani Dianæ Sabinus ut primum apta dies sacrificio est uisa:bouẽ Romã actam deducit ad fanum Dianæ: & ante aram statuit Ibi Antistes romanus cum eum magnitudo uictimæ celebrata fama mouisse nouisset: memor respõ/si sabinũ ita alloqtur.Quidnã tu hospes paras inqt:incestum sacrificium Dianæ facere?quin tu ante ui uo ꝓfunderis fluĩ?infima ualle pfluit tyberis.Religione tactus hospes:qui oĩa:ut prodigio responde ret euentus:cuperet rite facta:extẽplo descendit ad tyberim. interea romanus ĩmolat Dianæ bouem id mire gratũ regi ac ciuitati fuit.Seruius:quanquã iã usu haud dubie regnũ possederat:tamen quia'in terdum iactari uoces a iuuene Tarquinio audiebat se iniussu populi regnare: cõciliata prius uolunta/te plebis:agro capto ex hostibus uiritim diuiso:ausus est ferre ad populũ:uellent:iuberent ne se regna re:tantoq̃ consensu:quanto haud qsquã alius ante rex declaratus est.neq̃ ea res Tarqnio spẽ affectan di regni mĩnuit:ĩmo eo ĩpensius:quia de agro plebis aduersum patrũ uoluntatẽ sensérat agi:criminã di Seruii apud patres:crescendiq̃ in curia sibi occasionem datam ratus est:& ipe iuuenis ardentis ani/mi & domi uxore Tullia inquietum aĩum stimulante.Tulit.n. romana regia sceleris tragici exẽplum ut tedio regum maturior ueniret libertas:ultimũq̃ regnum esset:qd scelere paratũ foret.



HIC.L.TARQ. VINIVS PRISCI TARQuINII regis filius nepotue fuerit:parũ liquet. plurimis ta/mẽ auctoribus filiũ crediderim.frem habuerat Arũ tẽ Tarquinium mitis ingenii iuuenem. His duo/bus: ut ante dictum est. duæ Tuliæ regis filiæ nu/pserant:& ipsæ longe dispares moribus.Forte ita in ciderat:ne duo uiolenta ingenia matrimonio iun/gerentur:fortuna credo populi romãi: quo diutur/nius Serui regnum esset:constituiq̃ ciuitatis mores possent.Angebatur ferox Tullia: nihil materiæ in uiro nequæ ad cupiditatem neque ad audaciam eẽ: tota in alterum uersa Tarquinium. eum uirum di/cere: ac regio sanguine ortum spnere sororẽ. quod uirum nacta muliebri cessaret audacia. Cõtrahit ce/leriter similitudo eos:ut ferme fit:malum malo aptis/simum. sed initium turbandi oĩa a fœmina ortũ est:ea secretis uiri alieni assuefacta sermõibus: nullis uerborum contumeliis parcere de uiro ad fratrem:de sorore ad uirum:& se rectius uiduam: & illum cælibem futurum fuisse cõtendere:quam cum impariʼconiũgi haud elanguescẽdum aliena ignauia esse.si sibi eum:quo digna esset:dii dedissent uirum:domi se propediẽ uisuram regnum fuisse: quod apud pñem uideat.celeriter adolescẽtem sue temeritatis implet:Aruns Tarquinius & Tullia maior ꝑ pe continuatis funeribus:cum domos uacuas nouo matrimonio fecissent:iunguntur nuptiis: magis nõ prohibente Seruio:quã approbante.Tum uero in dies infestior Tulli senectus: infestius cæpit re/gnũ esse:iam enim ab scelere ad aliud spectare mulier .scelus:nec nocte:nec iterdiu uirũ cõqescere pati ne gratuita præterita parricidia essent.nõ sibi defuisse:cui nupta diceretur:nec cum quo tacita seruiret defuisse qui se regno dignũ putaret:qui meminisset se esse Prisci Tarquinii filiũ:q hñe:quã sperare re/gnũ malet. si tu is es:cui nuptã me esse arbitror:& uirũ & regẽ appello:sin minus: eo nũc peius muta ta est res:quod istic cũ ignauia est scelus.Quin accingeris?nõ tibi a Corintho: nec a Tarquiniis ut pa/tri tuo peregrina regna moliri necesse est: dii te penates pñii q̃:& pñis imago:& domus regia: & in do mo regale soliũ:& nomẽ Tarquinii creat uocatq̃ regẽ:aut si ad hæc parũ est animi:qd fruſtraris ciuita tem?qd te ut regiũ iuuenem cõspici finis?facesse hinc tarquinios:aut Corinthum deuolueꝛe retro ad stirpẽ fratri similior:quã pñi:His aliisq̃ increpando iuuenẽ instigat:nec cõquiescere ipsa põt:si cũ Tana quil peregrina mulier tantũ moliri potuisset aĩo: ut duo cõtinua regna uiro: ac deinceps genero de/disset:ipsa regio seie orta nullũ momentum in dando adimẽdoq̃ regno faceret. His muliebribus in/stinctus furiis Tarqnius circuire:& præhensare minorum maxime gentiũ pñes:admonere pñi bene/ficiũ:ac ꝑ eo gñam repetere:allicere donis iuuenes:tũ de se ingentia pollicendo: tũ regis cribus omni/bus locis crescere.postremo ut iam agendæ rei tps uisum est:stipatus agmine armatorum in forum ir rupit:inde omnibus perculsis pauore in regia sede pro curia sedens pñes in curiam per præconem ad regem Tarquinium citari iussit.Cõuenere extemplo alii iam ante ad hoc præparati: alii metu ne nõ ueniſſe:fraudi esset:nouitate ac miraculo attõiti:etiam de Seruio actum rati.Ibi Tarquinius maledi/cta ab stirpe ultima orsus:seruum serua natum:post mortem indignam parentis sui:non inter regno ut antea init.o:non comitiis habitis:non per suffragium populi:non auctoribus patribus: muliebri dono occupasse regnum:ita natum:ita creatum regem fautorem infimi generis homniũ:ex quo ipse

sit.odio alienæ honestatis:ereptũ primoribus agrum sordidissimo cuiq; diuisisse:omnia onera:q̃ cõia quondam fuerunt inclinasse in primores ciuitatis:instituisse cẽsum:ut insignis ad inuidiam locupletiorum fortuna eẽt:& parta:ubi uellet:egentissimis largiretur.Huic oõni Seruius cum interuenisset trepido nuncio excitatus extemplo a uestibulo curiæ magna uoce:Quid hoc:inquit:Tarquinii rei est quod tu audacia me uiuo uocare ausus es pĩes:aut in sede considere mea? Cum ille ferociter ad hæc se pĩis sui tenere sedẽ:multo:quam seruum potiorem filium regis regni hæredem:satis diu illum per licentiam eludentem insultasse dominis.Clamor ab utriusq; fautoribus oritur:& concursus populi fiebat i curiã:appãrebatq; regnaturum:q uicisset.Tũ Tarquinius necessitate iam etiam ipsa cogẽte ultima audere:multo & ætate & uiribus ualidior mediũ arripit Seruiũ:elatumq; e curia in inferiorem ptẽ per gradus deiicit.inde ad cogendum senatũ in curiã redit.fit fuga regis apparitorũ atq; commitum: ipse prope exanguis cum semianimis regio comitatu domum se reciperet: peruenissetque ad summum cypriũ uicũ:ab iis qui missi a Tarquinio fugiẽtem consecuti erant:interficitur.Creditur: quia non abhorret a cetero scelere admonitu Tulliæ id factum carpento certe id quod satis constat:in forum inuecta: nec reuerita cœtũ uirorum euocauit uirum e curia:regemq; prima appellauit:a quo facessere iussa ex tanto tumultu:cũ se domũ reciperet uirbium:peruẽissetq; ad summum cyprium uicum: ubi dianium nuper fuit:flectẽti carpentũ dextera in urbiũ cliuum:ut in collem esquiliarum eueheretur:restitit pauidus atque inhibuit frænos is:qui iumẽta agebat:iacentẽq; dominæ Seruium trucidatũ: ostendit.fœdum inhumanũque inde traditur scelus:monumentoque locus est:sceleratũ uicũ uocant: quo amens:agitantibus furiis sororis ac uiri:Tullia per Patris corpus carpẽtũ egisse fertur.partẽq; sanguinis accedis paternæ cruẽto uehiculo cõtaminata ipa respsaq; tulisse ad penates suos uiriq; sui: quibus iratis malo regni Principio:similes ppediẽ exitus sequerentur:Seruius Tullius regnauit annos quatuor & quadraginta.ita ut bono etiam moderatoquæ succedenti regi difficilis æmulatio esset.ceterũ id quoque ad gloriã accessit:quod cum illo simul iusta ac legitima regna occiderunt.idipsum tam mite ac moderatũ imperiũ:tamẽ:quia unius esset:deponere eum in animo habuisse qdã auctores sunt ni scelus intestinũ liberãdæ pattriæ cõsilia agitanti interuenisset. Inde.L. Tarquinius regnare cœpit: cui Superbo cognomẽ facta indiderũt:quia socerũ gener sepultura prohibuit:Romulum quoque insepultũ periisse dictitans.primores patrũ:quos Serui rebus fauisse credebat: interfecit. conscius deinde male quærendi regni a seipso aduersus se exemplum capi posse:armatis corpus circũsepsit: neque enim ad ius regni quicquã præter uim habebat:ut qui nec populi iussu: neque auctoribus patribus regnaret:eo accedebat:ut in caritate ciuium nihil spei reponẽti metu regnum tutãdum esset.quem ut pluribus incuteret:cognitiones capitaliũ rerum sine consiliis per se solus exercebat:perq; eam causam occidere:in exiliũ agere:bonis mulctare poterat nõ suspectos modo aut inuisos: sed unde nihil aliud: quam prædã sperare posset.Præcipue ita patrum numero imminuto: statuit nullos in patres legere: quo contemptior paucitate ipsa ordo esset.minusq;:per se nihil agi:indignarentur. Hic.n. regum primus: et traditũ a prioribus morẽ de oibus senatũ consulendi soluit:rẽpublicã domesticis consiliis administrauit:bellum:pacẽ:fœdera:societatesq; p se ipse: cum quibus uoluit: iniussu populi ac senatus fecit:diremitq;.Latinorũ sibi maxime gentẽ conciliabat:ut peregrinis quoq; opibus tutior iter ciues esset:neq; hospitia mõ cum primoribus eorũ:sed affinitates quoq; iungebat. Octauio Mamilio tusculano:is longe princeps latini noĩs erat:si famæ credimus:ab Vlysse deaq; Circe oriundus:ei Mamilio filiã nuptum dat:pque eas nuptias multos sibi cognatos amicosq; eius conciliat. Iam magna Tarquinii auctoritas inter latinorũ proceres erat:cum in diem certã:ut ad lucum Ferentinæ conueniant: indicit.esse quæ agere de rebus cõmunibus uelit. Conueniunt frequentes prima luce: ipse Tarquinius diem quidem seruauit:sed pauloante:quam sol occideret:uenit:multa ibi toto die in concilio uariis iactata sermonibus erant.Turnus Herdonius ab Aricia ferociter in absentem Tarquinium erat inuectus:haud mirum esse superbo inditum Romæ cognomen(iã enim ita ciã quidã mussitantes uulgo tamen eum appellabant) an quicquã supbius esse:quam ludificari sic omne nomen latinum principibus longe ad domo excitis:ipsum:qui concilium induxerit:nõ adesse:tẽptari profecto patientiam ut si iugum acceperint:obnoxios premat.cui enĩ non appareret:affectare eum imperium in latinos? Quod si sui bene crediderint ciues:aut si creditum illud:& non raptum parricidio sit credere & latinos:quãquam ne sic quidem alienigenæ deberent.sin suos eius pœniteat:quippe qui alii super alios trucidentur:exulatũ eant bona amittant:qd spei melioris latinis portendi.Si se audiant: domũ suam quẽque inde abituros:neque magis obseruaturos diem concilii:quam ipse:q indixit: obseruet.Hæc atq; alia eodẽ ptinentia seditiosus facinorosusq; hõ:hisq; artibus opes domi nactus.cum maxime differret:interuenit Tarquinius.Is finis oõni fuit.Auersi oẽs ad Tarquinium salutandum:q silentio facto monitus a proximis:ut purgaret se:quod id tpis ueniisset:disceptatorẽ ait se sumptum inter pẽm & filium:cura reconciliandi eos in gĩam moratum esse: & quia ea res exemisset illum diem: postero die acturum quæ cõstituisset.Ne id quidẽ ab Turno tulisse tacitum ferunt:dixisse.n. nullam breuiorẽ esse cognitionẽ:quã inter pẽm & filium.paucis transigi uerbis posse:ni pareat pĩi: habiturum iortuniũ esse.Hæc Aricinus in regẽ romanũ increpãs ex cõsilio abiit.Quã rem Tarqnius aliquãto quam uidebatur:ægrius ferens confestim Turno necẽ machinat:ut eundẽ terrorẽ: quo ciuiũ aõs domi op-

Seruiꝰ ecuria pceps eiicitur

Cyprus uicus

Nota imago filij seruij in patrẽm mor ciuium

Seruius Tullius regnauit annos. iiii. & xl.

Impam homy Seruij 44 annos

Vnde supbi cognomen

Diõysius legisse ait sed amicos tantũ

Turnus Herdõius

prefferat:latinis iniiceret:& quia pro imperio palã interfici non poterat:oblato falso crimine insontem oppressit:per aduersæ factionis quosdam aricinos seruũ Turni auro corrupit:ut in diuersorium eius uim magnam gladiorum inferri clam sineret.ea cum una nocte perfecta essent. Tarquinius pauloãte lucẽ accitis ad se pricipibus latinorum quasi re noua perturbatus:moram suam hesternam: uelut deorum quadam prouidentia illatam:ait saluti sibi atque illis fuisse:ab Turno dici sibi: & primoribus populorum parari necem:ut latinorum solus imperium teneat:aggessurum fuisse hesterno die in cõcilio:dilatam rem esse:quod auctor concilii abfuerit:quem maxime peteret:inde illam absentis infectationem esse natam:quod morando spem distulerit.non dubitare:si uera deferantur: quin prima luce:ubi in concilium uentum sit:instructus cum coniuratorum manu armatusque uenturus sit:dici gladiorum ingentem numerum esse ad eum conuectum.id uanum nec ne sit: extemplo sciri posse rogare eos:ut inde secũ ad Turnum ueniant.Suspectã fecit rem & ingeniũ Turni ferox: & oratio hesterna & mora Tarquinii:quod uidebatur ob eã differri cædes potuisse. Eunt in clinatis quidẽ ad credendũ animis:tamen:nisi gladiis depræhensis:cetera uana existimaturi:ubi est eo uentum:Turnũ ex somno excitatũ circũsistunt custodes cõprehẽsisq; seruis.qui caritate domini uim,parabant:cũ gladii abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur(eninuero manifesta res uisa)iectæ Turno cathæne:& cõstim latinoꝝ cõcilium magno cum tumultu aduocatur ibi tam atrox inuidia orta est gladiis in medio positis:ut indicta cã nouo genere lœti deiectus ad caput aquæ ferentinæ crate superne iniecta:saxisq; cõgestis:mergeretur.Reuocatis deinde ad cociliũ latinis.Tarquinius collaudatisq;: qui Turnũ nouã tẽ res ,p manifesto parricidio merita pœna affecissent.ita uerba fecit posse quidẽ se uetusto iure agere quod cũ oẽs latini ab alba oriundi sint:in eo fœdere teneãtur.quod ab Tullo oĩs res albana cum colonis suis in romanũ cesserit imperiũ.cæterum se utilitatis id magis oĩum cã cẽsere:ut renouetur id fœdus.secundaq; potius fortuna populi romani:ut participes latini fruantur: quã urbium excidia uastationesq; agroꝝ.quas Anco prius:pre deinde suo regnãte ppessi sint:semper aut expectent: aut patiantur.Haud difficulter psuasum latinis quanquã in eo fœdere superior romana res erat cæterum & capita nominis latini stare.ac sentire cũ rege uidebantur:& turnus iui cuiq; periculi. si aduersatus esset recens erat documentum.Ita renouatum fœdus:indictumq; iunioribus latinoꝝ:ut ex fœdere die certa ad lucum Ferentinæ armati frequentes adessent.Qui ubi edictum romani regis ex omnibus populis conuenere:ne ducem suum:neue secretum imperium ,ppriaq; signa haberent:miscuit manipulos ex latinis romanisq;:ut ex binis singulos faceret:binosq; ex singulis. ita geminatis manipulis centuriones imposuit.Nec ut iniustus rex in pace:ita dux belli prauus fuit: quin ea arte æquasset superiores reges:ni degeneratum in aliis huic quoq; decori offecisset.is primus uolscis bellum in ducentos ãplius post suã ætatẽ annos mouit:Suessamq; Pometiam ex his ui cepit.ubi cum diuidenda præda. xl. talẽta argenti auriq; cepisset.cõcepit aĩo eã ãplitudinẽ Iouis templi:quæ digna deum hoĩumq; rege: quæ romano iperio:quæ ipsius etiã loci maiestate esset:captiuã pecuniã in ædificationẽ eius tẽpli se posuit Excipit deinde eũ lentius spe bellũ:quo Gabios ,ppinquã urbẽ neqcquam ui adortus:cum obsidendi quoq; urbem spes pulso a mœnibus adẽpta esset:& postremo minime arte romana fraude ac dolo agressus est.nã cũ uelut posito bello:fundamentis tẽpli faciendis: aliisq;: urbanis operibus intentum se esse simularet:Sextus filius eius:qui minor ex tribus erat:trãsfugit ex cõposito Gabios: pĩs ĩ se sceuitiã intolerabilẽ cõquerens:iã ab alienis in suos uertisse superbiã & liberoꝝ quoq; eũ frequẽtiæ tẽdere:ut quã in curia solitudinẽ fecerit:domi quoq; faciat:nequã stirpẽ:nequẽ hæredẽ regni relinquat se quidẽ inter telꝛa & gladios pĩs elapsum.nihil usquã sibi tutũ nisi apud hostẽ.L. Tarquinii credidisse. nã ne errarent:manere iis bellũ:quod positum simuletur:& p occasionẽ eũ incautos iuasurum. Quod si apud eos supplicibus locus non sit:pererraturũ se oẽ Latium:uolscosq; se ĩde: & equos: & hernicos petiturum:donec ad eos pueniat:qui a patrũ crudelibus atq; ipiis suppliciis tegere liberos sciant: forsitan etiã ardoris aliqd ad bellũ armaq; se aduersus supbissimũ regẽ ac ferocissimum populum inuenturum.Cũ:si nihil mouerentur:infensus ita porro inde abiturus uideret,benigne ab gabinis excipitur Vetant mirari:si qualis in ciues:qualis in socios:talis ad ultimũ in liberos esset:in seipm postremo sæuiturũ:si alia desinit.sibi uero gratũ aduẽtum eius esse:futurũq; credere breui:ut illo adiuuante ab portis gabinis sub romana mœnia bellum transferatur.Inde in cõsilia publica adhiberi: ubi cũ de aliis rebus assentire se ueteribus gabinis diceret:qbus hæ notiores essent:ipse identitẽ belli auctor esset in eo sibi prudentiã præcipue assumere:quod utriusq; populi uires nosset: sciretque iuisam profecto supbiã regiam ciuibus esse:quã ferre ne liberi quidẽ potuissent. Ita cum sensim ad rebellandum primores gabinorum incitaret:ipe cum promptissimis iuuenum prædatum atq; in expeditiones iret:ut dictis factisq; oĩbus ad fallendũ instructis uana accresceret fides:dux ad ultimũ belli legitur.ibi cum in scia multitudine quid ageret:prælia parua inter Romam Gabiosq; fierent: quibus plerunq; gabina res superior esset.tũ certatim sumi ifimiq; gabinoꝝ:Sex. Tarquinium dono deũ sibi missũ ducem credere apud milites uero obeundo pericula ac labores:pariter prædã munifice largiendo tãta caritate eẽ ut non pater Tarquinius potentior Romæ:quam filius Gabiis esset. Itaq; posteaq; satis uirium collectum ad omnes conatus uidebat:tum ex suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit:quid nam se facere uellet:quando quidem:ut omnia unus Gabiis posset:ei dii dedissent.Huic nuncio: quia cre-

Cõsilium Tarquinii in Herdonio oppræmendo

Fœdus cũ latinis rẽouatur

Vtroſq; mãipulos dimidiatos tellige

Attur. sex ti tarquinii fraudem

Astutia Sexti Tar quinij

Sexpetitur ab gabinis Sexi Tã

In belli duce legitur ab gabijs

Hic Sex. Tarq. rem mittit. R. mittit ad patrem

do:dubiæ fidei uidebat:nihil uoce reſpõſũ eſt:rex uelut deliberabũdus ĩ hortũ ædiũ trãſit ſequẽte nun
ci filii.ibi ĩambulãs tacitus ſũma papaueꝝ capita dicitur baculo decuſſiſſe. Interrogãdo expectãdoque
Petro anti reſpõſũ nũciꝫ feſſus:ut re ĩperfecta redit Gabios:q̃ dixerit ipe:quæꝙ uiderit:refer:ſeu ira:ſeu odio:ſeu
ſuis ſabius ſupbia inſita ĩgenio uã eũ uocẽ emiſiſſe. Sexto:ubi quid uellet:parẽs.quidue ꝑciperet: tacitis ãba
ſub falſo gibus patuit:primores ciuitatis crĩnando.alios apud populũ: alios ſua ipſos ĩuidia oportunos inter
crimine pi emit:multi palã:quidã:in quibus minus ſpecioſa criminatio erat futura:clã interfecti:patuit quibuſdã
it q̃ſi ſextũ uolentibus fuga:aut in exiliũ acti ſunt:abſentiũꝙ bona iuxta atꝙ ĩterẽptoꝝ diuiſa fuere. Largiõis ĩde
tradere pri prædæꝙ & dulcedine priuati cõmodi ſenſus maloꝝ pũlicoꝝ adimi: donec orba conſilio auxilioꝙ ga
uoluiſſet bina res regi romano ſine ulla dimicatione ĩ manũ traditur:Gabiis receptis. Tarquinius pacẽ cũ equo
rũ gẽte fecit:fœdus cũ tuſcis renouauit. Inde ad negotia urbana animũ conuertit: quorũ erat primum
ut Iouis tẽplũ in monte tarpeio monumẽtũ regni ſui:noiſꝙ relinqueret. Tarquinios reges ambos pa
trẽ uouiſſe:filiũ perfeciſſe. Et ut libera a cæteris religionibus arx ea eſſet: tota Iouis templiꝙ eius: q̃ in
ædificaretur exaugurare fana ſacellaꝙ ſtatuit: quæ aliquot ibi a Tacio rege primũ in ipſo diſcrimine
aduerſus Romulũ pugnæ uota cõſecrata:inaugurataꝙ poſtea fuerãt. Inter prĩcipia cõdẽdi huius ope
Terminus ris mouiſſe numẽ ad indicandũ tanti imperii molẽ traditur deos:nam cum omnium ſacellorum exau
gurationes admitterent aues:in termini fano non addixere:idꝙ omne auguriũꝙ ita acceptum eſt:nõ
motã termini ſedem:unumꝙ eum deorum non euocatum:ſacratis ibi finibus firma ſtabiliaꝙ cuncta
Attende ꝑ portẽdere. Hoc ꝑpetuitatis auſpicio accepto:ſecutũ aliud magnitudinẽ imperii portendens prodigiũ
digium eſt.caput humauum integra facie aperientibus fundamenta templi dicit apparuiſſe:quæ uiſa ſpecies
Plinius in haud per ambages arcẽ eam imperii caputꝙ rerũ fore portendebat:idꝙ ita cecinere uates:quiꝙ ĩ urbe
ethruriam erãt:quoſꝙ ad eam rem conſultandam ex Ethruria acciuerant augebatur ad impenſas regis animus.
ob id ipm itaꝙ pometinæ manubiæ:quæ perducendo ad culmẽ operi deſtinatæ erãt:uix in fundamenta ſuppe
legatos ue ditauere. Eo magis Fabio Pictori:præter quã q̃ antiquior eſt:crediderim.xl. ea talenta ſola fuiſſe: quã
niſſe ait Piſoni:qui.lx.millia pondo argenti ſepoſita in eã rẽ ſcribit:quã ſummã pecuniæ neꝙ ex unius tum ur
bis præda ſperãdã:&.nullius ne hoꝝ quidẽ magnificentiæ operꝝ fundaméta nõ exuperaturã. Intẽtus
perficiẽdo tẽplo:fabris ex Ethruria undiꝙ accitis:nõ pecunia ſolũ ad id publica ẽ uſus: ſed operis etiã
ex plebe:qui:cũ haud paruus & ipe militiæ adderet labor:minus tamẽ plebs grauabatur ſe templa de
um ædificare ſuis manibus. Quæ poſteaq̃ & ad alia ut ſpecie minora: ſic laboris aliquãto maioris tra
Cloacæ ducebãtur opera:foros in circo faciendos:cloacãꝙ maximã receptaculum omniũ purgamẽtorum ur
Fori bis ſub terrã agendam.quibus duobus operibus uix noua hæc magnificentia quicquã adæquare po
tuit. His laboribus exercita plebe:quia & urbi multitudinem.ubi uſus non eſſet:oneri rebatur eſſe:&
Signia coloniis mittendis occupari latius imperii fines uolebat:Signiam:Circeoſꝙ colonos miſit:præſidia ur
Coloniæ bi futura terra mariꝙ. Hæc agenti portentum terribile uiſum:anguis ex columna lignea elapſus:cum
Circei terrorem ac fugam in regiam feciſſet:ipſius regis non tam ſubito pauore perculit pectus: quam anxi
is impleuit curis. Itaqæ cum ad publica prodigia ethruſi tantum uates adhiberentur: hoc uelut do
meſtico exterritus uiſu: Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere ſtatuit.neꝙ reſpon
ſa ſortium ulli alii cõmittere auſus.duos filios per ignotas ea tẽpeſtate terras ignotiora maria in Græ
ciã miſit. Titus & Aruns profecti:comes iis additus. L. Iunius Brutus Tarquinia ſorore regis natus:iu
uenis longe alius ingenio:quam cuius ſimulationem induerat. Is cũ primores ciuitatis:in quibus fra
trem ſuum ab auũculo interfectum audiſſet:neque in animo ſuo quicquam regi timendum: neꝙ in
fortuna concupiſcendum relinquere ſtatuit: contẽptuꝙ tutus eſſe: ubi in iure parum præſidii eſſet.
Brutus Ergo ex indſtria factus ad imitationem ſtultitiæ:cum ſe ſuaꝙ prædæ eſſe regi ſineret:Bruti quoque
haud abnuit cognomen:ut ſub eius obtẽtu cognominis liberator ille po.ro. animus latens aperiret
tempore ſuo. Is tum a Tarquiniis ductus Delphos ludibrium uerius: quam comes: aureũ baculum
inculſum corneo:cauato ad id baculo tuliſſe donum Appolini dicitur.per ambages effigiem ingenii
ſui. Quo poſteaquam uentum eſt:perfectis patris mandatis.cupido inceſſit animos iuuenum ſciſcitã
di:ad quem eorũ regnũ romanum eſſet uenturum:ex infimo ſpecu uocem redditam ferunt:imperiũ
Titus ſummũ Romæ habebit:qui ueſtrũ primus o iuuenes oſculũ matri tulerit. Tarquinii: ut Sextus: qui
Aruns Romæ relictus fuerat:ignarus reſponſi:experſꝙ imperii eſſet:rem ſumma ope taceri iubẽt: ipſi inter
Tarquinii ſe uter prior:cum Romam rediſſent.matri oſculum daret:ſorti ꝑmittũt:Brutus alio ratus:ſpectare py
Sextus thycam uocem.uelut ſi prolapſus cecidiſſet:terram oſculo contigit: ſcilicet quod ea cõmunis mater
omnium mortalium eſſet. Reditũ inde romã ubi aduerſus rutulos bellum ſũma ui parabatur: Ardeã
rutuli habebãt.gens ut in ea regione atꝙ in ea ætate diuitiis præpollens: eaꝙ ipſa cã belli fuit: q̃ rex
romanus:cũ ipſe ditari exhauſtus magnificentia publicoꝝ operum: tum præda delinire popularium
animos ſtudebat præter aliam ſuperbiam regno infeſtos etiã:quod ſe in fabroꝝ miniſteriis ac ſeruili
tam diu habitos opere ab rege indignabantur. Tentata res eſt primum.ſi primo ĩpetu capi Ardea poſ
ſet:ubi id parũ proceſſit obſidiõe munitionibuſꝙ cœpti premi hoſtes. In his ſtatiuis: ut fit: longo ma
Ardea ob gis:quã acri bello ſatis liberi cõmeatus erãt:primoribus tamen magis.quãm militibus. regii quidem
ſidio iuuenes interdum otium conuiuiis cõmeſſationibuſꝙ inter ſe terebant.



FORTE POTANTIBVS IIS APVD SEX-
tum Tarquiniũ:ubi & Collatinus cænabat Tarqui
nius Egerii filius:incidit de uxoribus mẽtio suã qs-
que laudare miris modis: inde certamine accenso.
Collatinus negat uerbis opus esse:paucis id qdem
horis posse sciri quãtum cæteris præstet lucretia sua
quin:si uigor iuuẽtæ inest: cõscendimus equos:in-
uisimusq; præsentes nostraq; ingenia:id cuiq; specta
tissimũ sit qꝫ inopinato uiri aduẽtũ occurrerit occu-
lis. In caluerãt uino:age sane oẽs citatis equis aduo-
lãt Romã:quo cũ primis se intẽdentibus tenebris p
ueniissent:pgũt inde collatiã:ubi Lucretiã haud quã
quã ut regias nurus:quas ĩ cõuiuio luxuq; cũ æqua
libus uiderãt tẽpus terẽtes:sed nocte sera deditã la-
næ inter lucubrãtes ancillas in medio ædiũ sedentẽ
inueniũt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiã fuit. Aduenies uir Tarquiniiq; benigne suscepti
uictor maritus comiter inuitat regios iuuenes:ibi Sex. Tarquinium mala libido Lucretiæ p uim stu-
prandæ capit. tũ forma:tũ spectata castitas incitat: & tũ qdẽ a nocturno iuuenili ludo ĩ castra redeunt.
Paucis interiectis diebus:Sex. Tarquinius inscio colatino cum comite uno collatiam uenit:ubi exce-
ptus benigne ab ignaris cõsilii:cũ post cœnã in hospitale cubiculũ ductus eẽt: amore ardẽs posteaquã
satis tuta circa:sospitiq; oẽs uidebant: stricto gladio ad dormientem Lucretiam uenit:siniſtraq; manu
mulieris pectore oppsso:tace Lucretia:inquit:Sex. Tarquinius sum:ferrum ĩ mãu est: morieris si emi-
seris uocem:Cum pauida e somno mulier ppe mortem iminentem uideret: tum Tarquinius fateri
amorem:orare:miscere precibus minas:uersare in omnes partes muliebrem animum: ubi obstinatã
uidebat:& ne mortis quidem mõre inclinari:addit ad metum dedecus:cum mortua iugulatum ser-
uum nudum positurum ait:ut in sordido adulterio necatã dicatur. Quo terrore cum uicisset obstina-
tam pudicitiã uelut uictrix libido profectus inde Tar. ferox expugnato decore muliebri eẽt. Lucretia
mœsta tãto malo Romã nunciũ:eundem ad patrem Ardeam qd uirũ mittit:ut cũ singulis amicis fide
libus ueniãt:ita facto maturatoq; opus esse:rẽ atrocem ĩcidisse. SP. Lucretius cũ. P. Valerio Volesi filio
Collatinus cũ. L. Iunio Bruto uenit:cũ quo forte Romam rediẽs ab nuncio uxoris erat cõuẽtus Lu-
cretiã mœstã in cubiculo sedẽtem inueniunt:aduentu suoq; lachryme obortæ: querentiq; uiro satin
saluæ? Minime inquit:quid enim salui est mulieri amissa pudicitia? ueſtigia uiri alieni Collatine ĩ le
cto sunt tuo:cæteq; corpus est tantũ uiolatum:aĩus insons:mors testis erit. sed date dextras fidemq;
haud impune adultero fore. Sex. est Tarquinius q hostis pro hospite priore nocte uĩ armatus mihi
sibiq;:si uos uiri estis:pestifeq; hinc abstulit gaudium. Dant ordine oẽs fidem consolantur ægrã:ani-
mi auertendo noxam a coacta in auctorem delicti:mentẽ peccare nõ corpus: & unde cõsilium abfue
rit culpam abesse. Vos:inquit:uideritis:quid illi debeatur: ego me:& si peccato absoluo: supplicio nõ
libero:nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo uiuet:cultrũ:quẽ sub ueste abditũ habebat:eum
in corde defigit:prolapsaq; in uulnus moribunda cecidit. Cõclamat uir pater q. Brutus illis luctu oc-
cupatis cultrũ ex uulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ se tenens:p hũc inquit castissi-
mũ ante regiã iniuriã sanguinem iuro:uosq; dii testes facio:me. L. Tarquiniũ Supbum:cũ scelere rata
coniuge:& omni liberoq; stirpe ferro igniq; quacunq; de hinc ui possim persecuturũ. nec illos: nec
aliũ quẽquã regnare Romæ passuq;:cultrum deinde Collatino tradidit. inde Lucretio & Valerio stu
pẽtibus miraculo rei unde nouum in Bruti pectore ingeniũ:ut præceptũ erat:iurãt: totiq; a luctu uer
si in irã:Brutũ:iam inde ad expugnandũ regnũ uocantem:sequuntur ducẽ. Elatũ domo Lucretiæ cor
pus in forum deferunt:conciẽtq; miraculo ut fit:rei nouæ atq; indignitate homines, p se quisq; scelus
regium ac uim queruntur:mouet tum patris mœstitia: tum Brutus castigator lachrymarum atque
inertium querelarũ:auctorq; quod uiros:quod romanos deceret arma capiendi aduersus hostilia au
sos. Ferociſſimus quisq; iuuenũ cum armis uoluntarius adest:sequitur & cætera iuuẽtus. in de pari psi
dio relicto Collatiæ ad portas:custodibusq; datis:ne quis eũ motum regibus nũciaret: cæteri armati
duce Bruto:Romã profecti. Vbi eo uẽtum est quacũq; incedit armata multitudo: pauorem ac tumul-
tum facit. rursus ubi anteire primores ciuitatis uidẽt:qcquid sit haud temere esse rent: nec minorem
motũ animoq; Romæ tam atrox res facit:quã Collatiæ fecerat. Ergo ex oĩbus locis urbis in forũ cur-
ritur quo simul uentum est:præco ad tribunũ celerũ:in quo tum magister forte Brutus erat: populũ
aduocauit:ibi oratio habita nequaquã eius pectoris ingeniiq;: quod simulatum ad eam diem fuerat
de ui ac libidine Sex. Tarquinii:de stupro infando Lucretiæ:& miserabili cæde:de orbitate Tricipiti-
ni:cui morte filiæ causa mortis indignior ac miserabilior eẽt:addita supbia ipsius regis miseriæq; & la
bores plebis in fossas cloacasq; exauriendas demersæ. Romanos homines oĩum uictores circa popu-
lorũ opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos:ĩdigna Serui Tullii regis memorata cædes:& iuecta
corpori patris nefando uehiculo filia:inuocatique ultores parentum dii. His atrocioribusq;:credo:ali-

is quæ præsens rex indignitas: haud quāquā relatu scriptoribus facilia: subiūcit: memoratis: inceſā multitudinē perpulit: ut imperiū regi abrogaret: exulesq; esse iuberet. L. Tarquiniū cum cōiuge ac liberis ipse iunioribus: qui ultro nomina dabant; lectis armatisq; ad concitandum inde aduersus regem exercitum Ardeā in castra est; pfectus. Imperiū in urbe Lucretio præfecto urbis iam ante ab rege institutō reliquit. Inter hunc tumultū Tullia domo profugit: execrātibus quacunq; incedebat inuocantibusq; parentum furias uiris mulieribusque. Harum rerum nunciis in castra platis. cū re noua trepidus rex pergeret Romā ad cōprimendos motus: flexit uiam Brutus: sēnserat enim aduentū: ne obuius fieret: eodemq; fere tēpore diuersis itineribus Brutus Ardeam: Tarquius Romam uenere. Tarquinio clausæ portæ. exiliūq; indictū: liberatorē urbis læta castra accepere. exactiq; inde liberi regis: duo patrem secuti sunt: qui exulatū Cære in ethruscos ierunt. Sex. Tarquinius Gabios tanquam in suum regnū pfectus ab ultoribus uetere simulatum: quas sibi ipse cædibus rapinisque concitauerat. est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnauit annos. v. &. xx. Regnatum Romæ ab cōdita urbe ad liberatam ānos ccxliiii. Duo consules inde comitiis centuriatis a pfecto urbis ex cōmētariis Serui Tulii creati sunt: L. Iunius Brutus &. L. Tarquinius Collatinus.

L. Iunius Brutus & L. Tarquinius collatius cōsul.

LIBER SECVNDVS.

LIBERI IAM HINC POPVLI ROMANI RES BELLO PACE Q. VE gestas: ānuos magistratus: imperiaq; legum potentiora: quam hominū pagā: quæ libertas: ut lætior eēt; pximi regis supbia fecerat: nam priores itaregnauerunt: ut haud imerito deinceps oēs conditores partiū cœptæ urbis: quas nouas ipsi sedes ab se auctæ multitudini addiderūt: numerarētur. neq; ambigit: quin Brutus Idem: qui tantū gloriæ Superbo exacto rege meruit: pessimo publico id facturus fuerit: si libertatis imaturæ cupidine priori regum alicui regnum extorsisset. Quid enim futurū fuit: si illa pastoq; aduenarum plebs transfuga ex suis populis sub tutela inuiolati templi: aut libertatē: aut certe impunitatē adepta soluta regio metu: agitari cœpta esset tribuniciis pcellis: & in aliena urbe cum patribus ferere certamina: priusquā pignora coniugum ac liberorum caritasq; ipsius soli: cui longo tēpore assuescitur: animos eoq; cōsociasset: dissipatæ res nōdum adultæ discordia forent: quas fouit trāquilla tēperatio imperii: eoq; nutriendo pduxit: ut bonam frugē libertatis maturis iam uiribus ferre posset: libertatis aūt originē inde magis: qa annuū iperium consulare factum est quam quod diminutum quicquā sit ex regia ptāte numeres: oīa iura: oīa īsignia primi cōsules retinuere: id modo cautum est: ne: si ambo fasces haberent: duplicatus terror uideretur. Brutus prior concedente collega fasces habuit: qui nō acrior uīdex libertatis fuerat: quā deinde custos: Omnium primum auidum nouæ libertatis populum: ne postmodum flecti pcibus aut dōis regiis posset: iureiurando ādegit neminem Rome passuros regnare: deinde quo plus uiriū in senatu etiā frequentia ordinis faceret: cædibus regis diminutū patrū numerū primoribus equestris gradus electis ad trecētorū summā expleuit: traditūq; deinde fertur: ut in senatū uocarent qui patres: quiq; cōscripti essent. cōscriptos uidelicet nouū senatū appellabāt lectos. Id mirū quātū profuit ad cōcordiā ciuitatis: iungendosq; patribus plebis aīos. Rerum inde diuinarū cura habita: & quia quædā publica sacra p ipsos reges factitata erāt: nec ubi desyderium regum esset: regē sacrificulū creāt: id sacerdotiū pontifici subiecere: ne ānditus nomini honos aliquid libertati: cuius tunc prima erat cura officeret. ac nescio: an nimis eam undiq; minimis quoq; rebus muniēdo modū excesserint. cōsulis. n. alterius: domo nihil aliud offenderet. nomē in uisum ciuitati fuit. nimiū Tarquinios regno assuescere initiū a Prisco factū: regnasse deinde Seruiū Tulliū: ne iteruallo quidem facto oblitū tanq; alieni regni: superbū Tarquiniū uelut hereditatem gentis scelere ac ui repetisse pulso Supbo penes Collatinū imperium esse nescire Tarquinios priuatos uiuere nō placere nomē periculosum liberati esse. Hic primo sensim tētantium aīos sermo p totam ciuitatem est elatus sollicitatamq; suspitione plebē Brutus ad cōcionem uocat ibi oīum primū iusiurādum populi recitat. neminē Romæ regnare possuros: nec esse Romæ: unde periculum libertati foret: id summa ope tuēdū eē neq; ullam rem: que eo ptineat: cōtennendā: inuitū se dicere hoīs causa: nec dicturum fuisse: ni caritas reipublicæ uinceret: nō credere populū romanum solidā libertatē recuperatā esse, regiū genus. regium nomen nō solū in ciuitate: sed ēt in imperio esse. id officere: id obstare libertati. Hunc tu: inquit: tua uolūtate. L. Tarquini remoue metū. meminimus fatemur: eieciſti reges absolue beneficium tuum: aufer hinc regium nomen. res tuas tibi nō solum reddūt ciues tui auctore me: sed si quid deest: munifice augebunt: amicus abi: exonera ciuitatem uano forsan metu: ita psuasum est animis cū gente tarquinia hinc regnum abiturum. Cōsuli primo tam nouæ rei ac subitæ admiratio incluserat uocem: dicere deinde incipientē primores ciuitates circunsistunt: eadem multis precibus orant: & cæteri quidē mouebant minus posteaq; SP. Lucretius maior ætate & dignitate: socer præterea ipsius agere uarie rogando alternis suadendoq; cœpit: ut uinci se cōsensu ciuitatis pateretur timēs cōsul ne postmodum priuato sibi eadem illa cū bonoq; amissione: additaq; insup alia ignominia. acciderent: abdicauit: se consula-

Quid de asserta libertate

Alternis fasces cōsules habere cœperunt

Qui cōscripti dicerētur in senatu rex sacrificulus

tu:rebuſq; ſuis oĩbus Lauinium tranſlatis ciuitate exceſſit. Brutus ex ſenatuſconſulto ad populum tulit:ut oĩbus tarqniæ gentis exules eſſent:collegã ſibi comitiis centuriatis creauit. P. Valerium: quoad iutore reges eiecerat. Cum haud cuiq; in dubio eſſet: bellũ ab Tarquiniis ĩminere id quidẽ ſpe oĩum ſerius fuit:cæteꝝ id quod nõ timebant:p dolum ac ꝑditionẽ prope libertas amiſſa eſt. Erant in romana iuuentute adoleſcentes aliquot:nec ii tenui loco orti:quoꝝ i regno libido ſolutior fuerat æquales ſodaleſq; adoleſcentium Tarquiniorum:aſſueti more regio uiuere:eam tum æquato iure oĩum licentiam quærentes:libertatẽ alioꝝ in ſuã uertiſſe ſeruitutẽ inter ſe cõquerebãtur. regem hoĩem eſſe a quo impetres:ubi ius:ubi iniuria opus ſit eſſe gratiæ locum eſſe beneficio:& iraſci & ignoſcere poſſe: inter amicũ & inimicum deſcrimen noſſe:leges rem ſurdã inexorabilem eſſe ſalubriorem meliorem; ĩopi quam potenti:nihil laxamenti:nec ueniæ habere:ſi modum exceſſeris:periculoſum eſſe in tot humanis erroribus ſola innocentia uiuere. Ita iam ſua ſponte ægris animis legati ab regibus ſuperueniunt ſine mentione reditus bona tãtum repetentes. eoꝝ uerba poſteaquã in ſenatu audita ſunt:per aliquot dies ea conſultatio tenuit:ne nõ reddita belli cã:reddita belli materia:& adiumentum eſſent. Interim legati cum aliis alia moliri aperte bona repetentes:clã recuperandi regni conſilia ſtruere & tanq; ad id: quod agi uidebatur:ambientes nobilium adoleſcentium aĩos pertentabant: a quibus placide oratio accepta eſt: his litteras ab Tarquiniis reddunt:& de accipiẽdis clã nocte in urbẽ regibus colloquunt. Vitellis Aquiliiſq; fratribus primo cõmiſſa res. Vitellioꝝ ſoror conſuli nupta Bruto erat: iamq; ex eo matrimonio adoleſcentes erãt liberi Titus:Tiberiuſq; eos quoque in ſocietatem conſilii auũculi aſſumũt præterea & nobiles aliquot adoleſcentes cõſcii aſſumpti quoꝝ uetuſtate memoria abiit. Interim cũ in ſenatu uiciſſet ſiñia:quæ cenſebat redenda bona:eamq; ipſam cãm moræ in urbe haberẽt legati: quod ſpatium ad cõparãda uehicula a conſulibus ſumpſiſſent: quibus regum aſportarẽt res omne id tps cũ cõiuratis cõſultãdo abſumunt:euincuntq; inſtãdo:ut litteræ ſibi ad Tarquinios darentur: non aliter quidẽ credituros eos:nõ uana ablegatis ſuper rebus tantis afferri. Datæ litteræ: ut pignus fidei eſſent:mãifeſtũ facinus fecerũt:nã pridiæ quã legati ad Tarquinios ꝑficiſcerent: & cænati forte apud Vitellios eſſent:cõiuratiq; ibi:remotis arbitris. multa inter ſe de nouo:ut fit conſilio egiſſent: ſermonẽ eorũ ex ſeruis unus excepit:q iam antea id ſenſerat agi:ſed eam occaſionẽ: ut litteræ legatis darentur quæ depræhẽſæ rem coarguere poſſent:expectabat;poſteaq; datas ſenſit rem ad conſules defert. Cõſules ad depræhendendos legatos coiuratoſq; profecti domo ſine tumultu rem omnem oppræſſere literarum ĩprimis habita cura ne interciderent:ꝑditoribus extẽplo in uincla conjectis. de legatis paulũ addubitatũ eſt:& quãq; uiſi ſunt cõmiſiſſe:ut hoſtiũ loco eſſent ius tamẽ gentium uãluit. De bonis regis:quæ reddenda ante ceſuerant:res integra refert ad patres:ibi uicti ira uetuere reddi:uetuere ĩ publicũ redigi,diripenda plebi ſunt data:ut contacta regia præda ſpem in ꝑpetuum cum iis pacis amitteret:ager Tarquinioꝝ:qui inter urbem ac tyberim fuit cõſecratus Marti:martius deĩde cãpus fuit. Forte ibi tum ſeges farris dicit fuiſſe matura meſſi:quẽ cãpi fructum:quia religioſum erat cõſumere: deſectam cum ſtramẽto ſegetẽ magna uis hoĩum ſimul ĩmiſſa corbibus fudere in tyberim;tenui fluentẽ aqua ut mediis ſolet caloribus:ita ĩ uadis heſitãtis frumenti aceruos cõſediſſe illitos limo: inſulam inde paulatim:& aliis:quæ fert temere flumen eodẽ inuectis: factã: poſtea additas credo moles manuq; adiutũ:ut tã eminẽs area firmaq; tẽplis quoq; ac porticibus ſuſtinẽdis eſſet. Direptis bonis regum: dãnati ꝑditores:ſumptumq; ſupplicium:conſpectius eo quod pœne capiundæ miniſterium patri de liberis cõſulatus impoſuit:& qui ſpectator erat amouendus: eum ipſum fortũa exactorẽ ſupplici dedit Stabant ad palum deligati nobiliſſimi iuuenes:ſed cæteris uelut ab ignotis capitibus cõſulis liberi oĩum in ſe auerterant oculos:miſerabatq; nõ pœnæ magis hoĩes:quã ſceleris:quo pœnam meriti eſſent illos eos potiſſimũ anno patriã liberatã:patrẽ liberatorẽ:conſulatũ ortum ex domo iunia patres plebẽ quicquid hoĩum deorumq; romanorum eſſet:induxiſſe in aĩum ut ſupbo quõdam regi tum infeſto exuli ꝑderent. Conſules in ſedem ꝑceſſere ſuam:miſſiq; lictores ad ſumẽdũ ſuppliciũ:nudatos uirgis cædunt:ſecuriq; feriũt:cũ inter omne tps pater uultuſq; & os eius ſpectaculo eſſet:eminente patrio aĩo inter publicæ pœnæ miniſtrum ſecundũ pœnam nocentium:ut in utrãq; ptem arcẽdis ſceleribus exẽplũ nobile eſſet:Præmium indici:pecunia ex ærario:libertas & ciuitas data. ille primum dicitur uindicta liberatus quidam uindictæ quoque nomen tractum ab illo putant:Vindicio ipſi nomẽ fuiſſe poſt illum ſeruatũ:ut qui ita liberati eſſent:in ciuitatẽ accepti uiderent. His:ſicut acta erant:nunciatis: incẽſus Tarquinius non dolore ſolum tantæ ad irritũ cadentis ſpei:ſed etiam ira odioq;: poſteaq; dolo uiã obſeptã uidit:bellum aperte moliendum ratus:circuire ſupplex Ethruriæ urbes:orare maxime ueientes tarquinienſeſq;:ne ſe ortũ eiuſdem ſanginis extorrẽ egentẽ ex tanto modo regno cũ liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos perire ſinerent:alios peregre in regnũ Romã accitos:ſe regẽ augentẽ bello romanum imperium a proximis ſcelerata cõiuratione pulſũ:eos inter ſe:qa nemo uiuus ſatis dignus regno uiſus ſit:partes regni rapuiſſe:bona ſua diripienda populo dediſſe:ne quis expers ſceleris eſſet patriã ſe regnũq; ſuũ expoſcere:& pſequi ingnoratos ciues uelle. ferrent opem:adiuuarẽt: ſuas quoq; ueteres iniurias ultum irent:totiens cæſas legiones:agrum ademptũ. Hæc mouerũt Veientes:ac ꝑ ſe quiſque romano ſaltẽ duce ignominias demendas,belloq; amiſſa repetenda minaciter fremũt:tarquinienſes nomẽ ac cognatio mouet:pulchrũ uidebat ſuos Romæ regnare. Ita duo duaꝝ ciuitatũ exerci-

Tarqnius Collatius Creatur in cõſulem
ſpõte exili P. Valeriꝰ um conceſ ſit
Per proditionẽ prope libertas Romana amiſſa fuerat
Lucreq; Ro: ſuũdem mutq; ꝑ collatinũ Lucretiꝰ in cõſulatu ſuccedit
Legati Tarq: Romã veniũt
Ro: Tuũq; rẽ ꝑturbare aſſumũt
M.& Manlius
Gellius fratres uxorif bruti
L.&.M.aquilii
Collatini ſororis filii
Detecta coniuratio Coniuratores reprehẽſi
Martius cãpus Tarquinioꝝ ager olim
Inſula tyberina
T.& Tiberius Iunii Bruti filii ex aqlioꝝ ſorore
Brutꝰ ſenit liberos mortẽ plectit
in coniuratos ãimaduerſum
Ceninenſis uĩdex
Primꝰ Vindicta liberꝰ
Vindictæ nomẽ ipſi manu miſſioni datũ
Plu. ait
Molitur Tarq: bellũ Romã inferre
Pulchrum Tarq: diuiſe Ecretũ et Tarquiniẽſem in Agrũ Romanum

Olim ducibus capessei pugna

tus ad repetendum regnum bellocꝙ psequendos romanos secuti Tarquinium. Pesteaq̃ in agrũ romanum uentum est. obuiam hosti cõsules eunt Valerius quadrato agmine peditum ducit Brutus ad explorãdum cũ equitatu antecessit. Eodẽ modo primus eques hostiũ agminis fuit: præerat Aruns Tarquinius filius regis: rex ipse cũ legiõibus sequebat. Arũs ubi ex lictoribus ꝓcul cõsulẽ esse: deinde iã ꝓpius ac certius facie quocꝙ Brutũ cognouit: inflamatus ira: ille est uir: inqt: q nos extorres expulit patria ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit: dii regũ ultores adeste cõcitat calcaribus equũ atꝙ in ipsũ infestus consulẽ dirigit: sensit in se iri Brutus: decorꝙ erat tũ ipsis capessere pugnã ducibus: auide itaꝙ se certamini offert adeocꝙ infestis ais cõcurrerũt: ut neuter: dũ hostẽ uulneraret: sui ꝓtegendi corporis memor: cõtrario ictu ꝓ parmã uterꝙ trãsfixus: duabus hærẽtes hastis moribũdi ex equis lapsi sint: simul & cætera equæstris pugna cœpit: necꝙ ita multo post & pedites superueniũt: Ibi uictoria & uelut æquo marte pugnatũ est: dextera utrinꝙ cornua uicere: leua supata. Veiẽtes uinci ab romão milite sueti fusi fugatiꝙ sũt tarquiniẽsis & nouus hostis nõ stetit solũ sed ẽt ab sua pte romanũ pepulit. Ita cũ pugnatũ esset: tãtus terror Tarquinium atꝙ etruschos iceſſit: ut omissa irrita re, nocte ambo exercitus ueiens Tarquiniẽsiſꝙ suas quisꝙ abierent domos: adiiciunt miracula huic pugnæ: silentio ꝓximæ noctis ex silua arsia ingentẽ ædità uocẽ: siluani uocẽ eã creditam: hæc dicta: uno plus ethruscorũ cecidisse in acie uincere bello romanũ. ita certe ide abiere romani: ut uictores: ethrusi ꝓ uictis nam postea illuxit: nec quisq̃ hostiũ in cõspectu erat. P. Valerius cõsul spolia legit: triumphansꝙ inde Romã redit: collegæ funus: quãto tũ potuit apparatu: fecit. sed multo maius morti decus publica fuit mœstitia: eo ante oĩa insignis: quia matronæ annũ ut parentẽ eũ luxerũt: qd tã acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuisset. Cõsuli inde: qui supfuerat: ut sunt mutabiles uulgi animi: ex fauore nõ inuidia mõ sed suspitio ẽt cũ atroci crimine orta: regnũ eũ affectare fama ferebat: quia nec collegã subrogauerat i locũ Bruti: & ædificabat in sũma uelia: ibi alto atꝙ munito loco arcẽ in expugnabilẽ fore. Hæc dicta uulgo creditaꝙ cũ indignitate quocꝙ angerent aĩum consulis. uocato ad cõcilium populo: sunt missis fascibus: in concionẽ ascẽdit. Gratũ id multitudini spectaculũ fuit. sum̃issa sibi esse imperii insignia: cõfessionẽ que factã: populi: quã cõsulis maiestatẽ uimꝙ maiorẽ esse, ubi audire iussi cõsul laudare fortunã collegæ: quod liberata patria in summo honore ꝓ re publica dimicans matura gloria. nec dũ se uertente in iuidiã mortẽ occubuisset: se supstitem gloriæ suæ ad crimẽ: atꝙ inuidam sup esse: ex liberatore patriæ ad Aquilios Vitelioſꝙ recidisse. Nunq̃ ne ergo: iquit: nulla adeo a uobis spectata uirtus erit: ut suspitione uiolari nequeat: ego me illũ acerrimum regum hostẽ: ipsum cupiditatis regni crimẽ subitum̃ non timerẽ: ego: si in ipsa arce capitolioꝙ habitarẽ: metui me credere possem ã ciuibus meis: tam leui momento mea apud uos fama pendet: adeo ne est fundata leuiter fides: ut ubi sim: quam qui sim: magis referat? Nõ obstabũt. P. Valeri ædes libertati uæstræ quirites: tuta erit uobis uelia. deferã nõ in planũ modo ædes: sed colli ẽt subiiciã: ut uos supra suspectũ me ciuẽ habitetis. i uelia ædificẽt: quibus melius quã. P. Valerio creditur libertas. Delata cõfestim materia oĩs infra ueliã: & ubi nunc uicus publicus est domus in imfimo cliuo ædificata. Latæ deinde leges nõ solum quæ regni suspitione cõsulẽ absoluerẽt: sed quæ adeo in cõtrariũ uerterent: ut popularem ẽt facerent: Inde cognomen factũ Publicolæ est, Ante oẽs de ꝓuocatione aduersus magistratus ad populũ: sacrãdocꝙ cũ bonis capite eius: qui regni occupandi cõsilia iniisset. Gratæ in uulgus leges fuere, quas cũ solus ptulisset ut sua unius in his gratia esset tũ deinde comitia collegæ subrogãdo habuit. Creatus. SP. Lucretius cõsul. qui magno natu, nõ sufficiẽtibus iã uiribꝰ ad cõsularia mũera obeũda iter paucos dies moritꝰ. suffectus i Lucretii locũ M. Horatius Puluillus: apud quosdã ueteres auctores nõ inuenio Lucretium cõsulem: Bruto statim Horatiũ suggerũt: credo: quod nulla gesta res insignẽ fecerit cõsulatũ memoria intercidisse. Nondum dedicata erat in capitolio Iouis ædes. Valerius. Horatiusꝙ cõsules sortiti uter dedicaret: Horatio sorte euenit Publicola ad ueientẽ bellũ ꝓfectus Aegerius: quã dignũ erat tulere Valerii necessarii dedicationẽ tam inclyti templi Horatio dari: id oĩbus modis impedire cõati: posteaq̃ alia frustra tenptata erãt postem iam tenenti consuli fœdum interprecationẽ deum nũcium incutiunt: mortuũ eius filium esse funestaꝙ familia dedicare eum tẽplũ non posse. Nõ crediderit factum: an tãtum roboris aĩo fuerit: nec traditur certum. Hec interpretatio est facilis nihil aliud ad eum nunciũ a proposito auersus: quam ut cadauer efferri iuberet: tenens postẽ precationem pagit: & dedicat templũ. Hæc post exactos reges domi militiæꝙ gesta primo anno: Inde. P. Valerius iterum. T. Lucretius cõsules facti. Iam Tarquinii ad Lartem Porsenam clusinum regem pfugerant: ibi miscendo consilium precesꝙ nunc orabãt ne se oriundos ex ethruscis eiusdẽ sanguinis noĩsꝙ egentes exulare pateret: nunc monebant etiã: ne orientẽ morẽ pellendi reges iultum fineret: satis libertatem ipsam habere dulcedinis nisi quanta ui ciuitates eam expetant: tãta regna reges defendant: æquari suma infimis: nihil excelsum: nihil: quod super cætera emineat: in ciuitatibus fore: adesse finem regnis rei inter deos hoiesꝙ pulcherrimæ. Porsena tum regem esse Romæ: tum Ethrusæ gentis regẽ amplum tuscis ratus: Romã infesto exercitu uenit. Non unq̃ alias ante tantus terror senatũ inuasit adeo ualida res tum clusina erat: magnumꝙ Porsenæ nomen nec hostes modo timebãt: sed suos metipsi ciues: ne romana plebs metu perculsa: receptis in urbẽ regibus uel cũ seruitute pacẽ acciperet: Multa igit blãdimẽta plebi ꝓ id tps ab senatu data: ãnonæ i primis habita cura: & ad frumẽtum cõparãdum missi: alii in Volscos: alii Cumas: salis quocꝙ uẽdẽdi ac

Bruti & Arũtis tarquinii ite/ritus

Matronæ ãnũ Brutũ luxerunt

Prima oĩo fũebris aꝓ/ro. q̃ in funere bruti habuit Valeriꝰ cõsul

Vnde publicolæ cognomen

Primũ caput legis ut reis ꝓuocatio esset a magistratibꝰ ad pp. Secũdũ ut capitale esset si qs magistratũ in iussu pp. adiret

Idibus septẽber tẽplũ dedicatum

Verisimilius nũcia: tũ in castris filiũ piisse P. Valeriꝰ & T. Lucretius cõsul.

bitrium quia imenso pretio uenibat in publicū omni sumptu adeptū priuatis:portoriis quoq; & tri-
buto plebe liberata:ut diuites cōferrent:qui oneri ferendo essent pauperes satis stipendii pēdere si li
beros educent.Itaq; hæc indulgentia patrū asperis postmodū rebus in obsidione ac fame adeo cōcor
dem ciuitatē tenuit ut regiū nomē non summi magis:quā infimi horrerent:nec quisquā unus malis
artibus postea,tā popularis esset:quantū bene imperādo uniuersis senatus fuit.Cū hostes adessent,p
se quisq; in urbē ex agris dimigrant:urbē ipsam sepiunt præsidiis alia muris:alia tyberi obiecto uide
bant tuta,pons sublicius iter pene hostibus dedit.ni unus uir fuisset Horatius Cocles)id munimen-
tum illo die fortuna urbis romanæ habuit:qui positus forte in statione pontis:cū captū repētino im-
petu ianiculū:atq; inde citatos decurrere hostes uidisset:trepidamq; turbā suoq; arma ordinesq; relin
quere:repræhēsans singulos.obsistens:obtestāsq;:deum & hoium fidem testabatur:ne quicquam de
serto præsidio eos fugere:si transitū pōtem a tergo reliquissent:iam plus hostiū in palatio capitolioq;
quā i ianiculo fore itaq; monere:prædicare ut pontē ferro igni quacunq; ui possint:interrūpant:se im
petum hostium:quantum corpore uno posset obsisti:exceptuq;:Vadit inde in primū aditū pontis:i-
signisq; inter cōspecta cedētium pugnæ terga:obuersis cōminus ad ineundū præliū armis:ipso mira
culo audaciæ obstupefecit hostes:duos tñ cū eo pudor tenuit Spuriū Laertiū ac Titū Herminiū ambos
claros genere factisq;.Cū his primā periculi procellā & quod tumultuosissimum pugnæ erat parūper
sustinuit:deide eos quoq; ipsos exigua parte pontis relicta reuocātibus:q rescindebāt:cedere in tutū
coegit.Circūferens ide minaciter truces oculos ad,proceres hetruscoq; nūc singulos,puocare:nūc increpa
re oēs:seruitia regū supboq;,suæ libertatis imemores alienā oppugnatū uenire.Cūctati aliquādiu sūt:
dū alius alium:ut prælii incipiāt:circūspectāt:pudor deinde cōmouit aciē:& clamore sublato undiq; i
unū hostem tela cōiiciunt:quæ cū in obiecto cuncta scuto hæsissent:neq; ille minus obstinatus ingen
ti pontē obtineret gradu,iam impetu detrudere conabant uiq;:cū simul fragor rupti pōtis:simul cla-
mor romanoq;,alacritate perfecti operis sublatus pauore subito impetū sustinuit:Tum Cloces,tybe
rine:inquit:pater te sancte præcor hæc arma:& hūc militē propitio flumine accipias:ita sic armatus i
tyberim desiluit:multisq; sup incidētibus telis incolumis ad suos tranauit:rē ausus plus famæ habitu
ram ad posteros:quā fidei.Grata erga tantā uirtutē ciuitas fuit:statua i comitio posita:agri quātū uno
die circū arauit datum,priuata quoq; iter publicos honores studia eminebant:nam in magna īopia,p
domesticis copiis unusquisq; ei aliquid,fraudans se ipse uictu suo contulit.

Pons sublicius

Horatii coclitis memorabile facinus

Spurius lartius

T.Herminius

Cocles ab eo qd alterū oculum i bello amisisset



PORSENA PRIMO CONATV REPVLSVS

consiliis ab oppugnāda urbe ad obsidendā uersis:p
sidiis in ianiculo locatis:ipse i plano ripisq; tyberis
castra posuit,nauibus undiq; accitis,ad custodiendū
ne:quid Romā frumēti subuehi sineret,& ut præda
tum milites trās flumē p occasionē aliis atq; aliis lo
cis traiicerēt:breuiq; adeo infestū omnē romanum
agrū reddidit,ut non cætera solū ex agris:sed pecus
quoq; omne in urbem cōpelleret:neq; quisq; extra
portas propellere auderet:Hoc tantū licentiæ hetru
scis nō metu magis:quā consilio concessum,namq;
Valerius cōsul intētus in occasionem,multos simul
& effusos improuiso adoriendi:in paruis rebus ne
gligens ultor:grauem se ad maiora uindicem serua
bat,itaq; ut eliceret prædatores,edicit suis postero
die frequentes porta exquilina.quæ auersissima ab hoste erat:expellerēt pecus:scituros id hostes ra
tus:quod in obsidione & fame,seruitia infida transfugerēt:& sciere perfugæ īdicio,multoq; plures:ut
in spem uniuersæ prædæ:flumē traiiciunt.P.Valerius inde.T.Herminiū cū modicis copiis ad scdm
lapidē gabina uia occultū cōsidere iubet.SP.Largium cū expedita iuuentute ad portā collinā stare:do
nec hostis prætereat:inde se obiicere,ne fit ad flumen reditus:cōsulū alter.T.Lucretius porta næuia
cū aliquot manipulis militum egressus:ipse Valerius,cælio monte cohortes delectas educit:hiq; pri
mi apparuere hosti.Herminius:ubi tumultū sensit:concurrit ex insidiis:uersisq; in Lucretiū hetruscis
terga cædit:dextera leuaq; hinc a porta collina:illinc ab næuia redditus clamor.ita cæsi in medio præ
datores,neq; ad pugnā uiribus pares,& ad fugā septis oībus uiis:finisq; ille tam effuse uagandi hetru
scis fuit.Obsidio erat nihilominus:& frumenti cum sūma caritate inopia:sedendoq; expugnaturū se
urbem spem Porsena habebat:Cum.C.Mutius adolescens nobilis:cui indignum uidebatur populū
romanū seruientē,cum sub regibus esset,nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse:liberq; eundē
populū ab iisdē hetruscis obsideri:quoq; sæpe exercitus fuderit.Itaq; magno audaci aliquo facinore
eam indignitatem uindicādam ratus:primo sua sponte penetrare in hostium castra constituit:deide
metuens:ne si consulum iniussu & oībus ignaris iret.forte depræhensus a custodibus romanis retra
heretur ut transfuga.fortuna tum urbis crimen affirmāte:senatum adiit.Trāsire:inquit:tyberim pa
tres:& intrare:si possim:castra hostium uolo:nō prædo nec populationū inuicem ultor:maius:si dii

Cædūtur hetrusci in insidiā præcipitati

Dē Mutio Scæuola

iuuant in aĩo eſt facinus,approbãt patres.abdito intra ueſtem ferro ꝓficiſcit:ubi eo uenit:in confertiſ
ſima turba prope regium tribunal conſtitit.ibi cũ ſtipẽdium forte militibus daret:& ſcriba cum rege
ſedens pari fere ornatu multa ageret:cũ milites uulgo adirent:timens ſciſcitari uter Porſena eſſet,ne
ignorando regem:ſemetipſe aperiret:quis eſſet,quo temere traxit fortuna facinus:ſcribam,ꝓ rege ob
trũcat:uadentẽ inde p trepidã turbã cruento mucrone ſibi ipſe fecerat uiã cũ cõcurſu ad clamorem fa
cto:compræhẽſum regii ſatellites retraxiſſẽt ante tribunal regis deſtitutus.tum quoq; inter tãtas for
tunæ minas metuendus magis:quã metuens:romanus'ſum:inquit ciuis.G.Mutium uocant: hoſtis
hoſtem occidere uolui:nec ad mortẽ minus animi eſt:quam ad cædem fuit:& facere:& pati fortia ro
manũ eſt.nec unus ego in te hos aĩos geſſi:longus poſt me ordo eſt,idẽ petentium decus: proinde in
hoc diſcrimen:ſi iuuat:accingere:ut in ſingulas horas capite dimices tuo ferrũ hoſtemq; in ueſtibulo
habeas regiæ:hoc tibi iuuentus romana indicimus bellum:nullã aciem:nullũ prælium timueris:uni ti
bi:& cum ſingulis:res erit:Cũ rex ſimul ira incenſus:periculoq; cõterritus circundari ignis minitabũ
dus iuberet niſi expromeret ꝓpere:quas inſidiaꝝ minas per ambages iaceret:en tibi:inquit:ut ſenti
as:quã uile corpus ſit iis:qui magnã gloriã petunt:dexteraq; accenſo ad ſacrificiũ foculo iniicit: quam
cũ uelut alienato ab ſẽſu torreret aĩo:prope attonitus miraculo rex:cum ab ſede ſua proſiluiſſet: amo
ueriq; ab altaribus iuuenem iuſſiſſet:tu uero abi:inquit:in te magis: quã in me hoſtilia auſus, iuberẽ
macte uirtute eſſe:ſi pro mea patria iſta uirtus ſtaret:nunc iure belli liberum te intactum inuiolatũq;
hinc dimitto.Tunc Mutius quaſi remunerans meritũ.Quando quidẽ:inquit:eſt:apud te uirtuti ho
nos:ut beneficio tuleris a me quod minis nequiſti.ccc.cõiurauimus principes iuuentutis romanæ:ut
inte hac uia graſſaremur:mea prima ſors fuit.cæteri:utcũq; ceciderit:primi,quoad te opportunũ for
tuna dederit: ſuo quiſq; tẽpore aderũt.Mutium dimiſſum:cui poſtea ſcæuolæ a clade dextræ manus
cognomentum inditum:legati a Porſena Romam ſecuti ſũt(adeo mouerat eum & primi periculi ca
ſus)quo nihil ſe præter errorem inſidiatoris texiſſet:& ſubeunda dimicatio totiens:quod cõiurati ſu
pereſſent.ut pacis conditiones ultro ferret romanis.Iactatũ i conditiõibus nequicquã de Tarquiniis
in regnũ reſtituendis,magis:id negare ipſe nequerat Tarquiniis:quã qd'negatũ iri ſibi a romãis igno
raret:de agro ueientibus reſtituẽdo impetratum:expreſſaq; neceſſitas obſides dãdi romanis,ſi ianicu
lo præſidium deduci uellẽt.His conditiõibus cõpoſita pace:exercitũ ab ianiculo deduxit Porſena: &
agro romano exceſſit.Patres.C.Mutio uirtutis cã,trans tyberim agrũ dono dedere:quæ poſtea ſunt
mutia prata appellata.Ergo ita honorata uirtute:fœmiæ quoq; ad publica decora excitatæ. Chloelia
uirgo una ex obſidibus cum caſtra hetruſcoꝝ forte haud procul ripa tyberis locata eſſent fruſtrata cu
ſtodes dux agminis uirginum inter tela hoſtiũ tyberim tranauit:ſoſpiteſq; oẽs Romã ad propinquoſ
reſtituit. Quod ubi regi nunciatũ eſt:primo incenſus ira,oratores Romã miſit ad Chloeliam obſidẽ
depoſcendã:alias haud magnificare:deinde in admirationẽ uerſus ſupra Coclites Mutioſq; dicere id
facinus eſſe & præſe ferre quẽadmodũ:ſi non dedat obſes:pro rupto ſe fœdus habituꝝ:ſic deditã in
tactã inuiolatamq; ad ſuos remiſſuꝝ:Vtrinq; cõſtitit fides:& Romani,pignus ex fœdere reſtituerunt,
& apud regem hetruſcũ non tuta ſolum:ſed honorata etiã uirtus fuit:laudataq; uirgine partẽ obſidũ
ſed donare dixit:ipſa:quos uellet:legeret.productis oĩbus legiſſe impuberes dicitur:quod & uirgini
tati decorum & conſenſu obſidũ ipſoꝝ probabile erat:eam ætatẽ potiſſimũ liberari ab hoſte:quæ ma
xime opportuna iniuriæ eſſet.Pace redintegrata romani nouam in fœmina uirtutẽ nouo genere ho
noris ſtatua equeſtri donauere:in ſũma ſacra uia fuit poſita uirgo inſidens equo.Huic tã pacatæ pro
fectioni ab urbe regis hetruſci,abhorrens mos traditus ab antiquis uſq; ad noſtrã ætatem inter cæte
ra ſolennia manet,bona Porſenæ regis uendendi:cuius originẽ moris neceſſe eſt:aut inter bellũ natã
eſſe,neq; omiſſam in pace:aut amiciore creuiſſe principio quam hic'præſe ferat titulus bona hoſtiliter
uendendi.proximũ uero eſt ex iis:quæ traduntur:Porſenã diſcedentem a ianiculo caſtra opulẽta cõ
uecto ex propinquis ac fertilibus hetruriæ aruis comeatu:romanis dono dediſſe:inopi tum urbe ab
lõginqua obſidione:ea deinde:ne populo ĩmiſſo diriperentur:hoſtiliter ueniſſe:bonaq; Porſenæ ap
pellata:gratiam muneris magis ſignificante titulo:quã auctionẽ fortunæ regiæ:quæ ne in poteſtate q
dẽ populi romani eſſet.Omiſſo romano bello Porſena:ne fruſtra'in ea loca exercitus adductus uide
retur cũ parte copiaꝝ filium Aruntẽ Ariciã oppugnatũ mittit.Primo aricinos res nec opinata percule
rat accerſita deinde auxilia & a latinis populis:& a Cumis tantũ ſpei fecere:ut acie decernere auderẽt:
Prælio inito adeo concitato impetũ ſe intulerant hetruſci:ut funderent ipſo incurſu arcinos cumane
cohortes arte aduerſus uim uſæ declinauere paululum:effuſeq; prælatos hoſtes cõuerſis ſignis a ter
go adortæ ſunt:ita in medio prope iam uictores cæſi hetruſci.pars exigua:duce amiſſo: quia nullũ ꝓ
pius perfugiũ erat:Romã inermes fortuna ac ſpecie ſupplicũ delati ſunt.ibi benigne excepti diuiſiq;
inhoſpitia:curatis uulneribus alii profecti domos:nuncii hoſpitalium beneficioꝝ:multos Romæ ho
ſpitũ urbiſq; caritas tenuit:iis locus ad habitãdum datus:quẽ deinde tuſcũ uicũ appellauere.P. Lucre
tius inde &.P.Valerius Publicola cõſules facti.Eo anno poſtremũ legati a Porſena de reducẽdo in re
gnũ Tarquinio uenerũt:quibus cũ reſpõſum eẽt miſſuꝝ ad regẽ ſenatũ legatos:miſſi cõfeſtim hono
ratiſſimus quiſq; e patribus:nõ qn breuiter reddi reſponſũ potuerit nõ recipi reges:ideo delectos po
tius patrum ad eũ miſſos:quã legatis eius Romæ daret reſpõſum:ſed ut in perpetuũ eius rei mentio

Agesilaus themiſtoclis frater mardoniũ ꝓ Xerxe occidit

Facer & pati fortia romanũ ẽ

Hãc ſpectare manum Porſenã nõ potuit

Cur ſcæuolæ cognomẽ inditũ

Chloelia Mutia prata

Plutarchꝰ & Phunus Valeria & publicolæ filie ſtatuã erectã aiũt

Aruns porſenæ filius circa ariciã periit

Vnde tuſcus uicus P. Lucretius. P. Valerius cõſul.

finiretur:neu in tantis mutuis beneficiis animi solicitarent:cũ ille peteret:quod contra libertatem populi romani esset:romani:nisi in perniciem suam faciles esse uellent:negarent.cui nihil negatũ uellẽt non in regno populũ romanũ:sed in libertate esse:ita induxisse in animũ,hostibus potius:quã portas regibus patefacere:eam esse uoluntatem oĩum:ut qui libertati erit.in illa urbe finis idem urbi sit: proinde:si saluam esse uellet Romam:ut patiatur liberam esse.orare.Rex uerecundia uictus quando id certum atq; obstinatũ est:inquit:neq; ego obtundam sæpius eadem ne quicquã agendo: nec Tarquinios spe auxilii:quod nullũ in me est:frustrabor:alium hinc:seu bello opus est: seu quieto exilio quærant locum:ne quid meã uobiscum pacem distineat.Dictis facta amiciora adiecit:obsidum quod reliquũ erat:reddidit:agrum ueientẽ fœdere,ad ianiculũ icto:adẽptum restituit.Tarquinius spe omni reditus incisa:exulatum ad genẽ Mãilium Octauiũ Tusculum abiit.Romanis pax fida ita cũ Porsena fuit consules Marcus Valerius publius posthumius:Eo anno bene pugnatum cum sabinis: consules triũpharunt.Maiore inde mole sabini bellũ parabant:aduersus eos:& ne quid simul ab Tusculo:unde & si non apertũ:suspectum tamen bellũ erat:repentini periculi oriret.P.Valerius.T.Lucretius iterũ consules facti.Seditio inter belli pacisq; auctores orta in sabinis aliquantũ uirium transtulit ad romanos:namq;.Ap.Clausus:cui postea.Ap.Claudio fuit Romæ nomẽ:cum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeret nec par factioni esset:a Laui:Regillo magna clientiũ comitatus manu Romã transfugit:Is ciuitas data agerq; trans Anienem uetus claudia tribus postea nouis additis tribulibus qui ex eo uenirẽt agro appellata.Apius inter patres lectus :haud ita multo post in principũ dignationem peruenit.Consules infesto exercitu in agrũ sabinũ profecti cum ita uastatione: deinde prælio afflixissent opes hostiũ:ut diu nihil inde rebellionis timere possent:triũphantes Romã redierunt.P.Valerius omniũ consensu princps belli pacisq; artibus,anno post:Agrippa Menenio.P.Posthumio consulibus:mortẽ gloriatingẽti:copiis familiaribus adeo exiguis:ut funeri sumptus deesset: de publico est elatus.luxere matronæ:ut Brutum.Eodẽ anno duæ coloniæ latinæ Pometia,& Cora ad auruncos deficiunt:cũ aurũcis bellum initũ:fusoq; ingenti exercitu:qui se ingrediẽtibus finis consulibus ferociter obtulerat:omne auruncũ bellũ Pometiã compulsum est.Nec magis post prælio:quã in prælio cœdibus tẽperatũ est:& cæsi aliquanto plures erãt:quã capti:& captos passim trucidauerũt: ne ab obsidibus quidẽ:qui.ccc.accepti nũero erãt:ira belli abstinuit:& hoc anno Romæ triũphatum. Secuti cõsules Opiter Virgineus.Sp.Cassius primo pometiã ui:deinde uineis aliisq; operibus oppugnauerũt:in quos,aurunci magis iã inexpiabili odio quam spe aliqua,aut occasiõe coacti: cum plures igni:quã ferro armati excurrissent:cæde incẽdioq; cũcta cõplent:uineis incẽsis,multis hostiũ uulneratis & occisis:consulũ quoq; alterũ:sed uerũ nomẽ auctores nõ adiiciũt:graui uulnere ex equo deiectũ,pe interfecerũt Romã inde male gesta re reditũ:inter multos saucios cõsul spe ĩcerta uitæ relictus:Interiecto deinde haud magno spatio quod uulneribus curãdis supplendoq; exercitui satis esset: cũ ita maiore:tũ uiribus etiã aucti:Pometiæ arma illata:& cũ uineis refectis aliaq; mole belli iã in eo esset ut ĩ muros euaderet miles:deditio est facta:cæterũ nihilominus fœde dedita urbe:quã si capta foret:arũ ci passim principes securi percussi:sub corona uenierũt coloni alii:oppidũ dirutum.ager uenit. Consules:ob iras magis grauiter ultas.quã ob magnitudinẽ perfecti belli triumpharunt.Insequẽs annus Posthumiũ Cominiũ:&.T.Largiũ consules habuit.Eo anno Romæ cum per ludos ab sabinorum iuuentute per lasciuiã scorta raperent:concursu hominum rixa ac prope prælium fuit:paruaq; ex re ad rebellionem spectare res uidebatur:Supra belli latini metũ id quoq; accesserat:quadraginta iam coniurasse populos concitante Octauio Mamilio satis constabat:In hac tantaꝛ expectatione rerum solli cita ciuitate dictatoris primum creãdi mẽtio orta:sed nec quo anno:nec quibus factis consulibus:qa ex factiõe tarquiniana essent.Id quoq; enim traditur,parũ creditũ sit.nec quis primũ dictator sit creatus:satis constat.apud ueterimos tãtum auctores.T.Largiũ dictatorem primũ.Sp. Cassium magistrũ equitum creatos inuenio:consulares legere.ita lex iubebat de dictatore creando lata.eo magis addu cor:ut credam:Largiũ.qui consularis erat:potius quam.M.Valerium Fusium Volesi nepotẽ:qui nõdum consul fuerat:moderatorẽ & magistrum consulibus appositum:qui si maxime ex ea familia legi dictatorem uellent:patrem multo potius.M.Valerium spectatæ uirtutis consularem uirum legissent.Creato dictatore primum Romæ:posteaq; præferri secures uiderunt: magnus plebẽ metus incessit:ut intentiores essent ad dicto parendũ:neq; enim ut in consulibus,qui pari potestate essent: alterius auxilium:neq; prouocatio erat,neq; ullũ usquam:nisi in cura parendi auxiliũ.sabinis etiã creatus Romæ dictator eo magis:quod propter se creatum crediderant:metũ incussit:itaq; legatos de pace mittunt:quibus orantibus dictatorem senatumq;:ut ueniã erroris hominibus adolescentibus darent:responsum ignosci adolescentibus posse:senibus non posse:qui bella ex bellis sererent.actum tamen est de pace:impetrataq; foret:si quod impensæ factum in bellum erat:præstare sabini(id enĩ postulatum erat)in animũ induxissent.bellum indictum:tacitæ inducĩæ quietũ annum tenuere.Consules Seruilius Sulpicius.M.Manlius Tullus:nihil dignũ memoria actum. T.Ebutius deinde:&.G. Vetusius.His consulibus Fidenæ obsessæ:Crustumeria capta:Preneste ab latinis ad romanos desciuit:nec ultra bellum latinum gliscens iam per aliquot annos dilatum.Aulus Posthumius dictator.T. Ebutius magister equitũ magnis copiis peditum equitumq; profecti ad lacũ regillum in agro tuscula

Tarqnius a Porsena ad Mãmilium generũ abiit

M.Valerius &.P. posthumius cõsul.

P.Valeriuf &.T.Lucretius cõsul.

Vide ne a laui regillo sit legendũ potiuf qd' Dionyfiuf fentire uidetur

Agrippa menenius P.posthumi° cõsul.

pometia & cora.

Oppiter uirginius & Sp.Cassius consul.

Posthumius cominius &.T.largius cõsul.

T.largius primuf pater.Sp. cassius magister equitum

Seruilius Sulpitius M.Málius consul.

T.Ebutiuf G.uetusiuf consul.

no agmini hostiũ occurrerunt:& quia Tarquinios esse in exercitu latinorũ auditum est: sustineri ira non potuit quin extẽplo cõfligerent.Ergo etiã prælium aliquãto:quam cætera grauius atq; atrocius fuit non enim duces ad regendam modo consilio rem affuere:sed suis metipsis corporibus dimicãtes miscuere certamina:nec quisquam procerũ ferme hac aut illa ex acie sine uulnere præter dictatorem romanũ excessit:In Posthumium prima in acie suos adhortantem instruentemq; Tarquinius Superbus quanquã iam ætate & uiribus erat grauior:equum infestus admisit:ictusq; a latere cõcursu suoꝝ receptus in tutum est.Et ad alterꝝ cornu Ebutius magister equitum in Octauiũ Mamilium impetũ dederat:nec fellit ueniens tusculanũ ducem:contra quẽ & ille concitat equum:tantaq; uis in festis uenientiũ hastis fuit:ut brachiũ Ebutio traiectum sit:Mamilio pectus percussum hunc quidẽ in secundam aciem latini recepere.Ebutius cũ saucio brachio tenere tælum nõ posset:pugna excessit.Latinus dux nihil deterritus uulnere prælium rciet:& quia suos perculsos uidebat:accersit cohortem exulũ romanoꝝ:cui.L.Tarquinii filius præerat:Ea quoniam maiore pugnabat ira ob erepta bona:patriã:que ademptam:pugnã parumper restituit.Referentibus iam pedem ab ea parte romanis M.Valerius Publicolæ frater conspicatus ferocem iuuenem Tarquiniũ obstentantẽ se in prima exulum acie domestica etiã gloria accensus:ut cuius familiæ decus electi reges erant eiusdẽ interfecti forent;subdit:calcaria equo & Tarquiniũ infesto:spiculo petit:Tarquinius retro in agmẽ suorum infenso cessit hosti:Valeriũ inuectum temere in exulum aciem ex transuerso quidã adortus transfigit:nec quicquam equitis uulnere equo retardato:moribundus romanus labẽtibus super corpus armis ad terram defluxit.Dictator.Posthumius:posteaquam cecidisse talem uiꝝ exules ferociter citato agmine inuehi:suos perculsos cedere animaduertit:cohorti suæ.quã delecta manu præsidii causa circa se habebat:dat signum:ut quem suoꝝ fugiẽtẽ uiderit:pro hoste habeant:ita metu ancipiti uersa fuga romani in hostem & restituta acies.Cohors dictatoris tum primũ prælium iniit:integris corporibus animisq; fessos adhorti exules cedunt.Ibi alia iter proceres cohorta pugna:imperator latinus:ubi cohortem exulum a dictatore romano circunuẽtam uidit:ex subsidiariis manipulos aliquot in primã aciem secum rapit:hos agmine uenientes.T.Herminius legatus cõspicatus inter eos insignem uestem armisq; Mamilium noscitans tãto ui maiore:quã pauloante magister equitũ cum hostium duce prælium init:ut & uno ictu transfixum per latus occiderit Mamilium:& ipse inter spoliãdum corpus hostis ueruto percussus:cum uictor in castra esset.relatus inter primam curationem expirauerit.Tũ ad equites dictator aduolat obtestans:ut fesso iam pedite descendant ab equis:& pugnam capessant:dicto paruere:desiliunt ex equis:prouolant in primũ & pro antesignanis parmas obiiciunt.recipit extẽplo animum pedestris acies:posteaquam iuuentutis proceres æquato genere pugnæ secum partem periculi sustinentes uidit.Tum demũ impulsi latini:perculsaq; inclinauit acies:equitibus admoti ut persequi hostem possent:secuta & pedestris acies:Ibi nihil nec diuinæ nec humanæ opis dictator prætermittens ædem Castori uouisse fertur:ac pronunciasse militi præmia:qui primus: qui secũdus castra hostium intrasset:tantusq; ardor fuit:ut eodem impetu:quo fuderant hostem:romani castra caperent.Hoc modo ad lacum regillum pugnatum est.Dictator:& magister equitum triumphantes in urbem rediere.Triennio deinde:nec certa pax:nec bellum fuit.Consules.Qu.Chloelius:&.T.Larti⁹ us:inde.A.Sempronius.&.M.Minutius.his consulibus ædes Saturno dedicata:saturnalia institutus festus dies.A.deinde Posthumus &.T.Virginius consules facti.hoc demum anno ad regillum lacũ pugnatum apud quosdam inuenio.A.Posthumium:quia collega dubiæ fidei fuerit:se consulatu abdicasse:dictatorem inde factum.Tanti errores implicant temporum aliter apud alios ordinatis magistratibus:ut nec qui consules secundum quosdam:nec quid quoq; anno factum sit in tanta uetustate non rerum modo:sed etiam auctorum digerere possis.Ap.Claudius deinde.&.P.Seruilius consules facti.Insignis hic annus est nuncio Tarquinii mortis:mortuus est Cumis:quo se post fractas opes latinorum ad Aristodemum tyrãnum contulerat.Eo nũcio erecti patres:erecta plebs:sed patribus nimis luxuriosa fuit lætitia;plebi cui ad eam diem summa ope iseruitum erat:iniuriæ a primoribus fieri cœpere.Eodem anno Signia colonia:quam rex Tarquinius deduxerat:suppleto numero colonoꝝ iterum deducta est.Romæ tribus una &.xxx.factæ.Aedes Mercurii dedicata est idibus maiis.Cum uolscorum gente latino bello neq; pax:neq; bellum fuerat:nam & uolsci comparauerant auxilia:quæ mitterent latinis:ni maturatũ ab dictatore romano esset:& maturauit romanus:ne prælio uno cum latino uolscoq; contenderet.Hac ira consules in uolscum agrum legiones duxere.uolscos consilii pœnam metuentes:nec opinata res perculit:armorum immemores obsides dant.ccc.principum a Cora:atque Pometia liberos.ita sine certamine inde aductæ legiones: Nec ita multo post uolscis leuatis metu suum rediit ingenium:rursus occultum parant bellum:hernicis in societatem armorum assumptis.legatos quoq; ad sollicitandum Latium passim dimittunt:sed recens ad regillum lacum accepta clades:latinos ira odioq; eius:quicunq; arma suaderet:ne ab legatis quidem uiolandis abstinuit:compræhensos uolscos Romam duxere:ibi traditi consulibus:indicatumq; est uolscos hernicosq; parare bellum romanis.Relata re ad senatum adeo fuit gratum patribus.ut & captiuorum sex milia latinis remitterent:& de fœdere:quod prope in perpetuũ negatum fuerat:rem ad nouos magistratus traicerẽt,eninuero tum latini gaudere facto:pacis auctores in ingenti gloria esse:coronã auream Ioui do-

Aulus post humius dictatur

Ate ducũ cõgressus

Valerii interitus

Mamilii interitus

Vota castori eodem

Qu.Chloelius &.T. Lartius cõsul.

An.Sempronius & M.Minutius cõsul.

A.posthumius &.T. Virginius consules

Ap.claudius.P.Seruilius cõsul

Romane

mum in capitolium mittunt.cum legatis donoque:qui captiuorum:remissi ad suos fuerant: magna circunfusa multitudo uenit,petunt domos eorum apud quem quisq; seruierant:gratias agunt liberaliter habiti cultiq; in calamitate sua:inde hospitia iungũt.Nunquam alias ante publice priuatimq; latinum nomen romano imperio coniunctius fuit.Sed & bellum uolscum iminebat:& ciuitas secũ ipsa discors intestino inter patres plebemq; flagrabat odio:maxime propter nexos ob æs alienũ fremebant se foris pro libertate & imperio dimicantes domi a ciuibus captos & oppressos esse:tutioremq; in bello quam in pace:& inter hostes:quam inter ciues libertatem plebis esse:inuidiamq; eam sua sponte gliscentem insignis unius calamitas accendit:Magno natu quidã cum omnium maiorũ suorum insignibus se in forum proiecit obsita erat squallore uestis:fœdior corporis habitus pallore ac macie pempti.adhoc prolixa barba:& capilli efferauerant speciem oris:noscitabat tamen in tãta deformitate & ordinẽ duxisse aiebãt:aliaq; militiæ decora uulgo miserantes eum iactabãt ipse testes honestæ aliquot locis pugnæ cicatrices aduerso pectore ostẽtabat.Sciscitãtibus unde ille habitus:unde deformitas:cũ circunfusa turba esset;ppe incõcionis modũ sabino bello ait se militantẽ:qa propter populationes agri nõ fructu modo caruerit:sed uilla incẽsa fuerit:direpta oĩa.pecora abacta:tributũ iniquo suo tempore imperatũ:æs alienum fecisse.id cumulatũ usuris primo se agro paterno auitoq; exuisse:deinde fortunis aliis postremo uelut tabẽ peruenisse ad corpus:ductum se ab creditore non in seruitium: sed in ergastulum & carnificinam:inde ostẽtare tergũ fœdũ recẽtibus uestigiis uerberũ.Ad hæc uisa audita clamor ingens oritur:nõ iam foro se tumultus continet:sed passim totam urbẽ peruadit: nexu uincti solutiq; se undiq; in publicum;q proripiunt:implorant quiritium fidem:nullo loco deest seditionis uoluntarius comes:multis passim agminibus per omnes uias cum clamore curritur.Magno cũ periculo suo:qui forte patrum in foro erant.in eam turbam inciderunt:nec temperatum manibus foret:ni propere consules.P.Seruilius & Ap.Claudius ad comprimendam seditionem interuenissent. In eos multitudo uersa ostentare uincula sua deformitatemq; aliam:hæc se meritos dicere exprobrãtes suam quisq; alius alibi militiam:postulare magis minaciter:quã suppliciter:ut senatũ uocarent:curiãq; ipsi futuri arbitri moderatoresq; publici cõsilii circunsistũt.Pauci ad modũ patrum.quos casus obtulerat:contracti ab consulibus:cæteros metus nõ curia modo:sed etiã foro arcebat.nec agi quicquã per infrequentiam poterat senatus.Tum uero eludi atq; extrahi se multitudo putaret:& patrum qui abessent:non casu non metu:sed impediendæ rei causa abesse:& cõsules ipsos tergiuersari:nec dubie ludibrio esse miserias suas.Iam prope erat:ut nec consulum quidem maiestas coerceret iras hominũ: cum in certi morando:an ueniẽdo plus periculi contraherent:tandem in senatum ueniũt: frequentiq; tandem curia non modo inter patres:sed ne inter consules quidem ipsos satis conueniebat. Appius uehementis ingenii uir imperio consulari rem agendam censebat:uno aut altero arrepto quieturos alios:Seruilius lenibus remediis aptior:concitatos animos flecti:quam frangi putabat: cum tutius:tũ facilius esse.Inter hæc maior alius terror:latini equites cum tumultuoso aduolant nuncio,uolscos infesto exercitu ad urbem oppugnandã uenire:quæ audita(adeo duas ex una ciuitate discordia fecerat)longe aliter patres ac plebẽ affecere.exultare gaudio plebes:ultores superbiæ patrũ adesse dicere deos.alius alium confirmare:ne nomina darẽt:cũ omnibus potius:quam solos perituros,patres militarent,patres arma caperent:ut penes eosdem pericula belli: penes quos præmia essent. At uero curia mœsta ac trepida ancipiti metu & ab ciue:& ab hoste:Seruilium consulem:cui ingenium magis populare erat:orare,ut tantis circunuentam terroribus expediret rempublicam. Tũ consul,o misso senatu in concionem prodiit:ibi curæ esse patribus ostendit:ut consulatur plebi: cæterum deliberatiõi de maxima quidem illa:sed tamen parte ciuitatis metum pro uniuersa republica interuenisse.nec posse;cum hostes prope ad portas essent:bello præuertisse quicquã;nec si sit laxamenti aliquid:aut plebi honestum esse:nisi mercede prius accepta arma pro patria nõ cepisse:neq; patribus decorum satis per metum potius:quam postmodum uoluntate afflictis ciuium suorũ fortunis consuluisse. Cõcioni deinde edicto addidit fidem:quo edixit.ne quis ciuẽ romanum uinctum aut clausum teneret: quo minus ei nominis edendi apud consules potestas fieret.neu quis militis:donec in castris esset:bona possideret:aut uenderet:liberos nepotesue eius moraretur.Hoc proposito edicto & qui aderãt nexi profiteri extemplo nomina:& undiq; ex tota urbe proripientiũ se ex priuato cũ retinẽdi ius creditori nõ esset:concursus in forum:ut sacramẽto dicerẽt fieri.Magna ea manus fuit:nec aliorũ magis in uolsco bello uirtus atq; opera enituit.Consul copias cõtra hostẽ educit:paruo dirimẽte interuallo castra ponit.proxima inde nocte uolsci discordia romana fræti:si qua nocturna transitio proditioue fieri posset tentant & castra,sensere uigiles:excitatus exercitus:signo dato:concursum est ad arma.Ita frustra id incœptum uolscis fuit:reliquũ noctis utrinq; quieti datum.Postero die prima luce uolsci fossis repletis uallum inuadũt.Iamq; ab omni parte munimenta uellẽbãtur:cũ consul;quanquã cuncti undiq; & nexi ante omnes;ut signũ daret clamabant;experiendi animos militum,causa paũ per moratus. Postea quã satis apparebat ingens ardor:dato tãdẽ ad erumpẽdum signo:militem auidũ certaminis emittit.primo statim ĩcursu pulsi hostes:fugiẽtibus;quoad iseq pedes potuit;terga cæsa:eques usq; castra pauidos egit,mox ipsa castra legiõibus circũdatis;cũ uolscos etiam pauor inde expulisset;capta direptaq;.Postero die ad Sueſſam Pometiã:quo confugerant hostes:legiõibus ductis intra paucos dies op

Latini Iouii Roma mittũt coronã

Primũ adhuc mitissimũ hus dextribus inter patres et plebem Romanam

Strages Bucla immitis Sorestina

Atĩ unde orta patrũ & plebis discordia

Efferare

Atĩ tumultũ ob nexũ

Tumultus Ingens oritur

Consula Ingenia

Appius Claudius Ferox

P. Seruilius mitis

Seruilii ad populum oĩo tempori accõmodata

Cõsul edũcit in hostes copias

Volsci uicti castris exuũtur

pidum capiť:captum prædæ datum.inde paulũ recreatus egens miles. Conſul cũ magna gloria ſua uictorẽ exercitum Romã reducit:decedentem Romã Mecetranoꝙ uolſcoꝙ legati rebus ſuis timẽtes poſt Pometiam captã adeunt.His ex ſenatuſconſulto data pax.ager adẽptus Confeſtim & ſabini romanos territauere:tumultus.n.fuit uerius:quam bellũ,nocte in urbe nunciatũ eſt exercitum ſabinũ prædabundũ ad anienem peruenisſe:ibi paſſim diripi atq; incendi uillas,miſſus extẽplo cũ omnibus copiis equitũ Aulus Poſthumius:q dictator bello latino fuerat:ſecutus cõſul Seruilius cũ delecta peditũ manu,pleroſq; palantes eques circunuenit:nec aduenienti peditũ agmini reſtitit ſabina legio:feſſi tũ itinere:tũ populatione nocturna:magna pars in uillis repleti cibo uinoq;:uix fugæ:quod ſatis eſſet uiriũ habuere.Nocte una audito pfectoq; bello ſabino,poſtero die ĩ magna iã ſpe undiq; pĩe pacis legati aurunci ſenatũ adeũt:ni decedat uolſco agro bellũ indicẽtes,cũ legatis ſimul exercitus aurũcorũ domo,pfectus erat:cuius fama haud procul iã ab Aricia uiſi,tanto tumultu cõciuit romanos:ut nec cõſuli ordine pẽs:nec pacatũ reſpõſum arma inferẽtibus arma ipſi capiẽtes dare poſſẽt.Ariciã infeſto agmine itur:nec procul inde cũ aruncis ſigna collata:prelioq; uno debellatũ eſt.

Sabinius tumultus

Aurũciacie uincũtur



FVSIS AVRVNCIS VICTOR TOT INTRA paucos dies bellis romanus,promiſſa conſulis fidẽq; ſenatus expectabat:tũ Appius & inſita ſupbia aĩo, & ut collegæ uanã faceret fidẽ:quam aſperrime poterat ius de creditis pecuniis dicere:deinceps:& q ante nexi fuerant:creditoribus tradebant:& nectebãtur alii.Quod ubi cui militi inciderat:collegã appellabat,concurſus ad Seruiliũ fiebat:illius promiſſa iactabãt:illi exprobrabãt ſua quiſq; belli merita: cicatriceſq; acceptas:poſtulabãt:ut aut referret ad ſenatũ:aut ut auxilio eſſet cõſul ciuibus ſuis: imperator militibus.Monebant cõſulẽ hæc ſed tergiuerſari reſcogebat:adeo in alterã cauſam non collega ſolũ preceps ierat:ſed oĩs factio nobiliũ.ita mediũ ſe gerendo nec plebis uitauit odiũ:nec apud patres gratiam iniit.patres mollem conſulem & ambitioſum rati:plebs fallacem,breuiq; apparuit æquaſſe eum Appii odiũ.Certamen conſulibus inciderat:uter dedicaret Mercurii ædem:ſenatus a ſe rem ad populũ reiecit:utri eoꝝ dedicatio iuſſu populi data eſſet:eũ præeſſe annone:mercatoꝝ collegiũ inſtituere:ſolẽnia pro pontifice iuſſit ſuſcipere:Populus dedicationẽ ædis dat.M. Lectorio primipili centurioni: quod facile appareret non tã ad honorẽ eius:cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet:factũ: quã ad cõſulum ignominiã.Sæuire inde utiq; conſulum alter:patreſq;:ſed plebi creuerant animi:& longe alia quã primo inſtituerant:uia graſſabantur:deſperato enim conſulũ ſenatuſq; auxilio:cũ in ius duci debitorẽ uidiſſent:undiq; cõuolabant:neq; decretũ exaudiri cõſulis præ ſtrepitu & clamore poterat:neq;:cũ decreuiſſet:quiſquã obtẽperabat.ui agebatur:metuſq; oẽs & periculũ libertatis:cũ in conſpectu conſulis ſinguli a pluribus uiolarent,in creditores a debitoribus uerterant.Super hæc timor inceſſit ſabini belli:delectuq; decreto:nemo nomẽ dedit:furente Appio & inſectante ambitionẽ collegæ:qui populari ſilentio rẽpublicã proderet:& ad id:quod de credita pecunia ius nõ dixiſſet: adiiceret:ut ne delectũ quidẽ ex ſenatus conſulto haberet:nõ eſſe tamen omnino deſertã rempublicã:neq; proiectũ conſulare imperiũ ſe unũ & ſuæ:& patrum maieſtatis uindicem fore.Cum circunſtaret quottidiana multitudo licentia accenſa:arripi unũ inſignem ducẽ ſeditionũ iuſſit:ille:cum a lictoribus iã traheretur:prouocauit:nec ceſſiſſet prouocationi cõſul:quia nõ dubiũ erat populi iudiciũ niſi ægre uicta pertinacia foret conſilio magis & auctoritate principũ:quã populi clamore:adeo ſuperant animi ad ſuſtinendã inuidiam.Creſcere inde malũ in dies nõ clamoribus modo apertis: ſed quod multo pernicioſius erat ſeceſſione occultiſq; colloquiis.Tandem inuiſi plebi conſules magiſtratu abeunt. Seruilius neutris:Appius patribus mire gratus.A.Virginius inde &.T.Vetuſius cõſulatum ineũt. Tum uero plebs incerta:quales habitura cõſules eſſet:cœtus nocturnos pars eſquiliis:pars in auẽtino facere: ne in foro ſubitis trepidaret conſiliis:& oĩa temere ac fortuito ageret.Eam rẽ conſules rati ut erat:perniciоſam ad patres referunt:ſed delatã conſulere ordine nõ licuit:adeo tumultuoſe excepta eſt clamoribus undiq; & indignatione patrũ:ſi quod imperio conſulari exequendum eſſet:inuidiam eius conſules ad ſenatum reiicerent.profecto:ſi eſſent in republica magiſtratus:nullum futuꝝ fuiſſe Romæ: niſi publicũ concilium:nunc in mille curias cõcioneſq; cum alia in eſquiliis:alia in auentino fiant concilia:diſperſam & diſſipatã eſſe rẽpublicam:unũ hercule uirũ:id enim plus eſſe:quã cõſulẽ:qualis:Ap. Claudius fuerit momento temporis diſcuſſurum illos cœtus fuiſſe.Correpti conſules:cũ quid ergo ſe facere uellent:nihil enim ſegnius molliuſue:quã patribus placeat acturos pcunctarentur:decernũt ut delectũ quã acerrimũ habeant ocio laſciuire plebem.Dimiſſo ſenatu :conſules in tribunal aſcẽdũt citant noĩatim iuniores:cum ad nomẽ nemo reſpõderet:circunfuſa multitudo In concionis modum negaret ultra decipi plebem poſſe nunquã unum militem habituros:ni præſtaretur fides publica:li-

A.Virginius &.T.Vetuſius cõſ.

bertatem unicuiq; prius reddendam esse quam arma dãda.ut pro patria ciuibusq;:non pro dominis pugnent.consules:quid mandatum esset a senatu:uidebant:sed eoꝝ:qui intra parietes curiæ ferociter loquerent:neminẽ adesse inuidiæ suæ participẽ:& apparebat atrox cum plebe certamẽ:prius itaq; quã ultima experirent:senatũ iterum consulere placuit.tũ uero ad sellas consulũ propere conuolauere:minimus quisq; natu patrũ abdicare consulatu iubentes:& deponere imperiũ:ad quod tuendum animus deesset.Vtraq; re satis experta:tum demũ consules:ne prædictum negetis patres conscripti adest ingens seditio:postulamus:ut ii qui maxime ignauiam increpant:adsint nobis habentibus delectum:cuiuscunq; acerrimi arbitrio:quando ita placet:rem agemus. Redeunt in tribunal scitari nominatim unum ex iis:qui in conspectu erant:dedita opera iubent:cum staret tacitus:& circa eum aliquot hoium ne forte uiolaretur constitisset globus:lictorem ad eum consules mittunt: quo repulso tum uero indignum facinus clamitantes:q patrũ consulibus aderant:deuolant de tribunali:ut lictori auxilio essent.sed ab lictore nihil aliud:quã præhendere prohibito:cũ cõuersus in prẽs ipetus esset consulũ intercursu rixa sedata est:in qua tamen fine lapide:sine telo plus clamoris:quam iniuriæ fuerat.Senatus tumultuose uocatus:tumultuosius consulitur:questionem postulantibus:iis qui pulsati fuerant decernente ferocissimo quoq; sententiis non magis:quam clamore & strepitu:tandem cum iræ residissent.exprobrantibus consulibus:nihilo plus sanitatis in curia:quã in foro esse:ordine cõsuli cœpit.Tres fuere sniæ.Publius uirginius rẽ non uulgabat:de iis tãtũ:q fidẽ secuti Publii Seruilii cõsulis uolsco aurunco sabinoq; militassent bello:agendũ censebat.T.Largius nõ id tempus esse:ut merita tantũmodo exoluerentur.totã plebem ære alieno demersam esse:nec sisti posse:ni oibus consulatur:quin si alia alioꝝ sit conditio:accendi magis discordiã:quam sedari.Ap.Claudius & natura ĩmitis & efferatus hinc plebis odio.illinc patrum laudibus:nõ miseriis:ait sed licentia tantum concitum turbarum:& lasciuire magis plebem:quã sæuire:id adeo malũ ex prouocatione natum quippe minas eẽ consulũ non imperium:ubi ad eos qui una peccauerint:prouocare liceat.agedum inquit:dictatorem a quo prouocatio nõ est:creemus:iam hic quo nunc oĩa ardent:cõticescet furor.pulset tum mihi lictorem:qui sciet ius de tergo uitaq; sua penes imum illum esse:cuius maiestatẽ uiolauit.Multis:ut erat: horrida & atrox uidebatur Appii sententia:rursus Largii exemplo:haud salubrem utiq; putabãt sententiam:quæ totam fidem tolleret:medium,maxime & moderatum utroq; consiliũ Verginii habebatur.sed factione respectuq; rerum priuatarũ:quæ semper offecere officientq; publicis consiliis Appius uicit.ac prope fuit:ut dictator ille idem crearetur:quæ res utiq; alienasset plebem periculosissimo tẽpore cum uolsci:equiq;:& sabini forte una oẽs in armis essent.sed curæ fuit cõsulibus & senioribus patrum:ut imperiũ suo uehemens mansueto permitteretur ingenio.M.Valerium dictatorem Volesi filium creant:Plebs:& si aduersus se creatum dictatorem uidebat: tamen cum prouocationem fratris lege haberet:nihil ex ea familia triste:nec superbum timebat.edictum deinde a dictatore propositum confirmauit animos:Seruilii fere consulis edicto conueniens:sed & homini: & potestati melius tati credi omisso certamine noia dedere. Quantus nunq; ante exercitus legiones decem effectæ ternæ inde datæ cõsulibus:quattuor dictatori:nec poterat iam bellũ differri:equi latinũ agrum iuaserãt: oratores latinoꝝ a senatu petebant:ut aut mitterent subsidium:aut se ipsos tuendoꝝ finiũ causa capere arma sinerent.Tutius uisum est defendi inermes latinos:quã pati retractare arma.Vetusius consul missus est:is finis populationibus fuit.Cessere equi campis locoq; magis:quã armis fræti:sũmis se iugis montium tutabantur.Alter consul inuolscos profectus:ne & ipse tereret tempus:uastandis maxime agris hostem ad conferenda propius castra dimicandumq; acie exciuit.medio inter castra campo ante suũ quisq; uallum infestis signis cõstitere:multitudine aliquantum uolsci superabant.itaq; effusi & contẽptim pugnam iniere.Cõsul romanus nec promouit aciẽ:nec clamorẽ reddi passus: defixis pilis stare suos iussit.Vbi ad manũ uenisset hostis:tum cohortes tota ui gladiis rem gerere.Volsci cursu & clamore fessi cũ se uelut stupentibus metu intulissent romanis posteaq; impressionem sensere ex aduerso factam:& ante oculos micare gladios:haud secus:quam si in insidias incidissent:turbati uertũt terga.& ne ad fugã quidẽ satis uiriũ fuit quia cursu in præliũ ierant.Romani contra:quia in principio pugnæ quieti steterant:uigentes corporibus facile adepti fessos:& castra impetu cœperunt:& castris exutũ hostẽ Velitras persecuti:uno agmine uictores cum uictis in urbem irrupere:plusq; ibi sãguinis promiscua omniũ geneꝝ cæde:quã in ipsa dimicatione factũ.paucis data uenia:qui inermes in deditionẽ uenerunt.Dũ hæc in uolscis geruntur:dictator sabinos:ubi longe plurimũ belli fuerat: fundit fugatq; exuitq; castris equitatu misso media turbauerat hostiũ aciẽ:qua dũ se cornua latius pandunt parũ apte introrsus ordinibus aciẽ firmauerant:turbatos pedes inuasit:eodem impetu castra capta:delatũq; est.Post pugnam ad regillũ lacũ non alia illis annis pugna clarior fuit. Dictator triũphans Romã inuehit.sup solitos honores locus in circo ipsi:posteriscq; ad spectaculũ datus sella in eo loco curulis posita.Volscis deuictis ueliternus ager ademptus: Velitras coloni ab urbe missi:& colonia deducta.Cum Equis post aliquanto pugnatũ est:inuito quidẽ consule: quia loco iniquo subeũdũ erat ad hostes:sed milites extrahi rẽ criminantes:ut dictator prius:quam ipsi redirent in urbẽ:magistratu abiret irritaq; :sicut ante consulis ,pmissa eius caderẽt:perpulerũt:ut forte temere ĩ aduersos mõtes agmẽ erigeret.Id male cõmissum ignauia hostiũ ĩ bonũ uertit:q priusq; ad cõiectũ teli ueniret:obstupefacti

Atq; certaminis speries inter patres & plebem

Variæ patrum de nexu sententiæ

Res priuatæ semp offecere publicis consiliis

Dictator Creatur

M. Valerius dictator

Educitur Exercitus

Atq; Vergilii strata gema

Volsci uicti Castris exiuntur

Dictator triũphat

Velitræ capiuntur

Atq; ro.i hostes ferociã

audacia romanorum:relictis castris:quæ munitissimis tenuerãt locis:in aduersas ualles desiluere ubi satis prædæ & uictoria incruenta fuit.Ita trifariam re bello bene gesta de domesticaq; rerum euentu: nec patribus nec plebi cura decesserat.tanta cum gratia:tum arte præparauerant fœneratores qd nõ modo plebem:sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur.nãq; Valerius post Vetusii consulis reditũ oĩum actionum in senatum primã habuit pro uictore populo:retulitq;:quid de nexis fieri placeret.q̃ cum reiecta relatio esset/nõ placeo:inquit:concordiæ auctor:optabitis mediusfidius propediẽ:ut mei similes romana plebs patronos habeat.qd ad me attinet:neq; frustrabor ultra ciues meos:neq; ipse frustra dictator ero:discordiæ intestinæ bellum externum fecere:ut hoc magistratu egeret respubli. pax foris parta est:domi ĩpeditur:priuatus potius:quã dictator seditiõi interero:ita curia egressus dictatura se abdicauit:apparuit cã plebi:suam uicem indignantẽ magistratu abiisse. Itaq; uelut psoluta fide quoniam per eũ non stetisset:quin præstaretur:decedentem domũ cum fauore ac laudibus prosecuti sunt. Timor inde patres incessit:ne si dimissus exercitus foret:rursus cœtus occulti: coniurationesq; fierent:itaq;:quanquã per dictatorem delectus habitus esset:tamen quia in consulum uerba iurasent:sacramento teneri militem rati:per causam renouati ab Equis belli educi ex urbe legiones iussere.quo facto maturata est seditio.& primo agitatum dicitur de consulũ cæde:ut soluerẽtur sacramento doctos deinde nullam scelere religionẽ exolui:Sicinio quodã auctore:iniussu consulum in sacrum montẽ recessisse trãs anienem amnẽ tria ab urbe millia passuum.ea frequẽtior fama est:quã cuius Piso auctor est in auentinum secessionem factam esse.ibi sine ullo duce uallo fossaq; cõmunitis castris:quieti rem nullam nisi necessariã ad uictum sumendo:per aliquot dies neq; lacessiti:neq; lacessentes sese tenuere.Pauor ingens in urbe:metuq; mutuo suspensa erant.oĩa timere relicta ab suis plebes uiolentiã patrum.timere patres residem in urbe plebẽ incerti manere eam:an abire malent:quan diu.n.tranquillã:quæ secesserat:multitudinem fore?quid futuꝝ deinde:si quod externũ interim bellum existat?nullam profecto nisi in concordia ciuiũ spem reliquam ducere:eã per æqua:per iniqua reconciliandã ciuitati esse.Placuit igitur oratorem ad plebẽ mitti Meneniũ Agrippam facũdum uirum & quod inde oriundus erat:plebicaꝝ.Intromissus in castra prisco illo dicendi:& horrido modo nihil aliud.quam hoc narrasse fertur.Tpe:quo ĩ hoĩe non ut nũc oĩa in unum cõsentiebant sed singulis mẽbris suum cuiq; consilium:suus sermo fuerat:indignatas reliquas partes:sua cura suo labore:ac ministerio uentri oĩa quæri:uentrem in medio quietum nihil aliud:quã datis uoluptatibus frui:cõspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent:nec os acciperet datũ:nec dentes conficerẽt hac ira dum uentrẽ fame domare uellent:ipsa una mẽbra totumq; corpus ad extremã tabem uenisse: inde apparuisse uẽtris quoq; haud segne ministerium esse:nec magis aliꝰ alere eum reddentẽ ĩ omnes corporis partes hunc:quo uiuimus uigemusq;:diuisum pariter in uenas:maturꝝ confecto cibo sanguinẽ comparãdo hinc quam intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in patres:flexisse mẽtes hoium.Agi deinde de concordia cœptũ:concessumq; in cõditiones:ut plebi sui magistratus essent sacrosancti:quibus auxilii latio aduersus cõsules esset:neue cui patrũ capere eũ magistratũ liceret.ita tribũi plebeii creati duo.C.Licinius &.L.Albinus.Hi tres collegas sibi creauerunt:in his Siciniũ,fuisse seditionis auctorẽ: de duobus qui fuerint minus cõuenit.Sũt qui duos in sacro mõte creatos tribunos esse dicant:ibi sacratã legẽ latã.p secessionẽ plebis.Sp.Cassius.& Posthumius Cominius cõsulatũ inierũt his cõsulibus cum latinis populis ictum fœdus.ad id feriendũ cõsul alter Romæ mansit:alter ad uolscũ bellum missus:Antiates uolscos fundit fugatq;:cõpulsos in oppidũ Longulam persecutus mœnibus potitur:inde protinus Mucamitẽ uolscoꝝ capit.tum magna ui adortus est Coriolos.Erat tum in castris iter primores iuuenum.Gn.Martius adolescens & consilio & manu promptus:cui cognomẽ postea Coriolano fuit:Cum subito exercitũ romanũ Coriolos obsidentem atq; in oppidanos:quos intus clausos habebat intentum:sine ullo metu extrinsecus ĩminentis belli:uolscæ legiones profectæ ab Antio inuasissent:eodẽq; tpe ex oppido erupissent hostes:forte instatione Martius fuit:is cum delecta militũ manu non modo impetũ erumpentium retudit:sed per patentẽ portam ferox irrupit:cædeq; in proximo ũrbis facta ignẽ temere arreptum ĩminentibus muro ædificiis iniecit.Clamor inde oppidanorum mixtus puerili muliebriq; ploratu ad terrorẽ:ut solet:primo ortu & romanis auxit aĩum: & turbauit uolscos:ut pote capta urbe qui ad ferendã opẽ uenerant.Ita fusi uolsci antiates:Corioli oppidũ captum:tantũq; sua laude obstitit famæ cõsulis Martius:ut nisi fœdus cũ latinis colũna ænea insculptum monumẽto esset ab.Sp.Casio.uno quia collega abfuerat ictũ.C.Posthumiũ bellum gessisse cum uolscis memoria cessisset.Eodem anno Agrippa Menenius moritur uir omni uita pariter patribus ac plebi carus:post secessionẽ plebi carior factus.Huic interpreti arbitroq; cõcordiæ ciuium:legato patꝝ ad plebem:reductori plebis romanæ:sumptus funeri defuit.extulit eum plebs sextantibus collatis in capita.Consules deinde.T.Greganius.P.Minutius facti.eo anno cũ & foris quieta oĩa bello essent:& domi sanata discordia:aliud multo grauius malũ ciuitatem inuasit:caritas primũ annonæ ex incultis per secessionem plebis agris:fames deinde:qualis clausis solet:uentũq; ad interitũ seruitioꝝ:utiq; & plebis esset:ni cõsules prouidissent:dimissis passim ad frumentũ coemendũ nõ in Hetruriam modo dexteris ab hostia littoribus:læuoq; per Volscos mari usq; ad Cumas:sed quæsitum in Sicilia quoq; adeo finitimoꝝ odia longinquis co,egerant indigere auxiliis.Frumentũ cum Cumis coemptũ esset:

Atꝫ seditionem

Plebs in sacrũ montẽ secessit

Menenius Agrippa ad plebẽ reconciliãdã mittitur

.C.Licini⁹ &.L.Albinus primi Trib.

Sp.Cassius & posthumius cominius cõsul.

Atꝫ Martii strẽnitatẽ circa Coriolos

Meneuii i tertius T.Greganius

naues pro bonis Tarquinioꝝ ab Aristodemo tyranno:qui hæres erat retentæ sunt. in Volscis:Põpti noq; ne emi quidẽ potuit periculũ quoq; ab ipetu hoium ipsis frumentatoribus fuit.Ex ethruscis frumentũ tyberi uenit eo sustentata est plebs Incõmodo bello in tam arctis cõmeatibus uexati forent:ni uolscos iam mouẽtes arma pestilẽtia ingens inuasisset.ea clade conteritis hostiũ animis:ut etiam:ubi ea remisisset:errore aliquo tenerent:& Velitris auxere numeꝝ colonoꝝ romani:& Norbæ in montes nouã coloniam:quæ arx in Põptino esset miserunt.M.Minutio deinde &.A.Sempronio consulibus magna uis frumenti ex Sicilia aduecta:agitatũq; in senatu:quantũ plebi daretur.Multi ueniſſe tẽpus premendæ plebis putabant:recuperandiq; iura:quæ extorta secessione ac ui patribus esset.In primis martius Coriolanus hostis tribunitiæ potestatis:si annonã:inquit:ueterẽ uolunt:ius pristinũ reddãt patribus:cur ego plebeios magistratus:cur Siciniũ pollentem uideo sub iugum missus tanquam a latronibus redemptus?ego ne has indignitates diutius patiar:quam necesse est? Tarquiniũ regẽ qui non tulerim:Sicinium feram(secedat nunc:auocet plebẽ:patet uia in sacrum mõtem aliosq; colles.rapiant frumenta ex agris nostris quẽadmodũ tertio anno rapuere:utãtur annona:quam furore suo fecere:audeo dicere hoc malo domitos ipsos potius cultores agroꝝ fore.quam ut armati per secessionẽ coli prohibeant.Haud tam facile dictu est:faciendum ne fuerit:quã potuisse arbitror fieri ut conditionibus laxandi annonã & tribunitiam potestatẽ:& oĩa inuitis iura imposita patres demerent sibi.Et senatui nimis atrox uisa sententia est:& ira plebem prope armauit.fame iam se sicut hostes peti: Cibo uictuq; fraudari peregrinũ frumentũ:quæ sola alimenta ex insperato fortuna dederit:ab ore rapi:nisi Gn.Martio uicti dedant tribuni :nisi de tergo plebis romanæ satisfiat.eum sibi carnificem nouũ exortum:qui aut mori:aut seruire iubeat.In exeuntẽ e curia impetus factus esset:ni peropportunæ tribuni diem dixissent:ibi ira est suppressa:se iudicẽ quisq; se dominũ uitæ necisq; inimici factum uidebat. Contẽptim primo Martius:audiebat minas tribunitias:auxilii nõ pœnæ ius datum illi potestati:plebisq; nõ patrum tribunos esse.sed adeo coorta erat infensa plebs:ut unius pœna defungendũ eẽt patribus:restiterunt tamen aduersa inuidia:usiq; sunt q̃ suis quisq;:qua totius ordinis uiribus ac primo tentata res est:si dispositis clientibus absterrendo singulos a cõcionibus conciliisq; disiicere rem possent:uniuersi deinde processere quicquid erat patrũ reos diceres:precibus plebẽ exposcentes : unum sibi ciuem:unũ senatorẽ:si ĩnocentem absoluere nollent:pro nocente darent.Ipse:cum die dicta non adesset:perseueratum in ira est.dãnatus absens in uolscos exulatũ abiit: minitans patriæ hostilesq; iã tum spiritus gerens.Venientẽ uolsci benigne excepere:benigniusq; in dies colebant:quo maior ira ĩ suos eminebat:crebræq; nunc querelæ nunc minæ percipiebant hospitio utebat Actii Tullii: longe is tum princeps uolsci nominis erat romanis semper infestus ita cum alteꝝ uetus odium:alterum ira recens stimularet:consilia conferunt de romano bello:haud facile credebant plebem suã Impelli posse:ut totiens infeliciter tentata arma caperent multis sæpe bellis:pestilentia postremo amissa iuuentute fractos spiritus esse:arte agendum in exoleto iam uetustate odio:ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi.Ludi forte ex instauratione magni Romæ parabantur.instaurandis hæc causa fuerat ludis manæ seruum quidã paterfamiliæ nondum cõmisso spectaculo sub furca cæsum medio egerat circo: cœpti inde ludi:uelut ea rer nihil ad religionem pertinuisset.haud ita multo post.T.Latino de plebe homini somniũ fuit:uisus Iupiter dicere sibi ludi præsultatorem displiciisse.nisi magnifice instaurarẽ tur ii ludi periculum urbi fore:iret:ea consulibus nunciaret:quanq̃ haud sane liber erat religione animus:uerecundia tamen maiestatis magistratuum timore:uicit:ne in ora hoium pro ludibrio abiret. magno illi ea cunctatio stetit:filium namq; intra paucos dies amisit.cuius repente cladis:ne causa dubia esset:ægro animi eadem illa in somnis obuersata species uisa est:rogare :latim magnam spreti numinis haberet mercedẽ?maiorem instare ni eat propere:ac nũciet consulibus. iam præsentior res erat cuntantẽ tamen ac prolatantẽ ingens uis morbi adorta est debilitate subita:tum.n.uero deoꝝ ira admonuit.fessus igitur malis præteritis:instantibusq; consilio propinquoꝝ adhibito:cum uisa atq; audita:& obseruatũ totiens somno Iouem:minas iraſq; cælestes repræsentatas casibus suis exposuisset: consensu inde haud dubio oĩum:qui aderant:in forum ad consules lectica defertur.inde in curiã iussu consulis delatus:eadem illa cũ patribus ingenti oĩum admiratione enarrasset:ecce aliud miraculũ: qui captus oĩbus membris delatus in curiam esset:eũ functum officio pedibus suis domũ rediſſe traditum memoriæ est.ludi quã amplissimi ut fierent:senatus decernit:ad eos ludos auctore Actio Tullio uis magna uolscoꝝ uenit priusquã cõmitterentur ludi:Tullius ut domi cõpositũ cum Martio fuerat ad consules uenit:dicit esse:quæ secreto agere de rep.uelit:arbitris remotis.Inuitus:iquit:quos sequi iussi:de meis ciuibus:loquor: nõ tamẽ admissum quicquã ab iis criminatum uenio:sed cautum ne admittant.nimio plusq̃ uelim nostroꝝ ingenia sunt mobilia multis id cladibus sensimus : quippe qui non nostro merito:sed uestra pacientia incolumes sumus magna hic uolscorũ multitudo est:ludi sunt:spectaculo intenta ciuitas erit.memini:quid per eandem occasionem ab sabinoꝝ iuuentute ĩ hac urbe cõmissum sit.horret animus:ne quid inconsulto ac temere fiat:hæc nostra uestraq; causa primũ dicenda uobis consulibus ratus sum.quod ad me attinet:extemplo hinc domũ abire in aĩo ẽ: ne cuius facti dictiq; contagione præsens uioler.hæc locutus abiit.Consules cum ad patres rẽ dubiã sub auctore certo detulissent:auctor magis:ut fit:quam res ad præcauẽdum uel ex superuacuo mouit:fa-

P.Minutius consul.

M.Minutius
A.Sempronius cõsul.

Martio a tribunis dies dicit

Dãnat ab sens Martius coriolanus

Plutarchꝰ, TulliũAmphidiũ uocat

T.Latinus Lactantius L.Atiniũ appellat

Att demonũ præstigias

ctoq; senatus consulto: ut urbe excederēt uolsci: præcones dimittūt qui oēs proficisci ante noctē iube/rent. Ingens pauor primo discurrētes ad suas res tollēdas in hospitia pculit: ꝓficiscētibus deinde indignatio oborta: ut conceleratos cōtaminatosq; ab ludis festis diebus cœtu quodāmodo hoium deorū q; abactas: Cum ꝓpe continuato agmine irent prægressus Tullius ad caput ferentinū: ut quisq; eueniret: primores eoꝝ excipiens querēdo indignādoq;: & eos ipsos sedulo audiētes secunda iræ uerba: & per eos multitudinē aliam in subiectū uiæ campū deduxit. ibi in conciōis modum orationem exorsus Veteres populi romani iniurias cladesq; gentis uolscoꝝ ut oia: inquit: obliuiscamini alia: hodiernam hanc contumeliā quo tandē animo fertis? qua per nostrā ignominiam ludos cōmissere? an non sensistis triumphatū hodie de uobis esse? uos oibus ciuibus peregrinis tot finitimis populis spectaculo abeuntes fuisse? uestras coniuges: uestros liberos traductos per ora hoium: quid eos: qui audiuere uocem præconis quid qui uos uidere abeuntes? quid eos: qui huic ignominioso agmini fuere obuii existimasse putatis nisi aliquid ꝓfecto nefas esse. quo si interfimus spectaculo: uiolaturi simus ludos: piaculūq; meriturī: ideo nos ab sede pioꝝ cœtu cōcilioq; abigi? qd deīde illud nō succurrit uiuere nos qui maturauimus proficisci? si hæc profectio & nō fuga est? & hanc urbē uos nō hostium ducitis: ubi si unū diem morati essetis: moriendū oibus fuit? & bellū uobis indictū est magno illoꝝ malo: qui idixere: si uiri estis. Ita & sua sponte iraꝝ pleni & incitati domos inde digressi sunt: instigandoq; suos quisq; populos effecere: ut omne uolscū nomē deficeret. Imperatores ad id bellū de oium populorū sentētia lecti Actius Tullius & Gn. Martius exul romanus: in quo aliquanto plus spei repositū: quam spem ne quaquā fefellit: ut facile appareret ducibus ualidiorē. quam exercitu rē romanā eē. Circeios profectus primū colonos inde romanos expulit: liberāq; eam urbem uolscis tradidit: inde in latinā uiam transuersis tramitibus transgressus: Satricum. Longulā: Polustiam: Coriolos: Nouellam: Hæc romanis oppida ademit: inde Lauiniū recepit. tunc deinceps Corbionē: Veteliam: Trebiū: Labicos: pedum cepit postremū ad urbem a Pedo ducit: & ad fossas ciuilias quinq; ab urbe millia passuū castris positis populatur inde agrū romanum: custodibus inter populatores missis: qui patricioꝝ agros intactos seruarēt siue infensus magis plebi: siue: ut discordia inter patres plebēq; oriret: quæ profecto orta eēt: adeo tribuni ferocē per se plebē criminando in primores ciuitatis instigabāt: sed externus timor maximū cōcordiæ uinculū: quāuis suspectos i festoq; inter si iungebat aios. Id mō non cōueniebat: quod senatus cōsuleq; nusquā alibi specie: quā in armis ponebant: plebs oia: quam bellū mallebat. Sp. Naucius iam & Sex. Furius cōsules erant: eos recensentes legiones. præsidia per muros aliaq; in quibus stationes uigiliasq; esse placuerat: loca distribuētes: multo ingēs pacē poscētium multitudo primū seditioso clamore cōterruit: deinde uocare senatū: referre de legatis ad. Gn. Martiū mittendis coegit. Acceperunt relationē patres posteaquā apparuit labare plebis aios: missiq; de pace ad Martiū oratores atrox respōsum rettulerūt. Si uolscis ager redderet: posse agi de pace: si præda belli per otiū frui uclint: memorē se & ciuium iniuriæ: & hospitū beneficii: annisurum ut appareat exilio sibi iritatos nō fractos aios eē. Iteꝝ deinde iidē missi non recipiūtur in castra. sacerdotes quoq; suis in signibus uelatos isse supplices ad castra hostium traditū est: nihilo magis: quam legatos flexisse animum.



TVM MATRONAE AD VETVRIAM MAtrem Coriolani Volūniamq; uxorem frequētes coeunt: id publicū cōsilium: an muliebris timor fuerit parū inuenio: puicere certe: ut & Veturia magno natu mulier: & Volūnia: duos paruos ex Martio ferēs filios secū in castra hostiū irent: & quā armis uiri defendere urbē nō possent: mulieres precibus lachrymisq; defenderēt: Vbi ad castra uentū est nunciatūq; Coriolano est adesse ingēs mulieꝝ agmen: ut nec q publica maiestate in legatis: nec in sacerdotibus tanta effusa oculis aioq; religiōe motus esset. multo obstinatior aduersus lachrymas muliebres erat deīde familiariū quidā: qui isignē mœsticia iter cæteras cognouerat Veturiā inter nurū nepotes questantē nisi me frustrant: inqt oculi: mater tibi cōiunxq; adsunt & liberi. Coriolanus ꝓpere ut amēs cōsternatus ab sede sua: cū ferret matri obuiæ cōplexū: mulier in irā ex precibus uersa: fine: priusquā cōplexū: accipio: sciā: inqt. ad hostē: an ad filiū uenerim: captiua mater ne in castris tuis sim: in hoc me lōga uita infelix senecta traxit: ut exulē te: deinde hostē uiderē? Potuisti populari hanc terrā: quæ te genuit atq; aluit? nō tibi quāuis infesto aio: & minaci pueneras igredienti fines ira cecidit? nō cum ī cōspectu Roma fuit: succurrit: ītra mœnia illa domus: ac penates mei sunt? mater: cōiunx liberi? Ergo: ego nisi peperissem: Roma nō oppugnaret? nisi filiū haberē: libera in libera pīia mortua eēm? Sed ego nihil iā pati: nec tibi turpius: quā mihi miserius possū: nec ut sim miserima: diu futura sū: de his uideris: quos si pgis aut īmatura mors: aut lōga seruitus manet. Vxor deide ac liberi amplexi: fletusq; ab oī turba mulieꝝ ortus & cōploratio sui pīæq; fregere tādē uiꝝ cōple-

Actii Tullii oīo ad suos

Actius tullius & Martius coriolanus belli duces

Bolā quoq; dionysi⁹ ait a Martio occupatam Sp. Naucius & Sex. furius consul

M. Minucius Post comunus Sp. largius P. pinarius Q. suppliciis

Ad coriolanū missi Sacerdotes Angures & Aruspuel missi ut plu. ait Cōsiliū ipsum & ualeria ortū ait plut.

dat hostium castris:& ubi signum datum sit: clamorem omnes tollere iubet. Clamore sublato ante se quemq; ducere fossam:& iacere uallum. A edito imperio signum secutũ est: iussa miles exequitur: clamor hostes circunsonat: superat inde castra hostium:& in castra cõsulis uenit alibi pauorem: alibi gaudium ingẽs facit. romani ciuilẽ esse clamorẽ: atq; auxilium adesse inter se gratulãtes: ultro ex stationibus ac uigiliis territãt hostem. consul differendũ negat: illo clamore non aduentum modo significari: sed rem ab suis cœptã: mirumq; esse ni iam exteriori parte castra hostium oppugnentur: itaq; arma suos capere:& se subsequi iubet. Nocte initum prelium est: legionibus dictatoris clamore significãtibus ab ea quoq; parte rem in discriminie esse. Iam se ad ꝓhibenda circundati opera equi parabant: cum ab interiore hoste prælio cœpto: ne per media sua castra fieret eruptio: a muniẽtibus ad pugnãtes introrsum uersi: uacuã noctem operi dedere pugnatumq; cũ cõsule ad lucẽ est: Luce prima iam circunuallati ab dictatore erãt:& uix aduersum unum exercitum pugnam sustinebãt. tũ a quitinião exercitu: qui cõfestim a pfecto opere de arma rediit: inuaditur uallũ: hic instabat noua pugna: illa nihil remiserat prior. tũ ancipiti malo urgẽte a p̃lio ad preces uersi hinc dictatorem hinc consulem orare: ne in occidione uictoriã ponerent: ut inermes se inde abire sinerent. Ab cõsule ad dictatorẽ ire iussis ignominiam incẽsus addit Graccum Chloelium ducem principesq; alios uinctos ad se adduci iubet: oppido Corbione decedi: sanguinis se equoꝝ nõ egere. licere abire. sed: ut exprimatur tandem cõfessio: subactam domitamq; esse gentem: sub iugum habituros. Tribus hastis iugum fit: humi fixis duabus super quæ eas una trãsuersa deligata: sub hoc iugo dictator equos misit. Castris hostiũ receptis plenis oium rerũ (nudos enim emiserat) prædã omnem suo tantum militi dedit: consularem exercitum cõsulemq; ipsum increpãs: carebis: inquit: prædæ parte miles ex eo hoste: cui prope prædæ fuisti:& tu. L. Minuti: donec consularem animum incipias habere legatus sis: legionibus præeris: Ita se Minutius abdicat consulatu: iussusq; ad exercitum manet. Sed adeo tum imperio meliori animus mansuere obediẽs erat ut beneficii magis: quam ignominæ hic exercitus memor.& coronã auream dictatori libræ pondo decreuerit:& proficiscentem eum patronum salutauerit. Romæ a. Qu. Fabio præfecto urbis senatus habitus triumphantem Quintium: quo ueniebat agmine: urbem ingredi iussit. Ducti ante currum hostium duces: militaria signa prælata: secutus exercitus præda honustus: epulæ instructæ dicuntur fuisse ante omnium domos: epulantesq; cum carmine triumphali:& solennibus iocis comesantium modo currum secuti sunt. Eo die. L. Manilio Tusculano: approbantibus cũctis: ciuitas data est. confestimq; se dictator magistratu abdicasset ni comitia. M. Volscii falsi testis tenuissent: ea: ne ꝑpedirent tribuni dictatoris obstitit metus. Volscius dãnatus Lanuuium exultum abiit. Quintius sextodecimo die dictatura ĩ sex mẽses accepta se abdicauit. Per eos dies cõsul Nautius ad Eretum cum sabinis egregie pugnat: ad uastatos agros ea quoq; clades accessit sabinis. Minutio Fabius Quintius successor in Algidũ missus: Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est: sed quia duo exercitus aberãt; nequid ferretur ad populum: patres tenuere. plebes uicit: ut quinto eosdẽ tribunos crearent. Lupos uisos in capitolio ferũt a canibus fugatos: ob id ꝓdigium lustratum capitolium esse. Hæc eo ãno gesta. Sequuntur consules. Quintius Minutius. M. Horatius Puluillus. cuius initio anni cum foris otium esset domi seditiones iidem tribuni eadẽ lex faciebat: ulterius foret uẽtum: adeo exarserant animis: ni uelut dedita opera nocturno impetu equorũ Corbione amissum præsidium nunciatum esset. Senatum consules uocant iubentur subitarium scribere exercitum atq; in Algidum ducere. Inde: posito legis certamine: noua delectu cõtentio exorta: uincebatur q; consulare imperiũ tribunitio auxilio: cũ alius terror additur: sabinum exercitum prædatum descendisse in agros romãos: inde ad urbem uenire. Is metus pculit: ut scribi militem tribuni sinerent nõ sine pactione tamẽ. ut quoniam ipsi quinquẽnium elusi essent: parũ q; id plebi præsidium foret: decem deinde tribuni plebis crearentur. Exꝑsit hoc necessitas pũbus: id modo excepere: ne postea eosdem tribunos uiderent. Tribunitia comitia: ne id quoq; post bellũ ut cætera uanum esset. extemplo habita. Trigesimosexto anno a primis tribunis plebis decem creati sunt: bini ex singulis classibus: itaq; cautum est: ut postea crearentur. Delectu deĩde habito: Minutius cõtra sabinos ꝓfectus nõ inuenit hostem. Horatius: cum iam equi Corbione ĩterfecto presidio Hortanam etiam cepissent: in Algido pugnat multos mortales occidit: fugat hostem non ex Algido modo: sed a Corbione Hortanaq; Corbionẽ etiam diruit propter ꝓditũ præsidium. Deinde. M. Valerius. Sp. Verginius consules facti. domi foriscq; otium fuit: annona ꝓpter aquarũ intẽperiem laboratum est. De auẽtino publicando lata lex ẽ. tribuni plebis iidem refecti: hi sequente anno. T. Romulio &. G. Veturio consulibus legem oĩbus cõcionibus suis celebrãt: Pudere se numeri sui ne quicq̃ aucti: si ea res æque suo biennio iaceret: ac toto superiore lustro iacuisset. Cum maxime hæc agerent: trepidi nuncii a Tusculo ueniũt equos ĩ agro tusculano esse. Fecit pudorẽ recens eius populi meritũ morãdi auxilii: ambo cõsules cũ exercitu missi: hostẽ ĩ sua sede in Algido iueniũt: ibi pugnatũ supra quattuor milia hostiũ cæsa: alii fugati: præda parta ingẽs eã ꝓpter inopiã ærari cõsules uẽdiderũt: inuidiæ tamẽ ad exercitũ fuit. ea deniq; tribunis materiam criminãdi ad plebẽ consules præbuit. Itaq; ergo ut mgĩtu abiere. Sp. Tarpeio &. A. Aternio cõsulibus: dies dicta Romulio ab. G. Claudio Cicerone tribuno plebis: Veturio ab. L. Halieno ædili plebis: uterq; magna patrũ indignatiõe dãnatus: Romulius decẽmilibus æris: Veturius. xii. milib⁹. nec. Hæc prioꝝ calamitas cõsulũ segniores nouos fecerat cõsules:& se dãnari pos-

Fit ex castris eruptio

Quibus cõditionibus sint equi ex algido missi

lugi forma eq iugo a romãis subiiciuntur

Quintii triumphus

Dãnat uolscius

Eretũ unus sabinorũ

Fabius minutii loco ĩ algidũ mittitur

Qu. Minutius M. Horatius consul.

X. tribuni plebis creã tur

M. Valerius Sp. Vergi-nius cõsul.

T. Romulius G. Veturius cõsul.

S. Tarpeius A. aterius consul.

se aiebant:& plebē.& tribunos legē ferre nō posse.Tū abiecta lege:quæ ꝑmulgata cōsenuerat:tribuni lenius agere cū ꝑibus:finē tandē certaminū facerēt:si plebeiæ leges displicerent:at illi cōiter legum latores & ex plebe:& ex ꝑibus:q utrisq; utilia ferrent:quæq; æquāde libertatis essent:sinerent creari Rē nō aspernabant' ꝑes:datuꝝ legē neminē nisi ex ꝑibus.Cū de legibus cōueniret:de latore tantum discreparent:missi legati Athenas.Sp.Posthumius Albus.P.Sulpicius Camerinus.A.Mālius:iussiq; iclytas leges Solonis describere:& aliarū Greciæ ciuitatiū instituta moresq; noscere. Ab externis bellis quietus annus fuit.qetior insequēs.P.Curatio & Sex.Quintilio cōsulibus ꝑpetuo silētio tribunoꝝ:quod primo legatoꝝ:q athenas ierāt:legūq; peregrinarū expectatio præbuit. deinde duo simul mala ingentia exorta:fames pestilētiaq; fœda hominū:fœda pecori:uastati agri sunt:urbs assiduis ex hausta funeribus:multæ & claræ lugubres domus.Flamē quirinalis.Ser.Cornelius mortuus.augur.G.Horatius Puluillus:in cuius locū.G.Veturiū eo cupidius:quia dānatus a plebe erat:augures legere mortuus cōsul Quintilius:tres tribuni Plebis.multiplici clade fœdatus annus. ab hoste otium fuit. domi motus orti.Iam redierāt legati cū atticis legibus:eo intentius instabāt tribuni:ut tandē scribendarū legū initium fieret.Placet creari decēuiros sine ꝑuocatione.& ne quis eo anno alius magistratus esset. ne admi scerentur plebei:cōtrouersia aliquādiu fuit.Postremo cōcessum ꝑibus : mō ne lex acilia de auentino aliæq; sacratæ leges abrogarentur.Anno trecentesimo altero:quā cōdita Roma erat:iterū mutatur forma ciuitatis ab cōsulibus ab decemuiros:quēadmodū ad regibus āte ad cōsules uenerat. Trāslato ꝑperio minus insignis:quia nō diuturna mutatio fuit:læta.n.principia magistratus eius nimis luxuriaue re:eo citius lapsa res est:repetitūq; duobus uti mādaret' cōsulū nomē imperiumq;.Decēuiri creati.Ap.Caludius.T.Genutius.P.Sestius.L.Veturius.G.Iulius.A.Mālius.P.Sulpicius.P.Curatius.T.Romulius.Sp.Posthumius.Claudio:& Genutio:q designati cōsules ī eum annū fuerāt:ꝑ honore honor reddit⁹:& Sestio alteri cōsulū prioris anni:quod eā rē collega inuito ad ꝑes rettulerat : his ꝑximi legati tres habiti : q Athēas ierāt: simul ut ꝑ legatione tā lōginqua præmio esset honos:simul peritos legum peregrinarum ad condenda noua iura usui fore credebāt: suppleuere cæteri numerum graues quoq; ætate electos nouissimus suffragiis ferūt:quo minus ferociter aliorum scitis aduersarentur. Regimen totius magistratus penes Appium erat fauore plebis:adeoq; nouum sibi ingenium induerat : ut plebicola repente omnisque auræ popularis captator euaderet pro truci sæuoque insectatore plebis Decimo die ius populo singuli reddebant:eo die penes præfectum iuris fasces duodecim erant: collegis nomen singuli accensi apparebant:& unica concordia inter ipsos.qui consensus in priuatis interdum inutilis esset:summa aduersus alios æquitas erat. Moderationis eorum argumentum exemplo unius rei notasse satis erit.cum sine prouocatione creati essent defosso cadauere domi apud.P.Sestium patriciæ gentis uirum inuento prolatoq; in concionem:in re iuxta manifesta atq; atroci. G.Iulius decem uir diem Sestio dicit & accusator ad populum extitit:cuius rei iudex legitimus erat: decessitq; iure suo:ut demptum de ui magistratus populi libertati adiceret.Cum promptum hoc ius uelut ex oraculo in corruptum pariter ab his summi infimique ferrent:tum legibus condendis opera dabatur integriq; hoīum expectatione propositis decem tabulis populum ad concionem aduocauerūt. & quod bonum faustum felixq; reipublicæ ipsis liberisq; eorum esset:ire & legere leges propositas iussere : se quātum decem hoīum ingeniis ꝑuideri potuerit omnibus summis infinisq; iura æquasse: plus posse multorum ingenia cōsiliaq;.Versarent in animis se cum unamquāq; rem agitarent deinde sermonibus:atq; in mediū quid in quaq; re plus minusue esset : conferrent.eas leges habiturum populum romanum:quas consensus oīum nō iussisse latas magis:quam tulisse uideri posset.Cum ad rumores hoīum de uno quoq; legum capite edito satis correctæ uiderētur:cēturiatis comitiis.x. tabularum leges platæ sunt:quæ nunc quoq; in hoc īmenso aliarum super alias aceruaturum legum cumulo: fons oīs publici priuatiq; ē iuris.Vulgatur deīde rumor duas deesse tabulas quibus adiectis absolui posse uelut corpus oīs romani iuris.Ea expectatio cū dies comitiorū appropīquaret: desiderium decēuiros iterum creandi fecit.Iā plebs:præterq; quod cōsulū nomē haud secus quā regum perosa erat: ne tribunitium qdē auxiliū : cedentibus inuicem appellatione decēuiris: quærebat.Posteaq; uero comitia decēuiris creandis in trinundinum indicta sunt:tanta exarsit ambitio.ut primores quoq; ciuitatis: metu credo.ne tanti Possessio imperii:uacuo ab se relicto:loco:haud satis dignis pateret : prænensarent homines:honorē summa ope ab se ipugnatū ad ea plebe:cū qua cōtenderant:suppliciter petētes. Dimissa iam indiscrimen dignitas ea ætate:hisq; honoribus actis:stimulabat.Ap.Claudiū: nescires utrū iter decēuiros:an inter cāditatos numerares:propior interdū petendo: q̄ gerendo magistratui erat. criari optimates tollere candidatoꝝ leuissimū quēq; humilimumq;. ipse medius inter tribunitios duellios Icilioq; in foro uolitare.per illos se plebi uendicare.donec collegæ quoq;:q unice illi dediti fuerant ad id tps:cōiecere in eū oculos:mirantes qd sibi uellet:apparere nihil synceri esse profecto haud gratuitā in tanta supbia comitatē fore:nimiū in ordinē seu ipm cogere:& uulgari cū priuatis nō tā pperātis abire magistratu:quā uiā ad cōtinuandum magistratū quærētis esse.propalam obuiam ire cupiditati parū ausi:obsecundando mollire ipetū aggrediunt'.Comitioꝝ illi habendorum : quādo minimus natu sit:minus cōsensu iniungunt.ars hæc erat:ne semetipse creare posset : quod præter tribunos plebis & idipsum pessimo exemplo nemo unquā fecisset.ille.n.uero:quod bene uertat.habiturū se comitia ꝑ

Legati ad scribendas leges athenas mittūt

P.Curiatius & Sex Quitilius consul.

Nouæ administrationis rō.

Decēuiri ad scribendas leges

Accensi uide Tarqllū in cæsare

X.tabule

Ap.claudii ambitus

fessus:ipedimentum pro occasione arripuit:deiectisq; honore p cōcionē duobus Quītius Capitolino & Cincinato & patruo suo.G.Claudio cōstantissimo uiro in optimatū cā:& aliis eiusdem fastigii ciuibus:nequaquā iplendore uitæ pares decēuiros creat:se in primis quod haud secus factum improbant boni:quam nemo facere ausurum crediderat.Creati cum eo.M.Cornelius Maluginensis.M.Sergius Lutius Minutius.Qu.Fabius Vigulanus.Qu.Petilius.T.Antonius Merēda Ceso Duillius.Sp. Opius Cornicē.M.Robuleius:Ille:finis alienæ personæ ferendæ Appio fuit:suo iam inde uiuere ingenio cœpit:nouosq; collegas iam priusquam iniret magistratum:in suos mores formare.quotidie coibant remotis arbitris.inde ipotentibus instructi cōsiliis:quæ secreto ab aliis coquebant:iam haud dissimulando superbiam rari aditus colloquētibus difficiles iam ad idus maias rē perduxere. Idus tum maiæ solennes ineundis magistratibus erant.Initio igitur magistratus primum honoris diem denūciatiōe ingentis terroris insignem fecere:nam cū ita priores decēuiri seruassent:ut unus fasces haberet:& hoc insigne regium in orbem suam cuiusq; uicē p oēs iret: subito omnes cum duodenis fascibus ꝓdiere centum uiginti lictores forum implerant:& cum fascibus secures illigatæ præferebantur: nec attinuisse demi securim:cum sine prouocatione creati essent:interpretabantur.decem regū species erat.Multiplicatus terror non infimis solum: sed primoribus patrum ratis cædis causam ac principium quæri ut si quis memorem libertatis uocem aut in senatu:aut in populo misisset: statim uirgæ securesq; etiā ad cæterorum metum expedirentur.Nam præterquam quod in populo nihil erat præsidii sublata ꝑ uocatione intercessionem quoq; consensus sustulerat:cum priores decēuiri appellatione collegæ correcti:reddita ab se iura tulissent:& quedam:que sui iudicii uideri possent:ad populum reiecissent.Aliquādiu æquatus inter omnes terror fuit:paulatim totus uertere in plebem cœpit: abstinebatur a patribus:in humiliores libidinose crudeliterq; consulebatur: hominum non cārum toti erant: ut apud quos gratia uim æqui haberet:indicia domi conflabant:pronunciabāt in foro:si quis collegam appellasset:ab eo:ad quem uenerat:ita discedebat:ut pœniteret nō prioris decreto stetisse. Opinio etiam sine auctore exierat:non in præsentis mō temporis eos iniuriam conspirasse:sed fœdus clādestinum inter ipos iureiurando ictū ne comitia haberent: ppetuoq; decēuiratu possessim semel obtinerent ꝑperium.Circūspectare tū pītioꝝ uultus plebei:& īde libertatis captare aurā: unde seruitutē timēdo i eum statū rēp.adduxerāt Primores pīum odisse decēuiros:odisse plebem:nec ꝓbare:quæ fierent:& credere haud indignis accidere:auide ruendo ad libertatē in seruitutē elapsos iuuare nolle: cumulare quoq; iniurias:ut tedio pīsentiū cōsules duo tandē & status pristinus rerū in desideriū ueniāt.Iam & ꝓcesserat pars maior anni:& duæ tabule legū ad prioris anni decē tabulas erant adiectæ:nec qcquā iam superat:si hæ quoq; leges centuriatis comitiis perlatæ essent:cur eo magistratu reip.opus esset. expectabant:q̄ mox cōsulibus creandis comitia ediceret.Id mō plebs agitabat:quonām mō tribunitiā potestatē:munimētum libertatis:rē ītermissam repararēt.Cū interim mētio comitiorū nulla fieri:& decēuiri: q primo tribunitios hoīes:qa id populare habebatur:circū se ostētarāt plebi:patritiis iuuenibus sepserāt lateta:eoꝝ cateruæ tribunalia obsederāt. Hi fere agere plebē: plebisq; res cū fortuna qua quicq̄id cupitū foret:potentioris esset.etiā ne tergo quidē abstinebat:uirgis cædi alii securi subiici:& ne gratuita crudelitas esset:bonorū donatio sequi domini suppliciū.Hac mercede iuuentus nobilis corrupta:non modo nō ire obuiā iniuriæ:sed propalam licentiā suā malle quā oīum libertatē.Idus maiæ uenere nullis subrogatis magistratibus:priuati pro decēuiris neq; ais ad imperiū inhibendum īminutis:neq; ad speciē honoris insignibus prodeunt.Id uero regnū haud dubie uideri:deploratur ī perpetuum libertas nec uindex quisquam existit:aut futurus uidetur.Nec ipsi solum desponderant animos:sed contemni cœpti erant a finitimis populis:imperiumq; ibi esse: ubi non esset libertas:indignabantur.Sabini magna manu incursionem in agrum romanum fecere: lateq; populati cum hominum atq; pecudum multi prædas egissent:recepto ad Eretum: quod passim uagatum erat:agmine:castra locant: spem in romana discordia ponentes:eam impedimentum delectui fore.Non nuncii solum:sed per urbem agrestiū fuga trepidationem iniecit.decemuiri consultant:quid facto opus sit destitutis inter patrum & plebis odia.Addit terrorem insuper alium fortuna:equi alia ex parte castra in Algido locant: depopulantur que inde excursionibus tusculanū agrū:legatiq; ab Tusculo præsidium orantes nūciant.Is perculit patuor decēuiros:ut senatum simul duobus circunstantibus urbem bellis cōsulerēt.citari iubent in curiā patres:haud ignari quāta inuidiæ īmineret tēpestas.oēs uastati agri:piculorūq; īminentiū causas in se cōgesturos:tētationēq; eā fore abolēdi sibi magistratus:ni cōsensu resisterēt: iperioq; inhibendo acriter in paucos pferocis animi conatus aliorū comprimerent.Posteaq̄ audita in foro uox est pconis pres in curiā ad decēuiros uocātis:uelut noua res:qa intermiserāt iādiu morē cōsulēdi senatus mirabundā plebē cōuertit:qd nā incidisset:cur ex tanto interuallo rē desuetā usurparent.hostibus belloq; gratiam habēdā:qd solitū qcquā liberæ ciuitatis fieret.Circūspectare omnibus fori partibus senatorem: raroq; usq̄ noscitare.curiā inde ac solitudinē circa decēuiros intueri: cū & ipsi consensu inusum imperium:& plebs:quia priuatis ius non esset uocandi senatū:nō conuenire patres interpretarētur. Iam caput fieri libertatē repetentiū:si se plebs comitem senatui det:& quēadmodum patres uocati nō coeant in senatum.sic plebs abnuat delectū.hæc fremit plebs.Patrū haud fere quisquā in foro:in urbe rari erāt:in dignitate rerū cesserant in agros:suarūq; rerum erant amissa publica:tantum se abesse ab iniuria rati:q̄

tum a cœtu cõgreſſuq; impotentium dominoꝝ ſe amouiſſent. Poſteaquã citati nõ cõueniebant: dimiſſi ſi circa domos apparitores ſimul ad pignora capienda. ſciſcitandũq; num cõſulto detrectarẽt: referunt ſenatum in agris eſſe. Lætius id decemuiris accidit: q̃ ſi præſentes detrectare imperium referrent iubere acciri omnes: ſenatumq; in diem poſterũ edicũt: qui aliquãto ſpe ipſorũ frequẽtior conuenit. Quo facto proditam a patribus plebs libertatem rata: quod iis: qui iam magiſtratu abiſſent: tãquã iure cogentibus ſenatus paruiſſet. Sed magis obedienter uentũ in curiã eſt: quã obnoxie dictas ſinias accepimus. L. Valerium Potitum proditum memoriæ eſt poſt relationem. Ap. Claudii priuſquam ordine ſententiæ rogarentur: poſtulado ut de republica liceret: dicere, phibentibus minaciter decẽuiris: proditurũ ſe ad plebem denunciantem: tumultum exciuiſſe. Nec minus ferociter. M. Horatium Barbatum iſſe in certamen. x. Tarquinios appellantẽ: admonẽtemq; Valeriis: & Horatiis ducibus pulſos reges: nec nois hoies tum pteſum eſſe: qppe quo louem appellari fas ſit: quo Romulũ cõditorẽ urbis deincepſq; reges appellatos: qd ſacris etiã ut ſolẽne retẽtũ ſit: Superbiã: uiolentiãq; tũ peroſos regis: quæ ſi in regetũ eodẽ aut in filio regis ferenda non fuerit: quẽ laturum in tot priuatis? uiderent ne uetando in curia liber hoies loqui. extra curiam etiam mouerẽt uocẽ: neq; ſe uidere: qui ſibi minus priuato ad concionẽ populum uocare: quam illis ſenatum cogere liceat. Vbi uellent: experirentur quanto fortior dolor in libertate ſua uindicanda: quam cupiditas in iuſta dominatione eſſet. De bello ſabino eos referre: tanq̃ maius ullum populo romano bellum ſit: quam in iis: qui legũ ferẽdarum cã creati: nihil iuris in ciuitate reliquerint: qui comitia. qui annuos magiſtratus: qui uicifſitudinẽ imperitandi: quod unũ exequendæ ſit libertatis: ſuſtulerint: qui priuati faſces & regiũ imperiũ habeãt. Fuiſſe regibus exactis patricios magiſtratus creatos: poſtea poſt ſeceſſionẽ plebis plebeios: cuius illi partis eſſent rogitare: populares? qd enim eos p populũ egiſſe. opimates: qui anno prope iam ſenatũ nõ habuerit: tũc ita habeãt: ut de republica loqui prohibeant. ne nimiũ in metu alieno ſpei ponerent. grauiora: quæ patiant: uideri iã hoibus: quã quæ metuãt. Hæc uociferante Horatio cũ decẽuiri: nec iuſtæ: nec ignoſcendi modũ reperirent nec quo euaſura res eẽt: cernerẽt. G. Claudii: qui patruus Appii decẽuiri erat: oratio fuit p̃cibus. q̃ iurgio ſimilis: perorantis p ſui fratris parẽtiſq; eius manes: ut ciuilis potius ſocietatis: in qua natus eſſet. q̃ fœderis nefarie icti cum collegis meminiſſet. multo id magis ſe illius cauſa orare: q̃ reipublicæ quippe remp. ſi a uolentibus nequeat ab inuitis ius expetituram. ſed ex magno certamine magnas excitari ferme iras: eaq; euẽtũ ſe horrere. Cũ aliud: præterquã de quo retuliſſent: decẽuiri dicere prohiberẽt: Claudii: interpellandi uerecũdia fuit: ſentẽtiam igitur pegit: Nullũ placere ſenatuſcõſultũ fieri: omneſq; ita accipiebant priuatos eos a Claudio iudicatos: multiq; ex conſularibus uerbo aſſenſi ſunt. Alia ſententia aſperior in ſpeciem: uim minorẽ aliquanto habuit: quæ patritios coire ad prodendum iterregem iubebat: cenſendo enim quoſcũq; magiſtratus eſſe: qui ſenatum haberent: iudicabat. quos priuatos fecerat auctor nullius ſenatuſconſulti faciendi.



ITA LABENTE IAM CAVSA DECEMVIRoꝝ. L. Cornelius Maluginẽſis. M. cornelii decẽuiri frater: cũ ex cõſularibus ad ultimũ dicẽdi locũ cõſulto ſeruatus eſſet: ſimulando curam belli fratrem collegaſq; eius tuebatur. Quonam fato incidiſſet: mirari ſe dictitans. ut decẽuiros: q̃ decẽuiratum petiſſent aut ſocii: aut hi maxime oppugnarent: aut quid ita per tot mẽſes uacua ciuitate nemo iuſti ne magiſtratus ſũmæ reiꝝ præeſſent: cõtroueſiam fecerit: demũ cũ hoſtes prope ad portas ſint: ciuiles diſcordias ſerãt: niſi quod in turbido minus pſpiciũ fore putent qd agatur. Cæterũ neminẽ: maiore cura occupatis animis. uerũ eſſe præiudiciũ rei tãtæ afferre. Sibi placerẽ de eo: quod Valerius Horatiuſq; ante idus maias decẽuiros abiſſe magiſtratu inſimulent: bellis: q̃ immineãt: perfectis: republica in trãqllũ redacta: ſenatu diſcrepãte agi. etiã nunc ita ſe parare. Ap. Claudium: ut comitioꝝ: quæ decẽuiris creãdis decẽuir ipſe habuit: ſcias ſibi rationem reddẽda eſſe: utrum in unum annũ creati ſint: an donec leges: quæ deeſſent: perferantur. in præſentia omnia præter bellũ mitti placere cuius ſi falſo famã uulgatã uanamq; nõ nũcios ſolum: ſed tuſculanorũ etiam legatos attuliſſe putẽt: ſpeculatores mittẽdos cenſere: q certius explorata referãt: ſin fides & nũciis: & legatis habeatur: delectũ quoq; primo tpe haberi: & decẽuiros: quo cuiq; eoꝝ uideatur: exercitus ducere: nec rẽ aliã p̃uerti. In hãc ſniam ut diſcederet: iuuenes patꝝ euincebãt: ferocioreſq; iterum cohorti Valerius Horatiuſq; uociferari ut de republica liceret dicere: dicturos ad populũ ſi in ſenatu p factionem nõ liceat. neq; enim ſibi priuatos aut in curia: aut i cõcione poſſe obſtare: neq; ſe imaginariis faſcibus eoꝝ ceſſuros eſſe. Tũ Ap. iã ppe eſſe iratus: ut ni uiolẽtiæ eorũ pari reſiſteret audacia: uictũ imperiũ eſſet. nõ erit melius: inqt niſi de quo cõſulimus: uocẽ miſiſſe: & ad Valeriũ negantẽ ſe priuato reticere: lictorẽ accedere iuſſit. Iã qritiũ fidẽ iploráte Valerio a curiæ limẽ. L. Cornelius cõplexus Appium: nõ quod ſimulabat

L. Cornelii ſentẽtia

Vis ab appio itẽdit Horatio

cõsulendo:diremit certamẽ:factaq; p Corneliũ Valerio dicendi gĩa:quæ uellet:cũ libertas nõ ultra uocem excessisset:decẽuiri ꝓpositum tenuere. Cõsulares quoq; ac seniores. ab residuo tribunitiæ ptãtis odio:cuius desideriũ plebi multo acrius:q̃ cõsularis ĩperii rebantur esse:ꝓpe malebãt:postmodũ ipsos decẽuiros uoluntate abire magistratu: q̃ inuidia eoꝝ exurgere.rursus plebem si leniter ducta res sine populari strepitu ad consules redisset:aut bellis interpositis:aut moderatione cõsulum in imperiis exercendis posse in obliuionem tribunorum adduci.Silentio patrum edicitur delectus.iuniores cũ sine ꝓuocatione imperium esset:ad nomina respondent.Legionibus scriptis inter se decẽuiri cõparabant quos ire ad bellum:quos præesse exercitibus oporteret.Principes inter decẽuiros erãt. Qu. Fabius & Ap.Claudius bellũ maius domi:q̃ foris apparebat:Appii uiolentiã aptiorẽ rati ad cõprimendos urbanos motus.In fabio minus:in bono cõstans q̃ tamẽ ingeniũ in militia esse:hunc enim uirum egregium olim domi militiæq; decẽuiratus collegæq; ita mutauerant:ut Appii:q̃ sui similis mallet esse.huic bellum in sabinis.M.Rabuleio:&.Qu.Petilio:additis collegiis:mandatũ.M.Cornelius in Algidum missus cum.L.Minutio:& Cesone Duillio:&.T.Antonio:&.M.Sergio.Sp.Oppiũ.Ap. Claudio adiutorẽ ad urbẽ tuendã æquo oĩum decẽuirorum imperio decernunt.Nihilo militiæ: q̃ domi melius resp.ad ministrata est illa modo in ducibus culpa:quod:ut odio esset ciuibus:fecerãt alia omnis penes milites noxa erat:q nequid ductu atq; auspitio decẽuirorum ꝓspere usq̃ gereretur: uinci se persuum atq; illorum dedecus patiebantur.Fusi & ab sabinis ad Eretum:& in Algido ab equis exercitus erant.Ab Ereto per silentiũ noctis ꝓfugi:ꝓpius urbẽ inter Fidenas Crustumeriãq; loco ædito castra cõmunierãt:pse cutus hostis:nusq̃ se æquo certamine committentes natura loci ac uallo non uirtute aut armis tutabãtur.Maius flagitiũ ĩ Algido:maior ẽt clades accepta:castra quoq; amissa erant:exutusq; oĩbus utensilibus miles.Tusculũ se fide misericordiaq; uicturus hospitũ:quæ tamen nõ fefellerũt: cõtulerat.Romã tanti erãt terrores allati:ut posito iã decẽuirali odio:pĩes uigilias in urbe habẽdas cẽserẽt:oẽs:q p ætatẽ arma ferre possent:custodire mœnia:ac pro portis stationes agere iuberẽt:arma Tusculũ ad supplemẽtũ decernerent:decẽuirosq; ab arce Tusculi digressos in castris militẽ habere.castra alia a Fidenis ĩ sabinũ agrũ trãsferri:belloq; ultro iferẽdo deterreri hostes a cõsilio urbis oppugnãdæ. Ad clades ab hostibus acceptas:duo nefanda facinora decẽuiri belli domiq; addiiciũt.L. Sicciũ ĩ sabinis p inuidiã decẽuiralẽ tribunoꝝ creãdoꝝ secessionisq; mẽtiones ad uulgus militũ sermonibus occultis serẽtẽ: speculatũ ad locũ castris capiendũ mittunt:daꝝ negociũ militibus:quos miserãt expeditionis eius comites:ut eũ opportũo adorti loco iterficerẽt.haud iultũ iterficere:nã circa repugnãtẽ aliquot insidiatores cecidere: cũ ipse se ꝑualidus pari uiribus aĩo circũuentus tutaret. Nũciãt ĩ castra cæteri præcipitatũ in insidias eẽ Sicciũ egregie pugnãtẽ:militesq; quosdã cũ eo amissos.Primo fides nunciantibus fuit: ꝓfecta deinde cohors ad sepeliẽdos:qui ceciderãt:decẽuiroꝝ ꝑmissu posteaq̃ nullũ spoliatum ibi corpus: Sicciumq; in medio iacẽtẽ armatũq; oĩbus in eũ uersis corporibus uidere:hostiũ neq; corpus ullum: nec uestigia abeuntiũ:profecto a suis interfectũ memorantes retulere corpus inuidiæq; plena castra erant:& Romã ferri Siccium protinus placebat:nisi decemuiri funus militare ei publica impensa facere maturassent Sepultus ingẽti militũ mœdestitia:pessima decẽuiroꝝ in uulgus fama ẽ. Seqtur aliud in urbe nefas ab libidine ortum:haud minus fœdo euentu:q̃ quod per stuprum cædemq; Lucretiæ urbe regnoq; Tarquinios expulerat:ut nõ finis solum idem decẽuiris:qui regibus: sed cã etiã eadẽ ĩperii amittẽdi esset. Ap.Claudiũ uirginis plæbeiæ stuprandæ libido cepit. pater uirginis.L. Virginius honestũ ordinem in Algido ducebat:uir exẽpli recti militiæ domiq;: perinde uxor instituta fuerat: liberiq; instituebantur. Desponderat filiam.L.Icilio tribunitio uiro acri:& pro cã plebis expertæ uirtutis. hanc uirginem: adultam formã excellentẽ:Appius amore amens pretio ac spe pellicere adortus: posteaquã oĩa pudore septa animaduerterat:ad crudelem:superbamq; uim animum conuertit. Marco Claudio clienti negotium dedit:ut uirginem in seruitutẽ assereret:neq; cederet:secundum libertatem postulãtibus uindicias:quod pater puellæ abesset locũ iniuriæ esse ratus.Virgini uenienti ĩ forũ(ibi nãq; in tabernis literaꝝ ludi erant)minister decẽuiri libidinis manũ iniecit:serua sua natã,seruãq; appellans seq iubebat, cunctãtem ui abstracturũ.Pauida puella stupente:ad clamorem nutricis fidem quiritium ĩplorantis fit concursus.Virgini patris sponsiq; Icilii populare nomen celebratur: notos gratia eoꝝ:turbã indigni tas rei uirgini cõciliat.Iã a ui tuta erat:cũ assertor nihil opus esse multitudine concitata ait: se iure grassari non ui:uocat puellã in ius auctoribus:qui aderãt:ut sequeretur:ad tribunal Appii peruentũ ẽ:nota iudici fabulam petitor:qppe apud ipsum auctorem argumẽti:peragit:puellã domi suæ natã: furtoq; inde translatã in domũ Virginii:suppositam ei esse:id se indicio cõpertum afferre: probaturumq; uel ipso uirginio iudice:ad quẽ maior pars iniuriæ eius pertineat:interim dominũ sequi ancillã æquũ esse.Aduocati puellæ cũ Virginiũ reip.causa abesse dixissent:biduo affuturũ.si nũciatũ ei sit: iniquum esse.Aduocati puellæ cũ Virginiũ reip.causa abesse dixissent:biduo affuturũ.si nũciatũ ei sit: iniquum esse absentem de liberis dimicare:postulant:ut rem integrã in patris aduẽtũ differat: lege ab ipso lata uindicias det secũdũ libertatem:neu patiatur uirginem adultam famæ prius:quam libertatis periculum adire.Appius decreto præfatus:quam libertati fauerit:eã ipsam legem declarare:q̃ Virginii amici postulationi suæ prætendãt:ceteꝝ ita in ea libertatis fore præsidium:si nec causis:nec personis uariet. in his.n.q asserãtur in libertatẽ,quia:quiuis lege agere possit:id iuris esse.In ea:quæ ĩ patris manu:sit neminẽ esse alium:cui dominus possessione cedat:placere itaq; patrẽ accersiri:iterea iuris sui iacturam

Xuri impii administrati onẽ iter se cõparant

Aduersæ utraq; ꝓui cia ro.res

Siccii cædes

Atꝛ temerariũ appii cõsiliũ ĩ uirginia stuprandа

assertorē nō facere: qn ducat puellā: sistendamq; ī aduentū eius: qui pater dicatur: promittat. Aduersus iniuriā decreti cū multi magis fremerēt: q̄ quisquā unus audaret. P. Numitorius puellæ auunculus: & sponsus Icilius interueniūt: dataq; iter turbam uia. cū multitudo Icilii maxime iteruētu resisti posse Appio crederet: lictor decresse ait: uociferantēq; Iciliū summouet. Placidū quoq; ingeniū tā atrox iniuria accēdisset: ferro tibi hinc summouēdus sum Appi: inqt: ut tacitū feras: qd celari uis: uirginē ego hāc sum ducturus nuptā pudicā habiturus: proinde oēs collegaq; quoq; lictores cōuoca: expediri uirgas & secures iube: nō manebit extra domū patris sponsa Icilii. Nō si tribunitium auxiliū & ꝓuocationē plebi romanæ: duas arces libertatis tuendæ ademiltis: ideo ī liberos quoq; nostros cōiugisq; regnū uestræ libidini datū est. scæuite in tergū & in ceruices nostras: pudicitia saltē in tuto sit, Huc si uis afferetur: ego ꝑsentiū q̄ritū pro sponsa: Virginius militiū ꝓ unica filia oēs deoq; hominūq; iplorabimus fidē: neq; tu istud unq̄ decretū sine cæde nostra referes. postulo Appi etiā atq; cōsideres: quo ꝓgrediare: Virginius uiderit de filia: ubi uenerit: qd agat: hoc tantū sciat: si ipse huius uindiciis cesserit: conditionē filiæ quærendā esse: me uindicantē sponsam in libertatē uita citius deseret: q̄ fides: Cōcitata multitudo erat: certamēq; istare uidebat. lictores Icilium circūsteterant: nec ultra minas tamen ꝓcessum ē: cū Appius uirginē nō defendi ab Icilio sed inquietū hoiem & ad tribunatū etiā nūc spirantē locū seditionis quærere diceret: nō præbiturū se illi eo die materiā: sed ut iā sciret nō id petulātiæ suæ: sed Virginio absenti & patrio nomini & libertati datū: ius eo die se nō dicturum: neq; decretū interpositurum: a. M. Claudio petituq;: ut decederet iure suo: uindicariq; puellā in posterū diē pateret. quod nisi pater postero die affuisset: denunciare se Icilio similibusq; Icilii: neq; legi suæ latorem: neq; decemuiro constātiā defore: nec se utiq; collegaq; lictores cōuocaturū ad coercendos seditionis auctores: cōtentum se suis lictoribus fore Cū dilatum tempus iniuriæ esset: secessissent aduocati puellæ: placuit omniū primum fratrem Icilii: filiumq; Numitorii impigros iuuenes pergere inde recta ad portam: & quantum accelerari posset Virginium acciri e castris. in eo uerti puellæ salutem: si postero die uindex iniuriæ ad tps præsto esset. Iussi pergunt: citatisq; equis nunciū ad patrem perferunt. Cum instaret assertor Puellæ: ut uindicaret: spondesq; daret: atq; idipsum agi diceret Icilius: sedulo tempus terens dū præriperent iter nūcii missi in castra: manus tollere undiq; multitudo. & se quisq; paratū ad spondendum Icilio ostēdere atq; ille lachrymabūdus gratū ē: inqt: crastino die uestra opa utar: sponsoq; nūc satis ē. Ita uindicatur Virginia spondē tibus ꝓpinqs. Appius paulisp moratus ne eius cā sedisse uideret: posteaq̄ omissis rebus aliis præcurauit unus nemo eū adibat domū se recepit: collegisq; ī castra scribit: ne Virginio cōmeatū dēt: atq ēt ī custodia habeant. Improbū cōsiliū serū: ut debuit: fuit: & iam cōmeatu sumpto ꝓfectus Virginius prima uigilia erat: cū postero die mane de retinēdo eo neqcq̄ litteræ reddūt. At ī urbe prima luce cū ciuitas ī foro expectatione erecta staret: Virginius sordidatus filiā secum obsoleta uestē: comitātibus aliquot matronis: cū igēti aduocatiōe ī foꝝ adducit: circuire ibi: & ꝓhēsare hoīes cepit: & non orare solum ꝓcariam opē: sed ꝓ debita petere: se ꝓ liberis eorū ac cōiugibus quottidie ī acie stare: nec aliū uiꝝ esse: cuius strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent. quid ꝓdesse: si ī columi urbe: quæ capta ultima timeantur: liberis suis sint patienda? Hæc ꝓpe cōcionabūdus circuibat hoīes. Similia his ab Icilio iactabantur. comitatus muliebris plus tacito fletu: q̄ ulla uox mouebat. Aduersus quæ oīa obstinato aīo Appius (tanta uis amētiæ uerius q̄ amoris mētē turbauerat) ī tribunal ascēdit: & ultro querente pauca petitore: qd ius sibi pridie p ambitionē dictū nō eēt: priusq̄ ille postulatū pageret: aut Virginio respondendi daret. locus: Appius iterfat. Quē decreto sermonē ꝓtenderit. forsan aliquē ucrū auctores antiq tradiderint: qa nusq̄ ullū ī tāta fœditate decreti ueriſimilē iuenio: id: qd cōstat: nudū uī ꝓponēdum. decreuisse uindicias scdm seruitutē. Primo stupor oēs admiratione rei atrocis defixit. Silētiū ide aliquandiu tenuit. deide cū. M. Claudius circūstātibus matronis iret ad cōprehēdēdā uirginem: lamētabiliſq; eoꝝ mulieꝝ cōploratio excepisset: Virginius intentās in Appiū manus: Icilio: iquit: Appii nō tibi filiā despōdi: & ad nuptias nō ad stuprū educaui. placet pecudū ferarūq; ritu ꝓmiscue in concubitus ruere? passuri ne hoc isti sint: nescio: non spero esse passuros illos: qui arma habēt. Cū repelleret assertor uirginis a globo mulieꝝ circūstātiūq; aduocatoꝝ: silentiū factū per præconē. Decēuit: alienato ad libidinē aīo: negat hesterno tantū conuicio Icilii: uiolentiaq; Virginii cuius testē romanū populum habeat: sed certis quoq; indiciis cōpertum se habere: nocte tota cœtus ī urbe factos esse admonēdā solitudine: itaq; se haud inscīū eius dimicationis cū armatis descēdisse: nō ut quēquā qetum uiolaret: sed ut turbantes ciuitatis otiū ꝓ maiestate īperii coherceret: ꝓinde qui es erit melius: inquit lictor sūmoue turbā: & da uiā domino ad ꝓhendendum mancipium.



CVM HAEC INTONVISSET PLENVS iræ: multitudo ipsa se sua sponte domuit: desertaq;

præda iniuriæ puella ſtabat. Tum Virginius: ubi nihil uſq; auxilii uidit: quæſo inquit: Appi primum ignoſce patrio dolori: ſiquid iclæmẽtius in te ſum iuectus: deinde ſinas hic corã uirgine nutricẽ percũctari. quid hoc rei ſit: ut ſi falſo pater dictus ſum æquiore hinc aĩo diſcedã: data uenia ſeducit filiã ac nutricẽ ꝓpe cloacinam ad tabernas: qbus nũc nouis eſt nomẽ: atq; ibi ab lanio cultro arrepto: hoc te uno quo poſſum: ait mõ filia in libertatẽ uindico: pectus deinde puellæ trãſigit: reſpectanſq; ad tribunal: te iquit: Appi: tuumq; caput ſanguine hoc cõſecro. Clamore ad tã atrox facinus orto: excitus appius cõpræhẽdi Virginiũ iubet: ille ferro: quacũq; ibat: uiam facere: donec multitudine ẽt ꝓſequentiũ iuuenũ tuente ad portã perrexit. Icilius Numitoriuſq; exangue corpus ſublatũ oſtentãt populo: ſcelus Appii: puellæ infelicẽ formã: neceſſitatẽ patris deplorãt. ſequẽtes clamitãt matronæ: eã ne liberoꝝ ꝓcreandorũ conditionẽ: ea pudicitiæ ꝑmia eſſe: cæteraq; quæ in tali re muliebris dolor: quo ẽ mœſtior ibecillo aĩo: eo miſerabilia magis querentibus ſubiicit. Viroꝝ & maxime Icilii uox tota tribunitiæ ptãtis: ac ꝓuocatiõis ad populũ ereptæ publicarũq; indignationũ erat. Cõcitat multitudo ptim atrocitate ſceleris ptim ſpe per occaſionẽ repetẽdæ libertatis. Appius nũc uocari Iciliũ nũc retractãtẽ arripi: poſtremo cũ locus adeũdi apparitoribus nõ daret: ipſe cũ agmine patritioꝝ iuuenũ per turbã uadẽs in uĩcula duci iubet. Iã circa Iciliũ non ſolũ multitudo: ſed duces quoq; multitudinis erãt. L. Valerius. M. Horatius: q repulſo lictore ſi iure agerẽt. uindicare ſe a priuato Iciliũ aiebãt: ſi uim afferre conarent: ibi quoq; ſe haud ĩpares fore. Hinc atrox rixa oritur Valeriũ. Horatiũq; lictor decẽuiri ĩuadit frãgũt ĩ multitudĩe faſces. In cõcionẽ Appius aſcẽdit: ſequũt Horatius Valeriuſq; eos cõcio audit: decẽuiro obſtrepit. Iã ꝓiperio Valerius diſcedere a priuato lictores iubebat: cũ fractis aĩs Appius uitæ metuẽs ĩ domũ ſe ꝓpinq; foro iſciis aduerſariis: capite obuoluto recepit. Sp. Oppius: ut auxilio collegæ eẽt ĩ foꝝ ex altera pte irrũpit: uidet ĩpiũ ui uictũ. Agitatus deĩde cõſiliis: atq; ex oĩ pte aſſentiẽdo multis auctoribus trepidus: ſenatũ poſtrẽo uocari iuſſit. ea res qd magnæ pti patrũ diſplicere acta decẽuiroꝝ uidebãt: ſpe p ſenatũ finiendæ ptãtis eius: multitudinẽ ſedauit. Senatus nec plebẽ irritãdũ cẽſuit: multo magis, uidẽdum: ne qd Virginii aduẽtus in exercitu motus faceret: itaq; miſſi nũiores patrũ ĩ caſtra: quæ tũ ĩ mõte Vecilio erãt nũciãt decẽuiris: ut oĩ ope ab ſeditiõe milites cõtineãt. ubi Virginius maiorẽ: q̃ reliquerat ĩ urbe motũ exciuit: Nã ꝓterq; qd agmine ꝓpe quadrigẽtoꝝ hoĩum ueniẽs: q ab urbe ĩdignitate rei accẽſi comites ei ſe dederãt: cõſpectus eſt: ſtrictũ etiã telũ: reſpſuſq; ipſe cruore. tota in ſe caſtra cõuertit: & togæ multi fariã ĩ caſtris uiſæ maioris aliquãto: q̃ erat: ſpeciẽ urbanæ multitudinis fecerãt. Quærẽtibus qd rei eẽt: flẽs diu uocẽ nõ emiſit. tãdẽ ut iã ex trepidatione cõcurrẽtiũ turba cõſtitit: ac ſilẽtiũ fuit: ordine cuncta: ut geſta erãt: expoſuit ſupinas deinde tẽdẽs mãus cõmilitones appellãs orabat: ne qd ſcelus. Ap. Claudii eſſet: ſibi attribuerent: neu ſe ut parricidã libeꝝ auerſarẽt: ſibi uitã filiæ ſuæ carioꝝ fuiſſe ſi libere ac pudice uiuere licitũ fuiſſet. cũ uelut ſeruã ad ſtuprũ rapi uideret: morte amitti melius ratũ: q̃ cõtumelia liberos. Miſericordia ſe in ſpeciẽ crudelitatis lapſum: nec ſupſtitẽ filiæ futuꝝ fuiſſe: niſi ſpẽ ulciſcendæ mortis eius in auxilio cõmilitonũ habuiſſet. illis quoq; filias ſorores cõiuges eſſe: nec cũ filia ſua libidinem. Ap. Claudii extinctã eſſe: ſed quo ĩ punitior ſit: eo effrenatiorẽ fore. aliena calamitate documentũ datũ illis cauẽdæ ſimilis iniuriæ. qd ad ſe attineat uxorẽ ſibi fato raptã: filiã: qa nõ ultra uictura pudica fuerit: miſera: ſed honeſta morte occubuiſſe. nõ eſſe iã Appii libidini locũ in domo ſua: ab alia uiolẽtia eius eodẽ ſe aĩo corpus uindicaturꝝ: quo uindicauerit filiæ: cæteri ſibi: ac liberis ſui conſulerẽt. Hæc Virginio uociferẽti ſuccla mabat multitudo. nec illius dolori: nec ſuæ libertati ſe defuturos. Et ĩmixti turbæ militũ togati: cũ eadem illa quærendo docẽdoq; quanto uiſa q̃ audita indigniora poterint uideri ſimul ꝓfligatam rem iã nunciãdo Romæ eſſe ĩſecutoſq; qui Appiũ ꝓpe ĩteremptũ in exiliũ abiſſe dicerẽt perpulerũt: ut ad arma conclamaret: uellerentq; ſigna: & Romã ꝓficiſcerent. Decẽuiri ſimul iis: q̃ uidebãt: iiſq; quæ acta Romæ audierant pturbati: alius in aliã partẽ caſtroꝝ ad ſedãdos motus diſcurrit: & leniter agẽtibus reſpõſum nõ reddit: imperiũ ſi quis ĩhiberet: & uiros: & armatos ſe eẽ reſpõderet: Eunt agmine ad urbẽ: & auentinũ inſidũt: ut quiſq; occurrerat plebẽ ad repetendã libertatẽ: creãdoſq; tribunos plebis adhortantes. nulla alia uox uiolenta audita eſt. Senatũ: Sp. Oppius habet: nihil placet aſpere agi: quippe ab ipſis datũ locũ ſeditionis eẽ. Mittũtur tres legati cõſulares. G. Iulius. P. Sulpicius. Sp. Tarpeius: qui quærerẽt ſenatus uerbis cuius iuſſu caſtra deſeruiſſent: aut pd ſibi uellẽt: qui armati auentinũ obſediſſent: bellocq; auerſo ab hoſtibus patriam ſuã cepiſſent. Nõ defuit: qd reſpõderet: deerat: qui daret reſpõſum: nullo dum certo duce nec ſatis audẽtibus ſingulis inuidiæ ſe offerre: id mõ a multitudine cõclamatũ eſt ut. L. Valeriũ: & M. Horatiũ ad ſe mitterent his ſe daturos reſponſũ. Dimiſſis legatis admonet milites Virginius: in re nõ maxima paulo ante trepidatũ eſſe: qa ſine capite multi tũdo fuerit: reſpõſumq; quãq; nõ inutiliter: fortuito tamẽ magis cõſenſu: q̃ cõi cõſilio eſſe placere decẽ creari qui ſũmæ rei præeſſent: militariq; honore tribunos militũ appellare. Cũ ad eũ ipm primũ his honos deferret: melioribus meis ueſtriſq; rebus reſeruate: iquit: iſta de me iudicia: nec mihi filiam in uita honorẽ ullum iucundũ eſſe patit: nec ĩ pturbata re eos utile eſt præeſſe uobis: qui ꝓximi iuidiæ ſint ſiquis uſus mei: eſt nihilo minor ex priuato capiet. Ita decẽ numero tribunos militares creant. Neq; in Sabinis quieuit exercitus: ibi quoq; auctore Icilio: Numitorioq; ſeceſſio a decẽuiris facta eſt: nõ minore motu aĩoꝝ Siccii cædis memoria renouata: q̃ qui noua fama de uirginia adeo fœde ad libidinẽ petita acciderat Icilius ubi audiuit tribunos militũ in auẽtino creatos: ne comitioꝝ militariũ prærogatiuã

Transfigit Verginius filiam

Eiicitur foro appius

Atq; Vergi nii cõcionẽ in caſtris

ſeceſſio mi litũ a. X. uiris

Auentinũ milites occupant

Seceſſio in ſabiniſa. x. uiris reie ctio

urbana comitia iisdē tribunis plebis creādis sequerent: pitus rex populariū: iminēsq; potestati & ipse priusq; iret ad urbē. pari ptāte cūdē numero ab suis creādū curat. Porta collina urbē itrauere sub signis mediaq; urbe agmine i auentinū pergūt. ibi cōiūcti alteri exercitui. xx. tribūis militū negotiū dederūt: ut ex suo nūero duos crearent: qui sūmæ rei præesset. M. Oppiū. Sex. Maniliū creāt. patres solliciti de summa rei: cū senatus quottidie eēt: iurgiis sæpius terunt tps: q; consiliis. Siccii cædes decēuiris & Appiana libido: & dedecora militiæ obiiciebant: placebat Valeriū: Horatiūq; ire i auētinū. illi negabant se aliter ituros: q; si decēuiri deponerent insignia magistratus eius: quo anno iā ante abissent: Decēuiri q; rente se in ordinē cogi: nō ante quā perlatis legibus: quas cā creati eēnt: deposituros imperiū se aiebāt Per Marcū Duilliū: qui tribunus plebis fuerat certior facta plebs: cōtentionibus assiduis nihil trāsigi in sacrū montē ex auentino transit: affirmāte Duillio: nō: priusq; deseri urbē uideāt curā i aios patrum descensurā: admonitus sacrū montē constantiæ plebis: scituros qd sine restituta potestate redigi i cōcordiā res nequeant. Via nomētana: cui tū ficulensi nomē fuit: profecti: castra in monte sacro locauere: modestiam patrū suoq; nihil uiolādo imitati. Secuta exercitū plebs: nullo: qui per ætatem ire posset: re tractāte: psequūtur cōiuges liberiq; cuinam se relinquerēt i ea urbe: i qua nec pudicitia: nec libertas sācta esset: miserabiliter rogitātes: Cū uasta oīa Romæ insueta solitudo feciſſet i foro præter paucos seni orū nemo esset: uocatis utiq; in senatū patribus: cū desertū apparuissent fori: pluresq; iam: q; Horatius: & Valerius: uociferabant: quid expectabitis patres cō. si: decēuiri finē pertinaciæ nō faciūt: ruere & deflagrare oīa passuri estis? Quod aūt istud imperiū est decēuiri: quod amplexi tenetis: tectis ac parietibus iura dicturi estis? nō pudet lictoris uestroq; maiorem ppe numero in foro cōspici. q; togatoq; aliorumq;? Quid si hostes ad urbē ueniāt: facturi estis? quid si plebs mox ubi pax secessione moueamur: armata ueniat? occasu ne urbis uultis finire imperiū? atqui aut plebs nō est habēda: aut habēdi sūt tribuni plebis nos citius caruerimus patritiis magistratibus: q; illi plebeiis nouā inexpertā eā ptātē eripuere patribus nostris: ne nō dulcedine semel capti ferant desideriū? cū præsertim nec nos tēperemus iperiis quo minus illi auxilii egeāt. Cū hæc ex oī parte iactarent: uicti cōsensu decēuiri: futuros se: quādo ita uideatur. i potestate patrū affirmāt: id mō simul orant ac monēt: ut ipsis ab inuidia caueat: ne suo sanguine ad supplicia patrū plebē assuefaciāt. Tū Valerius: Horatiusq; missi ad plebem cōditionibus: quibus uideret: reuocandā cōponēdasq; res: decēuiris quoq; ab ira & ipetu multitudinis præcauere iubēt. Profecti gaudio ingēti plebis accipiunt in castra: quippe liberatores haud dubie: & motus initio: & exitu reii: ob hæc iis adueniētibus gratiæ actæ. Icilius, p multitudine uerba facit: idē cū de cōditionibus agitaret: querētibus legatis: quæ postulata plebis eēnt: cōposito iā ante aduentū legatoq; cōsilio. ea postulauit: ut appareret in æquitate rei: pluſq; in armis reponi spei: ptātem. n. tribunitiā: uocationēq; repetebāt: quæ ante decēuiros creatos auxilia plebis fuerāt: & necui fraudi eēt cōcisse milites: aut plebē ad repetendā p secessionē libertatē. De decēuiroq; mō supplicio atrox postulatū fuit: dedi qppe eos equū censebāt: uiuosq; igni crematuros minabant. Legati ad ea: quæ cōsilii fuerunt: adeo æqua postulastis: ut ultro deferēda fuerint: libertati. n. ea p̄sidia petitis: nō licētiæ ad ipugnandū alios. iræ uestræ magis ignoscendū: q; idulgēdū est: quippe qui crudelitatis odio in crudelitatē ruitis: & prius pene: q; ipsi liberi sitis: dominari iā in aduersarios uultis. Nunquā ne quiesset ciuitas nostra a suppliciis: aut patrū i plebē romanā: aut plebis in patres? Scuto magis uobis: q; gladio opus est. satis superq; humilis ē: qui iure æquo in ciuitate uiuit: nec inferendo iniuriam: nec patiendo etiam: si quando metuendos uos præbiturus estis: cum recuperatis magistratibus legibusq; uestris: iudicia penes uos erūt: de capite nostro fortunisq; tūc: ut quæq; cā erit. statuetis. nūc libertatem repeti satis est. Facerēt: ut uellēt pmittētibus cunctis: mox redituros se legati rebus perfectis affirmāt. Profecti cū mādata plebis patribus exposuissent alii decēuiri quādo quidē præter spem ipsoq; supplicii sui nulla mentio fieret: haud quicquā abnuere. Appius truci ingenio & inuidia p̄cipua: odiū in se alioq; suo i eos metiens odio: haud ignaro: iquit: imminet fortuna: uideo: donec arma aduersariis tradant differri aduersus nos certamē: dādus iuidiæ ē sanguis. nihil ne ego quidē moror: quo minus decēuiratu abeā. Factum senatusconsultū ut decēuri se primo quoq; tpe magistratu abdicarēt: & necui fraudi eēt secessio militum plebisq;: His senatusconsultis pfectis: dimisso senatu: decēuiri, pdeūt in cōcionē: abdicātq; se magistratu igēti hoium lætitia. Nūciantur hæc plebi p legatos: quicquid in urbe hoium superat: pseqtur: huic multitudini læta alia turba ex castris occurrit: gratulant libertatē cōcordiāq; ciuitati restitutā. Legati, p concione: qd bonū fœlix faustūq; sit uobis: reiq; publicæ: redite in patriā ad penates coniuges liberosq; uestros. sed qua hic modestia fuistis ubi nullus ager in tot usu rei necessario tātæ multitudini ē uiolatus: eā modestiā ferte i urbē in Auētinū ite: unde, pfecti estis: ibi fœlici loco: ubi p̄ria initia ichoastis: libertatis uestræ tribunos plebis creabitis: p̄sto erit pōtifex maximus: q comitia habeat. Ingēs assensus alacritasq; cūcta approbātiū fuit. cōuellūt inde signa: pfectiq; Romā certāt cū obuiis gaudio: armati p urbē silētio i auētinū pueniūt. ibi extēplo: pōtifice comitia habēte tribunos plebis creauerunt primū oīum. A. Virginiū: inde. L. Iciliū: &. P. Numitoriū auunculū Virginiæ auctores secessionis: tū. C. Siciniū, pgeniē eius: quem primū tribunū plebis creatū in sacro mōte, pditū memoriæ ē: &. M. Duilliū: q; tribunatū insignē ante decēuiros creatos gesserat: nec i decēuiralibus certaminibus plebi defuerat: spe deīde magis. q; meritis electi M. Titinius. M. Pōponius. C. Apronius. Ap. Iulius. C. Oppius. Tribunato inito. Icilius extēplo plebē

Plebs in sacrū montē secedit

X. uiri i ordinē se redigunt

Plebis postulata

X. uiri se in ordinem redigunt

Noui Tribuni plebis.

rogauit:& plebs sciuit.necui fraudi eēt seceſſio a decēuiris facta:cōfeſtim de cōsulibus creādis cum ꝓ-
uocatiōe.M.Duillius rogationē ptulit.ea oīa in pratis flaminii cōcilio plebis acta:quē nūc circū flami-
niū appellāt.Per iterregē deīde cōsules creati.L.Valerius:&.M.Horatius:q extēplo magiſtratū accepe
rūt quoꝝ cōsulatus popularis ſine ulla patrum iniuria nec ſine offenſiōe fuit quicqd.n.libertati plebis
caueret:id ſuis decedere opibus credebāt.Oīum primū:cū ueluti in cōtrouerſo iure eēt.teneret ne pa-
tres plebiſcitis:legē cēturiatis comitiis tulere:ut qđ tribuni plebis iuſſiſſent:populū teneret.qua lege
tribunitiis rogatiōibus tælū accerrimū datū eſt.Aliā deīde cōsularē legē de ꝓuocatiōe unicū præſidiū
libertatis decēuirali ptāte euerſam nō cōſtituūt mō:ſed ēt in poſteꝝ muniūt:ſanciēdo nouā legē: neqs
ullū magiſtratū ſine ꝓuocatiōe crearet:q creaſſet:eū ius faſq eēt occidi neue ea cædes capitali noxæ ha
beret.Et cū plebē hinc ꝓuocatione hinc tribunitio auxilio ſatis firmaſſent:ipſis quoq tribūis ut ſacro-
ſancti uiderent:cuius rei ꝓpe iā memoria aboleuerat:relatis quibuſdā ex magno ĩteruallo cerimoni-
is renouarūt:& cū religiōe inuiolatos eos tū lege ēt fecerūt:ſanciēdo ut q tribunis plebis: ædilibus:iu-
dicibus decēuiris nocuiſſet:eius caput Ioui ſacrū eēt:familia ad ædē Cereris liberi liberæq uenū irēt.
Hac lege iuris ĩterpretes negāt quēq ſacroſanctū eē:ſed eū:qui deoꝝ cuiquā nocuerit:id ſacrum ſanciri
Itaq ædilē prælēdi:duciq a maioribus magiſtratibus:qđ & ſi nō iure fiat:noceri.n.ei:cui hac lege nō
liceat:tamē argumentū ē:nō haberi ꝓ ſacroſancto ædilē.Tribunos uetere iureiurādo plebis: cū primū
eā poteſtatē creauit:ſacroſanctos eſſe.Fuerūt:qui ĩterprætarent eadē hac horatia lege cōſulibus quoq
& prætoribus.quia eiſdē auſpiciis:quibus cōſules crearent:cautū eſſe.Iudicē.n.cōſulē appellari: Quæ
refellitur ĩterpretatio:quod his tēporibus nondū conſulē iudicē:ſed prætorē appellari mos fuerit:Hæ
cōſulares leges fuere.Inſtitutū ēt ab iiſdē cōſulibus ut ſenatus cōſulta in ædē Cereris ad ædiles plebis
deferrētur:quæ ante arbitrio conſulū ſupprimebātur:nūciabāturq.M.Duillius deinde tribunus ple-
bis plebē rogauit:plebeſq ſciuit:qui plebē ſine tribunis reliquiſſet:quicq magiſtratū ſine ꝓuocatione
creaſſet:tergo ac capite puniret.Hæc oīa ut inuitis:ita nō aduerſantibus patritiis tranſacta:quia non-
dum in quēq unum ſcæuiebat.



FVNDATA DEINDE ET POTESTATE TRI
bunitia:& plebis libertate:tum tribuni aggredi ſin-
gulos tutum maturumq iam rati: accuſatorem pri-
mum Virginium:& Appium reum dſigunt.Cum
diem Appio Virginius dixiſſet: & Appius ſtipatus
patritiis iuuenibus in forum deſcendiſſet: redinte-
grata eſt extemplo omnis memoria fœdiſſimæ po-
teſtatis:cum ipſum ſatelliteſq eius uidiſſent: Tum
Virginius oratio:inquit:rebus dubiis inuenta eſt.
Itaq neq ego accuſando apud uos eum tēpus terrā
a cuius crudelitate uoſmetipſi armis uindicaſtis:nec
iſtum ad cætera ſcelera ĩpudentiam in defendendo
ſe adiicere patiar.omnium igitur tibi Ap. Claudii:
quæ impie nefarieq per biennium alia ſuper alia es
auſus:gratiam facio:unius tantum criminis.niſi te
uindices:ab libertate in ſeruitutē cōtra leges uindicias nō dediſſe:in uincula te duci iubeo.Neq ĩ tribu
nitio auxilio Appius:nec in iudicio populi ullā ſpem habebat:attamen & tribunos appellauit:& nul-
lo morāte arreptus a uiatore ꝓuoco:inquit.Audita uox una libertatis ex eo miſſa ore quo uindiciæ nu
per ab libertate dictæ erāt:ſilētiū fecit.Et dū pro ſe quiſq deos & nō negligere hūana fremūt:& ſupbie
crudelitatiq.& ſi feras:nō leues tñ uenire pœnas:ꝓuocare:qui prouocationē ſuſtuliſſet: & ĩplorare p-
ſidium populi:qui oīa iura populi obtriuiſſet:rapiq ĩ uincula egentē iure libertatis:qui libeꝝ corpus
in ſeruitutē addixiſſet.Ipſius Appii ĩter conciōis murmur fidē populi romani iplorātis uox audiebat:
maiorum merita in remp.militiæq cōmemorabat:ſuum infelix erga plebem romanā ſtudiū coequā
daꝝ legū cauſa:cū maxima offenſiōe patrū cōſulatu abiſſet.ſuas leges:quibus manētibus:lator eaꝝ in
uincula ducat.Cæteꝝ ſua propria bona malaq cū cauſæ dicēdæ data facultas ſit.tum ſe expturum: in
præſentia ſe cōmuni iure ciuitatis ciuem romanū dicta die poſtulare:ut dicere liceat:ut iudicium po.
romani experiri.nō ita ſe inuidiam pertimuiſſe:ut nihil in æquitate:& miſericordia ciuium ſuoꝝ ſpei
habeat.Quod ſi in dicta cauſa in uincula ducat:iteꝝ ſe tribunos plebis appellare:& monere ne imitē-
tur:quos oderint.Quod ſi tribuni eodē fœdere obligatos ſe fateant:tollendæ appellatiōis cā: in quā
conſpiraſſe decēuiros criminati ſint:ait ſe prouocare ad populum:ĩplorare leges de ꝓuocatione & cō
ſulares & tribunitias eo ipſo anno latas.Quē.n.prouocaturū:ſi hoc indemnato in dicta cauſa non lice
at:cui plebeio & humili præſidium in legibus fore:ſi Appi.Claudio non ſit:ſe documento futurum
utrum nouis legibus dominatio:an libertas firmata ſit & appellatio prouocatioq aduerſus iniuriam
magiſtratuū oſtentata tantū inanibus litteris:an uere data ſit.Cōtra ea Virginius:unū.Ap.Claudiū &
legum expertē:& ciuilis & humani fœderis eſſe aiebat.reſpicerent tribunal hoīes caſtellū oīum ſceleꝝ
ubi decēuir ille perpetuus bonis tergo:ſanguini ciuiū infeſtus:uirgas ſecureſq oībus minitans: deo-

L.Valeriuſ cōſulatus, M.Horatius cum ꝓuocatione

Decretū plebiſcitis temeritam patres

Tribuni ſacro ſancti

Ecce quo pacto magiſtratuū ſanctitas Sāciebatur Prætor oli conſul.

Virginiꝰ Appio dicē dixit

Appiꝰ implorat auxiliū ꝓpt

Atē Appii Claudii ꝓuocationē

rum hoīumq; cōtemptor.carnificibus nō lictoribus ſtipatus:iam ab rapinis:& cædibus animo ad libi dinem uerſo:uirginem ingenuam in oculis populi romani:uelut bello captā:a complexu patris abre ptam:miniſtro cubiculi ſui cliēti dono dederit.ubi crudeli iudicio nefādiſq; uindiciis dextram patris in filiam armauerit.ubi tollentis corpus ſemianime uirginis ſponſum auūculūq; in carcerē duci iuſſe rit:ſtupro interpellato magis:q̄ cæde motus:& illi carcerem ædificatum eſſe:qd' domicilium plebis ro manæ uocare ſit ſolitus.Proinde ut ille itez ac ſæpius ,puocet:ſic ſe itez ac ſæpius iudicem illi ferre:ne uindicias in ſeruitutē ab libertate dederit:ſi ad iudicē nō eat:,p dānato ī uincula duci iubere. Vt haud quoquā īprobāte:ſic magno motu aīoz:cū tāti uiri ſupplicio ſua & plebi iam nimia libertas uideret' in carcerē eſt cōiectus.tribunus ei diem p̄dixit.Inter hæc a latinis & hernicis legati gratulatū de cōcordia patrū:ac Plebis:Romā uenerunt:donūq; ob eā Ioui optimo maximo coronā aureā in capitolio tulere parui p̄deris:,p ut res haud opulentæ erāt:colebāturq; religiões pie magis:q̄ magnifice. Iſdē auctori bus cognitū equos uolſcoſq; ſumma ui bellū apparare.Itaq; partiri ,puncias cōſules iuſſi:Horatio Sa bini:Valerio Equi uenere.Cū ad ea bella delectū edixiſſent:fauore plebis nō iuniores mō:ſed ēt eme ritis ſtipēdiis pars magna uolūtarioz ad noīa dāda præſto fuere:eoq; nō copia mō: ſed genere etiam militum ueteranis admixtis firmior exercitus fuit:Priuſq̄ urbē egrederent':leges decēuirales:qbus ta bulis duodecim ē nomē:in æs īciſas ī publico ,pposuerūt.Sunt q iuſſu tribunoz ædiles functos eo mi niſterio ſcribant.C.Claudius:qui peroſus decēuiroz ſcelera:& ante oīs fratris filii ſupbiæ īfeſtus.Re gillū antiq̄ ī patriam ſe cōtulerat.Is magno iā natu cū ad picula eius deprecāda rediſſet:cuius uitia fu gerat:ſordidatus cū gētilibus clientibuſq; ī foro præhēſabat:ſingulos orabatq; ne claudiæ genti eam inuſtam maculā uelleut:ut carcere & uinculis uiderent' digni:uiz honoratiſſimæ imaginis:futuz ad poſteros legū latorem:cōditoremq; romani iuris iacere uinctū inter fures nocturnos ac latrones.auer terent ab ira parūper ad cognitionē cogitationēq; aīos:& potius unū tot Claudiis deprecātibus cōdo narent:q̄ propter unius odiū multoz preces aſpernarentur:ſe quoq; id generi ac nomini dare: nec cū eo in gratiā rediſſe:cuius aduerſæ fortunæ uelut ſuccurſum:uirtute libertatē recupatam eſſe:clæmen tia concordiā ordinū ſtabiliri poſſe.Erāt:quos moueret magis ſua pietate:q̄ eius:pro quo agebat:cau ſa:ſed Virginius ut ſui potius miſererentur:orabat:filiæq;:nec gentis claudiæ regnum. in plebe ſorti tæ:ſed neceſſarioz Virginiæ trium tribunoz preces audirēt:qui ad auxilium plebis creati ipſi plebis fidem atq; auxilium implorarent.Iuſtiores hæ lachrymæ uidebant'.Itaq; ſpe inciſa:priuſquā prædicta dies adeſſet:Appius ſibi mortem cōſciuit.Subinde arreptus.P.Numitorio.Sp.Oppius inuidiæ ,pximus:quod in urbe fuerat:cū iniuſtæ uindiciæ a collega dicerentur.plus tamen facta iniuria Oppio:q̄ nō ,phibita inuidiæ fecit:teſtis,pductus qui.vii.&.xx.enumeratis ſtipēdiis:octies extra ordinem dona tus:donaq; ea gerens in cōſpectu populi:ſciſſaq; ueſte tergum laceratū uirgis oſtēdit:nihilū deprecās quin:ſi quā ſuam noxā reus dicere poſſet:priuatus in ſe itez ſcæuiret.Oppius quoq; ductus in uincu la eſt & ante iudicii diem finem ibi uitæ fecit.bona Claudio Oppiiq; tribuni publicauere collegæ eoz exilii cauſa ſolū uerterūt:bona publicata ſūt:&.M.Claudius aſſertor Virginiæ die dicta dānatus:ipſo remittēte Virginio ultimā pœnā:dimiſſus Tybur exulatum abiit:maneſq; Virginiæ mortuæ:q̄ uiuæ feliciores:per tot pœnas uagati:nullo relicto ſonte:tandē quieuerunt:Ingens metus inceſſerat patres uultuſq; iam inde tribunoz erant:qui decēuiroz fuerāt:cū.M.Duillius tribunus plebiſ inhibito ſalu briter mō nimiæ ptātis.Et libertatis:īquit:noſtræ:& pœnaz ex inimicis ſatis ē:itaq; hoc anno nec diē dici cuiquā:nec in uincula duci quēq̄ ſum paſſurus:nā neq; uetera peccata repeti iā oblitterata placet cū ēt noua expiata ſint decēuiroz ſupplicijs:& nihil admiſſum iri:qd' uim tribunitiam deſideret:ſpon det ppetua conſulū amboz ī libertate ueſtra tuēda cura.Ea primū moderatio tribuni metū p̄ſit:eadēq; auxit conſulū inuidiā:qd' adeo toti plebis fuiſſet:ut patrū ſalutis :libertatiſq; prior plebeio magiſtratui:q̄ patritio cura fuiſſet.& ante inimicos ſatietas pœnarum ſuarum cepiſſet:q̄ obuiam itu ros licentiæ eorum conſules appareret.Multiq; erāt:qui melius conſultum dicerent.quod legum ab iis lataz patres auctores fuiſſent:neq; erat dubium:quin:turbato reipublicæ ſtatu: tēpori ſuceubuiſ ſent. Conſules rebus urbanis cōpoſitis:fundatoq; plebis ſtatu:in prouincias diuerſi abiere.Valerius aduerſus coniunctos iā in Algido exercituſ Equoz.Volſcorumq; ſuſtinuit cōſilio bellū.Quod ſi exté plo rē fortunæ cōmiſiſſet:haud ſcio:an qui tū animi ab decēuiroz infelicibus auſpicijs romanis hoſti buſq; erant:magno detrimēto certamē ſtatuz fuerit.Caſtris mille paſſuum ab hoſte poſitis:copias cō tinebat.hoſtes mediū inter bina caſtra ſpatiū acie iſtructa.cōplebāt:,puocātibuſq; ad prælia reſpōſum romanus nemo reddebat.Tandē fatigati ſtando:ac nequicquā expectādo certamē: Equi Volſciq; po ſteaq̄ conceſſum ,ppe modū de uictoria credebāt:pars in hernicos:pars in latinos prædatū abeunt:re linqtur magis caſtris præſidiū:q̄ ſatis uiriū ad certamē.Quod ubi ſenſit cōſul.reddit illatum antea ter rorem:inſtructaq; acie ultro hoſtē laceſſit.ubi illi cōſcientia:quid abiſſet uirium : detractauere pugnā creuit extemplo romanis animus:& pro uictis habebant pauētes intra uallum:cū per totū diem ſtetiſ ſent intēti ad certamen:nocti ceſſere:& romani quidem pleni ſpei corpora curabāt.haud quaquā pari hoſtes animo:nuncios paſſim trepidi ad reuocādos prædatores dimittūt: recurritur ex ,pximis locis ulteriores non inuenti.Vbi illuxit:egreditur caſtris romanus uallum inuaſurus:ni copia pugnæ fie ret:& poſteaquā multa iam dies erat.neq; mouebatur quicquam ab hoſte : iubet ſigna inferri conſul

Appius Claudius in carcerē

Leges īæs inciſæ ī publico ,pp nūtur

Appius in carcere ſibi mortē cōſciuit

Oppius & ipſe ī carcere periit

M. Duillii Tri.Pl.pro nūciatio

Valerii cōſulis cōſilium

motaq; acie indignatio Equos & Volſcos inceſſit:ſi uictores exercitus uallũ potius:q̃ uirtus & arma te gerent.igitur & ipſi flagitatũ ab ducibus ſignũ pugnæ accepere.Iãq; pars egreſſa portis erat:deiceps alii ſeruabant ordinẽ in ſuum quiſq; locũ deſcendentes:cũ conſul romanus:priuſq̃ totis uiribus fulta conſtaret hoſtium acies:intulit ſigna:adortuſq; nec oẽs dum eductos:nec qui erãt:ſatis explicatis or dinibus.prope fluctuantẽ turbam trepidantiũ huc atq; illuc:circũſpectantiũq; ſe ac ſuos:addito turba tis mentibus clamore atq; impetu inuadit.Rettulere primo pedẽ hoſtes:deinde:cũ animos collegiſ ſent:& undiq; duces uictis:ne ceſſuri eſſent:increparẽt:reſtituitur pugna.Cõſul ex altera parte roma nos meminiſſe iubebat:illo die primũ liberos pro libera urbe romana pugnare:ſibimetipſis uicturos non ut decẽuiroꝝ uictores præmiũ eſſent:non Appio duce rẽ geri:ſed cõſule Valerio a liberatoribus populi romani orto:liberatore ipſo oſtenderent prioribus præliis per duces nõ per milites ſtetiſſe:ne uincerẽt.turpe eſſe contra ciues plus animi habuiſſe:q̃ contra hoſtes:& domi.q̃ foris ſeruitutẽ magis timuiſſe.Vnam Virginiã fuiſſe:cuius pudicitiæ in pace periculũ eſſet.Vnũ Appium ciuẽ periculoſe li bidinis:at ſi fortuna belli inclinet ab tot milibus hoſtium periculũ fore:Nolle ominari:quæ nec Jupi ter:nec Mars pater paſſuri ſint:iis auſpiciis cõditæ urbi accidere.Auẽtini ſacriq; mõtis admonebat:ut ibi libertas parta eſſet paucis ante mẽſibus:eo imperiũ illibatũ referrẽt:oſtenderẽtq; eandẽ indolẽ mi litibus romanis poſt exactos decẽuiros eſſe:quæ ante creatos fuerit:nec æquatis legibus ĩminutã uir tutem populi romani eſſe:Hæc ubi ĩter ſigna peditũ dicta dedit:aduolat deinde ad equites. Agite iu uenes:inqt:præſtate uirtute peditẽ:ut honore atq; ordine p̃ſtatis:primo concurſu pedes mouebit ho ſtẽ:pulſum uos ĩmiſſis equis exigite cãpo:nõ ſuſtinebũt impetũ:& nũc cũctãtur magis:q̃ reſiſtunt.Cõ citant equos:permittũtq; ĩ hoſtẽ pedeſtri iã turbatũ pugna:perruptis ordinibus elati ad nouiſſimã aci em:pars libero ſpatio circunuecti iam fugã undiq; capeſſentes pleroſq; a caſtris auertũt:præter eqtan teſq; abſterrent peditũ acies.& conſul ipſe uiſq; oĩs belli ferẽ in caſtra captiſq; cũ ingenti cæde maiore præda potiẽ.Huius pugnæ fama perlata nõ in urbẽ modo:ſed in Sabinos ad alteꝝ exercitum in urbe mõ læticia celebrata:eſt:in caſtris aĩos militũ ad æmulandũ decus accẽdit.

ualerii ſtra tagema

Præſtate uirtute peditem

Vincũtur hoſtes



IAM HORATIVS EOS EXCVRSIONIBVS ſufficiẽdo:præliiſq; leuibus experiundo:aſſuefece rat ſibi potius fidere:q̃ meminiſſe ignominiæ de cẽuiroꝝ ductu acceptæ:paruaq; certamina in ſum mã totius profecerãt ſpei.Nec ceſſabãt ſabini fero ces ab re priore anno bene geſta laceſſere atq; iſta re:rogitãtes quid latrocinii mõ procurſantes pau ci.recurrẽteſq; terrerẽt tẽpus?& ĩ multa prælia par uaq; caperẽt ſũmam unius belli?quin illi cõgrede rentur acie:inclinandãq; ſemel fortunæ rẽ darent? Ad id qđ ſua ſponte ſatis collectũ animoꝝ erat:in dignitate etiã romani accendebãtur:nam alteꝝ ex ercitũ uictorem in urbẽ redituꝝ:ſibi ultro per con tumelias hoſtem inſultare:quãdo autẽ ſe:ſi tũ non ſint:pares:hoſtibus fore? Vbi hæc fremere militẽ ĩcaſtris conſul ſenſit:cõcione aduocata:Quẽadmodũ:inquit:in Algido res geſta ſit:arbitror uos mi lites audiſſe:qualẽ liberi populi exercitũ decuit:eſſe talis fuit:conſilio collegæ uirtute militũ uictoria parta ẽ.Quod ad me attinet:id cõſilii animiq; habiturus ſum:qđ uos milites mihi effeceritis:& trahi bellũ ſalubriter & mature pfici põt:ſi trahendũ ẽ:ego:ut in ĩ dies ſpes uirtuſq; ueſtra creſcat:eadẽ: qua iſtitui diſciplina:efficiã:ſi ſatis animi ẽ:decerniq; placet:agite dũ clamorẽ:qualẽ ĩ acie ſublaturi eſtis tol lite hic indicẽ uolũtatis uirtutiſq; ueſtræ.Poſteaq̃ ingẽti alacritate clamor eſt ſublatus:qđ bene uertat geſtuꝝ ſe illis morẽ:poſteroq; die in aciẽ deductuꝝ affirmat:reliquũ dei apparãdis armis cõſumptũ ẽ. Poſtero die ſimul ac iſtrui romanã aciẽ uidere ſabini:& ipſi iãpridẽ auidi certaminis ꝓcedũt.Prælio it q̃le iter fidẽtes ſibimet ãbos exercitus:ueteris ꝓpetuæq; alteꝝ gloriæ:alteꝝ nup noua uictoria ellatũ Cõſilio ẽt ſabini uires adiuuere:nã cũ æquaſſẽt aciẽ:duo extra ordinẽ millia:q̃ in ſiniſtrũ cornu roma noꝝ ĩ ipſo certamine ĩpreſſionẽ facerẽt.tenuere.q̃ ubi illatis ex trãſuerſo ſignis degrauabãt,ꝓpe circũ uẽtũ cornu:eqtes duaꝝ legionũ ſexcẽti fere ex eqs deſiliũt: cedẽtibuſq; ſuis ,ꝓuolãt ĩ primũ:ſimulq; & hoſti ſe opponũt:& æq̃to primũ piculo pudore deĩde aĩos peditũ accendũt.uerecundiæ erat æqtẽ ſuo alienoq; marte pugnare:peditẽ ne ad pedes qdẽ digreſſo eqti parẽ eſſe.Vadunt igiẽ in p̃liũ ab ſua pte omiſſũ:& locũ ex quo exceſſerãt:repetũt:momẽtoq; nõ reſtituta mõ pugna:ſed inclinaẽt ẽt ſabinis cor nu eques ĩter ordines peditũ tectus ſe ad equos recipit.Trãſuolat inde in partẽ alterã ſuis uictoriæ nũ cius ſimul & ĩ hoſtes iã pauidos:qppe fuſo ſuæ partis ualidiore cornu impetũ facit.nõ alioꝝ eo prælio uirtus magis enituit.cõſul,puidere oĩa laudare fortes:ĩcrepare ſicubi ſegnior pugna eſſet.caſtigati for tiũ opera adebãt:tantũq; hos pudor:quantum alios laudes excitabãt.Redintegrato clamore: undiq; oẽs cõnixi hoſtẽ auertunt:nec deĩde romana uis ſuſtineri potuit.Sabini fuſi paſſim p agros caſtra ho ſti ad p̃dã relinquũt.ibi nõ ſocioꝝ:ſicut in Algido:res:ſed ſuas rõanis populatõibus agroꝝ amiſſas re

Eqtũ ope ra in repa rãda

Horatii ad hortatio ad ſuos

cepit. Gemina uictoria duobus bifariam prælijs parta: maligne ſenatus in unũ diẽ ſupplicatiões cõſulum noĩe decreuit. populus iniuſſu & altero die frequẽs iit. ſupplicatumq; eſt. & hæc uaga populariſq; ſupplicatio ſtudijs ꝓpe celebratior fuit. Cõſules ex cõpoſito eodẽ biduo ad urbẽ acceſſere: ſenatũq; in martiũ campũ euocare. ubi cũ de rebus a ſe geſtis agerent: queſti primores patrũ ſenatũ iter milites dedita opa terroris cã haberi. itaq; inde cõſules: ne crẽminatiõi locus eſſet: ĩ prata flaminia: ubi nũc ædes Appollinis: iã tũ appollinarẽ appellabãt: auocauere ſenatũ: ubi cũ ingẽti cõſeſu patrũ negaret triũphus L. Icilius tribu. ple. tulit ad populũ de triũpho cõſulũ. multis diſſuaſum ꝓdeũtibus. maxie. C. Claudio uociferãte: de patribus: nõ de hoſtibus cõſules triũphare uelle: gratiãq; ꝓ priuato merito ĩ tribunũ nõ ꝓ uirtute honorẽ peti. nunq; ante de triũpho p populũ actũ. ſemp æſtimationẽ arbitriũq; eius honoris penes ſenatũ fuiſſe: ne reges quidẽ maieſtatẽ ſũmi ordinis ĩminuiſſe: ne ita oĩa tribuni poteſtatis ſuæ ĩplerent: ut nullũ publicũ conſiliũ ſinerent eſſe: ita demũ liberã ciuitatẽ fore: ita æquatas leges: ſi ſua qſq; iura ordo ſuã maieſtatẽ teneat. In eandẽ ſnĩam multa: & a cæteris ſenioribus patrũ cũ eſſet dicta: oẽs tribus eã rogationẽ acceperũt. Tũ primũ ſine auctoritate ſenatuſ populi iuſſu triũphatũ ẽ. Hæc uictoria tribunoꝝ plebiſq; ꝓpe in haud ſalubrẽ luxuriã uertit: cõſpiratione inter tribunos facta ut iidẽ tribuni reficerẽtur: & quo ſua minus cupiditas emineret: conſulibus quoq; continuarẽt magiſtratũ cõſenſum patrũ cauſabãtur: quo per cõtumeliam conſulũ iura plebis labefactata eſſent. quid futuꝝ: nondum firmatis legibus: ſi nouos tribunos per factiões ſuas conſules adorti eſſent: non. n. ſemper Valerios Horatioſq; conſuleſq; fore qui: libertati plebis ſuas opes poſtferrent Forte quadã utili ad tẽpus: ut comitiis præeſſet: potiſſimum. M. Duillio ſorte euenit uiro prudẽti: & ex continuatiõe magiſtratus inuidiam iminẽtem cernenti: qui cũ ex ueteribus tribunis negaret ullius ſe rationem habituꝝ: pugnarẽtq; collegæ: ut liberas tribus in ſuffragiũ mitteret: aut cõcederet ſortẽ comitiorũ collegis habituris e lege potius comitia: quã ex uoluntate patrũ: iniecta contẽtione Duillius cõſules ad ſubſellia accitos cũ iter rogaſſet: quid de comitiis conſularibus in aĩo haberent: reſpondiſſentq; ſe nouos conſules creaturos auctores popularis ſententiæ: haud populares nactus in concionẽ cũ iis ꝓceſſit. ubi cum conſules ꝓducti ad populũ: ĩterrogatiq; ſi eos populus romanus memor libertatis per illos receptæ domi: memor militiæ rerumq; geſtaꝝ conſules iteꝝ faceret: quidnã facturi eſſent: nihil ſniæ ſuæ mutaſſent: Collaudatis conſulibus: qđ perſeuerarent ad ultimũ: diſſimiles decẽuiroꝝ eſſe: comitia habuit: & quinq; tribunis plebis creatis: cũ præ ſtudijs aperte petentiũ nouẽ tribunoꝝ: alii candidati tribus nõ explerent: cõcilium dimiſit: nec deinde comitioꝝ cãm habuit: ſatiſfactũ legi aiebat: quæ numero nuſq; præfinito tribuni mõ: ut relinquerent: ſanxiſſet: & ab iis: qui creati eſſent cooptari collegas iuberet: recitabat rogatiõis carmen: in quo: ſi tribunos plebis fecerint: decẽ rogabo: ſi quinꝫ minus hodie decẽ tribunos plebis fecerit: utiq; quos ſibi collegas cooptaſſẽt: ut illi legitimi ea lege tribuni plebei ſint: ut illi quos hodie tribunos plebei feceritis. Duillius cũ ad ultimũ pſeueraſſet negãdo. xv. tribunos plebei rẽpublicam habere poſſe: uicta collegaꝝ cupiditate: pariter patribus plebiq; acceptus magiſtratu abiit. Noui tribuni plebis in cooptandis collegis patrũ uoluntatẽ fouerũt duos etiã patritios conſulareſq; Sp. Tarpeium: & A. Aeterniũ cooptauere. Cõſules creati. Sp. Herminius: & T. Virginius Cælimõtanus nihil magnopere ad patrũ: aut plebis cãm iclinati: otiũ foris ac domi habuere. L. Trebonius tribũus plebis ĩfeſtus pribus: qđ ſe ab iis ĩ cooptãdis tribunis fraude captũ ꝓditũq; a collegis aiebat: rogationẽ tulit: utq; plebẽ romanã tribũus plebis rogaret: is uſq; eo rogaret dũ. x. tribũos plebei faceret iſectãdiſq; pribus (unde Aſpero etiam inditũ eſt cognomẽ) tribunatũ geſſit. Inde. M. Geganius Macrinus: &. C. Iunius conſules facti. Conciones tribunoꝝ aduerſus nobiliũ iuuentutẽ ortas: ſine infectatione poteſtatis eius: conſeruata maieſtate patꝝ: ſedauere. Plebem decreto ad bellũ Volſcoꝝ & Equorũ delectu ſuſtinẽdo rem: ab ſeditionibus continuere. Vrbano quoq; otio foris omnia tranquilla eſſe: affirmãtes: per diſcordias ciuiles externos tollere animos. Cura pacis concordiæ quoq; ĩteſtinæ cauſa fuit. Sed alter ſemper ordo grauis alterius modeſtiæ erat: quieſcenti plebi ab iunioribus patrũ iniuriæ fieri cœptæ: ubi tribuni auxilio humilioribus eſſent: in primis paꝝ proderãt: deinde ne ipſi quidem inuiolati erant. utiq; poſtremis mẽſibus cũ & per conciones potentioꝝ iniuria fieret: & uis poteſtatis omnis ali quanto poſteriore ãni parte languidior ferme eſſet: iamq; plebs ita ĩ tribunatu poneret ſpei aliquid ſi ſimiles Icilio tribunos haberet: nomina tantũ ſe biẽnio habuiſſe. Seniores cõtra patrum ut nimis feroces ſuos credere iuuenes: ita malle: ſi modus excedendus eſſet: ſuis quã aduerſarijs ſupereſſe animos adeo moderatio tuendæ libertatis: dũ æquari uelle ſimulando: ita ſe quiſq; extollit ut deprimat aliũ: ĩ difficili eſt: cauẽdoq; ne metuãt hoĩes: metuẽdos ultra ſe efficiunt: & iniuriã nobis repulſã: tanq; aut facere: aut pati neceſſe ſit: iniungimus aliis. T. Quintius Capitolinus quartũ: &. A. Furius cõſules facti nec ſeditionẽ domi nec foris bellũ acceperũt: ſed iminebat utrunq; Iã nõ ultra diſcordia ciuiũ reprimi poterat: & tribunis & plebe ĩcitata in pres: cũ dies alicui nobiliũ dicta nouis ſemp certaminibus cõciones turbaret: ad quaꝝ primũ ſtrepitũ: uelut ſigno accepto: arma cepe Equi: & Volſci: ſimul qđ ꝓſuaſerãt iis duces cupidi ꝓdaꝝ: biẽnio ante delectũ indictũ hĩi nõ potuiſſe abnuẽte iã plebe ĩperium. eo aduerſus ſe nõ eẽ miſſos exercitus: diſſolui licẽtia militãdi morẽ nec ꝓ cõi iã pria Romã eſſe: quicqđ iraꝝ ſimultatũq; cũ externis fuerit: ĩ ipſos uerti: occæcatos lupos inteſtina rabie opprimẽdi occaſionẽ eſſe. Cõiunctis exercitibus latinũ ptimũ agrũ populati ſũt: deĩde poſteaq; ſibi nemo uindex occurrebat: tũ

Sine patrũ auctoritate triũphant conſ.

Sp. Herminis. &. T. Virginius conſ.

Patritii & cõſulares a tri. pl. cooptati

M. Geganius. C. Iunius conſſ.

T. Quitius capitolinꝰ An. furius conſ.

uero exultantibus belli auctoribus ad mœnia ipſa Romæ populabundi regione portæ eſquilinæ ac-
ceſſere uaſtationẽ agroꝝ ibi per contumeliã oſtentantes. Vnde poſteaq̃ multi prædã præ ſe agentes re
tro ad Corbionẽ agmine iere: Quintius cõſul ad cõcionem populum uocauit: ibi in hanc ſniam locu Quitii con
tum accipio. Et ſi mihi nullius noxæ conſ⁹ quirites ſum tñ cum pudore ſũmo in cõcionẽ ueſtram ꝓ ſulis oſo
ceſſi: hoc uos ſcire: hoc poſteris memoriæ traditum iri. Equos & Volſcos uix hernicis modo pares. T.
Quintio quartũ cõſule ad mœnia urbis Romæ ĩpunæ armatos ueniſſe. hãc ego ignominiã (quanq̃ iã
diu ita uiuitur: is ſtatus reꝝ eſt: ut nihil boni diuinet aĩus) ſi huic potiſſimũ ĩminere anno ſciſſem: uel
exilio uel morte ſi alia fuga honoris non eſſet: uitaſſem. ergo ſi illa arma uiros habuiſſent: quæ in por
tis fuere nr̃is: capi Roma me cõſule potuit? Satis honoꝝ ſatis ſuperq̃ uitæ erat: mori cõſulem tertium
oportuit. Quẽ tandẽ ignauiſſimi hoſtiũ cõtempſere: nos cõſules. an uos quirites? ſi culpa in nobis eſt
auferte imperiũ indignis: & ſi paꝝ eſt: inſup pœnas expetite: ſi in uobis: nemo deoꝝ nec hoĩum ſit: q
uã puniat peccata quirites: uoſmet tantũ pœniteat. Nõ illi ueſtrã ignauiã contẽpſere: nec ſuæ uirtuti
cõfiſi ſũt. quippe totiẽs fuſi fugatiq̃ caſtris exuti: agro mulctati: ſubiuga miſſi: & ſe: & uos nouere. Di-
ſcordia ordinũ eſt uenenũ urbis huius patrũ & plebis certamina: dũ nec nobis ĩperii: nec uobis liber-
tatis ẽ modus: dũ tedet uos patritioꝝ nos plebeioꝝ magiſtratuũ: ſuſtulere aĩos. Proh deũ fidẽ quid uo
bis uultis? tribunos plebis cõcupiſtis: cõcordiæ cã cõceſſimus. decẽuiros deſideraſtis: creari paſſi ſum⁹
decẽuiroꝝ uos perteſũ eſt: abiere mgſtatu. manẽte in eoſdẽ priuatos ira uſa: mori atq̃ exulare nobiliſſi
mos uiros atq̃ honoratiſſimos paſſi ſumus tribu. ple. iteꝝ creare uoluiſtis: creaſtis. conſules facere ue-
ſtraꝝ partiũ: & ſi pr̃ibus uidebamus iniquũ patritiũ quoq̃ mgſtatum plebi donũ fieri uidimus. auxiliũ
tribunitiũ: ꝓuocationẽ ad populũ: ſcita plebis iniũcta pr̃ibus ſub titulo æquãdaꝝ legũ: noſtra iura op-
preſſa: tulimus & ferimus. Qui finis erit diſcordiaꝝ? & quãdo unã urbẽ habere: & quãdo cõem hãc pa-
triã eſſe licebit? Victi nos æquiore aĩo quieſcimus quã uos uictores. Satis ne eſt nobis uos metuẽdos
eẽ? Aduerſus nos Auẽtinũ capit? Aduerſus nos ſacer occupat? mõs: eſquilias quidem ab hoſte ꝓpe cap
tas: & ſcãdentẽ in agerẽ uolſcũ hoſtẽ nemo ſubmouit in nos uiri: ĩ nos armati eſtis. Agite dũ ubi hic cu
riã circũſederitis: & foꝝ infeſtũ feceritis: & carcerẽ principibus ĩpleueritis: hiſdẽ iſtis ferocibus aĩs egre
dimini extra portã eſqlinã: aut ſi ne hoc qdẽ audetis: ex muris uiſite agros uſos ferro igniq̃ uaſtatos:
prædã abigi: fumare incenſa paſſim tecta. At. n. coĩs res per hæc loco eſt peiore. ager urit? urbs obſidet?
belli gloria penes hoſtes eſt. Quid tandẽ priuatæ res uſæ quo in ſtatu ſũt? iã unicuiq̃ ex agris ſua dãna
nũciabunt? Quid ẽ tãdẽ domi: unde ea expleatis? tribuni uobis amiſſa reddẽt ac reſtituẽt: uocis uerbo
rũq̃: q̃tũ uoletis. igerẽt: & criminũ in pr̃icipes: & legũ aliaꝝ ſup alias & cõcionũ ſed ex illis cõciõibus nũ
q̃ ueſtrũ quiſq̃ re fortuna domũ auctior rediit. Et qs rettulit aliquid ad cõiugẽ & liberos ꝓter odia: of-
fenſiões: ſimultates publicas priuataſq̃: a qbus ſemp nõ ueſtra uirtute ĩnocẽtiaq̃: ſed auxilio alieno tu
ti ſitis at hercules cũ ſtipẽdia nobis cõſulibus. nõ tribunis ducibus & ĩ caſtris: nõ in foro faciebatis: & ĩ
acie ueſtrũ clamorẽ hoſtes: nõ in cõcione pr̃es romãi horrebãt: præda parta agro ex hoſte capto: pleni
fortunaꝝ gloriæq̃ ſimul publicæ ſimul priuatæ: triũphãtes domũ ad penates redibatis: nunc oneratũ
ueſtris fortunis hoſtẽ abire ſinitis. Herete affixi cõcionibus: & ĩ foro uiuite: ſequit? uos neceſſitas mili
tãdi: q̃ fugitis. Graue erat ĩ Equos & Volſcos ꝓficiſci? ante portas ẽ bellũ ſi ide nõ pellit? iã intra mœnia
erit: & arcẽ & capitoliũ ſcandẽt. & ĩ domos uſas uos perſequẽt. Biẽnio ante ſenatus delectũ haberi: &
educi exercitũ in Algidũ iuſſit. ſedemus deſides domi: mulieꝝ ritu altercãtes iter nos: pſenti pace læti
nec cernẽtes ex otio illo breui multiplex bellũ reditur. His ego gratiora alia dictu ſcio: ſed me uera ꝓ
gratis loqui: & ſi meũ ingeniũ nõ monet: neceſſitas cogit. Vellẽ equidẽ uobis placere quirites: ſed mul
to malo uos ſaluos eſſe: qualicũq̃ erga me aĩo futuri eſtis. Natura hoc: ita cõparatũ eſt: ut qui apd' mul
titudinẽ ſua cã loquitur: gratior eo ſit: cuius mens nihil ꝓter publicũ cõmodũ uidet. niſi forte aſſenta-
tores publicos plebicolas iſtos: qui uos nec in armis: nec in otio eſſe ſinũt: ueſtra uos cã ĩcitare & ſtimu
lare putatis. Cõcitati aut honori: aut queſtui illis eſtis: & qa in cõcordia ordinũ nullos ſe uſq̃ cẽ uidẽt:
malæ rei ſe: qua nullius: turbaꝝ ac ſeditionũ duces eſſe uolũt. Quaꝝ reꝝ ſi uos tediũ tandẽ cape põt: &
patrũ ueſtroſq̃ antiquos mores uultis ꝓ his nouis ſumere: nulla ſupplicia recuſo: niſi paucis diebus Peroratio
hoſtes populatores agroꝝ nr̃oꝝ fuſos fugatoſq̃ caſtris ex muro & a portis nr̃is mœnibuſq̃ ad illoꝝ ur-
bes hũc belli terrorẽ quo nũc uos attoniti eſtis. trãſtulero. Raro alias tribũi popularis oſo acceptior ple
bi: q̃ tunc ſeueriſſimi cõſulis fuit. Iuuẽtus quoq̃: qua iter tales metus detrectationẽ militiæ: tælũ accer-
rimũ aduerſus patres habere ſolita erat: bellũ & arma ſpectabat. & agreſtiũ fuga ſpoliatiq̃ ĩ agris & uul
nerati: fœdiora iis: quæ ſubiiciebant? oculis nũciantes: totam urbẽ ira ĩpleuere. In ſenatũ ubi uentũ eſt
ibi uero in Quintiũ oẽs uerſi: ut unum uindicẽ maieſtatis romanæ intueri: & primore patrũ dignam
dicere concionẽ ĩperio cõſulari: dignã tot conſularibus anteactis: dignã omni uita plena honorũ ſæpe
geſtoꝝ ſæpius meritoꝝ. alios cõſules aut per ꝓditionẽ dignitatis patrũ plebi adulatos: aut acerbe tuẽ
do iura ordinis: aſperiorẽ domãdo multitudinẽ feciſſe. T. Quintium oſonem memorẽ maieſtatis pa-
trum cõcordiæq̃ ordinũ & tempoꝝ in primis habuiſſe orare eũ collegãq̃ ut capeſſerent rempu. orare
tribunos ut uno aĩo cũ conſulibus bellũ ab urbe ac mœnibus ꝓpulſari uellent: plebẽq̃ obediẽtem in
te tam trepida pr̃ibus præberẽt. appellare tribunos cõem patriã auxiliũq̃ eoꝝ ĩplorare: uaſtatis agris
urbe ꝓpe oppugnata. Conſenſu oĩum delectus decernit? habeturq̃. Cõſules cum in cõcione pnũciaſ

sent tempus non esse causas cognoscẽdi:oẽs iuniores postero die prima luce in campo martio adesset cognoscendis causis eoꝝ:qui noia nõ dedissent:bello perfecto se daturos tẽpus:ꝑ desertore futuꝝ:cuius non ꝓbassent cãm oĩs iuuentus affuit.postero die cohortes sibi quæq; centuriones legerũt:bini senatores singulis cohortibus præpositi.Hæc oĩa adeo mature pfecta accæpimus: ut signa eo ipso die a quæstoribus ex ærario prõpta delataq; in Campũ:quarta:die hora mota ex Cãpo sint exercitusq; nouus:paucis cohortibus uetez militũ uoluntate sequentibus:mãserit ad decimũ lapidem. insequẽs dies hostem in cõspectu dedit.castraq; ad Corbionẽ castris sunt cõiuncta.Tertia die cũ ira romanos illos cũ totiens rebellassent cõscientia culpæ:ac desperatio irritaret:mora dimicãdi nulla est facta.In exercitu romano cũ duo cõsules essent potestate pari:qd̃ saluberrimũ in administratione magnaꝝ rerũ est: sũma imperii concedente Agrippa penes collegã erat.& prælatus ille facilitati sũmittentis se: comiter respõdebat cõicando consilia laudesq;:& æquãdo imparẽ sibi.In acie Quintius dextez cornu: Agrippa sinistrũ tenuit.Sp.Posthumio Albo legato dat̃ media acies tuenda:legatum altez.P.Sulpiciũ equitibus præficiũt.Pedites a dextero cornu egregie pugnauere:haud segniter resistẽtibus uolscis.P.Sulpicius per mediam hostiũ aciem cũ equitatu perrupit:unde cũ eadẽ reuerti posset ad suos: priusq; hostes turbatos ordines reficerent:tergã ĩpugnare hostium satius uisum est momẽtoq; tpis in aduersam icursando aciẽ ancipiti terrore dissipassẽt hostes:ni suo ꝓprio eũ prælio equites uolscoꝝ & equoꝝ exceptum aliquãdiu tenuissent.Ibi uero Sulpitius negare cũctandi tempus esse:circũuentos intercluso sq; ab suis uociferans:ni equestre præliũ cõnixi oĩ ut perficerẽt:nec fugare equitẽ integrũ satis esse:cõficerent equos uiroq;:nequis reueheretur inde ad præliũ aut integraret pugnam nõ posse illos resistere sibi:quibus cõferta peditum acies cessisset.Haud surdis auribus dicta:ĩpressione una totũ equitatum fudere:magnã uim ex equis præcipitauere:ipsos equoq; spiculis cõfodere. Is finis pugnæ equestris fuit.tunc adorti peditũ aciem nuncios ad cõsules rei gestæ mittunt:ubi iam inclinabat̃ hostium acies nũcius deinde & uincẽtibus romãis aĩos auxit:& referẽtes gradũ perculit equos.In media primũ acie uinci cœpti:q̃ permissus equitatus turbauerat ordinẽ.sinistrũ deinde cornu a Quintio cõsule pelli cœptum.in dextero plurimũ laboris fuit.Ibi Agrippa ætate uiribusq; ferox:cũ omni parte pugnæ melius rem geri:q̃ apud se uideret:accepta signa a signiferis ipse iferre:quædã iacere etiã inconfertissimos hostes cœpit:cuius ignominiæ metu concitati milites inuasere hostẽ.ita æquata qx omni parte uictoria est.Nuncius tũ a Quintio uenit:uictorem iã se iminere hostiũ castris:nolle irrũpere anteq̃ sciat debellatũ & in sinistro cornu eẽ:si iam fudisset hostes:conferret ad se signa:ut simul oĩs exercitus præda potiret̃.Victor Agrippa cũ mutua gratulatiõe ad uictorẽ collegam castraq; hostiũ uenit.ibi paucis defendẽtibus momẽtoq; fusis:sine certamine in munitiões irrũpunt:prædaq; ingẽti compotẽ. exercitũ suis etiã rebus recuperatis:quæ populatiõe agroꝝ amissæ erãt:reducunt.Triũphum nec ipsos postulasse:nec delatum iis ab senatu accipio:nec tradit̃ causa spreti aut nõ sperati honoris.ego quantũ in tã to interuallo tẽpoꝝ cõiicio:cũ Valerio:atq; Horatio consulibus:qui ꝑter uolscos & equos sabini ẽt belli perfecti gloriã perpererãt:negatus a senatu triũphus eẽt:uerecũdiæ fuit:ꝓ parte dim:dia reꝝ cõsulibus petere triũphum:ne etiã si ĩpetrassent:magis hoĩum ratio:quã meritoꝝ habita uideretur.



Scaptii iudiciũ de ãbi guo agro

VICTORIAM HONESTAM EX HOSTIBVS partam turpe domi de finibus socioꝝ iudiciũ populi deformauit.Aricini atq; ardeates de ãbiguo agro cũ sæpe bello certassent:multis inuicẽ cladibus fessi iudicem populũ romanũ cepere.Cum ad cãm oranda ueniissent:cõcilio populi a magistratibus dato magna contẽtione actũ.Iamq; editis testibus cũ tribus uocari:& populũ inire suffragiũ oporteret: consurgit.P.Scaptius de plebe magno natu.Et si licet:inquit:cõsules de rep.dicere:errare ego populũ in hac causa nõ patiar.Cũ:ut uanũ: eum negarent cõsules audiendũ esse:uociferantẽq; prodi publicã causam sũmoueri iussissent:tribunos appellat. Tribuni: ut fere semp regunt̃ a multitudine magis: quã regũt: dedere cupidæ audiendi plebi:ut quæ uellet:Scaptius diceret.Ibi infit annũ se tertiũ & nonagesimũ agere:& in eo agro de quo agit̃:militasse non iuuenem uigesima iam stipẽdia merentẽ:Cum ad Coriolos sit bellatũ:eo se rem uetustate oblitteratã:cæterũ suæ memoriæ infixã:afferre. Agrũ:de quo ambigitur:finiũ coriolanoꝝ fuisse:captisq; Coriolis iure belli publicũ populi romãi factũ.mirari se quonã more ardeates aricinicq;:cuius agri ius nunq̃ usurpauerint:incolumi coriolana re:eũ se a populo romano:quẽ pro domino iudicẽ fecerint:itercepturos sperent.Sibi exiguũ uitæ tps supereſſe:nõ potuisse se tamẽ inducere in aĩum: quin quẽ agrũ miles ꝑ parte uirili manu cepisset eũ senex quoq; uoce:qua una posset:uindicaret.magnope seu suadere populo:ne inutili pudore suã ipse cãm damnaret.Cõsu.cum Scap.non silentio mõ sed cũ assensu ẽt audiri aĩaduertissent:deos hoiesq; testãtes flagitium ingẽs fieri patrũ ptimores accersunt:cũ his circuire tri

bunos:orare ne peſſimum facinus peiore exemplo admitterent iudices in ſuam rem litem uertendo cum præſertim:etiam ſi fas ſit:curã emolumenti ſui iudici eſſe:nequaq̃ tantũ agro intercipiẽdo acquiratur:quantũ amittatur alienandis iniuria ſocioꝝ ais:Nam fame quidẽ ac fidei dãna maiora eſſe: quã quæ eſtimari poſſent.Hoc legatos referre domũ?hoc uulgari:hoc ſocios audire?hoc hoſtes? quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos?Scaptione hoc concionali ſeni aſſignaturos putarent finitimos populos?claꝝ hoc fore imagine Scaptii:populum romanoꝝ quadruplatoris & interceptoris litis alienæ perſonam latuꝝ.Quem.n.hoc priuate rei iudicem feciſſe:ut ſibi controuerſioſam adiudicaret rẽ?Scaptium ipſum id quidẽ & ſi præmortui iam ſit pudoris:non factuꝝ:Hæc conſules:hæc patres uociferabantur:ſed plus cupiditas:& auctor cupiditatis Scaptius ualet.uocatæ tribus iudicauerunt agrũ publicũ populi romani eẽ nec abnuitur ita fuiſſe ſi ad iudices alios itũ foret:nunc haud ſane quicq̃ cauſæ bonæ læuatur dedecus iudicii:idq̃ non Aricinis Ardeatibuſq̃:quã patribus romanis fœdius atq̃ acerbius uiſum.Reliquũ anni quietum ab urbanis motibus & ab externis manſit.

Atf.fœdũ. po.ro.iudicium

LIBER Q. VARTVS

HOS SECVTI.M.GENVTIVS.ET.P.CVRIATIVS CONSVLES.fuit annus domi foriſq̃ infeſtus:nã anni principio & de cõnubio patrũ & plebis Caius Canuleius tribunus plebis rogationẽ ꝓmulgauit:qua cõtaminari ſanguinem ſuũ patres:confundiq̃ iura gentiũ rebant.Et mentio primo ſenſim illata a tribunis:ut alteꝝ ex plebe conſulẽ liceret fieri eo ꝓceſſit deinde:ut rogationem nouẽ tribuni ꝓmulgarent:ut populo poteſtas eẽt:ſeu de plebe:ſeu de patribus uellet cõſules faciendi.Id uero:ſi fieret:nõ uulgari mõ cum infimis:ſed prorſus auferri a primoribus ad plebem ſũmum imperium credebant.Læti ergo audiere patres ardeatium populũ ob iniuriã agri abiudicati deſciſſe:& Veientes depopulatos extrema agri romani:& Volſcos:Equoſq̃ ob cõmunitã Verruginẽ fremere:adeo uel infelix bellũ ignominioſæ paci ꝑferebant.His itaq̃ in maius ẽt acceptis:ut inter ſtrepitum tot belloꝝ cõticeſcerent actiões tribunitiæ:delectus haberi:bellum armaq̃ ui ſũma apparari iubent:ſiquo intẽtius poſſit:quã.T.Quintio cõſule apparatũ ſit.Tum.C.Canuleius pauca in ſenatu uociferãs:nequicq̃ territando cõſules auertere plebẽ a cura nouaꝝ legum:nunq̃ eos ſe uiuo delectũ habituros:anteq̃ ea:quæ ꝓmulgata ab ſe collegiſq̃ eſſent plebes ſciuiſſet:& cõfeſtim ad cõcionem aduocauit.Eodem tpe & conſules ſenatũ in tribunũ:& tribunus populũ in cõſules incitabat.Negabant cõſules iam ultra ferri poſſe furores tribunitios:uentũ iam ad finẽ eſſe domi plus belli concitari:quã foris:id adeo nõ plebis:quã patrũ:neq̃ tribunoꝝ magis:quam conſulũ culpa accidere: cuius rei præmiũ ſit in ciuitate eã maximis ſemper auctibus creſcere:ſic pace bonos:ſic bello fieri:maximũ Romæ præmiũ ſeditionum eſſe:id & ſingulis:uniuerſiſq̃ ſemp honori fuiſſe.Reminiſcerent:quam maieſtatem ſenatus ipſi a patribus accepiſſent:quã liberis traditurí eſſent:ut quẽadmodũ plebs gloriari poſſet auctiorẽ ampliorẽq̃ eſſe.finẽ ergo nõ fieri:nec futuꝝ:donec:quã felices ſeditiões tam honorati ſeditionũ auctores eẽnt.q̃s quãtaſq̃ res.C.Canuleiũ aggreſſũ:colluuione gentiũ:pturbationẽ auſpicioꝝ publicoꝝ priuatorũq̃ afferre:ne qd ſynceri :ne qd icõtamĩati ſit:ut diſcrimĩe oĩ ſublato:nec ſe qſq̃ nec ſuos nouerit quã.n.aliã uim cõnubia ꝓmiſcua habere:niſi ut feraꝝ ꝓpe ritu uulgent cõcubitus plebis patrumq̃ ut qui natus ſit:ignoret:cuius ſanguinis:quoꝝ ſacroꝝ ſit:dimidius patrũ ſit dimidius plebis:ne ſecũ q dem ipſe cõcors.paꝝ id uideri:qd oĩa diuina humanaq̃ turbent.Iam ad cõſulatũ uulgi turbatores accingi:& primo:ut alter cõſul ex plebe fieret:id mõ ſermonibus tentaſſe:nunc rogari ut ſeu ex ꝑtribus: ſeu ex plebe uelit populus:cõſules creet:& creaturos haud dubie ex plebe ſeditioſiſſimũ quẽq̃.Canuleios.Igitur Icilioſq̃ conſules fore:ne id Iupiter optimus maximus ſineret.regiæ maieſtatis ĩperiũ eo recidere:& ſe milies morituros potius.quã ut tantũ dedecoris admitti patiant:certũ habere maiores quoq̃ ſi diuinaſſent cõcedendo oĩa non mitiorẽ in ſe plebẽ:ſed aſperiorẽ:alia ex aliis iniquiora poſtulando:cũ prima ĩpetraſſet:futurã primo quãlibet dimicationẽ ſubituros fuiſſe potius:quã eas leges ſibi ĩponi paterent:quia tũ cõceſſũ ſit de tribunis iteꝝ cõceſſum eẽ.Sinere nõ fieri poſſe in eadẽ ciuitate tribunos plebis:& patres eſſe:aut hunc ordinẽ:aut illũ magiſtratum tollẽdũ eſſe:potiuſq̃ ſero: quam nunquã:obuiã eundũ audaciæ temeritatiq̃:illi ne ĩpune:primo diſcordias ſerentes:cõcitent finitima bella:deinde aduerſus ea:quæ cõcitauerint.armari ciuitatẽ defendiq̃ ꝓhibeant?& cũ hoſtes tantũ nõ arceſſerint:exercitus cõſcribi aduerſus hoſtes nõ patiant? Sed audeat Canuleius in ſenatu ꝓloqui ſe niſi ſuas leges tanq̃ uictoris ꝑes accipi ſinant:delectũ haberi ꝓhibituꝝ.quid eẽ aliud:quã minari ſe ꝓdituꝝ patriã:oppugnari atq̃ capi paſſuꝝ?quid eã nõ uocem aĩoꝝ nõ plebi romanæ: ſed uolſcis & eqs & ueiẽtibus allatuꝝ?nõ ne Canuleio duce ſe ſperaturos capitoliũ:atq̃ arcẽ ſcandere poſſe: ſi patribus tribuni:cũ iure ac maieſtate adẽpta:aĩos etiam eripuerint?conſules paratos eſſe duces prius aduerſus ſcelus ciuium.quã aduerſus hoſtium arma.Cũ maxime hæc in ſenatu agerent.Canuleius ꝓ legibus ſuis & aduerſus cõſules ita diſſerũt.Quãtopere uos quirites cõtẽnerent patres:quã indignos ducerẽt qui una ſecũ urbe intra eadẽ mœnia uiueretis:ſæpe equidẽ & ante uideor aĩaduertiſſe:nũc tñ maxie:

M.Genutius.P.curatius conſ.

Conſulũ querelæ in curia cõtra trib.

quod adeo atroces in has rogatiões nostras coorti sunt: quibus quid aliud: q̃ admonemus: ciues nos eoꝝ esse? & si nõ easdẽ opes habere: eandẽ tñ patriam incolere? Altera cõnubium petimus: quod finitimis externisq; dari solet. nos quidẽ ciuitatem: quæ plusq̃ cõnubiũ est: hostibus etiã uictis dedimus. Altera nihil noui ferimus: sed id quod populi est: repetimus atq; usurpamus: ut quibus uelit: populus romanus honores mãdet. Quid tandem est: cur cælũ ac terras misceant? cur ĩ me ipetus mõ pene in se natu sit factus? negent se mãibus tẽperaturos uiolaturosq; denuncient sacrosanctã ptãtem? si populo romano liberꝝ suffragiũ datur: ut quibus uelit: cõsulatũ mandet: & nõ præcidit̃ spes plebeio cuiq;: si dignus summo honore erit adipiscendi summi honoris. stare urbs hæc nõ poterit? de imperio actum ẽ & perinde hoc ualet plebeius ne cõsul: fiat: tanq̃ seruum: aut libertinũ aliquis cõsulem futurum dicat. Ecquid sentitis: in quanto contemptu uiuatis? Lucis uobis huius partem: si liceat: adimẽt: quod spiratis: quod uocem mittitis: quod formam hoĩum habetis: indignant̃. quin etiã: si diis placet: nefas aiũt eẽ cõsulẽ plebeiũ fieri. Obsecro uos: si nõ ad fastos: nõ ad cõmẽtarios põtificũ admittimur. ne ea qdẽ scimus: quæ oẽs peregrini etiã sciunt? consules in locũ regum successisse: nec aut iuris: aut maiestatis qcq̃ habere: qd̃ nõ in regibus ante fuerit. En unq̃ creditis fando auditũ esse Numã Põpiliũ nõ mõ non patriciũ sed ne ciuẽ quidẽ romanũ ex sabĩo agro accitũ populi iussu: pribus auctoribus: Romæ regnasse. L. deinde Tarquiniũ non modo romanæ: sed ne italicæ quidẽ gentis Demarati chorinthii filũ in colã a Tarquiis: uiuis liberis Anci: regẽ factũ? Seruiũ Tulliũ post hũc capitua Corniculana natũ: patre nullo: matre serua: ingenio & uirtute regnũ tenuisse? Quid enim de. T. Tatio Sabino dicam? quẽ ipse Romulus parens urbis in societatẽ regni accepit? Ergo dum nullũ fastidit̃ genus: in quo eniteret uirtus creuit imperiũ romanũ. Pœniteat uos nũc plebeii cõsulis: cũ maiores nũi aduenas reges nõ fastidierint & ne regibus quidẽ exactis: clausa urbs fuerit peregrinæ uirtuti. Claudiã gentẽ: certe post reges exactos ex sabinis nõ in ciuitatẽ mõ accepimus: sed etiã in pricioꝝ numeꝝ. Ex peregrino ne pritius: deinde cõsul fiat: cuius romanus si sit ex plebe: precisa cõsulatus spes erit? Vtrũ tandẽ non credimus fieri posse ut uir fortis ac strenuus pace belloq; bonus ex plebe Numæ sit. L. Tarquinio: Seruio. Tullio similis an ne sic quidẽ ad gubernacula reip. accedere eũ patiemur? potiusq; decẽuiris teterrimis mortaliũ: qui tũ oẽs ex pribus erãt: q̃ optimis regũ nouis hoĩbus similes cõsules simus habituri? At. n. nemo post reges exactos de plebe cõsul fuit. quid postea? nullane res noua instituti debet? & qd̃ nondũ est factũ: multa enĩ nondũ sunt facta ĩ nouo populo: ea ne si utilia quidẽ sint: fieri oportet? põtifices augures Romulo regnante nulli erant: ab Numa Põpilio creati sunt. Cẽsus in ciuitate: & descriptio cẽturiaꝝ classiũq; nõ erat: ab Seruio Tullio ẽ facta. Cõsules nunq̃ fuerant regibus exactis: creati sunt. dictatoris nec imperiũ nec nomẽ fuerat: apud pres esse cœpit. Tribuni plebis ædiles quæstores nulli erãt: institutũ ẽ ut fierẽt Decẽuiros legibus scribendis intra decẽ hos annos & creauimus: & e republica sustulimus. Quis enĩ dubitat: quin in æternũ urbe cõdita: & in ĩmensum crescẽte: noua ĩperia: sacerdotia: iura gentiũ: hoĩum q; instituant? Hoc ipsum ne cõnubiũ pribus cũ plebe eẽt: nõ decẽuiri tulerũt paucis his annis: pessimo exẽplo cũ sũma iniuria plebis? an esse ulla maior aut insignior cõtumelia põt: q̃ partẽ ciuitatis uelut cõtaminatã indignã cõnubio haberi? quid est aliud: q̃ exiliũ intra eadẽ mœnia: q̃ relegationẽ pati? ne affinitatibus: ne ꝓpinquitatibus imiscemur: Cauẽt: ne socier̃ sanguis: quid hoc si polluit nobilitatẽ istã uestrã q̃ plericq; oriũdi ex albanis: & sabinis: non genere: nec sanguine: sed p cooptationẽ in pres hẽtis: aut ab regibus lecti: aut post reges exactos iussu populi: sincæram seruare priuatis consiliis nõ poteratis nec ducendo ex plebe: neq; uestras filias sororesq; etiam ei nubere sinẽdo e patribus? Nemo plebeius patritiæ uirgini uim afferet pricioꝝ ista libido est nemo inuitum pactionem nuptialem quẽquam facere coegisset. Vexꝝ enimuero lege id prohiberi: & cõnubium tolli patrũ ac plebis id demũ contumeliosum plebi est. Cur enim non confertis: ne sit cõnubium diuitibus ac pauperibus? q; priuatoꝝ consiliorum ubiq; semper fuit: ut in quam cuiq; fœminæ conueniisset domũ: nuberet: ex qua pactus esset uir domo in matrimoniũ duceret. id uos sub legis superbissimæ uincula cõiicitis: qua dirimatis societatẽ ciuilem: duasq; ex una ciuitate faciatis. Cur nõ sancitis: ne uicinus patritio sit plebeius: ne eodem itinere eat ne idẽ conuiuium ineat: ne in foro eodem consistat: quid. n. in re est aliud: si plebeiam patritius duxerit: si patritiã plebeius? Quid iuris tandẽ mutat̃? nẽpe pẽm sequunt̃ liberi. Nec quod nos ex cõnubio uestro petamus: quicq̃ est: præterq̃: ut hoĩum: ut ciuiũ numero simus. nec uos nisi in cõtumeliam ignominiamq; nr̃am certare iuuat: qd̃ cõtendatis: quicq̃ est. Deniq; utrũ tandẽ populi romani an uestrũ sũmũ imperiũ est? regibus exactis utrũ uobis dominatio: an omnibus æqua libertas parta est? Oportet licere populo romano: si uelit: iubere legẽ: an ut quæq; rogatio ꝓmulgata erit: uos delectum pro pœna decernetis? & simul ego tribunus uocare tribus in suffragiũ cœpero: tu statim cõsul sacro iuniores adiges? & in castra educes? & minaberis plebi? minaberis tribuno? Quid si nõ quãtũ istæ minæ aduersus plebis cõsensum ualerẽt: bis iã expti eẽtis? scilicet qa nobis cõsultũ uolebatis: certamie abstinuistis? an ideo nõ est dimicatũ: qd̃ quæ pars firmior eadẽ modestior fuit? Nec nũc erit certamẽ qrites animos uestros illi tẽtabũt sp: uires nõ experient̃. Itaq; ad bella ista seu falsa: seu uera sunt cõsules: parata uobis plebs est: si cõnubiis redditis: unã hãc ciuitatẽ tãdẽ facitis: si coalescere: si iũgi miscericq; uobis priuatis necessitudinibus possũt: si spes: si aditus ad honores uiris strenuis & fortibus dat̃: si in cõsortio: si in societate reip. esse: si qd æquæ libertatis est: inuicẽ annuis magistratibus parere atq; iperitare

Quo sãguine ex fortuna uiri romæ regnarunt

Atr̃ Cauillationem

tentia senatus dictatorem nocte proxima dicturum ac siquis intercedat senatusconsulti auctoritate se fore contētum. Quo facto cum haud imeritam laudē gratiamq; apud oēs tulisset: dictatore. P. Cornelio dicto ipse ab eo magister equitum creatus est. Exemplo fuit collegis eum intuentibus: q̄ gratia atq; honos opportuniora interdū nō cupientibus essent. Bellū haud memorabile fuit uno atq; eo facili prælio cæsi ad Antiū hostes uictor exercitus de populatus uolscū agrum. castellum ad lacū fucinum ui expugnatum: atq; in eo tria millia hominū capta: cæteris uolscis itra mœnia cōpulsis: nec defendentibus agros. Dictator bello ita gesto ut tātum non defuisse fortunæ uideret: felicitate: q̄ gloria maior in urbem rediit: magistratuq; se abdicauit. Tribuni militum mentione nulla comitioq; consulariū habita (credo ob iram dictatoris creati) tribunoq; militum comitia edixerunt. Tum uero grauior cura patribus incessit quippe cum prodi cām ab suis cernerēt. Itaq; sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos: oium etiam dignoq; tediū fecerant: sic tum primoribus patrū splendore gratiaq; ad petendū præparatis oia loca obtinuere: ne cui plebeio aditus: esset quattuor creati sunt oēs iam functi honore. L. Furius Medullinus. C. Valerius Potitus. Cn. Fabius Vibulanus. G. Seruilius Hala: hic refectus continuato honore tum ob alias uirtutes: tum ob recentē fauorem unica moderatione partum: Eo anno quia tēpus inducias cum ueienti populo exierat: per legatos fœcialesq; res repeti cœptæ: quibus uenientibus ad finē legatio ueientiū obuiā fuit petiere: ne priusquā ipsi senatum romanū adisset. Veios iretur. Ab senatu impetratū: quia discordia intestina laborarēt ueientes: ne res ab iis repeteretur: tantū abfuit ut ex incōmodo alieno sua occasio peteret. Et in Volscis accepta clades: amisso Verrugine præsidio: ubi tantū in tpe fuit momenti: ut cum præcantibus militibus opē qui ibi a Volscis obsidebant succurri. si maturatum esset: potuisset: ad id uenerit exercitus subsidio missus: ut ab recenti cædē palantes ad prædandū hostes opprimerētur. Tarditatis causa in senatu magis fuit: q̄ in tribunis: quia summa ui resistere nunciabantur paq; cogitauerunt nulla uirtute superari humanaq; uirium modum. fortissimi milites non tamē nec uiui: nec post mortē inulti fuere. In sequēti anno. P. &. Gn. Cornelius Cossus cū Fabio Ambusto. L. Valerio Potito tribunis militū consulari potestate ueiens bellum motū ob superbū responsum ueiētis senatus: qui legatis repetentibus res ni facesserent propere urbe finibusq; daturos pœnas: quas Lar. Tolūnius dedisset: responderi iussit. Id patres ægre passi decreuerunt: ut tribuni militum de bello indicēdo ueientibus primo quoq; die ad populū ferrent. Quod ubi primo promulgatū est: fremere iuuentus: nōdum debellatum cū uolscis esse: modo duo præsidia occisa cum periculo retineri. nullū annum esse: quo non acie dimicetur: & tanquā pœniteat labore: nouum bellū cum finitimo populo & potentissimo parari. qui omnem hetruriam sit concitaturus Hæc sua sponte agitata: insuper tribuni plebis accendunt maximū bellum patribus cū plebe esse dictitant: eam de industria uexandā militia trucidādamq; hostibus obiici: eā procul urbe haberi atq; ablegari: ne domi per otiū memor libertatis: coloniaq; aut agri publici: aut suffragii libere ferendi consilia agitaret: prehensantesq; ueteranos: stipendia cuiusq; & uulnera: & cicatrices numerabāt. quid iam eē integri in corpore loci ad noua uulnera accipiēda: quid superesse sanguinis: qui dari pro republica posset rogitantes. Hæc cum in sermonibus cōcionibusq; interdum agitantes auertissēt plebē ab suscipiēdo bello: proferē tempus ferundæ legis: q̄ si subiecta inuidiæ esset antiquari apparebat. Interim tribunis militum in Volscū agrum ducere exercitū placuit. Gn. Cornelius unus Romæ relictus. Tres tribuni posteaq̄ nullo loco castra uolscoq; esse: nec cōmissuros se prælio apparuit tripartito ad deuastandos fines discessere: Valerius Antium petit: Cornelius Egitras. Quacunq; incessere: late populati sunt tecta agrosq; ut discernerent Volscos: Fabius: quod maxime petebatur: ad Anxur oppugnādum sine ulla populatiōe accessit. Anxur fuit: quæ nūc Tarracinæ sunt: urbs ꝓna in paludes: ab ea parte Fabius oppugnationē ostendit. Circūmissæ quattuor cohortes cum Claudio Seruilio Hala cum iminentem urbi collem cepissent: ex loco altiore: quia nullum erat præsidiū. ingenti clamore ac tumultu mœnia inuasere: ad quem tumultum obstupefacti: qui aduersus Fabium urbē infimā tuebantur locum dedere, scalas admouendi: plenaq; hostium cūcta erant: & in muris diu cædes pariter fugiētium ac resistentium armoq; atq; inermiū fuit. Cogebantur itaq; uicti quia cedentibus spei nihil erat: pugnam inire. Cum pronūciatum repente nequis præter armatos uiolaretur: reliquā oēm multitudinem uoluntariam exuit armis: quoq; ad duomillia & quingēti uiui capiūtur: a cætera præda Fabius militē abstinuit: donec collegæ uenirēt: ab illis quoq; exercitibus captū Anxur dictitās esse: q̄ cæteros uolscos a præsidio eius loci auertissent. Qui ubi uenerūt: oppidum uetere fortuna opulentū tres exercitus diripere: eaq; primū benignitas imperatoq; plebē patribus conciliauit. Additū deinde oium maxime tēpesti uo principiū in multitudinē muneri: ut ante mentionē ullā plebis tribunorūue decerneret senatus: ut stipendiū miles de publico acciperet: cum ante id tps de suo quisq; functus eo munere esset. Nihil acceptū unq̄ a plebe tāto gaudio tradit. cōcursum itaq; ad curiā esse: præhēsataq; exeuntiū manus & patres uere appellatos: effectū esse fatentibus: ut nemo ꝓ tam munifica patria: donec quicquā uirium superesset: corpori aut sanguini suo parceret: cū cōmoditas iuuaret rē familiarē: saltem acqescere eo tpe: quo corpus ad dictum atq; operatū reipublicæ esset: tū quod ultro sibi oblatū esset: non a tribunis plebis unquā agitatū: non suis sermonibus efflagitatum: id efficiebat multiplex gaudiū cumulationēq; gratiam. Tribuni plebis cōis ordinū lætitiæ: cōcordiæq; soli expertes: negare tā id lætū patribus uni-

P. Cornelius Dictator

Victoriam ro. in uolscos

Castellū prope lacū fucinum expugnatum in eo capta ꝫ 3000 hoīes

Tribu. militum quattuor nūero

Trib. mili.

Veiēs bellum

In Volscū agrū Anxur Egitras

Anxur olim quæ nunc Tarracinæ

Capit Anxur

Quo primū tpe datum ex publico stipēdium

uersis:nec prospex fore quã ipsi crederẽt.consiliũ specie prima melius fuisse:q̃ usu apparituꝝ. unde.n. eã pecuniã cõfici posse:nisi tributo populo idicto:ex alieno igit aliis largitos.neq; id ẽt:si cæteri ferant passuros eos:qbus iã emerita stipẽdia eẽnt:meliore cõditiõe alios militare.q̃ ipsi militassent: & eosdã i sua stipẽdia ipensas fecisse:& i aliox facere.His uocibus mouerũt ptẽ plebis postremo idicto iã tributo edixerũt ẽt tribuni auxilio se futuros:siquis in militare stipẽdiũ tributũ nõ cõtulisset.Pres bene cœptã rẽ perseueráter tueri:cõferre ipsi primi.Et qa nondũ argẽtũ signatum erat:æs graue plaustris quidã ad ærariũ cõuehentes:speciosam etiã collationẽ faciebãt.Cũ senatus summa fide ex cẽsu cõtulisset:primo res plebis nobiliũ amici ex cõposito cõferre incipiũt:quos cũ & a patribus collaudari:& a militari æta/te tanq̃ bonos ciues cõspici uulgus hoium uidit:repẽte spreto tribunitio auxilio certamẽ cõferẽdi est ortũ.& lege perlata de idicẽdo ueientibus bello:exercitũ magna ex parte uoluntariũ noui tribuni mili/tum cõsulari potestate Veios duxere.Fuere aũt tribuni.T.Quintius capitolinus.Qu.Quintius.Cincinnatus:Claudius Iulius Tullus itex.A.Manlius.L.Furius Medulinus tertiũ.M.Aemylius Mamercus Ab his primũ circũsessi Veii:sunt sub cuius initiũ obsidiõis:cũ hetruscox consiliũ ad fanũ Voltumnæ frequẽter habitũ eẽt:pax constitit:bello ne publico gentis uniuersæ tuẽdi ueientes essẽt.Ea oppugna/tio segnior in sequẽti anno fuit:parte tribunox exercitusq; ad uolscũ auocata bellũ Tribunos mili.cõ/sulari potestate is annus habuit Claudiũ Valerium Potitũ tertiũ.M.Sergium Fidenatẽ.P.Cornelium Maluginẽsem.G.Corneliũ Cossum Claudiũ Fabium Ambustũ.SP.Nautiũ Rutiliũ iterũ Cũ uolscis inter ferentinũ atq; Ecetrã signis collatis dimicatũ.romanis secunda fortuna pugnæ fuit.Artena inde uolscox oppidum ab tribunis obsideri cœpta.inde inter eruptionẽ tentatã:cõpulso in urbẽ hoste:oc/casio data est romanis irrũpendi.præterquã arcem:cætera capta in arcẽ munitã natura globus armato/rum concessit:infra arcẽ cæsi captiq; multi mortales.Arx deinde obsidebat:nec aut ui capi poterat:qa p spatio loci satis præsidii habebat:aut spẽ dabat deditionis:omni publico frumento prius:q̃ urbs ca/peret:in arcem cõuecto:tedioq; recessum inde foret:nisi seruus arcẽ romanis prodidisset.Ab eo mili/tes per locũ arduũ accepti cepere:a quibus cũ custodes trucidarent:cætera multitudo repẽtino clamo/re oppressa in deditionẽ uenit.Diruta & arce:& urbe Artena:reductæ legiões ex Volscis: omnisq; uis romana Veios cõuersa est.Proditori præter libertatẽ duax familiax bona in præmiũ data seruius ro/manus uocitatus:Sunt qui Artenã ueientiũ non Volscox fuisse credãt.præbet erroré:quod eiusdẽ no/minis urbs inter Cære:atq; Veios fuit:sed eã reges romani deleuere:cætex quæ non ueientium fue/rat.altera hæc nomine eodẽ in uolsco agro fuit:cuius excidium est dictum.

Aes graue in usu

Trib. mili. Sex nũero

LIBER QVINTVS

PACE ALIBI PARTA:ROMANI VEII Q VE IN ARMIS ERANT: tanta ira odioq;:ut uictis finẽ adesse appareret.Comitia utriusq; populi lõ/ge diuersa rõne facta sunt.romani auxere tribunox militũ consulari pote/state numex octo:quot nunq̃ antea creati: Martius Aemylius Mamercus itex.L.Valerius Potitus tertiũ.Ap.Claudius Crassus: Marcus Quintilius Varus.M.Iulius Rullus.M.Posthumius.M.Furius Camillus.M.Posthu/mius Albinus.Veiẽtes cõtra:tedio annuæ ambitiõis:quæ iterdũ discordia/rũ causa erat:regẽ creauere.Offendit ea res populox hetruriæ aios:nõ ma/iore odio regni:q̃ ipsius regis:grauis iam is antea genti fuerat opibus sup/biaq;:quia solẽnia ludox:quos intermitti nefas ẽ:uioléter diremisset: cum ob irã repulsæ qd suffragio.xii.populox alius sacerdos ei prælatus eẽt:arti/fices:quox magna pars ipsius serui erãt:ex medio ludicro repẽte abduxit. gens itaq; ante oẽs alias eo magis dedita religiõibus:quod excelleret arte colendi eas:auxiliũ ueienti/bus negãdũ donec sub rege eẽt:decreuit.cuius decreti suppressa fama est Veiis ꝓpter metũ regis: qa/ a quo tale qd dictũ referret:pro seditiõis eũ principe:nõ noui sermonis auctorẽ habebat: Romanis & si quiete res ex hetruria nũciabãtur:tñ quia oĩbus cõciliis eã rẽ agitari afferebatur:ita muniebãt:ut an/cipitia muniméta essent.alia in urbẽ & cõtra oppidanox eruptiões uersa:alia frons in hetruriã spectãs in auxiliis:si qua forte inde uenirẽt:obstruebat.Cũ spes maior ĩperatoribus romanis ĩ obsidiõe:q̃ ĩ op/pugnatiõe esset:hybernacula ẽt res noua militi romano ædificari cœpta:cõsiliumq; erat hyemãdo cõti/nuare bellũ:quod posteaq̃ tribunis plebis iandiu nullã nouãdi res cãm inueniẽtibus ẽ allatũ ĩ cõtionẽ/ꝓsiliunt:sollicitãt plebis aios:hoc illud esse dictantes:qd æra militibus sint cõstituta:nec se fefellisse id donũ inimicox ueneno illitũ fore:ueniisse libertatẽ plebis:remotã in ppetuũ & ablegatã ab urbe & ab republica iuuentutẽ:iam ne hyemi qdẽ aut tẽpori anni cedere:ac domos & res iuisere suas.Quã puta/rẽt cõtinuatæ militiæ cãm esse:nullã ꝓfecto aliã inuẽturos.q̃ nequit p infrequentiã iuuenũ eox in qui/bus uires oẽs plebis essent:agi de cõmodis eox posset:uexari præterea & subigi multo acrius:q̃ ueien/tes qppe illos hyemẽ sub tectis suis agere egregiis muris situq; naturali urbẽ tutãtes:militẽ romanũ ĩ opere ac labore pruiniscq; obrutũ sub pellibus durare:ne hyemis quidẽ spatio:quæ oĩum belloꝝ terra mariq; sit quies:arma deponentẽ.Hoc neq; reges:neq; ante tribunitiã ptãtem creatã supbos illos con/

Vbi primũ hybernacula a milite facta

Sub pellibus militeſ hyemabãt

ſules:neq; triſte dictatoris imperiũ:neq; ĩportunos decẽuiros iniunxiſſe ſeruitutis:ut perennẽ militiã facerent quod tribuni militũ in plebe romana regnũ exercerent.quidnã illi cõſules dictatoreſue factu ri eſſent qui proconſularẽ imaginẽ tam ſcæuam ac trucẽ fecerint?ſed id accidere haud ĩmerito: nõ fuiſ ſe ne in octo quidẽ tribunũſmilitũ locum ulli plebeio.Ante trina loca cũ contentione ſumma patritios explere ſolitos nũc iam octo iuges ad ĩperia obtinenda ire:& ne in turba quidẽ hærere plebeiũ quem quã:qui ſi nihil aliud admoneat collegas liberos & ciues eoꝝ nõ ſeruos militare: quos hyeme ſaltem in domos ac tecta reduci oporteat:& aliquo tpe anni parentes liberoſq; ac cõiuges inuiſere:& uſurpa re libertatẽ.& creare magiſtratus. Hæc taliaq; uociferantes aduerſariũ haud imparem nacti ſunt.Ap. Claudium relictũ a collegis ad tribunitias ſeditiões cõprimẽdas:uirum imbutũ ab iuuenta iam certa minibus plebeiis.quẽ auctorem aliquot annis ante fuiſſe memoratũ eſt per collegaꝝ interceſſionem tribunitiæ poteſtatis diſſoluẽdæ.Is tum iam non prõptus ingenio tantũ: ſed etiã uſu exercitatus talẽ orationẽ habuit.ſi unquã dubitatum eſt quirites: utrum tribuni plebis ueſtra an ſua cauſa ſeditionũ ſemper auctores fuerint id hoc anno deſiſſe dubitari certũ habeo:& cũ lætor tandem longi erroris uo bis finem factũ eſſe:tum qd' ſecundis potiſſimũ ueſtris rebus.hic error eſt ſublatus:& uobis & propter uos reip.gratulor.An eſt quiſquã:qui dubiter nullis iniuriis ueſtris:ſi quæ forte aliquando fuerũt un quã:æque quã munere patrum in plebẽ:cum æra militantibus conſtituta ſunt:tribunos plebis offen ſos & concitatos eſſe?quod illos aliud aut tũ timuiſſe creditis:aut hodie turbare uelle niſi concordiam ordinum?q; diſſoluendæ maxime tribunitiæ poteſtatis rentur eſſe.Sic hercule tanquã artifices impro bi opus quærunt:qui & ſemp ægri aliquid eſſe in repu.uolunt:ut ſit:ad cuius curationem a uobis ad hibeãtur.Vtrum.n.defenditis an impugnatis plebem?utrũ militantiũ aduerſarii eſtis:an cauſam agi tis?niſi forte hoc dicitis:quicquid patres faciunt:diſplicet:ſiue illud pro plebe:ſeu cõtra plebem eſt: Et quẽadmodum cum ſeruis ſuis uetant domini quicquam rei cum alienis hominibus eſſe: pariterq; in iis beneficio ac maleficio abſtineri æquũ cenſent:ſic uos interdicitis pũbus comertio plebis:ne nos co mitate ac munificẽtia noſtra ꝓuocemus plebem:nec nobis plebs dicto audiẽs atq; obediẽs ſit.Quanto tandẽ:ſi quicquã in uobis non dico ciuilis:ſed humani eſſet:fauere uos magis:& quantũ in uobis eẽt: indulgere potius comitati patrũ:atq; obſequio plebis oportuit?qd' ſi perpetua concordia ſit: quis nõ ſpõdere auſit maximũ hoc imperiũ inter finitimos breui futuꝝ?At qui ego:quantũ hoc cõſilium colle garũ meoꝝ:quo abducere infecta re a Veiis exercitũ noluerunt:non utile ſolũ.ſed etiam neceſſarium fuerit:poſtea edifferam.Nunc de ipſa cõditiõe dicere militãtium libet:q; orationem nõ apud uos ſolũ ſed etiã in caſtris:ſi habeatur:ipſo exercitu diſceptãte:æquã arbitror uideri poſſe.in qua:ſi mihiipſi ni hil:quod dicerem:in mentẽ uenire poſſet.aduerſarioꝝ certe orationibus contentus eſſem.Negabant nuper æra danda militibus:quia nũquam data eſſent.quonã modo igitur nũc indignari poſſunt:qui bus aliqd noui adiectum cõmodi ſit:eis laboris etiã nouum ꝓportione iniungi?nulſquã:nec opera ſi ne emolumento nec emolumẽtum ferme ſine impenſa opera eſt:labor uoluptaſq; diſſimilima natu ra ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt ĩnexa.Moleſte ante ferebat miles ſe ſuo ſumptu operã reip. præbere:gaudebat idẽ partem anni ſe agrum ſuum colere:quærereq; unde domi militiæq; ſe ac ſuos tueri poſſet:gaudet nunc fructui ſibi remp.eſſe:& lætus ſtipẽdiũ accipit.æquo igitur animo patiatur ſe ab domo:ab re familiari:cui grauis impenſa nõ eſt paulo diutius abeſſe:an ſi ad calculos eum reſp. uocet:non merito dicat:annua æra habes:annuam operam ede:an tu equum cẽſes militia ſemeſtri ſo lidum te ſtipendium annuũ accipere?Inuitus ĩ hac parte orationis quirites moror:ſic .n. agere debẽt: qui mærcẽnario milite utuntur:nos tanquã cum ciuibus agere uolumus:agiq; tãq; cum patria nobiſ cum æquum cenſemus.Aut nõ ſuſcipi bellum opportuit:aut geri pro dignitate populi romani:& p fici quamprimũ oportet:perficietur autem:ſi urgemus obſeſſos:ſi non ante abſcedimus:q; ſpei noſtræ finem captis.Veiis impoſuerimus.Si hercule nulla alia cauſa ipſa indignitas perſeuerantiũ imponere debuit:Decem quondam annos urbs oppugnata eſt ob unam mulierẽ ab uniuerſa Græcia:q; procul ab domo quot terras:quot maria diſtans:nos intra uigeſimum lapidẽ in conſpectu ꝓpe urbis noſtræ annuam oppugnationẽ perferre piget:ſcilicet:quia leuior belli cauſa eſt:nec ſatis quicquã iuſti dolo ris:eſt quod nos ad perſeuerandũ ſtimulet ſepties rebellarũt:& in pace nunquã fidi fuerunt: agros no ſtros milies depopulati ſunt:fidenates deficere a nobis coegerunt:colonos noſtros ibi interfecerũt:au ctores fuere:cõtra ius:cædis impiæ legatoꝝ noſtrorũ:ac hetruriã oẽm aduerſus nos concitare uolue runt:hodieq; id moliuntur:res repetentes legatos noſtros haud procul abfuit:quin uiolarent: cũ his molliter & ꝓ dilatiões bellum geri oportet?Si nos tam iuſtum odium nihil mouet:ne illa quidem:oro uos mouent?operibus ingẽtibus ſepta urbs eſt:quibus ĩtra muros coercetur hoſtis.agrum nõ coluit: & culta euaſtata ſunt bello.Si reducimus exercitum:quis eſt:qui dubitet illos non cupiditate ſolũ ulci ſcẽdi:ſed ẽt neceſſitate ĩpoſita ex alieno prædandi cum ſua amiſerint:agrum noſtrum inuaſuros?non differimus igitur bellum iſto conſilio:ſed ĩtra fines noſtros accipimus.Quid illud.qd' proprie ad mili tes ptinet:qbus boni tribuni plebis cũ ſtipendiũ extorquere uoluerũt:nũc cõſultũ repẽte uolunt:qua le eſt:uallũ foſſamq; ingentis utranq; rem operis per tantum ſpatium duxerunt:caſtella primo pauca poſtea exercitu aucto creberrima fecerũt:munitiones nõ in urbem modo:ſed in hetruriam etiam ſpe ctantes:ſiqua inde auxilia ueniant:oppoſuere:quid turres:quid uineas teſtudineſq; & Aliũ oppugnã

Labor & uoluptas

ctaꝝ urbium apparatū loquar? cum tantū laboris ex hauſtum ſit: & ad finem iam operis tandē peruen
tum relinquenda ne hæc cēſetis: ut ad æſtatē rurſus nouus de integro his inſtituēdis exudetur labor?
quāto eſt minus opera tueri facta & inſtare atq; perſeuerare defungiq; cura. Breuis. n. ꝓfecto res eſt: ſi
uno tenore pagitur: nec ipſi per ītermiſſiones has interuallaq; lentiorē ſpē noſtrā facimus. loquor de
opere & de tēporis iactura. Quid periculi qđ differendo bello adimus. nūc obliuiſci nos hæc tā crebra
hetruriæ cōſilia de mittēdis. Veios auxiliis patiūtur? ut nūc res habēt: irati ſunt: oderūt: negāt miſſuros
quantū in illis ē: capere Veios licet. qs eſt: qui ſpōdeat eundē. ſi differ? bellū: aium poſtea fore? cū ſi laxa
mentū dederis maior frequentiorq; legatio itura ſit: cū id: qđ nūc offendit hetruſcos rex creatus Veiis
ſpatio mutari ītерpoſito poſſit: uel conſenſu ciuitatis: ut eo recōcilient hetruriæ aīos: uel ipſius uolūta
te regis: q obſtare regnū ſuū ſaluti ciuiū nolit? Videte quot res: q̄ inutiles ſequātur illam uiā conſiliii: ia
ctura operū tanto labore factoꝝ: uaſtatio īminens finium noſtroꝝ: hetruſcum bellum pro ueiente con
citatū. Hæc ſunt tribuni conſilia ueſtra nō hercule diſſimilia: ac ſiquis ægro qui curari ſe fortiter paſſus
extemplo cōualeſcere poſſit: ibi gratia præſentis aut potiōis longinquū forſitan & inſanabilē morbū
efficiat. Si medius fidius ad hoc bellū nihil pertineret: ad diſciplinā certe militiæ plurimū intererat: in
ſueſcere militem noſtrū non ſolum parua uictoria frui: ſed ſi res etiā lentior ſit: pati tediū: & quāuis ſe
ræ ſpei exitum expect re: & ſi nō ſit æſtate perfectum bellū hyemē operiri. nec ſicut æſtiuas aues ſtati
autumno tecta ac receſſum circūſpicere. Obſecro uos uenādi ſtudium ac uoluptas hoies per niues ac
pruinas in montes ſiluaq; rapit: belli neceſſitatibus eam patientiā non adhibemus q̄ uel luſus ac uolu
Atē ſimili/ ptas elicere ſolet: deo ne effœminata corpora militum noſtroꝝ eſſe putamus: adeo molles animos: ut
tudinem hyemē unam durare in caſtris: abeſſe ab domo non poſſint? ut tanquā nauale bellum tempeſtatibus
captandis: & obſeruando tpe anni gerant? non æſtus: non frigora pati poſſint? erubeſcant profecto: ſi
quis eis hoc obiiciat: contēdantq; & aīs & corporibus ſuis uirilem patientiam ineſſe: & ſe iuxta hyeme
atq; æſtate bella gerere poſſe: nec ſe patrociniū molliciæ inertiæq; mandaſſe tribunis & meminiſſe hāc
ipſam poteſtatem nō in umbra: nec in tectis maiores ſuos creaſſe. Hæc uirtute militū ueſtroꝝ: hæc ro/
mano noīe ſunt digna: non Veios tātum: nec hoc bellum intueri qđ inſtat: ſed famā: & ad alia bella: &
ad cæteros populos in poſteꝝ quærere. An mediocre diſcrimen opinionis ſecuturū ex hac reputatis:
utrū tandē finitimi populū romanum eſſe putēt: cuius ſiqua urbs primū illud breuiſſimi tēporis ſuſti/
nuerit impetū: nihil deinde timeat: an hic ſit terror noīs noſtri: ut exercitum nō tediū longinquæ op/
pugnationis: nō uis hyemis ab urbe circūſeſſa ſemel amouere poſſit? nec finē ullum aliū belli: q̄ uicto/
riam nouerit? nec īpetu potius bella: q̄ perſeuerātia gerat? quæ īomni quidē genere militiæ: maxīe tū
in obſidēdis uiribus neceſſaria eſt: quaꝝ pleraſq; munitiōibus ac naturali ſitu fame ſitiq; tēpus ipſum
uincit atq; expugnat: ſicut Veios expugnabit: niſi auxilio hoſtibus tribuni plebis fuerint: & Romæ īu
enerint præſidia Veiētes: quæ nequicquā in hetruria querūt. An ē quicq̄: qđ ueiētibus optatū æque
cōtingere poſſit: q̄ ut ſeditiōibus primū urbs romana: deinde uelut ex cōtagione caſtra impleant? At
hercule apud hoſtes tāta modeſtia eſt: ut nō obſidiōis tedio: nō deniq; regni quicquā apud eos nouā/
tum: ſit nō negata auxilia ab Ethruſcis irritauerint aīos: morie? n. extēplo: quicūq; erit ſeditiōis auctor
Fuſtuariū nec cuiquā dicere ea licebit: quæ apud uos impune dicūtur. fuſtuarium mere? qui ſigna reliquit. aut
præſidio decedit. auctores ſigna relinquēdi & deſerendi caſtra nō uni aut alteri militi ſed uniuerſis ex
ercitibus palam in cōcione audiunt? adeo quicqđ tribunus plebis loquit? & ſi prodēdæ patriæ diſſol/
uēdæq; reip. eſt aſſueſcitis audire & dulcedine ptātis eius capti quælibet ſub ea ſcelera latere ſinitis. Re
liquū eſt: ut quæ hic uociferant? eadē in caſtra & apud milites agant: & exercitus corrūpant: ducibuſq;
parere non patiant? quoniam ea demū Romæ libertas eſt: non ſenatū: non magiſtratus: non leges: nō
mores maioꝝ: non inſtituta patrū: non diſciplinam uereri militiæ.



PAR IAM ETIAM IN CONCIONIBVS erat Appius tribunis plebis: cū ſubito unde minime q̄s crederet accepta calamitas apud Veios & ſupioré Appium in cauſa: & concordiā ordinū maiorē: ardo remq; ad obſidēdos pertinaciuſ Veios fecit: Nā cum agger promotus ad urbē: uineæq; tantū nō iā iniun ctæ mœnibus eſſent: dum opa interdiu fiunt intēti/ us: q̄ nocte cuſtodiunt? patefacta repēte porta: ingēs multitudo facibus maxīe armata ignes coniecit: ho ræq; momēto agerē ac uineas tā lōgi temporis opus incendiū hauſit: multiq; ibi mortales nequicquam opem ferētes ferro igniq; aſſumpti ſunt. Quod ubi Romæ ē nunciatū: mœſtitiā oībus: ſenatui curā me/ tumq; iniecit: ne tū uero ſuſtineri nec in urbe ſeditio nec ī caſtris poſſet: & tribuni plebis uelut ab ſe uictæ
Ro. clades ad ueios ac cepta reip. inſultarent: cū repente quibus cenſus equeſter erat (qui publice nō erant aſſignati) conſilio prius inter ſeſe habito ſenatū adeunt: factaq; dicendi poteſtate equis ſe ſuis ſtipēdia facturos ꝓmittunt. Qui

bus cum amplissimis uerbis gratiæ ab senatu actæ essent: famaq; ea forum atq; urbē peruasisset: subito ad curiā concursus fit plebis: pedestris ordinis se aiunt nūc esse: operāq; reipublicæ extra ordinē polliceri: seu Veios: seu quo alio ducere uelint. si Veios ducti sint: negant se inde prius quā capta urbe hostium redituros. Tum uero iam superfundēti se letitiæ uix tēperatum est. nō. n. sicut equites: dato magistratibus negotio: laudari iussi: neq; aut in curiā uocati: quibus responsum daretur: aut limine curiæ cōtinebatur senatus: sed pro se quisq; ex supiore loco ad multitudinē in comitio stantē: uoce manibusq; significare publicā lætitiā. beatā urbē romanā: & inuictā: & eternā illa cōcordia dicere: laudare eqtes laudare plebem: diem ipsum laudibus ferre: uictā esse fateri comitatā benignitatēq; senatus. Certatim patribus plebiq; manare gaudio lachrymæ: donec reuocatis in curiā patribus senatusconsultū factum est ut tribuni militares: cōcione aduocata: peditibus equitibusq; gratias agerent. memorē pietatis eorum erga patriā dicerent senatū fore: placere autem oībus his uoluntariā extra ordinem professis militiam æra procedere: & equiti certus numerus eris est assignatus. tum primū equis merere equites ceperūt. Volūtarius ductus exercitus Veios: nō amissa mō restituit opera: sed noua etiā instituit. ab urbe cōmeatus intentiore: quā antea subuehi cura: nequid tam benemerito exercitui ad usum deesset. Insequens annus tribunos militum cōsulari potestate habuit Claudiū Seruilium Halā tertiū. Qu. Seruiliū P. Virginiū. Qu. Sulpiciū. A. Manliū itēq;. M. Sergiū itēq;. His tribunis dū cura oīum in ueiēs bellū intē ta est. neglectū Anxuri præsidiū uocationibus militū & uolscos mercatores uulgo receptādo: proditis repente portaq; custodibus: oppressum est. minus militū periit: quia præter agros lixaq; īmodum peragros uicinasq; urbes negotiabāt. Nec Veiis melius gesta res: quod tū caput oīum curaq; pūblicarum erat: Nā & duces romani plus inter se iraq;: q; aduersus hostes animi habuerūt & auctum est bellum adūetu repētino capenatium & falisco q;. Hi duo hetruriæ populi: quia ꝓximi regione erāt deuictis Veis bello quoq; romano se proximos fore credētes: falisci propria etiā causa infesti: quod fidenati bello se iam antea īmiscuerant: per legatos ultro citroq; missos iureiurando iter se obligati cū exercitibus nec opinato ad Veios accessere. Forte ea ratione: qua Sergius tribunus militū præerat castra adorti sunt: īgentēq; terrorē intulere: quia Ethruriā omnem excitā sedibus magna mole adesse romani crediderāt Eadem opinio ueientes in urbe concitauit. Itaq; ancipiti prælio castra romana oppugnabātur. Cōcurrentes cum huc atq; illuc signa transferrēt: nec ueientē satis cohibere intra munitiones: nec suis munimentis arcere iam uim: ac tueri se ab exteriore poterāt hoste. Vna spes erat: si ex maioribus castris subueniret: ut diuersæ legiones aliæ aduersus capenatē ac falisc um: aliæ contra eruptionem oppidanoꝝ pugnarent. Sed castris præerat Verruginis priuatim Sergio inuisus infestusq;: is cum pleraq; castella oppugnata superatas munitiōes utrinq; inuehi hostē nunciaret: in armis milites tenuit: si opus foret auxilio collegam dictitans ad se missurꝝ. Huius arrogātiam pertinacia alterius æquabat: qui nequam opem ab inimico uideret petisse: uinci ab hoste: q; uincere per ciuē maluit. Diu in medio cæsi milites: postremo defertis munitionibus perpauci in maiora castra pars maxima atq; ipse Sergius Romā pertenderūt. Vbi cum oēm culpā in collegā inclinaret: acciri Virginium ex castris: interea præesse legatos placuit. Acta deinde in senatu res est: certatumq; inter collegas maledictis: pauci reipu. huic atq; illi: ut quoscq; studiū priuatim aut gratia occupauerunt: adsunt. Primores patrū siue culpa: siue infelicitate tā ignominiosa clades accepta esset: cēsueræ nō expectātium iustum tēpus comitioꝝ: sed extēplo nouos tribunos militū creandos esse: qui a kalendis octob. magistratum occiperent. In quā sententiam cum pedibus iretur: cæteri tribuni militū nihil contradicere: at eninuero Sergius Virginiusq;: ꝓpter quos pœnitere magistratuū eius anni senatum apparebat: primo deprecari ignominiā: deinde intercedere senatusconsulto: negare se ante idus decembres solēnem in eundis magistratibus diem honore abituros esse. Inter hæc tribuni plebis cū in concordia hoīum secundisq; rebus ciuitatis muiti silentium tenuissent: feroces repēte minari tribunis militū: nisi ī auctoritate senatus essent se ī uincula eos duci iussuros esse. Tum claudius Seruilius Hala tribunus militum: quod ad uos attinet: tribūi plebis minasq; uestras: næ ego libēter experirer: quam non plus in his iuris: quam in uobis animi esset: sed nefas ē tendere aduersus auctoritatem senatus: proinde & uos desinite inter nostra certamina locum iniuriæ quærere: & collegæ aut facient: quod censet senatus: aut: si pertinacius tendent dictatorem: extemplo dicam: qui eos ab ire magistratu cogat. Cum oīum assensu cōprobata oratio esset gauderentq; patres sine tribunitiæ potestatis terriculis: inuētam esse aliam uim maiorem ad coercēdos magistratus: uicti consensu oīum comitia tribunoꝝ militum habuere: qui kalendis octobribus magistratū occiperēt: seq; eam ante diē magistratu abdicauere. L. Valerio Potito quartū. M. Furio Camillo iterū. M. Aemylio Mamerco tertiū. M. Cornelio Cosso itēq;: Claudio Fabio Ambusto. L. Iulio Tullo tribunis militum consulari potestate multa domi militiæq; gesta: Nā & bellum multiplex fuit eodē tpe ad Veios: & ad Capenā: & ad Falerios: & ī Volscis: ut Anxur ab hostibus recuparet. & Romæ simul de delectu simul de tributo cōferēdo laboratum ē: & de tribu. plebis cooptandis cōtentio fuit & haud paruū motū duo iudicia eoꝝ: qui paulo ante consulari ptāte fuerant: exciuere. Oīum primū tribunis militū fuit delectū haberi nec iuniores mō cōscripti: sed seniores etiam coacti noīa dare: ut urbis custodiam agerēt. Quāto aūt augebatur militū numerus: tanto maiore pecunia in stipendiū opus erat: eaq; tributo conferebat: inuitis cōferentibus: qui domi remanebāt: quia tuentibus urbē opera quoq; militari laborandū

Att equitū & peditū īrē pri. stu dium

Quando equites pri mū equo merere cœ perint

Lixæ

Ro. clades ad ueios

Occiperēt Trib. mili.

seruiendumq; reipublicæ erat. Hæc per se grauia: indignioraq; ut uiderent: tribuni plebis seditiosis cõcionibus faciebant: ideo æra militibus cõstituta esse arguẽdo: ut plebis partẽ militia partẽ tributo conficerẽt. Vnũ bellũ annũ iam tertiũ trahi: & cõsulto male geri ut diutius gerãt in quattuor deinde bella uno delectu exercitus scriptos: & pueros quoq; ac senes extractos. Iã non ætatis: nec hyemis discrimẽ esse ne ulla quies unq̃ miseræ plebi sit: quæ ẽt uectigalis ad unũ facta sit: ut cũ confecta labore: uulneribus postremo ætate corpora rettulerint: incultaq; oĩa diutino dominoꝝ desiderio domi iuenerint tributũ affecta re familiari pendãt: æraq; militaria uelut fenore accepta multiplicia reipublicæ reddant. Inter delectũ tributũq; & occupatos aĩos maioꝝ reꝝ curis: comitiis tribunoꝝ plebis numerus expleri neqt. Pugnatũ inde in loca uacua: ut patritii: cooptarent: posteaquã obtineri nõ poterat: tamen labefactandæ legis tribunitiæ cã effectũ: ẽ ut cooptarent tribũi plebis Claudius Lacerius: &. M. Acutius haud dubie patritioꝝ opibus. Sors ita tulit: ut eo anno tribunus plebis. G. Trebõius eẽt: qui noĩ ac familiæ debitũ præstare uideret treboniæ legis patrociniũ. Is quod petissent patres: quidã: primo incœpto repulsi cũ tribunos militum expugnassent. uociferãs legem treboniã sublatã: & cooptatos tribũos plebis nõ suffragiis populi: sed iperio patritioꝝ: & eo deuolui rẽ: ut aut patritii: aut patritioꝝ asseclæ habẽ di tribuni plebis sint: eripi sacratas leges: extorqueri tribunitiam potestatẽ: id fraude patritioꝝ scelere ac proditione collegaꝝ factũ arguere. Cũ arderent inuidia nõ patres mõ: sed etiã tribuni plebis cooptati pariter & qui cooptauerãt: tum ex collegio tres. P. Curatius. M. Metilius: &. M. Minutius trepidi reꝝ suaꝝ in Sergiũ uirginiũq; prioris anni tribunos militares incurrũt. In eos ab se irã plebis inuidiãq; die dicta auertũt: quibus delectus: quibus tributũ: quibus diuturna militia lõginquitasq; belli sit grauis: qui clade accepta ad ueios doleant qui amissis liberis fratribus: ꝓpinquis affinibus lugubres domos habeant: iis publici priuatiq; doloris exequendi ius potestatẽq; ex duobus noxiis capitibus datã ab se memorãt. oĩum nãq; maloꝝ in Sergio uirginioq; causas esse: nec id accusatorẽ magis arguere: q̃ fateri reos: q noxii ambo alter ĩ alterꝝ cãm conferãt: fugã Sergii uirginius: Sergius ꝓditionẽ increpans uiriginii: quoꝝ adeo ĩcredibilẽ amẽtiã fuisse: ut multo uerisimilius sit cõpacto eã rem: & cõi fraude patritioꝝ actã. Ab his & prius datũ locũ ueiẽtibus: ad iducẽda opa: belli trahẽdi cã & nũc ꝓditũ exercitum tradita falisci romana castra: oĩa fieri ut cõseneſcat ad ueios iuuẽtus: nec de agris nec de aliis cõmodis plebis ferre ad populũ tribuni. frequẽtiaq; urbana celebrare actiões: & resistere conspiratiõi patritioꝝ possint. Præiudiciũ iam de reis & ab senatu: & a populo romano: & ab ipsoꝝ collegis factũ esse: nã & se natus cõsulto eos ab republica remotos esse: & recusãtes abdicare se magistratu dictatoris metu ab collegis coercitos esse: & po. ro. tribũos creasse: qui nõ idibus decẽbribus die solẽni: sed extẽplo kal. octo. magistratũ occiperẽt: qa stare diutius respublica his manẽtibus ĩ magistratu nõ posset. Et tamẽ eos tot iudiciis cõfossos ꝑdãnatosq; uenire ad populi iudiciũ: & existimare defũctos eẽ se: satisq; pœnaꝝ dedisse: qd̃ duobus mẽsibus citius priuati facti sunt: neq; itelligere nocẽdi sibi diutius tum ptãtem ereptã eẽ nõ pœnã irrogatã: quippe & collegis abrogatũ imperiũ: qui certe nihil deliquisset. Illos repeterẽt aĩos quirites: quos recẽti accepta clade habuissent: cũ fuga trepidum: plenũ uulneꝝ ac pauore: incidentem portis exercitũ uiderunt: nõ fortunã aut quẽquã deoꝝ: sed hos duces accusantẽ: Pro certo habere neminem in cõciõe stare: qui illo die nõ caput domũ fortunasq; L. Virginii: ac Marci Sergii sit execratus detestatusq;: minime cõuenire quibus iratos quisq; deos præcatus sit: in iis sua potestate cum liceat: & oporteat non uti. nunquã deos ipsos admouere nocẽtibus manus: satis esse si occasiõe ulciscẽdi læsos armẽt. His oratiõibus incitata plebs denisimillibus æris grauis reos cõdẽnat: ne quicquã Sergio martẽ cõmunem belli fortunãq; accusante: Virginio deprecante ne ĩfelicior. domi: q̃ militiæ esset. In hos uersa ira populi: cooptationis tribunoꝝ fraudisq; contra legem treboniã factæ memoriam obscurã fecit. Victores tribuni ut præsentem mercedẽ iudicii plebs haberet: legem agrariã promulgant: tributũ cõferre prohibẽt cũ tot exercitibus stipendio opus esset. resq; militia ita prospere gererẽtur: ut nullo bello ueniretur ad exitum spei. Namq; ueiis castra: quæ amissa erant: recuperata castellis præsidiisq; firmãtur, Præerãt tribuni militũ. M. Aemylius. Qu. Fabius. M. Furio in falisci: &. G. Cornelio in capenate agro: hostes nulli extra mœnia inuẽti: prædæ actæ: incẽdiis uillaꝝ ac frugũ uastati: fines: oppida oppugnata nec obsessa sunt. At in Volscis depopulato agro Anxur oppugnatũ nequicquã loco alto sitũ & posteaq̃ uis irrita erat uallo fossaq; obsideri cœptũ: Valerio Potito Volsci, puincia euenerat. Hoc statu militariũ reꝝ seditio ĩtestina maiore mole coorta: q̃ bella tractabant: & cũ tributũ conferri p tribũos non posset nec stipendiũ iperatoribus mitteret: æraq; militaria flagitaret miles: haud ꝓcul erat: qui castra quoq; urbanæ seditiõis cõtagiõe turbarent. Inter has iras plebis in pres cũ tribuni plebis nũc illæ tps esse dicerent stabiliẽdæ libertatis: & ab Sergiis Virginiisq; ad plebeios uiros fortes ac strenuos trãferẽdi summi honoris non tamẽ ultra ꝓcessum ẽ: q̃ unus ex plebe usurpãdi iuris cã. P. licinius Caluus tribunus militũ cõsulari ptãte crearet: cæteri patritii creati. P. Mãlius: &. P. Ticinius. P. Melius. L. Furius Medulinus. L. Popilius Volsco ipsa plebes mirabat se tãtã rẽ obtinuisse: nõ is mõ q creatus erat uir nullis ante honoribus usus: uetus tantũ senator & ætate iã grauis: nec satis cõstat cur primus ac potissimus ad nouũ delibandũ honorẽ sit habitus. Alii. G. Cornelii fratris q tribunus militum priore anno fuerat: triplexq; stipendiũ equitibus dederat: gra extractũ ad tm̃ honorẽ credũt. alii orationem ipsum tẽpestiuã de cõcordia ordinum pũblicis plebiq; gratã habuisse. Hac uictoria comitioꝝ exultãtes tribuni

Trebonia lre

Atr. atrocẽ accusatio nem

Duo Tri. Mi. dãnat

P. licinius primus ex plæbe Tri. mi. factus

plebis:qđ maxie rẽp.ꝑpediebat:de tributo remiserũt.collatũ obediẽter missũq; ad exercitũ est.Anxur ī Volscis breui receptũ ẽ.Insignis ánus hyeme gelida ac niuosa fuit:adeo ut uiæ clause tyberis inauigabilis fuerit.Annona ex añ cõuecta copia nihil mutauit.Et qa.P.Licinius:ut cœpat: haud tumultuose magꝫtũ maiore gaudio plebis:q̃ ídignatõe patꝝ ita ẽt gessit:dulcedo ĩuasit,pximis comitiis tribunoꝝ militũ plebeios creãdi:unus.M.Veturius ex pritiis cãdidatis locũ tenuit:plebeios alios tribũos militũ cõsulari ptãte oẽs fere cẽturiæ dixere.L.Tici.P.Meneniũ.G.Genu.L.Raciliũ.Hyemẽ tristẽ seu ex ítẽperie cæli raptĩ mutatõe in cõtrariũ facta:siue alia q̃cũq; de cã grauis:pestilẽsq; oĩbus añalib⁹ æstas excepit. cuius ĩ sanabili pnicie qñ nec cã:nec finis iueniebat:libri sibyllini ex senatusc̃sulto aditi sũt:duũuiri sacris faciũdis:lectisternia tãc primũ ĩ urbe romana facta:ꝑ dies octo Appol.Latonã: & Dianã:Her.Mer. atq; Neptunũ trib⁹:quanãpiissime tũ apparı poterat:stratis lectis placauere.Priuati quoq; id sacrũ celebratũ est tota urbe patẽtib⁹ ianuis:,pmiscuoq; usu reꝝ oĩum ĩ ,ppatulo posito: notos ignotosq; passim aduenas ĩ hospiciũ ductos ferũt:& cũ inimicis quoq; benigne ac comiter sermões habitos:iurgus ac litibus tẽperatũ.uictis quoq; dépta ĩ eos dies uícula:religiõi deide fuisse:qbus eã opẽ detulissẽt uíciri. Interi ad Veios terror multiplex fuit:tribus ĩ unũ bellis collectis:nãq; eodẽ:quo ãtea mõ circa muniñta cũ repẽte capenates falisciq; subsidio uenissẽt.aduersus tres exercitus ãcipiti plio pugnatũ est:añ oĩa ad iuuit memoria:dãnatõis Sergii ac Virginii.Itaq; maiorib⁹ castris:uñ ãtea cessatũ fuerat breui spatio circũductæ copiæ capenates ĩ uallũ romanũ uersos ab tergo aggrediunt.Inde pugna cœpta falisc̃is itulit terrorẽ:trepidãteq; eruptio ex castris opportũe facta auertit:repulsos deide ísecuti uictores ígentẽ edi derũt cædẽ.Nec ita multo post iã palãtes ueluti forte oblati ppatores capenatis agri reliquas pugnæ ab sũpsere:& ueientiũ refugiẽtes ĩ urbẽ multi añ portas cæsi dũ præ metu ne simul romãus irrũpet: obiectis foríb⁹ extremos suoꝝ excluſere.Hæc eo ánno acta.Et iã comitia tribũoꝝ militũ aderãt:quoꝝ prope maior pũbus:q̃ belli cura erat:qppe nõ cõicatũ mõ cũ plebe:sed ,ppe amissũ cernẽtib⁹ sũmũ impiũ.itaq; clarissimis uiris excõposito ꝑparatis ad petẽdũ:quos ptereũdi uerecundiã crederẽt fore: nihilominus ipsi pinde ac si oẽs candidati eẽnt cũcta expientes:nõ hoíes mõ:sed deos ẽt excipiebãt:in regionẽ uertẽtes comitia biẽnio habita priore ánno intollerãdã hyemẽ ,pdigiisq; diuinis similẽ coortã: ,pxio nõ ,pdigia:sed iã euentus pestilentiã agris urbiq; illatã:haud dubia ira deũ:quos pestis eius arcẽdæ cã placandos eẽ in libris fatalibus inuentũ sit.Comitiis:q̃ auspicato fierẽt:indignũ diis uisum honores uulgari discriminaq; gentiũ confundi.Præterq̃ maiestate petentiũ religiõe ẽt attoniti hoíes patritios oẽs ptemmagnã honoratissimũ quẽq; tribunos militũ cõsulari ptãte creauere.L.Valeriũ Potitũ.Qu.Valerium Maximũ.M.Furiũ Camillũ itẽꝝ.L.Furium Medullinũ tertiũ.Qu.Seruiliũ Fidenatẽ itẽꝝ.Qu.Sulpiciũ Camerinũ itẽꝝ.His tribunis Ad ueios nihil admodũ memorabile actũ est:tota uis in populationibus fuit.duo sũmi impatores Potitus a Faleriis:Camillus a Capena ꝑdas ingẽtes egere: nulla incolumi re licta re:cui ferro aut igni noceri posset.Prodigia interim multa nũciari.quoꝝ pleraq; & qa singuli auctores erãt:paꝝ credita spretaq;:& qa hostibus Ethruscis:p quos ea ,pcurarẽt:aruspices nõ erãt. In unũ oĩum curæ uersæ sũt:qđ lacus in albano nemore sine ullis cælestibus aqs:causaue qua alia q̃rẽ miracu lo eximeret:in altitudinẽ insolitã creuit.qd nã eo dii portẽderent,pdigio:missi sciscitatũ oratores ad delphicũ oraculũ sed ,ppior iterpres oblatus fatis.Senior q̃dã ueiens:q inter cauillãtes in statiõibus ac custodiis milites romanos Ethruscosq; uaticinãtis in modũ cecinit:priusq̃ ex lacu albano aqua emissa foret nũq̃ potituꝝ ueiis romanũ.quod primo uelut temere iactum ſpni:agitari deinde sermonibus cœptũ est:donec unus ex statõe rõana pcũctatus ,pximũ oppidanoꝝ:iam p longinqtatem belli cõmercio sermonũ facto:quisnã is esset:qui p ambages de lacu albano iaceret: posteaq̃ audiuit aruspicẽ esse: uir haud intacti religione animi causatus de priuati portenti ,pcuratione:si operæ illi esset:cõsulere uelle: ad colloquiũ uatem elicuit:cũq; progressi ambo a suis longius eẽnt inermes sine ullo metu:ꝑualens iuuenis romanus senẽ infirmũ in conſpectu oĩum raptũ:nequicq̃ tumultuantibus Ethruscis ad suos trã stulit.q cũ productus ad imperatorẽ:inde Romã ad senatũ missus esset:sciscitantibus:qd nã id esset:qđ de lacu albão docuisset:respõdit ,pfecto iratos deos ueienti populo illo fuisse die.quo sibi eã mentẽ obiecissent:ut excidiũ patriæ fatale ,pderet.itaq; q̃ tũ ceciderit diuino spiritu ĩstinctus:ea se nec ut indicta sint reuocare posse:& tacẽdo forsan quod dii ĩmortales uulgari uelint:haud minus quã celanda effando nefas contrahi.His igitur libris fatalibus sic disciplina etrusca traditũ esse:ut qñ aqua albana abũdasset: tũ si eã romanus rite emisisset:uictoriã de ueiẽtibus dari:anteq̃ id fiat deos mœnia ueientũ deserturos non eẽ.Exeq̃bat inde q̃ solẽnis deriuatio eẽt:sed auctorẽ leuẽ nec satis fidũ sup tãta re esse pĩes rati: decreuere legatos forteſq; oraculi pythici expectandas.



PRIVSQ VAM A DELPHIS ORATORES redirent:albaniue prodigii piacula inuenirẽtur:no-

Att.anni ĩtemperiẽ

Quãdo primum lectisternia ĩ urbe facta

Ro.,pspes pugnãt circa ueios

,pdigiosũ Albãi lacus icrementũ

Att.oraculum ueiẽtani aruspicis

ui tribuni militum consulari ptāte. L. Iulius Tullus. P. Furius Medulinus quartū. L. Sergius Fidenas: Aurelius Posthumius Regiēlis. P. Cornelius Maluginensis. A. Manlius magistratū inierunt. Eo āno Tarquinenses noui hostes exorti: quia multis simul bellis uolsco⁹ ad Anxur ubi præsidium obsidebatur: equo⁹ ad Lauicos q romanā ibi coloniā oppugnabant: ad hoc ueienti quoq; & falisco: & capenati bello occupatos uidebant romanos: nec intra muros quietiora negotia esse certaminibus patrum ac plebis. Inter hæc locū iniuriæ rati esse: prædatū in agrū romanū cohortes expeditas mittunt: aut enī passuros inultā eam iniuriā romanos ne nouo bello se onerarent: aut exiguo eo⁹ pa⁹ ualido exercitu pſecuturos. Romanis indignitas maior quā cura populationis tarqnensiū fuit: eo nec magno conatu suscepta: nec in longū dilata res est. Aurelius Posthumius: &. L. Iulius non iusto delectu: &. n. a tribunis plebis ipediebantur: sed prope uoluntario⁹ quos adhortando incitauerant coacta manu p agrū cæretem obliquis tramitibus egressi: redeuntes a populationibus graueq; præda tarqnienses oppressere. multos mortales obtruncant: oēs exuunt ipedimentis: & receptis agro⁹ suo⁹ spoliis Romā reuertuntur. Biduū ad recognoscendas res datū dominis: tertioq; incognita (erant āt pleraq; hostium ipsorum) sub hasta uenierunt. quodq; inde redactū militibus est diuisū. Cætera bella maxieq; ueiens incerti exitus erant. Iāq; romani: desperata ope humana: fata & deos expectant: cū legati ab Delphis uenerūt sortem oraculi afferentes congruentē responso captiui uatis: Romane aquam albanā caue lacu contineri caue in mare manare suo flumine sinas: emissam p agros rigabis: dissipatāq; riuis extingues. tum tu in siste audax hostiū muris: memor quam per tot annos obsides urbē ex ea tibi his: q̄ nūc panduntē: satis uictoriā datam. bello pfecto donū amplū uictor ad mea tēpla portato: sacraq; patria quo⁹ omissa cura ē instaurata: ut assolet: facito. Ingens inde haberi captiuus uates cœptus: eūq; adhibere tribuni militum Cornelius Posthumiusq; ad prodigii albani ꝓcurationē ac deos rite placandos cœpere. Inuentūq; tādem est: ubi neglectas cerimonias intermissumue solēne dii arguerent: nihil profecto aliud esse: q̄ magistratus uitio creatos: latinas sacrūq; in albano monte non rite cōcepisse. unam expiationē eo⁹ esse: ut tribuni militū abdicarent se magistratu: auspicia deintegro repeterent & interregnū iniretur. Ea ita facta sunt ex senatusconsulto. Interreges tres deinde fuere. L. Valerius. Qu. Seruilius Fidenas. M. Furius Camillus. nūquam desitū interim turbari comitia interpellantibus tribunis plebis: donec conuenisset prius: ut maior ps tribuno⁹ militū ex plebe crearet. Quæ dū agunt: concilia Ethruriæ ad fanū Voltūnæ habita: postulantibusq; capenatibus ac falisciis: ut Veios cōi aio cōsilioq; oēs Ethruriæ populi ex obsidione eriperent: responsū est ante se ueientibus negasse: quia unde consiliū non petissent super tanta re: auxiliū petere non deberent: nunc iā pro se fortunā suam illis negare: maxime: i ea pte Ethruriæ gētem inusitatam: nouos accolas gallos esse cū quibus nec pax satis fida: nec bellum pro certo sit. sanguini tū noiq; & præsentibus piculis consanguineo⁹ id dari: ut: siqui iuuentutis suæ uoluntarii ad id bellum eant: non impediant. Eū magnū aduenisse hostiū numero⁹ fama Romæ erat: eoq; mitescere discordiæ intestinæ metu cōi: ut fit cœptæ. haud inuitis patribus. P. Licinium Caluum prærogatiua tribunū militum non petentem creant: moderatiōis expertæ in priore magistratu uiq; cæteq; iam tum exactæ ætatis: oēsq; deinceps ex collegio eiusdem anni refici apparebat. L. Ticinium. P. Menenium. Gn. Genutium. L. Raciliū: qui priusq̄ renunciarent: iure uocatis tribubus. permissu iterregis. P. Licinius Caluus ita uerba fecit. Omen concordiæ quirites: rei maxime in hoc tps utili: memoria nostri magistratus uos his comitiis petere in sequentem annum uideo: si & collegas eosdē reficitis ēt usu melioris factos. me iam non eundem: sed umbrā nomenq; P. Licinii relictū uidetis. uires corporis effætæ: sensus oculorū atq; aurium hebetes: memoria labat: uiggor animi obtusus: en uobis: inquit (iuuenem filium tenēs) effigiem atq; imaginē eius: quē uos antea tribunum militū ex plebe fecistis: hunc ego institutum disciplina mea uicariū pro me reip. do dicoq; uosq; quæso quirites: delatū mihi ultro honorē huic petenti meisq; pro eo adiectis ꝑcibus mandetis. Datū id petenti patri: filiusq; eius. P. Licinius tribunus militū consulari potestate cū iis: quos supra scripsimus: declaratus. Ticinius Genutiusq; tribū militū profecti aduersus falisicos capenatesq; dū bellum maiore aio gerunt: q̄ consilio: præcipitauere se in insidias. Genutius morte honesta temeritatē luens ante signa inter primores cecidit: Ticinius in editū tumulum ex multa trepidatione militibus collectis aciem restituit: nec se tū æquo loco hosti cōmisit. Plus ignominiæ erat quā cladis acceptū: quæ prope in cladem uertit ingentē: tantum inde terroris non Romæ modo: quo multiplex fama peruenerat: sed in castris quoq; fuit ad Veios. ægre ibi miles retentus a fuga est: cum peruasisset castra rumor: ducibus exercitu cæso: uictorem capenatē ac falisicum: Ethruriæq; oēm iuuentutem haud procul inde abesse. His tumultuosiora Romæ: iam castra ad Veios oppugnari: iam partem hostium tendere ad urbem agmine infesto crediderant: concursumq; in muros est: & matronarum: quas ex domo conciuerat Publicus pauor: obsecrationes in templis factæ: præcibusq; a diis petitum: ut exitium ab urbis tectis templisq; ac mœnibus romanis arcerent: Veiosq; eum auertere terrorem: si sacra renouata rite: si procurata prodigia essent. Iam ludi latinæque instaurati erant. iam ex lacu albano aqua emissa in agros: Veioq; fata appetebant. Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis seruandæq; patriæ. M. Furius Camillus dictator dictus magistrum equitū. P. Corneliū Scipionem dixit. Omnia repente mutauerat imperator mutatus: alia spes alius animus hominum: fortuna quoque alia urbis uideri. Omnium primum in eos: qui a Veiis in illo pauore fugerant.

Delphici oraculi sortes

Vicarius

Romana cladēs i falisciis

Camillus dictator

more militari aĩaduertit:efficitq;ne hostis maxime timendus militi esset:deinde indicto delectu in diem certã ipse interim Veios ad confirmandos militum aĩos intercurrit:inde Romam ad scribendũ nouum exercitũ redit nullo detrectante militiã.Peregrina ẽt iuuẽtus latini herniciq; operã suam pollicentes ad id bellum uenere:quibus cũ gratias in senatu ægisset:ludos magnos ex senatusc̃sulto uouit Veiis captis se facturum:ædẽq; matutæ matris refectã dedicatuq; iam ãte ab rege Seruio Tullio dedicatam.Profectus cum exercitu ab urbe expectatiõe maiore hoĩum:q̃ spe:in agro primum nepesino cum falisc̃is & capenatibus signa confert.oĩa ibi summa ratione consilioq; acta:fortuna ẽt:ut fit: secuta est non plio tñ fudit hostes:sed castris quoq; exuit:ingẽtiq; præda est potitus: cuius pars maxima ad quæstorem redacta est:haud ita multum militi datum.Inde ad Veios exercitus ductus:densioraq; castella facta.Et a procursationibus:quæ multæ temere inter murũ atq; uallum fiebant:edicto nequis in iussu pugnaret:ad opus milites traducti.Opeq; fuit oĩum longe maximũ ac laborioſissimum cuniculus in arcẽ hostium agi cœptum:quod ne intermitteretur opus : neu sub terra continuus labor eosdẽ conficeret:in partes sex munimentoq; numeq; diuisit:senæ horæ in orbem operi attributæ sunt:noctæ ac die nũq̃ ante omissum:q̃ in arcem uiam facerent.Dictator cum iam in manibus uideret uictoriam esse:urbẽ opulentissimã capi:tantumq; prædæ fore:quantũ non oĩbus in unũ collatis ante bellis fuisset.ne inde aut militũ iram ex malignitate prædæ partitæ:aut inuidiã apud patres ex prodiga largiõe caperet:litteras ad senatum misit:deũ immortaliũ benignitate:suis consiliis:patientia militum Veios iam fore in potestate populi romani:quid de præda faciendũ censerent.Duæ senatũ distinebant sententiæ:senis.P.Licinii:quẽ primum dixisse a filio interrogatũ ferunt.edici palã placere populo:ut q̃ pticipes esse prædæ uellet:in castra Veios iret.altera.Ap.Claudii:q largitionem nouã:prodigã: inequalẽ inconsultã:arguens:si semel nefas ducerent captã ex hostibus in ærario ex hausto bellis pecuniã esse: auctor erat stipendii ex ea pecuniã militi numerandi.quo minus tributi plebes conferret:eius.n.doni societatem sensuras æqualiter oĩum domos:non auidas indireptiones manus ociosoq; urbanorum p̃ repturas fortium bellatoq; p̃mia esse:cum ita ferme eueniat:ut segnior sit p̃dator:ut quisq; laboris periculiq; p̃cipuam petere partẽ soleat.Licinius contra suspectã & inuisam semp eam pecuniã fore aiebat causasq; criminũ ad plebẽ:seditionũ inde ac legũ nouaq; præbiturã.satius igitur esse reconciliari eo dono plebis aĩos:exhaustis atq; exinanitis tributo tot annoq; succurri:& sentire prædæ fructũ in eo bello in quo prope cõsenuerunt.gratius id fore lætiusq;:quod quisq; sua manu ex hoste captũ domum retulerit:q̃ si multiplex alterius arbitrio accipiat.ipsum dictatorẽ fugere inuidiã ex eo:criminaq;:eo delegasse ad senatũ:senatum quoq; debere reiectã rem ad se permittere plebi:ac pati habere: qd cuiq; sors belli dederit.Hæc tutior uisa sñia est:quæ populare senatum faceret.Edictũ itaq; est:ad prædã ueiẽtem quibus uideret:in castra ad dictatorẽ proficiscerentur:ingens profecta multitudo repleuit castra. Tũ dictator auspicato egressus cũ edixisset:ut arma milites caperent:tuo ductu:inq;:pythice Apollo tuoq; noie instinctus pergo ad delendã urbem Veios.tibiq; hinc decimã partẽ prædæ voueo. te simul luno regina:quæ nunc Veios colis:præcor:ut nos uictores in nostrã tuamq; mox futuram urbem sequare: ubi te dignũ amplitudine tua templũ accipiat.Hæc p̃catus superante multitudine ab oĩbus locis urbẽ aggreditur:quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset.Veientes ignari se iam ab suis:uatibus iam ab externis oraculis proditos:iam in partem p̃dæ suæ uocatos deos:alios uotis ex urbe sua euocatos:hostiũ templa nouasq; sedes spectare:seq; ultimũ illum diem agere:nihil minus timentes.q̃ subrutis cuniculo mœnibus arcẽ iam plenã hostium eẽ:in muros pro se quisq; armati discurrũt miran tes quidnã id esset:quod cũ tot p̃ dies nemo se ab stationibus romanis mouisset:tũ uelut repẽtino icti furore improuidi currerent ad muros.Inseritur huic loco fabula.Immolãte rege ueientiũ:uocẽ aruspicis dicentis:qui eius hostiæ exta præsecuissent:ei uictoriã dari:exauditam in cuniculo mouisse romanos milites:ut adaperto cuniculo exta raperent:& ad dictatorem ferrent:sed in rebus tam antiquis:si quæ similia ueri sint:pro ueris accipiantur satis habeam:hæc ad ostentationẽ scænæ gaudentis miraculis aptiora:q̃ ad fidem:neq; affirmare:neq; refellere ẽ operæ pretiũ. Cuniculus delectis militibus eo tpe plenus in æde Iunonis:quæ in ueientana arce erat:armatos repente edidit:& pars auersos ĩ muris inuadunt hostes:pars claustra portaq; reuellunt:pars cũ ex tectis saxa tegulæq; a mulieribus ac seruitiis iacerentur:inferunt ignes.Clamor oĩa uariis terrentium ac pauentium uocibus:mixto mulierum ac puerorum ploratu:complet.Momento tpis deiectis ex muro undiq; armatis:patefactisq; portis:cũ alii agmine irruerent:alii desertos scanderent muros urbs hostibus impletur: oĩbus locis pugnatur. Deinde multa iam edita cæde senescit pugna.& Dictator præcones edicere iubet:ut ab inermi abstineatur.Is finis sanguinis fuit.deinde inermes capti:& ad prædam miles permissũ dictatoris discurrit. Quæ cum ante oculos eius aliquantum spe atq; opinione maior maiorisq; pretii rerum ferretur:dicitur manus ad cælum tollens precatus esse dictator:ut sicui hominum deorumq; nimia sua fortũa populi romani uideretur:ut eam inuidiam lenire suo priuato incommodo:q̃ minimo publico romani populi liceret.Conuertentem se inter hãc uenerationem traditur memoriæ prolapsum cecidisse:idq; omen pertimuisse.Postea euentu rem coniectantibus uisum ad dãnationem ipsius Camilli:captæ deinde urbis Romæ:quod post paucos accidit annos:cladẽq;.Atque ille dies cæde hostium ac direptione urbis opulentissimæ est consumptus.

Atq; ueios captos de præda consultatum

Quũ sit alicunde euocare deos

Capiũtur ueii cuniculo

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań



POSTERO DIE LIBERA CORPORA DI-
ctator ſub corona uendidit:ea ſola pecunia in publi
cum redigit:haud ſine ira plebis. Et quod rettulere
ſecũ prædæ:nec duci:qui ad ſenatũ:malignitatis au-
ctores quærendo:rem arbitrii ſui reiecisſet:nec ſena
tui:ſed liciniæ familiæ:ex qua filius ad ſenatũ rettu-
liſſet:pater tã popularis ſententiæ auctor fuiſſet:acce-
ptum referebãt. Cũ iam humane opes egeſtæ ueiis
eſſent:amoliri tum deũ dona:ipſoſq; deos:ſed colen
tiũ magis:q̃ rapientiũ mõ cœpere: nãq; delecti ex oĩ
exercitu iuuenes pure lautis corporibus candida ue
ſte:quibus deportanda Romã regina Iuno aſſigna-
ta erat:uenerabundi templũ iniere: primo religioſe
admouentes manus:quod id ſignũ:more uetuſto:
niſi certæ gentis ſacerdos attrectare non eſſet ſolitus
deinde cũ quidam ſeu ſpiritu diuino tactus:ſeu iuuenili ioco:uis ne Romã ire Iuno: dixiſſet: annuiſſe
cæteri Romam conclamauerunt. inde fabulæ adiectũ eſt uocem quoq; dicentis uelle auditã. motã cer-
te ſede ſua parui molimenti adminiculis ſequentis modo accipimus:leuem ac facilem tranſlatu fuiſſe
integrãq; in auentinũ æternam ſedem ſuã:quo uota romani dictatoris uocauerat:platam:ubi templũ
ei:poſtea idẽ:qui uouerat. Camillus dedicauit: Hic Veioꝝ occaſus fuit urbis opulẽtiſſimæ Ethruſci no
minis:magnitudinem ſuam uel ultima clade indicantis:quod decem æſtates hyemeſq; continuas cir
cũſeſſa:cum plus aliquanto cladium intuliſſet quam accepiſſet:poſtremo iam fato quoq; urgente:ope
ribus tñ non ui expugnata eſt. Romam:ut nunciatũ eſt: Veios captos:quãq̃ & prodigia procurata fue
rant & uatum reſponſa:& pythicæ ſortes notæ:& quantũ humani adiuuari conſiliis potuerat res: du-
cem. M. Furiũ maximum imperatoꝝ oĩum legerant:tñ quia tot annis uarie ibi bellatum erat:multæq;
clades acceptæ:uelut ex inſperato immenſum gaudiũ fuit. & priuſq̃ ſenatus decerneret:plena oĩa tem
pla romanaꝝ matrum gratias diis agentiũ erant:ſenatus quatriduũ quot dieꝝ nullo ante bello ſuppli
cationes decernit. Aduentus quoq; dictatoris oĩbus ordinibus obuiam effuſis celebratior:q̃ ullius un
quam antea fuit:triumphuſq; oẽm conſuetum honorandi illius diei modũ aliquantum exceſſit:& ma
xime conſpectus ipſe eſt:curru equis albis iuncto urbem inuectus:parũq; id non ciuile modo ſed hu-
manum ẽt uiſum:Iouis ſoliſq; equis æquiperatu dictatorem in religionem ẽt trahebant:triũphus ob
eam unã maxime rem clarior:q̃ gratior fuit. Tum Iunoni reginæ templũ in auentino locauit dedica-
uitq; Matutæ matris:atq; his diuinis hũaniſq; rebus geſtis dictatura ſe abdicauit. Agi deinde de Apol
linis dono cœptũ cui ſe decimã uouiſſe prædæ partem cũ diceret Camillus:pontifices ſoluendum reli
gione populũ cenſerent:haud facile inibatur ratio iubendi referre prædam populũ:ut ex ea pars debi
ta in ſacrũ ſecerneretur. tandẽ eo quod leuiſſimũ uidebatur decurſum eſt:ut qui ſe domumq; religione
exoluere uellet:cum ſibimetipſi prædam æſtimaſſet ſuã decimæ p̃tium partis in publicum deferret:ut
ex eo donũ aureum dignũ amplitudine templi ac numĩe dei ex dignitate populi romani fieret:ea quo
q; collatio plebis aĩos a Camillo alienauit. Inter hæc pacificatum legati a uolſcis & equis uenerunt: ipe
trataq; pax magis ut feſſa tam diutino bello acquieſceret ciuitas:q̃ quod digni peterẽt. Veiis captis ſex
tribunos militum conſulari poteſtate inſequens annus habuit:duos. P. Cornelios: Coſſum. & Scipio
nem. M. Valeriũ Maximum iteꝝ: Ceſonẽ Fabium Ambuſtũ iteꝝ. L. Furiũ Medullinum quintũ. Qu.
Seruiliũ tertium. Corneliis faliſcũ bellum: Valerio ac Seruilio capenas ſorte euenit: ab hiſ nõ urbes ui:
aut operibus tentatæ:ſed ager eſt depopulatus p̃dæq; reꝝ agreſtium actæ:nulla felix ãrbor:nihil frugi
ferum in agro relictum. Ea clades capenatem populũ ſubegit:pax petentibus data. i faliſcis bellum re-
ſtabat. Romæ interim multiplex ſeditio:cuius leniendæ cã coloniam in Volſcos: quo triamillia ciuiũ
romanorum ſcriberentur:deducendã cenſuerant:triũuiriq; ad id creati terna iugera & ſeptunces uiri-
tim diuiſerant. Ea largitio ſpni cœpta:quia ſpei maioris auertendæ ſolatium obiectũ cenſebãt. Cur. n.
relegari plebẽ in Volſcos:cum pulcherrima urbs Veii agerq; ueientanus in cõſpectu ſit uberior ampli
orq; romano agro:urbem quoq; urbi Romæ uel ſitu:uel magnificentia publicoꝝ priuatorumq; tecto
rum ac locoꝝ p̃ponebant. quin illa quoq; actio mouebatur:quæ poſt captam utiq; Romã a gallis cele-
bratior fuit:tranſmigrandi Veios: Cæterum partem plebis:partem ſenatus deſtinabant habitãdos ue
ios:duaſq; urbes cões reip. incoli a romano populo poſſe. Aduerſus quæ cum optimates ita tenderẽt:
ut morituros ſe citius dicerent in conſpectu romani populi:q̃ quicquam earum rerum rogaretur. q̃p
pe nunc in una urbe tantum diſſenſionum eſſe: quid in duabus urbibus fore: uictam ne ut quiſquam
victrici patriæ præferret: ſineretq; maiorem fortunam captis eſſe Veiis quam incoluminibus fuerat:
poſtremo ſe relinqui a ciuibus in patria poſſe:ut relinquant patriam atq; ciues nullam uim unquam
ſubacturam: & Titum Sicinium (is enim ex tribunis plebis rogationis eius lator erat) conductorem
Veios ſequantur: relicto deo Romulo dei filio parente & auctore urbis Romæ. Hæc cum fœdis cer-
taminibus agerentur (nam partem tribunorum plebis patres in ſuam ſententiam traxerant) nulla res

Atť. demo num pre-ſtigias

Decem an noſ ueii ob ſeſſi

Albis eqs Camillus triumpha-uit

Equis albi iouis ſoliſ-q; currum trahunt

Pacificatũ

De migra-tiõe ex ur-be ueios cœptũ agi

alia manibus tẽperare plebẽ cogebat: q̃ quod ubi rixe cõmittendæ causa clamor ortus esset: principes senatus primi turbæ offerentes se peti feriri atq; occidi iubebant. Ab hoꝝ ætatibus dignitatibusq; & honoribus uiolandis dũ abstinebatur: & ad reliquos similes conatus uerecundia iræ obstabat. Camillus identidem oĩbus locis concionabat: haud miꝝ id quidẽ esse furere ciuitatẽ: quæ dãnata uoti oĩum reꝝ potiorem curã quã religione se exoluendi habeat. nihil de collatiõe dicere stipis uerius: q̃ decimæ q̃ ea se quisq; priuatim obligauerit: liberatus sit populus. Eñ uero illud se tacere suã conscientiã non pati: quod ex ea tñ præda: q̃ reꝝ mouentiũ sit: decima designet: urbis atq; agri capti: quæ & ipsa uoto contineat mentionẽ nullam fieri. Cũ ea disceptatio anceps senatui uisa: delegata ad pontifices eẽt: adhibito Camillo: uisum collegio quod eius ante conceptũ uotum Veientiũ fuisset: & post uotũ in potestatem populi romani uenisset: eius partẽ decimã Apollini sacratã esse. ita in æstimationẽ urbs agerq; uenit. pecunia ex ærario prompta. & tribunis militũ consularibus: ut auꝝ ex ea coemerent: negotiũ datũ cuius cum copia non esset: matronæ: cœtibus ad eam rem consultandã habitis: & cõi decreto pollicitæ tribunis militũ: auꝝ & oĩa ornamenta sua in ærariũ detulerũt. Grata ea res: ut quæ maxime senatui unquam fuit: honoremq; ob eam munificentiã ferunt matronis habitũ: ut plaustro ad sacra: ludosq; carpentis festo profestoq; uterentur. Pondere ab singulis auro accepto æstimatoq; ut pecuniæ soluerent crateram auream fieri placuit: quæ donũ Apollini Delphos portaretur. Simul ab religione aĩos remiserunt. integrant seditionẽ tribuni plebis: incitat multitudo in oẽs principes: ante alios i camillũ. Eum prædã ueientanam publicando sacrandoq; ad nihilũ redegisse: abientes ferociter increpant: præsentiũ cum se ultro iratis offerent: uerecundiã habent. Simul extrahi rẽ ex eo anno uiderunt: tribunos plebis latores legis in annũ eosdem reficiunt: & patres hoc idẽ de intercessoribus legis annissi. ita tribuni plebis magna ex parte iidẽ refecti. Comitiis tribunoꝝ militũ patres sũma ope euicerunt: ut Marcus Furius Camillus crearetur. Propter bella simulabant parari ducẽ: sed rogationi tribunitiæ aduersarius q̃rebatur. Cũ camillo creati tribuni militũ consulari potestate. L. Furius Medulinus sextum: Claudius Aemilius Valerius Publicola. Sp. Posthumius. P. Cornelius iteꝝ. Principio anni tribuni plebis nihil mouerunt: donec Marcus Furius Camillus in Faliscos. cui id bellũ mandatũ erat: pficisceretur. differendo deinde elanguit res: & Camillo: quẽ aduersariũ maxime metu erant: gloria in Falisci creuit: nã cũ primo mœnibus se hostes tenerent: tutissimũ id rati. populatione agroꝝ atq; incendiis uillaꝝ coegit eos egredi urbe: sed timor longius progredi ꝓhibuit. Mille fere passuũ ab oppido castra locat: nulla re alia fidentes ea satis tuta esse: q̃ difficultate aditus aspis cõfragosisq; circa. & partim arctis: partim arduis uiis. Cæteꝝ Camillus captiuũ indicẽ ex agris secutus ducẽ castris multa nocte motis prima luce aliquanto supioribus locis se ostendit. Trifariã romani muniebant: alius exercitus ꝓlio intẽtus instabat: ibi impedire opus conantes hostes fundit fugatq; tantũq; inde pauoris falisci iniectũ est: ut effusa fuga castra sua: quæ propiora erant: ꝓlati urbẽ peterent. multi cæli uulneratiq; priusq̃ pauentes portis incederent: castra capta: ꝑda ad quæstores redacta cũ magna militũ ira: sed seueritate iperii uicti eandẽ uirtutẽ & oderant: & mirabantur. Obsidio inde urbis: & munitiones: & interdũ p occasionẽ impetus oppida noꝝ in romanas stationes: ꝓliaq; parua fieri: & teri tps neutro ĩclinata spe: cũ frumentũ copiæ q̃ aliæ ex ante conuecto largius obsessis: quã obsidentibus suppeterẽt: uidebaturq; æque diuturnus futurus labor ac Veiis fuisset: ni fortuna impatori romano: simul ac cognitæ rebus bellicis uirtutis specimẽ maturã uictoriã dedisset. Mos erat falisci eodẽ magistro liberoꝝ & comite uti: simulq; plures pueri: quod hodie quoq; in Græcia manet: unius curæ demãdabant. principũ liberos: sicut fere fit: q̃ scientia uidebat ꝑcellere: erudiebat. Is cũ in pace instituisset pueros ante utbẽ lusus exercendiq; cã ꝓducere nihil eo more p belli tps intermisso. dũmodo breuioribus: mõ longioribus spatiis trahẽdo eos a porta lusu seruo monibusq; uariatis longius solito. ubi res dedit progressus: inter stationes eos hostiũ castraq; inde romana in ptorium ad Camillũ pduxit. ibi sceleſto facinori scelestiorẽ sermonẽ addidit: Faliscos se in manus tradidisse romanis: qd eos pueros: quoꝝ parentes capita ibi reꝝ sint in ptãte: dediderit. Quæ ubi camillus audiuit: Non ad similẽ: inquit: tui: nec populũ: nec imperatorẽ: sceleſtus ipse cũ sceleſto munere uenisti. Nobis cũ falisci: q̃ pacto ht humano: societas nõ est: quã ingenerauit natura: utrisq; est: eritq; Sunt & belli sicut pacis iura: iusteq; ea nõ minus: quã fortiter didicimus gerere. Arma habemus nõ aduersus eã ætatem: cui ẽt captis urbibus pcitur: sed aduersus armatos & ipos: q nec læsi: nec lacessiti a nobis castra romana ad Veios oppugnauerunt. eos tu: q̃tum in te fuit: nouo scelere uicisti: ego romanis artibus uirtute ope armis sicut Veios uincã. Denudatũ deinde eũ manibus post tergũ illigatis reducẽdum Faliscos pueris tradidit: uirgasq; eis: quibus proditorẽ agerent in urbem. uerberantes dedit. Ad quod spectaculũ concursu populi primo facto: deinde a magistratu de re noua uocato senatu: tãta mutatio animis est iniecta: ut qui modo efferati odio iraq; ueientiũ exitum pene quã capenatium pacem mallent: apud eos pacẽ uniuersa posceret ciuitas: fides romana: iustic: a iperatoris in foro & curia celebrantur: consensuq; omnium legati ad Camillum in castra atq; inde permissu Camilli Romam ad senatum: qui dederent Faliscos. proficiscuntur. Introducti ad senatum ita locuti traduntur. Patres cõscripti: uictoria: cui nec deus: nec homo quisquam inuideat: uicti a uobis & imperatore uestro dedimus nos uobis: rati: quo nihil uictori pulchrius ẽ: melius nos sub imperio: quam legibus nostris uicturos. Euentu huius belli duo salutaria exemplа prodita humano generi sunt. Vos fidem in bello: quã præ

Conuiciantur Camillo de uoto soluendo

cur matronis datũ ut carpẽto uerentur

camilli strategema

Sunt & belli ficut & pacis iura

Phaliscorũ deditio

sentem uictoriã maluistis. Nos fide ꝓuocati uictoriã ultro detulimus. subditiõe uestra sumus. Mittite: q arma: qui obsides: q urbẽ patentibus portis accipiant: nec uos fidei nostræ: nec nos ĩperii uestri pœnitebit. Camillo & ab hostibus: & a ciuibus gratiæ actæ: falisci in stipendiũ militũ eius anni: ut populus romanus tributo uacaret pecunia ĩperata. Pace data exercitus Romã reductus. Camillus meliore multo laude: q̃ cum triũphantẽ albi ꝑ urbem uexerant equi: insignis iusticia fideq; hostibus uictis cũ in urbe rediisset: tacite eius uerecundiã nõ tulit senatus: qn sine mora uoti liberaret: craterãq; aureã donum Apollini legati q ferrent: Lucius Valerius Lu. Sergius: Aulus Manlius missi lõga una naue haud procul freto siculo a pirratis liparensiũ excepti deuehunt Liparas. Mos erat ciuitatis uelut publico latrocinio partã ꝑdam diuidere. Forte eo anno in sũmo magistratu erat Timasitheus quidã romanis uir similior quã suis: q legatoꝝ nomen donũq; & deũ: cui mitteret: & doni cãm ueritus: ipse multitudinẽ quoq; quæ sp ferme regenti est similis: religionis iustæ ĩpleuit: adductosq; in publicũ hospitiũ legatos: cũ ꝑfidio ẽt nauium Delphos ꝓsecutus: Romã inde sospites restituit. hospitiũ cum eo senatusconsulto est factũ: donaq; publice data. Eodẽ anno in Eqs uarie bellatũ: adeo ut in incerto fuerit & apud ipsos exercitus: & Romæ uicissent: uicti ne essent. Imperatores romani fuere ex tribunis militum Aemylius. Sp. Posthumius primo rem cõiter gesserunt fusis inde acie hostibus Aemyliũ ꝑsidio Verruginẽ obtinere placuit. Posthumiũ fines uastare. ibi eũ in cõpositio agmine negligentius ab re bene gesta eũtẽ adorti eq: terrore iniecto: in ꝓximos cõpulere tumulos: pauorq; inde uerruginem ẽt ad ꝑsidiũ alteꝝ est platus. Posthumius suis in tutũ receptis cũ concione aduocata terrorẽ increparet ac fugã: fusos eẽ ab ignauissimo & fugacissimo: hoste: cõclamat uniuersus exercitus merito se ea audire: & fateri admissũ flagitium: sed eosdẽ correcturos eẽ: neq; diuturnũ id gaudiũ hostibus fore: poscentes ut cõfestim ĩde ad castra hostiũ duceret: & ea in cõspectu erãt posita ĩ plano: nihil pœnæ recusabãt: m ea ãte noctẽ expugnassent. Collaudatos corpora curare paratosq; eẽ quarta uigilia iubet: & hostes nocturnã fugã ex tumulo romanoꝝ: ut ab ea uia: qua ferebat Verruginẽ excluderent: fuere obuii: ꝑliũq; ante lucẽ: sed luna ꝓnox erat: cõmissum ẽ: & haud ĩcertius diurno ꝑlium fuit. Sed Clamor Verruginẽ platus: cũ castra romana crederẽt oppugnari: tm̃ iniecit pauoris: ut neqquã retinente atq; obsecrãte Aemylio: Tusculũ ꝑãtes fugerent. inde fama Romã plata est Posthumiũ exercitũq; occisũ. Qui ubi pria lux metũ insidiaꝝ effusę sęq̃ntibus sustulit: cũ pequitasset aciẽ ꝓmissa repetẽs: tm̃ iniecit ardoris: ut nõ ultra sustinuerit ipetũ eq. cædes inde fugientiũ: qualis ubi ira magis: q̃ uirtute res gerit: ad pniciem hostiũ facta est: Trisťq; ab Tusculo nunciũ: ne quicquã exterrita ciuitate: litteræ a Posthumio laureatæ sequuntur: uictoriam populi romani eẽ: equoꝝ exercitũ deletũ Tribunoꝝ plebis actiões: qa nondũ iuenerãt finẽ: & plebs cõtinuare latoribus legis tribunatũ: & ꝑes reficere intercessores legis anniſſi sunt: sed plus suis comitiis plebs ualuit. quẽ dolorẽ ulti ꝑes sunt: senatusconsulto facto: ut cõsules inuisus plebi magistratus crearent. annũ post quintũ decimũ creati consules. L. Lucretius Flauuius: Sergius Sulpicius. Camerinus. Prícipio huius anni ferociter: qa nemo ex collegio interceſſurus erat: coortis ad ꝓferendã legẽ tribũis plebis: nec segnius ob idipsũ cõsulibus resistẽtibus: oĩq; ciuitate in unã eam curã conuersa: Vitelliã coloniã romanã in suo agro eq̃ expugnant: colonoꝝ pars maxima ĩcolumis: qa nocte ꝑ ditione oppidũ captũ liberam p auersã urbis fugã dederat: Romã perfugere. L. Lucretio cõsuli ea ꝓuincia euenit. is cũ exercitu ꝓfectus acie hostes uicit. uictorq; Romã ad maius aliq̃to certamen redit. dies dicta erat tribunis plebis biennii supioris a uirginio &. Qu. Pomponio: quos defendi patrũ cõsensu ad fidẽ senatus p tinebat neq; n. eos aut uitæ ullo crimine alio: aut gesti magistratus q̃squã arguebat: ꝑterquã quod gratificantes ꝑũbus rogationi tribunitiæ interceſſissent. uicit tũ gratiã senatus plebis ira: & pessimo exemplo innoxii denis milibus grauis æris cõdemnati sunt. id ægre passi patres. Camillus palã sceleris plebem arguere: q̃ iam in suos uersa nõ intelligeret se prauo iudicio de tribunis interceſſionẽ sustulisse: qd̃ interceſſione sublata tribunitiã ptãtem euertissent. Nã quod illi sperarẽt effrenatã licentiã eius magistratus ꝑes laturos: falli eos: si tribunitia uis tribunitio auxilio repelli nequeat: aliud telũ patres inuenturos eẽ: consulesq; increpabat: qd̃ fide publica decipi tribunos eos taciti tulissent: qui senatus auctoritatem secuti essent. Hæc palam concionabundus in dies magis augebat iras hoĩum. senatũ uero incitare aduersus legem haud desistebat: ne aliter descenderent in forum: cum dies ferendæ legis uenisset: quam ut qui meminissent: sibi pro aris focisq; & deum templis ac solo in quo nati essent: dimicandum fore. Nam quod ad se priuatim attineat: si suæ gloriæ sibi inter ſibi dimicationẽ patriæ memini ſſe ſit fas: sibi amplam quoq; esse urbem ab se captam: frequentari quottidie se frui monumẽto suæ gloriæ: & ante oculos urbem habere latam in triumpho suo: insistere oẽs uestigiis laudum suaꝝ. Sed nefas ducere desertam ac relictam a diis immortalibus incoli urbem: & in captiuo solo hospitari populum romanum: & uictricem patriam uicta mutari. His adhortationibus principes concitati patres senes iuuenesq;: cum ferretur lex: agmine facto: in forum uenerunt: diſſipatiq; per tribus suos quisq; tribules præhẽsantes orare cum lachrymis cœpere: ne eam patriam: pro qua fortissime felicissimeq; ipsi ac patres eorum dimicassent: desererent: capitolium: ædem Vestæ: cetera circa templa deorum ostẽtantes: ne exulem extorrem populũ romanum a solo patrio ac diis penatibus in hostium urbem ageret: eoq; rem adducerent: ut melius fuerit non capi Veios: ne Roma desereretur. Quia non ui agebãt: sed precibus: & inter preces multa deorum mentio erat: religiosum parti maximæ fuit: & legem unã plu-

Aureũ crateré legati deserunt apollini

Timasitheus

litteræ laureatæ

L. Iucretius Sergius Sulpicius cõſſ.

Tribũitiis duob⁹ plebeiis dies dicta

Ager ueiẽtanus plebi diuidẽ

res tribus antiquarũt:quam iusserunt.Adeoq; ea uictoria læta patribus fuit:ut postero die referẽtibus consulibus senatusconsultũ fieret:ut agri ueientani septena iugera plebi diuiderentur:nec patribus familiæ tantũ:sed ut oium in domo liberoꝝ capitum ratio haberetur:uellentq; in eam spem liberos tollere.Eo munere delinita plebe nihil certatum est:quo minus consularia comitia haberentur. creati cõsules.L.Valerius Potitus.M.Manlius:cui capitolino postea fuit cognomen.Hi cõsules magnos ludos fecere:quos.M.Furius dictator uouerat ueienti bello.Eodẽ anno ædes Iunonis reginæ ab eodẽ dictatore:eodẽq; bello uota dedicatur:celebratãq; dedicationem ingenti matronaꝝ studio tradũt. Bellum haud memorabile in Algido cũ equis gestum est:fusis hostibus prius:pene quã manus conserrent. Valerio:quod pseuerantior cædendis in fuga fuit:triumphus:Manlio:ut ouans ingrederet urbẽ: decretum est.Eodẽ anno nouum bellũ cum uolsinienſibus exortũ:quo pp famẽ pestilẽtiamq; in agro romano:ex siccitate caloribusq; nimiis ortam exercitus duci nequiuit.ob quæ uolsinienses salpinatibus adiunctis superbia elati ultro agros romanos incursauere.bellũ inde duobus populis idictũ.Gaius Iulius censor decessit:in eius locũ Marcus Cornelius suffectus.Quæ res postea religioni fuit. quia eo lustro Roma capta est:nec deinde unq̃ in demortui locũ censor sufficitur.Consulibusq; morbo implicitis placuit p interregnũ renouari auspicia.Itaq; cũ ex senatusconsulto consules se magistratu abdicassent:interrex creatur Marcus Furius Camillus:qui publium Corneliũ Scipionem.is deinde Lucium Valeriũ Potitum interregem prodidit.Ab eo creati sex tribuni militum consulari potestate:ut ẽt:si cui eoꝝ incõmoda ualitudo fuisset:copia magistratuũ reipublicæ esset.kalẽdis quintilibus magistratum occepere.Lucius Lucretius:Ser.Sulpicius:Marcus Aemilius.L.Furius Medulinus septimũ. Agrippa Furius:Claudius Aemilius iteꝝ.Ex his Lucio Lucretio:& Claudio Aemylio uolsinienſis,puincia euenit.Salpinates Agrippæ furio:& Seruio Sulpicio.Prius cũ uolsinienſibus pugnatũ est:bellum numero hostiũ ingens certamen haud sane aspeꝝ fuit.Fusa concursu prĩo acies in fugã:millia octo armatorum ab equitibus intercluſa:positis armis:in deditionẽ uenerunt.Eius belli fama effecit:ne se pugnæ committerent salpinates:mœnibus armati se tutabant.Romani prædas passim & ex salpinati agro:& ex uolsinienſi:nullo eã uim arcente:ægerunt:donec uolsinienſibus fessis bello:ea conditiõe:ut res populo romano redderent:stipendiũq; illius anni exercitui præstarent:in uiginti annos induciæ datæ.



EODEM ANNO MARCVS CEDITIVS DE plebe nunciauit tribunis:se in noua uia.ubi nunc sacellũ est supra ædẽ Vestæ:noctis silentio audisse uocem clariorem humana:quæ magistratibus dici iuberet:gallos aduentare.Id ut fit pp auctoris humilitatem spretũ:& quod longinqua eoꝝ ignotior gẽs erat.Neq; deoꝝ modo monita ingruente fato spreta:sed humanã quoq; opẽ:quæ una erat.M.Furium ab urbe amouere:qui die dicta ab lucio Apuleio tribuno plebis pp prædam ueientanã:filio quoq; adolescente p idem tps orbatus:cum accitis domum tribulibus clientibusq; magna pars plebis erat percunctatus aios eorum responsum tulisset:se collaturos q̃ti dãnatus esset:absoluere eũ non posse:in exilium abiit:p̃catus ab diis immortalibus:si innoxio sibi ea iniuria fieret:primo quoq; tpe desiderium sui ciuitati ingratæ facerent.Absens quindecimmillibus grauis æris dãnatur.Expulso ciue:quo manente:si quicq̃ humanoꝝ est certi capi Roma non potuerit.Aduentanti fatali urbi clade legati a clusinis ueniunt:auxilium aduersus gallos petentes.Eam gentẽ traditur fama dulcedine frugũ:maximeq; uini noua tum uoluptate captã alpes trasisse:agrosq; ab Ethruscis ãte cultos possedisse:& inuexisse in Galliam uinũ illiciendæ gentis cã.Arũtem clusinum ira corruptæ uxoris ab Lucumone:cui tutoris fuerat:ipso p̃potente iuuene:& a quo expeti pœnæ nisi externa uis q̃sita esset:nequirent:hunc transeuntibus alpes ducem auctoremq; Clusium oppugnandi fuisse. Equidem haud abnuerim Clusium gallos ab Arũte:seu quo alio clusino adductos:sed eos:qui expugnauerunt Clusium:non fuisse:qui primi alpes transierint.Satis constat:ducentis quippe annis:ante q̃ Clusium oppugnarent:urbemq; romam caperent in Italiã galli transcenderunt.Nec cum his primũ Ethruscoꝝ:sed multo ante cũ iis q inter apenninũ alpesq; incolebant.sæpe exercitus gallici pugnauere Tuscoꝝ ante romanoꝝ imperiũ late terra mariq; opes patuere:mari supo inferoq;:qbus italia insulæ mõ cingit:quantũ potuerit:noĩa sunt argumento:quod alteꝝ tuscum communi uocabulo gentis: alteꝝ adriacum mare ab Adria tuscoꝝ colonia uocauere italicæ gentes:græci eadẽ tyrhenũ atq; adriaticum uocant.In utrũq; mare uergentes incoluere urbibus duodenis terras prius cis appeninũ ad ifeꝝ mare:postea trans appenninũ totidẽ:quod capita originis erãt:colonis missis:quæ transpadum oĩa loca:excepto uenetoꝝ angulo:qui sinũ circũcolunt maris:usq; ad alpes tenuere.Alpinis quoq; ea tangẽtibus haud dubie origo est maxime rhetis:quos loca ipsa efferarunt:nequid ex antiquo p̃ter sonũ linguæ:nec eum incorruptũ retinerẽt.De transitu in italiã galloꝝ hæc accepimus.Prisco Tarquinio Ro-

L.ualerius potitus.M Manlius consl.

Cẽsor ĩ demortui locũ nõ sufficitur

M.Ceditꝰ

Dies camillo dicitur

Galloꝝ trãsitus in italiam

Adriacum mare adria

mæ regnante:celtarum:quæ pars Galliæ tertia est:penes bituriges summa imperii fuit.Ii regem Celti
Ambigat° co dabant:Ambigatus is fuit uirtute fortunaq; tum sua:tum publica præpollens:quod imperio eius
Gallia adeo frugum hoiumq; fertilis fuit:ut abūdans multitudo uix regi uideretur posse.Hic magno
Tuscorum natu ipse iam exonerare pgrauante turba regnum cupiēs:Bellouesum & Sigouesum sororis filios im
opes pigros iuuenes missurum se esse:in quas dii dedissent auguriis sedes ostendit:quantum ipsi uellēt nu
merum hominum excirent:nequa gens arcere aduenientes posset.Tum sigoueso sortibus dati her"
cynei saltus:Bellueso haud paulo lætiorem in Italiam uiam dii dabant.Is quod eis ex populis abun
dabat.bituriges:aruernos:senones:heduos:ambarros carnutes:aulercos.exciuit.profectus ingētibus
peditum equitumq; copiis in tricastinos uenit.alpes inde oppositæ erant:quas inexpugnabiles uisas
Massilien aut equidem miror:nulla dum uia:quod quidem continens memoria sit:nisi de Hercule fabulis cre
ses dere libet superatas.Ibi cum uelut septos montium altitudo teneret gallos circūspectarentq; qua nam
per iuncta cælo iuga in alium orbem terrarū transirent:religio ēt tenuit:quod allatum est aduenas q̄rē
tes agrum ab saluiorum gente oppugnari:massilienses erant ī nauibus a Phocide profecti id galli for
tunæ suæ omen rati adiuuere:ut:quem primū in terram egressi occupauerant locum: patētibus siluis
cōmunirent:ipsi per taurinos:saltusq; iuliæ alpis transcenderunt:fusisq; acie tuscis:haud procul Ticīo
flumine:cum in quo considerant:agrū insubrium appellari audissent cognomine insubribus pago he
duorum:ubi omen sequentes loci condidere urbem:Mediolanū appellarunt.Alia subinde manus ger
Mediola" manorum Elitouio duce uestigia priorū secuta:eodem saltu fauente Bellueso cū transcendisset alpes:
nū a quib° conditum ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt:locos tenuere libui consident:post hos salluuii:qui prope anti
quam gentē leuos ligures incolentes circa ticinū amnem petiere a Penninū.deinde boii ligures q; trās
gressi:cum iam inter padum atq; alpes oīa tenerentur:pado ratibus traiecto non Ethruscos modo:sed
ēt umbros agro pellunt.intra apenninū tñ sese tenuere.Tum senones recentissimi aduenarū ab Vfen
Senonum te flumine usq; ad atesim fines habuere.Hanc gentē Clusium Romāq; deinde ueniss cōperio.Id pa
fines certum est solā ne:an ab oībus cisalpinorum gallorū populis adiuta Clusini nouo bello exterriti cum
multitudinē:tum formas hoium inusitatas cernerent:& genus armorū:audirētq; sæpe ab iis cis padū
ultraq; ethruscorū legiones fusas:q̄q̄ aduersus romanos nullum eis ius societatis amicitiæue erat: nisi
quod ueientes consanguineos aduersus populum romanū non defendissent:legatos Romam:q au
xilium ab senatu peterent misere.De auxilio nihil impetratū:legati tres.M.Fabii ambusti filii missi:q
senatus & populi romani noīe agerent cum gallis:ne a quibus nullam iniuriā accepissent.socios popu
li romani atq; amicos oppugnarent:romanis eos quoq; bello:si res cogat:tuendos esse:sed melius ui
sum bellū ipsum amoueri:si posset:& gallos nouā gentem pace potius cognosci:q̄ armis.Mitis legatio
ni præferoces legatos gallisq; magis:quā romanis similes habuisset quibus posteaq̄ mandata edide"
runt:in concilio gallorū datur responsum.Etsi nouum nomen audiant romanorū:tñ credere uiros for
tes esse:quorū auxilium a clusinis in re trepida sit imploratū.& qm̄ legatōe aduersus se maluerint:quā
armis tueri socios:ne se quidē pacem:q̄ illi afferāt:aspernari:si gallis egentibus agro:quem latius possi
deant:quā colant clusini partē finium concedant:aliter pacem impetrari non posse.& responsum corā
romanis se accipere uelle:& si negetur ager corā iisdem romanis dimicaturos:ut nunciare domū pos
sint quantū galli uirtute cæteros mortales p̄starent.Quod nam id ius esset agrum a possessoribus pe
tere:aut minari arma romanis quærentibus?ecquid in Ethruria rei gallis esset?cum se in armis ius fer
re:& oīa fortium uirorū esse ferociter dicerent:accensis utrinq; aīs ad arma discurritur:& p̄lium conseri
tur.ibi iam urgentibus romanā urbem fatis legati contra ius gentium arma capiunt:nec id clā esse po
tuit:cū ante signa Ethruscorū tres nobilissimi fortissimiq; romanæ iuuentutis pugnarent:tantū emine
Romāi le bat peregrina uirtus.quin etiam.Qu.Fabius euectus extra aciem equo:ducem gallorū ferociter ī ipsa
gati cōtra signa Ethruscorū incursantem perlustrās fixum hasta occidit:spoliaq; eius legentē galli agnouere: pq;
ius gentiū totam aciē romanum legatum esse signum datū est.Omissa inde in clusinos ira receptui canunt minā
ī gallos pu tes romanis.Erant:qui extēplo Romā eundum censerent:uicere seniores:ut legati prius mitterentur
gnant q̄stum iniurias:postulatumq; ut:pro iure gentium uiolato:Fabii dederentur.Legati gallorū cum ea:si
cut erant:mandata exposuissent:senatui nec factum placebat Fabiorū:& ius postulare barbari uidebā
tur:sed ne id:quod placebat:decerneret:in tātæ nobilitatis uiris ambitio obstabat itaq; ne penes ipsos
culpa esset cladis forte gallico bello acceptæ:cognitionē de postulatis gallorū ad populum reiciūt:ubi
tanto plus gr̄a atq; opes ualuere:ut quorū de pœna agebatur:tribuni militū consulari potestate in seq̄n
tem annū crearentur.quo facto haud secus:q̄ dignum erat:infensi galli bellum propalā minitantes ad
suos redeunt.Tribuni militū cum tribus Fabiis creati.Qu.Sulpicius Longus.Qu.Seruilius quartum
P.Seruilius Maluginensis.Cum tanta moles mali instaret:adeo occæcat aios fortuna:ubi uim suā in
gruentem refringi non uult:ciuitas:quæ aduersus fidenatem ac ueientē hostem aliosq; finitimos po
pulos ultima experiens auxilia:dictatorem multis tempestatibus dixisset:ea tūc inusitato atq; inaudi
to hoste ab oceano terrarumq; ultimis oris bellum ciente:nihil extraordinarii imperii aut auxilii quæ
siuit.Tribuni:quorū temeritate bellum contractū erat:summæ rerū præerant:delectumq; nihilo accu
ratiorem quā ad media bella haberi solitus erat:extenuantes ēt famam belli:habebant.Interim galli
posteaq̄ accepere ultro honorem habitum uiolatoribus iuris humani:elusamq; suā legationem eē:fla

grantes ira:cuius impatiēs eſt gens:cōfeſtim ſignis conuulſis citato agmine iter ingrediunt. ad quos ꝓtereuntium raptim tumultū:cū exterritæ urbes ad arma cōcurrerent:fugaq; agreſtiū fieret: Romā ſe ire magno clamore ſignificabant:quacūq; ibant eqs uiriſq; longe ac late fuſo agmine imenſū obtinentes loci. Sed antecedente fama nunciiſq; cluſinos:deinceps inde alios populos plurimū terroris Romam celeritas hoſtiū tulit:quippe qbus uelut tumultuario exercitu raptim ducto:ægre ad undecimū lapidē occurſum eſt:qua flumen Allia e cruſtuminis mōtibus prælto defluens alueo haud multo infra uiā tyberino amni miſcet. Iam oīa contra circaq; hoſtiū plena erant:& nata inuanos tumultus gens truci cātu clamoribuſq; uariis horrendo cuncta cōpleuerat ſono. Ibi tribuni militū non loco caſtris antecapto nō præmunito uallo:quo receptus eēt:non deos ſaltē:ſi non hoīum memores:nec auſpicato: nec litato inſtruunt aciē deductā in cornua: ne circūueniri a multitudine hoſtiū poſſent:nec tñ æquari frontes poterant:cū extenuendo infirmā & uix cohærentē mediā aciē haberēt. paulū erat a dextera edi ti loci quē ſubſidiariis repleri placuit:eaq; res ut initiū pauoris ac fugæ:ſic una ſalus fugiētibus fuit: nā Brēnus regulus gallos in paucitate hoſtiū artē maxime timens:ratus ad id captū ſuperiorē locum: ut ubi galli cū acie legionū recta fronte concurriſſent:ſubſidia in auerſos tranſuerſoſq; īpetum darent:ad ſubſidiarios ſigna conuertit:ſi eos loco depuliſſet haud dubius facilē in æquo campi tantū ſuperante multitudine uictoriam fore. adeo non fortuna mō:ſed rō etiā cum barbaris ſtabat. In altera acie nihil ſi mile romāis nō apud duces:nō apd milites erat:pauor fugaq; occupauerat aīos: & tāta hoīum obliuio ut multo maior pars Veios in hoſtiū urbem cū tyberis arceret:quā recto itinere romā ad coniuges ac liberos fugerent. Parump ſubſidiarios tutatus ē locus. in reliqua acie ſimul eſt clamor ꝓximis a latere ultimis ab tergo auditus:ignotū hoſtē prius pene:quā uiderent:nō modo nō tentato certamine: ſed ne clamore quidē reddito integri intactiq; fugerūt. Nec ulla cæde pugnatū fuit:terga cæſa uoſmet īporum certamine in turba īpedientiū fugam circa ripā tyberis:quo armis abiectis totū ſiniſtr; cornu defugit:magna ſtrages facta ē:multoſq; imperitos nandi aut inualidos graues loricis aliiſq; tegminibus hauſere gurgites:maxima tñ pars incolumis Veios perfugit:unde non mō p̄ſidii quicq̄:ſed ne nūciuſ qdē cladis Romā eſt miſſus. Ab dextero cornu:qd procul a flumine & magis ſub monte ſteterat. Romā oēs petiere:& ne clauſis quidē portis urbis in arcē confugerūt. Gallos quoq; ob ſtupefactos miraculū uictoriæ tā repentinæ tenuit:& ipſi pauore defixi ſteterunt:uelut ignari:qd accidiſſet:deinde inſidias uereri. poſtremo cæſoꝝ ſpolia legere:armorūq; cumulos:ut mos eis eſt:coaceruare. Tū demū:poſteaq̄ nihil uſq̄ hoſtile cernebat:uiā ingreſſi haud multo ante ſolis occaſū ad urbē Romā perueniunt. Vbi cū progreſſi eqtes non portas clauſas:nō ſtationē pro portis excubare:nō armatos eē in muris retuliſſent:aliud priori ſimile miraculū eos ſuſtinuit:noctēq; ueriti & ignotæ ſitū urbis inter Romā atq; amnē conſedere:exploratoribus miſſis circa mœnia aliaſq; portas:quæ nā hoſtibus in pdita re conſilia eſſent. Romani cū ps maior ex acie Veios petiſſet:q̄ Romā nemo ſupeſſe quēq̄ præter eos:q Romā refugerant:crederent:cōplorati oēs pariter uiui mortuiq; totā ꝓpe urbē lamentis īpleuerūt. Priuatos deinde luctus ſtupefecit publicus pauor:poſteaq̄ hoſtes adeſſe nunciatū eſt: mox ululatus cātuſq; diſſonos uagantibus circa mœnia turmatim barbaris audiebāt:oē inde tps ſuſpenſos ita tenuit aīos uſq; ad lucē alteram:ut identidē iam in urbē futurus uideret impetus:primo aduentu quo acceſſerant ad urbem:manſuros. n. ad alliā fuiſſe:niſi hoc conſilii foret:deinde ſub occaſum ſolis:qa haud multū diei ſupererat ante noctē rati ſe inuaſuros:tū in noctē dilatū conſiliū eſſe quo plus pauoris inferrent. Poſtremo lux appropinquans exaīare timoriq; ꝓpetuo īpm malū continens fuit. Tū ſigna infeſta portis illata ſunt:nequaq̄ tñ ea nocte nec in ſeq̄nti die ſimilis illi quæ ad alliā tam pauide fugerat:ciuitas fuit. Nā cū defendi urbē poſſe tam parua relicta manu ſpes nulla eēt:placuit cū coniugibus ac liberis iuuentutem militarē ſenatuſq; robur in arcē capitoliumq; concedere:armiſq; & frumento collatis ex loco inde munito deos hoieſq; & romanū nomen defendere: flaminē ſacerdoteſq; ueſtales ſacra publica a cæde ab incendiis ꝓcul auferre:nec ante deſeri cultū eoꝝ:quā non ſupeſſent:q colerent. Si arx capitoliūq; ſedes deoꝝ:ſi ſenatus caput publici conſilii:ſi militaris iuuentus ſuperfuerit īminenti ruinæ urbis:faciem iacturam eſſe ſeniorum relictæ in urbe utiq; perituræ turbæ. & quo id æquore aīo de plebe multitudo ferret:ſenes triūphales conſulareſq; ſimul ſe cum illis palā dicere obituros. nec his corporibus: q bus non arma ferre:non tueri patriā poſſent:oneraturos inopiam armatoꝝ:Hæc inter ſeniores mortideſtinatos iactata ſolatia. Verſæ inde adhortationes ad agmen iuuenū:quos in capitolium atq; in arcē proſequebantur:cōmendantes uirtuti eoꝝ iuuentæq; urbis per trecentos ſexaginta annos oībus bellis uictricis quæcunq; reliqua eſſet fortunam:digredientibus qui ſpem oēm atq; opē ſecum ferebant: ab iis qui captæ urbis non ſupereſſe ſtatuerant exitio. Tum ipſa res ſpecieſq; miſerabilis erat: tū muliebris fletus:& concurſatio incerta nunc hos:nunc illos ſequentiū rogātiumq; uiros natoſq;:cui ſe fato darent:nihil:quod humanis ſupereſſet malis:relinquebant:magna pars tñ earum in arcem ſuos ꝓſecutæ ſunt:nec prohibente ullo:nec uocante:quia quod utile obſeſſis ad minuendam imbellem multitudinem:id parum humanum erat. Alia maxime plebis turba:quam nec capere tam exiguus collis:nec alere in tanta inopia frumenti poterat:ex urbe effuſa uelut agmine iam uno petiit ianiculum. inde pars per agros dilapſi:pars urbes petunt finitimas ſine ullo duce:aut conſenſu ſuam quiſq; ſpem ſua conſilia communibus deploratis exequentes.

Allia

In auſpicato cū gallis pugnatur

Vincūtur ro. ad alliā

In arcē confugitur



Sacra sub terra defossa

FLAMEN INTERIM Q. VIRINALIS VIRGI neſq; ueſtales omiſſa regꝫ ſuaꝫ cura: quæ ſecũ ferenda ſacrorꝫ: q̃ quia uires ad oĩa ferenda deerant: relinquẽda eſſent cõſultantes: quiſue ea locus fideli aſſeruaturus cuſtodia eẽt: optimũ ducunt condita in doliolis ſacello ꝓximo ædibus flaminis quirinalis ubi nũc deſpui religio ẽ: defodere. cætera inter ſe onere partito ferunt: uia: quæ ſublicio ponte ducit ad iani culum. In eo cliuo eas cũ. L. Albinus de plebe romana hõ conſpexiſſet: plauſtro coniugẽ ac liberos hũs inter cæterã turbam q̃ inutilis bello ex urbe excedebat: ſaluo ẽt tũ diſcrimine diuinaꝫ humanarũq; regꝫ irreligioſũ ratus ſacerdotes publicos: ſacraq; populo pedibus ire: ferriq; ſe ac ſuos uehiculo cõſpici deſcẽdere uxorẽ ac pueros iuſſit: uirgines ſacraq; in plauſtrũ impoſuit: & Cære: quo iter erat ſacerdotibus ꝓuexit: Romæ interim ſatis iã oĩbus: ut in tali re ad tuendã arcem cõpoſitis: turba ſenioꝝ domos regreſſa aduentũ hoſtiũ obſtinato ad mortẽ aĩo expectabat. qui eoꝝ curules geſſerant magiſtratus: ut i fortunæ priſtinæ honorũq; aut uirtutis inſignibus morerent: quæ auguſtiſſima ueſtis eſt thenſas ducẽtibus triũphantibuſue: ea ueſtiti medio ædiũ eburneis ſellis ſedere. Sunt qui. M. Fabio pontifice maximo ꝓfante carmẽ: deuouiſſe eos ſe pro patria q̃ritibuſq; romanis tradant. Galli & qa interpoſita nocte a cõtentione pugnæ remiſerãt aĩos: & qd nec in acie ancipiti uſq; certauerant ꝓlio: nec cũ impetu aut ui capiebant urbẽ: ſine ira: ſine ardore aĩoꝝ ingreſſi poſtero die urbẽ patente collina porta in foꝝ pueniunt: circũferentes oculos ad tẽpla deum: arceq; ſolam belli ſpeciẽ tenentẽ. inde modico relicto ꝓſidio: nequis i diſſipatos ex arce aut capitolio ĩpetus fieret: dilapſi ad ꝓdam uacuis occurſu hoĩum uiis: ps in proxima quæq; tectoꝝ agmine ruunt: pars ultima uelut ea demũ intacta & referta ꝓda petunt. Inde rurſus ipſa ſolitudine abſterriti: ne qua fraus hoſtilis uagos exciperet: in foꝝ ac propinqua foro loca conglobati redibant. ubi eos plebis ædificiis obſeratis: patentibus atriis principũ: maior prope cũctatio tenuit aperta quã clauſa inuadendi. adeo haud ſecus: q̃ uenerabundi intuebantur in ædiũ ueſtibulis ſedentes uiros: ꝓter ornatum habitũq; humano auguſtiorem: maieſtate ẽt: q̃ uultus grauitaſq; oris præ ſe ferebat: ſimillimos diis. Ad eos uelut ſimulacra uerſi cũ ſtarent. M. Papyrius unus ex his dĩ: gallo barbã ſuam: ut tũ oĩbus promiſſa erat: permulcenti: ſcipione eburneo in caput incuſſo iram mouiſſe: atq; ab eo initiũ cædis ortũ: cæteros in ſedibus ſuis trucidatos. Poſt principũ cædẽ nulli deinde mortaliũ parci: diripi tecta: exhauſtis iniici ignes. Cæteꝝ ſeu non oĩbus delendi urbẽ libido erat: ſeu ita placuerat principibus galloꝝ: & oſtentari q̃dã incendia terroris cã: ſi cõpelli ad deditionẽ caritate ædiũ ſuaꝝ obſeſſi poſſent: & non oĩa cõcremari tecta: ut quodcũq; ſupeſſet urbis: id pignus ad flectẽdos hoſtiũ aĩos haberẽt: nequaq̃ pinde atq; capta urbe prima die aut paſſim: aut late uagatus ẽ ignis. Rõani ex arce plenã hoſtiũ urbẽ cernẽtes: uagoſq; ꝑ uias oẽs curſus: cũ alia atq; alia ꝑte noua aliq̃clades oriret: non mẽtibus ſolũ cõcipere: ſed ne auribus qdẽ atq; oculis ſatis conſtare poterãt. Quocũq; clamor ſõitus hoſtiũ mulieꝝ puerorũq; ploratuſ: ſonit⁹ flammæ: & fragor ruẽtiũ tectoꝝ auertiſſet: pauẽtes ad oĩa aĩos oraq; & oculos flectebt: uelut ãad ſpectaculũ a fortũa poſiti occidẽtiſ pĩæ: nec ulli⁹ regꝫ ſuaꝫ relicti ꝓterq̃ corpoꝝ uidices: tãto añ alios miſerãdi magis q unq̃ obſeſſi ſũt: qđ intercluſi a patria obſidebant oĩa ſua cernentes in hoſtiũ poteſtate. Nec trãquilior nox diem tam fœde actũ excepit. Lux deinde noctẽ inquietã inſecuta ẽ. nec ullum erat tps: qđ a nouæ ſp cladis alicuius ſpectaculo ceſſaret: nihil tũ tot onerati atq; obruti malis flexerũt aĩos: quin & ſi oĩa flamis ac ruinis æquata uidiſſent: q̃uis in opem paruũq; quẽ tenebãt collẽ: libertati relictũ uirtute defenderent: & iam cũ eadem quottidie acciderent: uelut aſſueti malis ab alienauerant ab ſenſu regꝫ ſuaꝫ aĩos: arma tantũ ferrũq; in dextris uelut ſolas reliqas ſpei ſuæ intuentes. Galli quoq; ꝑ aliquot dies intecta mõ urbis ne qcq̃ bello geſto: cũ inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil ſupereſſe præter armatos hoſtes uiderent: ne quicq̃ tot cladibus territos: nec flexuros ad deditionẽ aĩos ni uis adhiberetur: experiri ultima & impetum facere in arcẽ ſtatuunt. Prima luce ſigno dato multitudo oĩs in foro inſtruitur: inde clamore ſublato ac teſtudine facta ſubeunt: aduerſus quos romani nihil temere nec trepide ad oẽs aditus ſtatiõibus firmatis: qua ſigna ferri uidebant: ea robore uiroꝝ oppoſito ſcandere ſinunt hoſtẽ: quo ſucceſſerit magis in arduũ eo pelli poſſe ꝑ ꝓcliue facilius rati: medio fere cliuo reſtitere: atq; inde ex loco ſuperiore: q̃ prope ſua ſponte in hoſtẽ inferebat: impetu facto: ſtrage: ac ruina fudere gallos: ut nũq̃ poſtea nec ps: nec uniuerſi tentauerint tale pugnæ genus. Omiſſa itaq; ſpe ꝑ uim atq; arma ſubeundi: obſidionẽ parant: cuius ad id tps ĩmemores: & quod in urbe fuerat frumentũ: incendiis urbis abſumpſerãt: & ex agris per ipſos dies raptum oẽ Veios erat. Igitur exercitu diuiſo partim ꝑ finitimos populos prædari placuit partim obſideri arcem: ut obſidentibus frumentũ populatores agroꝝ præberent: proficiſcẽtes gallos ab urbe ad romanã experiendam uirtutẽ fortuna ipſa Ardeam: ubi Cãmillus exulabat: duxit. Qui mœſtior ibi fortuna publica quam ſua: cum diis hoĩbuſq; accuſandis ſeneſceret: indignando mi-

nidebat:obsistere potuit:aut ne illas qdē pp quas:& hæc lata erat:ꝛpedire:& qđ usq; ad memoriā nr̄am tribunitiis cōsularibusq; certatū uiribus est:dictaturæ semp altius fastigiū fuit. Inter priorē dictaturam abdicatā:nouāq; a Manlio initā:ab tribunis uelut p iterregnū cōcilio plebis habito:apparuit quæ exp mulgatis plebi:quæ latoribus gratiora essent:nā de fœnore atq; agro rogatōes iubebāt:de plebeio cō sulatu antiq̄bāt:& pfecta utraq; res eēt: ni tribuni se in oīa simul cōsulere plebē dixissent. P. Mālius dei de dictator rē in cām plebis īclinauit. G. Licinio:q tribunus militū fuerat:magīo equitū de plebe dicto Id ægre passos patres accipio dictatorē ꝓpinqua cognatōe Licinii se apud patres excusare solitū:simul negantē magistru equitū maius:q̄ tribūi cōsularis īperiū esse. Licinius Sextiusq; cū tribunoꝝ plebis cre andoꝝ īdicta comitia eēnt ita se gerere:ut negādo iā sibi uelle cōtinuare honorē:acerrime accēderēt ad id:qđ dissimulādo petebāt:plebē:nonū se annū iā uelut in aciē aduersus optimates maximo priuatim periculo:nullo publico emolumēto stare:cōsenuisse iā secū:& rogatiōes ꝓmulgatas:& uim oēm tribu nitiæ potēstatis:primo īterfessiōe collegaꝝ ī leges suas pugnatū esse:deīde ablegatiōe iuuētutis ad ue literni bellū:postremo dictatoriū fulmē ī se itentatū:iam nec collegas:nec bellum:nec dictatorē obsta re:quippe qui etiā omen plebeio cōsuli magistro equitū ex plebe dicendo dederit:seipsam plebē & cō moda morari sua:liberā urbem ac foꝝ a creditoribus:liberos agros ab iniustis possessoribus extēplo: si uelit habere posse:quæ munera quādo tandē satis grato aīo æstimaturos:si inter accipiendas de suis cōmodis rogatiōes spem honoris latoribus eaꝝ incidāt:non esse modestiæ populi romani id postula re:ut ipse fœnore leuetur:& in agrū iniuria possessum a potētibus inducaᵗ:per quos ea cōsecutus sit:se nes tribunitios nō sine honore tantū:sed etiā sine spe honoris relinquat. Proinde ipsi primū statuerēt apud aīos quid uellent deinde comitiis tribunitiis declararēt uoluntatē:si coniunctim ferre ab se pro mulgatas rogationes uellēt:esse:quod eosdē reficerent tribunos plebis. perlaturos. n. quæ promulga uerint:sin quod cuiq; priuatim opus sit:id modo accipi uelint opus esse nihil inuidiosa continuatiōe honoris:nec se tribunatū:nec illos ea:quæ ꝓmulgata sint habituros. Aduersus tam obstinatā oīonem tribunoꝝ cum præ indignitate reꝝ stupor silentiūq; inde cæteros patrū defixisset. Ap. Claudius Cras sus nepos decēuiri dicitur odio magis iraq;:q̄ spe ad diffuadendū processisse:& locutus in hanc sentēti am esse. Neq; nouū:neq; inopinatum mihi sit quirites siquod unū familiæ nostræ semp obiectū est ab seditiosis tribunis:id nūc ego quoq; audiā:claudiæ gentis iam inde ab initio nil antiquius in repu. pa trum maiestate fuisse:semp plebis cōmodis aduersatos esse. quoꝝ alteꝝ neq; nego:neq; īficias eo: nos ex quo asciti sumus simul in ciuitatē & patres:enixe operā dedisse:ut per nos aucta potius: q̄ iminuta maiestas eaꝝ gentiū:inter quas nos esse uoluistis:dici uere posset. Illud alteꝝ pro me maioribusq; me is cōtendere ausim quirites:nisi quæ pro uniuersa rep. fiant ea plebi tanquā aliā incolēti urbē aduersa quis putet:nihil nos neq; priuatos:neq; in mgīatibus:qđ incōmodū plebi eēt:scientes fecisse:nec ullū factū dictūue nr̄um cōtra utilitatē uestrā:& si quædā cōtra uolūtatē fuerint:uere referri posse. An hoc si claudiæ familiæ nō sim:nec ex patritio sanguine ortus:sed unus q̄ritiū quilibet:q mō me duobus īge nuis ortū & uiuere ī libera ciuitate sciā:reticere possum. L. illū Sextiū:&. G. Liciniū ppetuos:si diis pla cet:tribunos:tm̄ licētiæ nouē annis:qbus regnāt:sumpsisse ut uobis negēt ptātem liberā suffragii nō in comitiis:nō ī legibus iubēdis pmissuros eēᵗ sub cōditiōe:inqt:nos reficietis decimū tribunos: qđ ē aliud diceret qđ petūt alii nos adeo fastidimus:ut sine mercede magna nō accipiamus. sed q̄ tandē ista merces ē qua uos semp tribunos plebis habeamus:ut rogatiōes:inqt:nostras:seu placēt:seu displicēt: seu utiles seu iutiles sūt:oēs cōiuncti accipiatis. Obsecro uos Tarqnii tribuni plebis putate me ex me dia cōcione unū ciuē succlamare:bona uenia uestra liceat ex his rogatiōibus legere: quas salubres no bis cēsemus eē antiquare alias. nō:inqt:licebit tu de fœnore:atq; agris:qđ ad uos oēs ptinet: iubeas:& hoc portēti nō fiat ī urbe romana:uti illū. L. Sextiū:atq; hūc. G. Liciniū consules:qđ indignaris:qđ abo mīaris uideas:aut oīa accipe:aut nihil fero:ut siqs ei:quē urgebat fames:uenenū ponat cū cibo: Et aut abstinere eo:qđ uitale sit:iubeat:aut mortifeꝝ uitali admisceat. Ergo:si eēt libera hæc ciuitas:non fre quētes succlamassent. Abi hinc cū tribunatibus & rogatiōibus tuis:ᵗqd si tu nō tuleris:qđ cōmodū est populo accipe:nemo erit q ferat illud:ᵗSiqs patritius:siqs:qđ illi uolūt iuidiosius eē:Claudius diceret: aut oīa accipe aut nihil fero:qs uestrū q̄rites ferret:nunq; ne uosres potius:q̄ auctores spectabitis:ᵗ sed oīa semp quæ magīatus ille:dicet secūdis auribus:quæ ab nostrū aliquo dicentᵗ:aduersis accipietis:ᵗ At hercule sermo ē minime ciuilis. Quid rogatio:qualis ē:q̄ a uobis īdignantᵗ antiquatā:ᵗ sermoni q̄rites simillima. Cōsules īquit rogo ne uobis:quos uelitis:facere liceat. an aliter rogat:qui utiq; alteꝝ ex ple be fieri cōsulē iubet:nec duos patritios creādi ptātem uobis pmittit:ᵗSi hodie bella sint:quale ethruscū fuit:cū Porsena ianiculū īsedit:quale gallicū mō:cū pter capitoliū atq; arcē oīa hæc hostiū erāt:& cōsula tum cū hoc. M. Furio:& quolibet alio ex patribus. L. ille Sextius peteret:possetis ne ferre Sextū haud ꝓ dubio cōsulē esse:Camillū de repulsa dimicare:ᵗHoccine ē in cōe honores uocare: ut duos plebeios fieri cōsules liceat:duos patritios nō liceatᵗ:& alteꝝ ex plebe creari necesse sit utrūq; ex pbus pterire li ceatᵗ:Quæ nā ista societas:quæ nā cōsortio ēᵗ:paꝝ ē:si cuius ps tua adhuc nullā fuit:in ptē eius uenis:ni si partē petēdo totū traxeris:ᵗtimeo:inqt:ne si duos licebit creari patritios:neminē creetis plebeiū. Qui dē ē aliud dicere:qa indignos uestra uolūtate creaturi nō estis:necessitatē uobis creādis:quos nō uul tis īponā:ᵗqd sequit:nisi:ut ne beneficiū qdē debeat populo:si cū duobus patritiis unus petierit plebe

G. licinius de plebe magister equitū dictus

Ap. Claudii oratio

Atᵗ. uehementē in trib. pleb. orationem

ius:& lege se nō suffragio creatū dicat? Quō extorqueant:nō quō petant honores:querūt:& ita imaxima sunt adepturi:ut nihil ne ꝑ minimis quidē debeāt:& occasiōibus potius q̄ uirtute petere honores malūt. Est aliquis:qui se ispici:qui æstimari fastidiat? qui certos sibi uni honores iter dimicātes cōpetitores æquū cēseat eē? q̄ se arbitrio uestro eximat? qui uestra necessaria suffragia ꝑ uolūtariis:& serua ꝑ liberis faciat? omitto Liciniū Sextiūq; quoꝝ annos in ppetua ptāte tāq̄ regū i capitolio nūeratis. Quis ē hodie i ciuitate tā humilis:cui nō uia ad cōsulatū facilior p istius legis occasionē? q̄ nobis ac liberis nostris fiat? siquidē nos ne cū uoluerit quidē creare:iterdū poteritis:ustos etiā si nolueritis:necesse sit. De i dignitate satis dictū ē:&.n.dignitas ad hoīem ptinet. Quid de religiōibus atq; auspiciis q̄ ꝑpria deoꝝ imortaliū cōtēptio atq; iniuria ē:loquar. Auspiciis hanc urbē cōdita eē:auspiciis bello & pace domi militiæq; oīa geri.qs est qui ignoret? penes quo igit sunt auspicia more maioꝝ? nēpe penes patres:nā plebeius quidē magistratus nullus auspicato creat? nobis adeo ꝑpria sunt auspicia:ut nō solū quos:populus creat:patritos magistratus non aliter:q̄ auspicato creet:sed nos quoq; ipsi sine suffragio populi auspicato iterregē ꝑdamus:& priuatim auspicia habeamus:q̄ isti ne in magistratibus quidē habeāt. Quid igit aliud:q̄ tollit ex ciuitate auspicia:qui plebeios cōsules creādo:a patribus q̄ soli ea habere possūt aufert? Eludāt nūc licet religiōes? quid.n.ē:si pulli nō pascēt? si ex cauea tardius exierint? si occinuerit auis? parua sūt. hæc sed parua ista nō cōtēnēdo maiores nīi maximā hāc rē fecerunt. nunc nos tāquā iam nihil pace deoꝝ opus sit:oēs ceremonias polluimus. uulgo ergo pōtifices augures sacrificuli reges creentur:cuilibet apicē dialem dūmodo hō sit:ꝑponamus:tradamus ancylia penetralia deos deorūq; curā:quibus nefas est:nō leges auspicato ferant? nō magistratus creent? nec cēturiatis:nec curuatis comitiis patres auctores fiāt:Sex.& Licinius tanquā Romulus:ac Tatius i urbe romana regnēt:quia pecūias alienas:quia agros dono dāt. tāta dulcedo ē ex alienis fortunis prædādi:nec i mentē uenit altera lege solitudines uastas in agris fieri pellēdo finibus dominos:altera fidē abrogari:cū qua oīs humana societas tollit. Oīum reꝝ cā uobis antiquādas cēseo istas rogatiōes:qd? faxitis:deos uelim fortunare. Oīo. Ap. id mō ualuit:ut tēpus rogationū iubendaꝝ ꝑferret. refecti decimū iidē tribuni Sex.& Licinius:decēuiris sacroꝝ ex parte de plebe creādis ptulere creati quinq; patrū quinq; plebis:graduq; eo iā uia facta ad cōsulatū uidebat. Hac uictoria cōtēta plebes cessit patribus:ut i præsentia cōsulū mentiōe omissa tribuni militū crearent? creati. A.&.M. Corneli:iteꝝ. M. Geganius. P. Mālius. L. Veturius. P. Valerius. yi. cū præter Velitraꝝ obsidionē tardi magis rem exitus:quā dubii: quietæ externæ res romanis essent: fama repēs belli gallici allata perpulit ciuitatē:ut. M. Furius dictator quintū diceret. Is. T. Quintiū Penū magistrū eqtū dixit: Bellatū cū gallis eo anno circa anienē flumē auctor ē. C. inclytāq; i pōte pugnā qua. T. Mālius gallū:cū quo ꝑuocatus manus cōseruit:i conspectu duoꝝ exercituū cæsum totq; spolia uit:tū pugnatā. Pluribus auctoribus magis adducor:ut credā decē haud minus post ānos ea acta: hoc uiū aūt anno i albano agro cū gallis dictatore. M. Furio signa collata:nec dubia:nec difficilis romanis:quā q̄ ingentē galli terrorē memoria pristinæ cladis attulerāt:uictoria fuit. multa millia barbarorū in acie: multa captis castris cæsa. palati alii Appuliā maxime petētes cū fuga se longinqua:tū qd? passim eos simul pauor terrorq; distulerat: ab hoste se se tutati sunt. Dictatori cōsensu patrum plebisq; triūphus decretus. Vix dū pfunctū eū bello atrocior domi seditio excepit:& ꝑ ingētia certamina dictator senatusq; uictus:ut rogatiōes tribunitiæ acciperētur:& comitia consulū aduersa nobilitate habita: qbus. L. Sextius de plebe primus cōsul factus:& in his qdē finis certaminū fuit:qa patritii se auctores futuros negabāt ꝑpe secessionē plebis res terribilesq; minas alias ciuiliū certaminū uenit:cū tamē per dictatorē cōditio nibus sedatæ discordiæ sunt:cōcessumq; ab nobilitate plebi de cōsule plebeio:a plebe nobilitati de ꝑtore uno:qui ius in urbe diceret ex patribus creādo. Ita ab diutina ira tandē i cōcordiā redactis ordini bus:cū dignā eam rē senatus cēseret eē:meritoq; id si quādo unquā alias deū imortaliū cā libēter facturos fore:ut Ludi maximi fierēt::& dies unus ad triduū adiiceret:recusantibus id munus ædilibus plebis:cōclamatū a patritiis est iuuenibus se id honoris deoꝝ imortaliū cā libenter acturos:ut ædiles fierent:quibus cū uniuersis gratiæ actæ essent:factū senatus cōsultū:ut duos uiros ædiles ex patribus dictator populum rogaret:patres auctores omnibus eius anni comitiis fierent.

Quo pacto auspicia dicantur esse apud patritios

Bellū galli cum

Vide ne cīcius sit legēdū quē sæpe liuius citat

L. Sextius de plebe primus cōsul.

Prætor unus ex ordine patritio

LIBER SEPTIMVS

ANNVS HIC ERIT INSIGNIS NOVI NOMINIS CONSVLATV INSIgnis nouis duobus magistratibus ptura & curuli ædilitate:hos sibi patritii quæsiuere honores ꝑ cōcessō plebi altero cōsulatu. Plebes consulatū. L. Sextio: cuius lege ptus erat:dedit:pres ptura. Sp. Furio. M. filio Camillo:ædilitatē. Gn. Quintio Capitolino:&. P. Cornelio Scipiōi suaꝝ gētiū uiris:gra cāpestri dederunt. L. Sextio collega ex pūbus datus. L. Aemylius Mamercus. Principio āni & de gallis:quos primo palatos p Appuliā cōgregari iā fama erat:& hernicoꝝ defectione agitata mētio. Cū de industria oīa:neq̄ ꝑ plebeiū cōsulē ageret?, ꝑferrēt silētiū oīum reꝝ ac iustitio simile otiū fuit:nisi quod nō patiētibus tacitū tribunis: ꝑ cōsule uno plebeio tres patritios magistratus curulibus sellis ptextatos tanq̄

Aediles duo patritii

Primus ꝑtor primi Aediles

consules sedentes nobilitas sibi sumpsisset:prætorē quidē etiam iura reddentē:& collegā consulibus atq; iisdē auspiciis creatū.Verecūdia inde imposita ē senatui ex patribus iubēdi ædiles curules creari: primo ut alternis annis ex plebe fierēt:cōuenerat:postea ꝑmiscuū fuit.Inde.L.Genutio:& Quintio Seruilio consulibus:& ab seditiōe:& a bello quietis rebus:nequādo a metu ac piculis uacarēt pestilētia ingēs orta censorē ædilē curulē tres tribunos plebis mortuos ferūt.ꝑ portōe & ex multitudine alia multa funera fuisse:maximeq; eā pestilētiā insignē mors quāmatura tam acerba.M.Furii fecit:fuit.n. uere uir unicus ī omni fortuna priceps pace belloq;:priusquā exulatū iret:clarior ī exilio uel desiderio ciuitatis:q̄ capta absentis iplorauit opē:uel felicitate:qua restitutus ī patriā:secū patriā ipse restituit.Par deinde p quinq; &.xxx.annos(tot.n.postea uixit)titulo tātæ gloriæ fuit:dignusq; habitus:quē secundū a Romulo cōditorē urbis romanæ ferrēt.Et hoc & in sequēti anno.T.Sulpicio Poetico.G.Licinio Stolone cōsulibus pestilētia fuit eo nihil dignū memoria actū:nisi qđ pacis deū exposcendæ cā tertio tum post conditā urbē lectisternīū fuit.Et cū uis morbi nec humanis cōsiliis:nec ope diuina leuarēt: uictis superstitiōe aīs:ludi quoq; scænici noua res bellicoso populo:nā circi mō spectaculū fuerat:iter alia cælestis iræ placamina instituti dicunt.Cæteꝝ parua quoq; ut ferme principia oīa:& ea ipsa pegrina res fuit sine certamine ullo sine imitādoꝝ carminū actu:ludiōes ex Ethruria acciti ad tibicinis mō saltātes.haud indecoros motus more tusco dabāt.Imitari deīde eos iuuētus simul incōditis iter se iocularia fundētes uersibus cœpere nec absoni a uoce motus erāt.Accepta itaq; res sæpiusq; usurpādo excitata uernaculis artificibus qa hister tusco uerbo ludio uocabat:nomē histriōibus inditū::qui non sicut ante fescēnino uersu simulē ī cōpositū temere ac rudē alternis iaciebāt sed ipletas modis satyras descripto iā ad tibicinē cātu motuq; cōgruēti pagebāt.Liuius post aliquot annos:q ab satyris ausus é primus argumēto fabulā facere:idem scilicet:id quod oēs tum erāt:suoꝝ carminū actor dicitur cū sæpius reuocatus uocem obtudisset:uenia petita pueꝝ ad canēdum ante tibicinē cum statuisset canticū egis se aliquāto magis uigente motu:quia nihil uocis usus impediebat:inde ad manū cātari histriōibus cœptum: deuerbiaq; tantū ipsoꝝ uoci relicta.Postea quā lege hac fabulaꝝ ab risu ac soluto ioco res auocabat:& ludus ī artē paulati uerterat:iuuētus histriōibus fabellaꝝ actu relicto:ipsa iter se more antiquo ridicula ītexta uersibus iactitare cœpit:unde exodia:quæ exodia postea appellata:consertaq; fabellis potissimū atellanis sunt:qđ genus ludoꝝ ab oscis acceptum tenuit iuuētus:nec ab histriōibus pollui passa est. Eo īstitutum manet:ut actores atellanaꝝ nec tribu moueant:& stipendia tanq̄ exptes artis ludicræ faciāt. Inter aliaꝝ parua principia reꝝ ludoꝝ quoq; prima origo ponenda uisa est:ut appareret:q̄ ab sano initio res in hāc uix opulentis regnis tolerabilē insaniā uenerit.Nec tamē ludoꝝ primū initiū ꝑcurandis religiōibus datum:aut religiōe animos: aut corpora morbis leuauit. quin etiā cū medios forte ludos circus tyberi supfuso irrigatus īpedisset:id uero uelut auersis iā diis aspernātibusq; placamina iræ terrorē ingentē fecit.Itaq;.G.Genutio.L.Aemylio Mamerco secundū cōsulibus:cū piaculoꝝ magis cōq̄sitio aīos:q̄ corpora morbi afficerēt:repetitū ex senioꝝ memoria dicit:pestilentiā quondā clauo ab dictatore fixo sedatā.Ea religiōe adductus senatus dictatorē claui figendi cā iussit dictus.L.Mālius Imperiosus:is.T.Pinariū magistrū equitū dixit.Lex uetusta ex priscis litteris uerbisq; scripta: ut qui prætor maximus:sit idibus septēbribus clauū pangat.Fixus fuit dextero lateri ædis Iouis optimi maximi ea qua parte Mineruæ tēplū est eū clauum:qa raræ p ea tpa litteræ erant:notā numeri annoꝝ fuisse ferūt eoq; Mineruæ tēplo dicatā legem:qa numerus Mineruæ inuentū sit. Volsiniis quoq; clauos indices numeri annoꝝ fixos in tēplo Nortiæ ethruscæ deæ cōparere diligēs taliū monumentoꝝ auctor Cincius affirmat.M.Horatius cōsul ex lege tēplū Iouis optimi maximi dedicauit anno post reges exactos: a cōsulibus postea ad dictatores:quia maius īperiū erat:solēne claui figendi translatū est.Intermisso deinde more:digna etiā p se uisa est res ꝑpter quā dictator crearet:qua de cā creatus .L.Mālius pinde ac rei gerēdæ ac nō soluēdæ religiōis gratia creatus esset:bellū hernicū affectans delectu acerbo iuuentutem agitauit:tandēq; oībus in eū tribunis plebis coortis:seu ui:seu uerecūdia uictus dictatura abiit.



NEQ VAE EO MINVS PRINCIPIO INSEquentis anni.Qu.Seruilio Hala.L. Genutio consulibus dies Manlio dicit a.M.Pomponio tribuno plebis.Acerbitas in delectu nō dāno mō ciuiū: sed etiā laceratione corpoꝝ lata:partim uirgis cæsis : qui ad noīa non respondissent:partim in uincula ductis in uisa erat:& ante oīa inuisum ipsum ingenium atrox cognomēq; Imperiosi graue liberæ ciuitati ab ostentatiōe scæuitiæ ascitū : q̄ non magis in alienis quam ꝓximis ac in sanguine ipso suo exerceret: criminiq; ei tribunus inter cætera dabat qđ filium iuuenem nullius ꝓbri coopertū extorrem urbe domo pœnatibus foro luce cōgressu æqualiū prohibitū:in opus seruile ꝑpe in carcerem atq; in ergastulum dederit: ubi sūmo loco natus dictatorius iuuenis quottidia-

na miseria discceret uero imperioso patre se natum esse. at quam obnoxiam: quod infacūdior sit & lin/gua impr̄optus: quod naturæ damnum utrū nutriēdum patri: si quicquam in eo humani esset: an ca/stigandum ac uexatione insigne faciendū fuisse: ne mutas quidē bestias minus alere ac fouere si quid ex progenie sua pax̄ prosperū sit: At hercule. L. Mālium malum malo augere filii: & tarditatē ingenii ī super premere: & siquid in eo exiguum naturalis uigoris sit: id extinguere uita agresti & rustico cultu inter pecudes habēdo. Oīum potius his criminationibus: q̄ ipsius iuuenis irritatus est aīus: quin con tra se quoq; parenti cām inuidiæ atq; criminū esse ægre passus: ut oēs dii hominesq; scirent se parenti opem latam: q̄ inimicis eius malle: capit consiliū rudis quidem atq; agrestis animi: & quāquam non ci uilis exempli tamen pietate laudabile. Inscientibus cūctis cultro succinctus mane in urbem atq; a por ta domum confestim ad. M. Pomponiū pergit tribunum: ianitori opus esse sibi domino eius conuen to extemplo ait: nunciaret. T. Manlium Lucii filium esse. mox introductus &. n. percitum ira in patrē spes erat: aut criminis aliquid noui: aut consilii ad rem agēdam deferre salute accepta redditaq;: eē ait: quæ cum eo agere arbitris remotis uelit: procul inde oībus abire iussis: cultrum stringit: & super lectū stans ferro intento: nisi: in quæ ipse concepisset uerba iuraret: se patris eius accusandi causa concilium plebis nunquam habitur̄e: se eum extemplo transfixurū minatur. Pauidus tribunus: quippe qui fer̄e ante oculos micare: se solum inermē: & illum prævalidum iuuenem: & quod haud minus timēdum erat stolide ferocem uribus suis cerneret: adiurat: in quæ adactus est uerba. & præse deinde tulit ea ui subactum se incepto destitisse: nec perinde ut maluisset plebs sibi suffragii ferendi de tam crudeli & su perbo reo potestatē fieri: ita ægre habuit filium ad pro parēte ausum: eoq; id laudabilius erat: qd' ani mum eius tanta acerbitas patria nihil a pietate auertisset. Itaq; non patri modo remissæ causæ dictio ē sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit: & cum eo anno primū placuisset tribunos militū ad legio nes suffragio fieri: nam & antea: sicut nunc quos ruffulos uocant: imperatores ipsi faciebant: secūdum in sex locis tenuit nullis domi militiæq; ad conciliandam gratiā meritis: ut qui rure & procul cœtu ho minum iuuentam egisset. Eodem anno seu motu terræ: seu qua ui alia: fo̊ medium ferme specu ua/sto collapsum in īmensam altitudinem dicitur: nec eam uoraginem coniectu terræ: cū pro se quisq; ge reret: expleri potuisse: priusquā deum monitu quæri cœptum: quo plurimū populus romanus posset id. n. illi loco dicandum uates canebant: si remp. romanam perpetuam esse uellent: tum. M. Curtium iuuenem bello egregium castigasse ferunt dubitantes: an ullum magis romanū bonum: q̄ arma uir/tusq; esset. Silentio facto templa deo̊ īmortaliū quæ foro īminent capitoliumq; intuentem & manus nunc in cælum: nunc in patentes terræ hiatus ad deos manes porrigētem se deuouisse: equo deinde quam poterat maxime exornato insidentem armatum se in specum īmisisse: donaq; ac fruges super eum a multitudine uiro̊ ac mulie̊ congestas: lacumq; Curtium non ab antiquo illo. T. Tatii milite Curtio Metio: sed ab hoc appellatum: cura non deesset: si qua ad uerum uia inquirentem ferret: nunc famæ rerum standum est: ubi certam derogat uetustas fidem: & lacus nomē ab hac recentiore insigni/ us fabula est: post tanti prodigii procurationem. Eodē anno de hernicis consultus senatus: cum fœcia les ad res repetendas nequicquā misisset: primo quoq; die ferrendū ad pp̄m de bello indicēdo herni ciscensuit: populusq; id bellū frequens iussit. L. Genutio consuli ea ꝓuincia sorte euenit. In expectatio ne ciuitas erat: quod primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesturus esset: perinde ut eueni ret res ita cōmunicatos honores prospere aut secus consulto habitura. Forte ita tulit casus: ut Genuti/us ad hostes magno conatu profectus in insidias præcipitaretur: legionibusq; nec opinato pauore fu sis consul circūuentus ab insciis: quem interfecissent: occideretur. Quod ubi est Romam nunciatū: ne quaquam tantū publica calamitate mœsti patres: quantum feroces infelici consulis plebeii ductu: fre/ munt omnibus locis: irent crearent consules ex plebe: transferrent auspicia: quo nefas esset: potuisse patres plebiscito pelli honoribus suis: non etiam in deos īmortales in auspicatam legem ualuisse: uin dicasse ipsos suum numē: sua auspicia: quæ: ut primū contacta sunt: ab eo a quo nec fas: nec ius fuerit: deletum cū duce exercitum documento fuisse: ne deinde turbato gentiū iure comitia haberētur. His nocibus curia & fo̊ personat. Ap. Claudiū quia diffuaserat legem maiore nūc auctoritate euētum re/ præhensi ab se cōsilii incusantē dictatorem cōsensu patritio̊ Seruilius consul dicit: delectusq; & iustiti um indictum. Priusquā dictator legioneq; nouæ in Hernicos uenirent: ductu. C. Sulpicii legati res p occasionē gesta egregie est. In hernicis morte consulis contēptim ad castra romana cū haud dubia ex/ pugnandi spe succedētes: hortante legato & plenis iræ ac dignitatis militum aīs eruptio est facta. mul tum ab spe adeundi ualli res hernicis abfuit: adeo turbatis inde ordinibus abscessere. Dictatoris dem de aduentu nouus ueteri exercitus iungit': & copiæ duplicant': & pro conciōe dictator laudibus legati militumq; quo̊ uirtute castra defensa erant: simul audientibus laudes meritas tollit animos: simul cæteros ad æmulandas uirtutes acuit. Neq; segnius ad hostes bellum apparat': qui & parti ante deco/ tis memores: neq; ignari auctax̄ uirium hostis suas quoq; uires augent. omne hernicū nomen omnis militaris ætas accitur: quadragenariæ octo cohortes lecta robora uiro̊ scribunt'. Hunc eximium flo/ rem iuuētutis: eo etiā qd' ut duplex acciperent stipendium: decreuerāt: spei animorūq; impleuere. īmu nes quoq; ope̊ militarium erāt: ut in unum pugnæ laborē reseruati plus sibi: q̄ ꝑ uirili parte annitē/ dum scirent: extra ordinē etiā in acie locati: quo cōspectior uirtus esset. Duūmlium planities castra ro

Filii pietas in patrem

Att'. mālii ī pīem pieta tis exēplū

Ruffuli Trib. mi.

M. Curti° in patriam

M. Curtij pietas in patriam

Curtius la cus

Genutio consuli insidiæ factæ

Occiditur Genutius primus e plebe con/ sul.

Ap. Claudio Dictator

mana ab hernicis dirimebat:ubi pari ferme utrinq; ſpatio in medio pugnatum eſt. primo ſtetit ambigua ſpe pugna:nequicquam ſæpe conatis equitibus romanis impetu turbare hoſtium aciem. poſtea quã equeſtris pugna effectu:quam conatibus uanior erat cõſulto prius dictatore equites permiſſu deinde eius:relictis equis clamore ingẽti prouolant ante ſigna & nouã integrant pugnam neq; ſuſtineri poterant:ni extraordinariæ cohortes:pari corpor̃ aĩorumq; robore ſe obieciſſent. Tũc inter primores duor̃ populor̃ res geritur:quicquid hinc aut illinc cõis mars bello aufert multiplex quã pro numero dãnum eſt:uulgus aliud armator̃ uelut delegata primoribus pugna euentũ ſuũ in uirtute aliena ponit. multi utrinq; cadũt:plures uulnera accipiunt. Tandẽ equitẽ alius alium increpãtes quid deinde reſtaret quærendo:ſi neq; ex equis pepuliſſent hoſtẽ:neq; pedites quicq̃ mometi faceret:quam tertiam expectarẽt pugnam?quid ante ſigna feroces ,pſiluiſſent & alieno pugnarent loco?His inter ſe uocibus cõcitati:clamore renouato:inferũt pedẽ:& primũ gradu mouerunt hoſtem:deinde pepulerũt:poſtremo iam haud dubie auertunt:neq; tã uires pares:quæ ſuperauerit res:facile dictu eſt:niſi quod perpetua fortuna utriuſq; populi:& extollere aĩos & minuere potuit Vſq; ad caſtra fugiẽtes hernicos romanus ſequitur:caſtror̃ oppugnatiõe:quia ſerũ erat diei abſtinuere:diu nõ perlitatũ tenuerat dictatorẽ: ne ante meridiẽ ſignum dare poſſet:eo in noctẽ tractũ erat certamẽ. Poſtera die deſerta fuga caſtra hernicor̃ & ſaucii relicti quidã inuẽti:agmẽ quoq; fugientiũ ab ſignis cũ præter mœnia eor̃ infrequentia ſigna cõſpecta eẽnt:fuſum ac per agros trepida fuga palatũ eſt. nec romanis incruẽta uictoria fuit quarta pars militum amiſſa:& ubi haud minus iacturæ fuit:aliquot equites romani cecidere. Inſequẽti anno cũ L. Sulpicius:& G. Licinius Caluus cõſules in Hernicos exercitum duxiſſent:neq; inuẽtis ĩ agro hoſtibus Ferentinũ urbẽ eor̃ ui cepiſſent:reuertẽtibus inde eis tyburtes clauſere portas. ea ultima fuit cauſa:cum multæ ante querimoniæ ultro citroq; iactatæ eſſent cur per fœciales rebus repetitis bellum tyburti populo indiceret. Dictatorem. T. Quintium Penum eo anno fuiſſe ſatis conſtat: & magiſtrum equitum Sergium Cornelium Maluginenſem. Macer Licinus comitior̃ habẽdorum cauſa & ab Licinio conſule dictum ſcribit:quia collega comitia bello præferre feſtinante ut cõtinuaret conſulatum:obuiam eũdum prauæ cupiditati fuerit. Quæſita ea propriæ familiæ laus leuiorem auctorem Liciniũ facit:cũ mentionẽ huius rei in uetuſtioribus annalibus nullã inueniã. magis ut belli gallici cã dictatorem creatũ arbitrer inclinat animus:eo certe anno galli ad tertiũ lapidẽ ſalaria uia trans pontẽ anienis caſtra habuere Dictator cũ tumultus gallici cauſa iuſtitiũ edixiſſet omnes iuniores ſacraméto adegit:ingentiq; exercitu ab urbe profectus citeriore ripa anienis caſtra poſuit: Pons in medio erat: neutris erũpẽtibus ne timoris indicium eſſet:prælia de occupãdo ponte crebra erãt:nec qui potirent incertis uiribus ſatis diſcerni poterat:tunc eximia corporis magnitudine in uacuũ pontẽ gallus ,pceſſit & quantũ maxima uoce potuit:quem nũc:inquit:Roma fortiſſimũ uir̃ habet procedat agẽdum ad pugnã:ut noſter duor̃ euẽtus oſtẽdat:utra gens bello ſit melior. Diu inter primos tũ iuuenũ romanorum ſilentium fuit:cum & abnuere certamen uererẽtur:& præcipuam ſortem periculi petere nollent. Tum. T. Manlius. L. filius: qui patrem a uexatione tribunitia uindicauerat: ex ſtatione ad dictatorẽ pergit. Iniuſſu tuo:inquit:ĩperator extra ordinem nunquã pugnauerim: nõ ſi certam uictoriã uideã. Si tu permittis:uolo ego illi belluæ oſtendere quando adeo ferox præſultat hoſtiũ ſignis:me ex ea familia ortum:quæ gallor̃ agmen ex rupe tarpeia deiecit. Tum dictator macte uirtute:inquit:hac pietate in patrem patriamq; T. Manli. eſto:perge:& nomen romanũ inuictum iuuantibus diis præſta. Armant inde iuuenẽ æquales pedeſtre ſcutũ capit:hiſpano cingitur. gladio ad propioré habili pugnam: armatũ adornatũ aduerſus gallum ſtolide lætum:& qñ id quoq; memoria dignũ uiſum antiquis eſt: lingua ẽt ab irriſu exerentẽ ,pducunt. Recipiunt inde ſe ad ſtationẽ: & duo in medio armati ſpectaculi magis more:q̃ lege belli deſtituuntur nequaquã uiſu ac ſpecie æſtimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium:uerſicolori ueſte:pictiſq; & auro celatis refulgens armis. media in altero militaris ſtatura modicaq; in arms habilibus magis:q̃ decoris ſpecies. Non cantus:non exultatio armorũq; agitatio uana:ſed pectus aĩoſũ iraq; tacitæ plenũ oẽm ferociã in diſcrimen ipſum certaminis diſtulerat. Vbi conſtitere inter duas acies:tot circa mortalium animis ſpe metuq; pendẽtibus gallus,uelut moles ſupne iminens:proiecto leua ſcuto:in aduenientis arma hoſtis uanũ cæſim cũ ingenti ſonitu enſem deiecit. Romanus mucrone ſurrecto:cũ ſcuto ſcutum imũ perculiſſet. totoq; corpore iterior periculo uulneris factus:inſinuaſſet ſe inter corpus armaq;:uno alteroq; ſubinde ictu uentrẽ atq; inguina hauſit & in ſpatiũ ingens ruentẽ porrexit hoſtẽ:iacens inde corpus ab omni alia uexatione intactũ uno torque ſpoliauit. quẽ reſperſum cruore collo circũdedit ſuo. Defixerat pauor cũ admiratione gallos. Romani alacres ab ſtatione obuiã militi ſuo ,pgreſſi laudãtes gratulãteſq; ad dictatorem perducũt: in carminũ ,ppe modũ incõdita quædã militariter ioculantes: Torquati cognomẽ additũ celebratum deinde: poſteris ẽt familiæq; honori fuit. Dictator coronã auream addit donũ:miriſq; ,p concione eam pugnam laudibus tulit. Et hercule tanti ea ad uniuerſi belli euentũ momẽti dimicatio fuit:ut gallor̃ exercitus ,pxima nocte relictis trepide caſtris in tyburtẽ agrũ: atq; inde ſocietate belli facta cõmeatuq; benigne ab tyburtibus adiutus:mox in Cãpaniã tranſierit. Ea fuit cã:cur ,pximo anno. G. Petilius Balbus conſul cũ collega eius. M. Fabio ambuſto Hernici ,puincia eueniſſet:aduerſus tyburtes iuſſu populi exercitũ duceret. Ad quor̃ auxiliũ cũ galli ex Cãpania rediſſent:fœde populatões in lauicano tuſculanoq;

Vincũtur hernici.

L. Sulpicius. G. Licinius cõſ.

T. Quintius penn dictator

Gallicus tumultus recens

Gallo quã puer ad ſingulare certamen ſolicitum

A. Gell. li. 8. ca. 15. T. Mãlius ad cal. magi. li. 2 rar. et ligni

Singulare Manlii & galli certamen

Qualis gallus fuerit

T. Manlius interfect gallũ

Vnde Torquat⁹ ſit dict⁹

Vnde torquati cognomen

Relinquũt caſtra Galli

G. petilius balbus. M. fabius ambuſtis cõſ.

& albano agro haud dubie tyburtibus ducibus sunt factæ. Et cū aduersus tyburtē hostem duce cōsule contenta respublica eēt: gallicus tumultus dictatorē creari coegit. Creatus. Qu. Seruilius Hala. T. Quīctium magistrū equitum dixit: & ex auctoritate patr̄: si prospere id bellū eueniſſet: ludos magnos uouit. Dictator ad continēdos pprio bello tyburtes consulari exercitu iusso manere: oēs iuniores nullo detrectante militiā sacramento adegit. Pugnatū haud procul porta collina ē totius uiribus urbis in cōspectu parentū coniugūq; ac liberor̄: quæ magna ēt absentibus hortamēta animi: tum subiecta oculis simul uerecundia misericordiaq; militē accendebant. Magna utrinq; edita cæde auertit tandem acies gallor̄: fuga Tybur sicut arcē belli gallici petūt. palati a cōsule Petilio haud pcul Tibure excepti: egressis ad opē ferendā tyburtibus simul cū his intra portas cōpellūtur. Egregie tū ab dictatore tū ab cōsule gesta est res. Et consul alter Fabius pliis primū paruis: postremo una insigni pugna cū hostes totis adorti copiis essent: hernicos deuincit. Dictator consulibus in senatu & apud populū magnifice collaudatis: & suar̄ quoq; rer̄ illis remisso honore: dictatura se abdicauit. Petilius de gallis tyburtibusq; geminū triumphū egit. Fabio satis uisum ut ouans urbē iniret. Irridere Petilii triumphū tyburtes: ubi. n. eū secum acie conflixisse? spectatores paucos fugæ trepidationisq; gallor̄ extra portas egressos: posteaq; ī se quoq; fieri impetū uiderint & sine discrimine obuios cædi recepisse se in urbem. eā rem triūpho dignā uisam romanis: ne nimis mirū magnūq; censerent: tumultū exciere in hostiū portis: maiorē ipsos trepidationē ante mœnia sua uisuros. Itaq; in seq̄nti anno. M. Popilio Lenate. G. Mālio consulibus primo silentio noctis ab Tybure agmine infesto, pfecti ad urbē Romā uenerunt. Terrorē repente ex somno excitatis subita res & nocturnus pauor pbuit: ad hoc multor̄ insciti: qui aut unde hostes aduenissent. Conclamatū tū celeriter ad arma est: & portæ stationibus muriq; psidiis firmati. Et ubi prima lux mediocrē multitudinē ante mœnia: neq; alium quā tyburtē hostē ostendit: duabus portis egressi cōsules utrinq; aciē subeuntiū iam muros aggrediunt. apparuitq; occasione magis q̄ uirtute fretos uenisse adeo uix primū impetum romanor̄ sustinuere. Quin ēt bono fuisse romanis aduentū eor̄ constabat. orientēq; iam seditionē inter patres & plebē metu tam propinq belli compssam. Alius aduentus hostium fuit, pximo bello agris: q̄ urbi tetribilior: populabūdi tarquienses fines romanos maxime: qua ex parte Ethruriā adiacent: pagrauere: rebusq; ne quicq̄ repetitis noui consules. G. Fabius: &. G. Plautius iussu populi bellū indixere: Fabioq; ea, puincia: Plaucio Hernici euenere gallici quoq; belli fama increscebat. Sed inter multos terrores solatio fuit: pax latinis petentibus data: & magna uis militū ab iis fœdere uetusto: quod multis intermiserāt annis: accepta. Quo psidio cū fulta res romana esset: leuius fuit quod gallos mox Prænæste uenisse: atq; inde circa Pedū consedisse auditū est. Dictatorē dici. G. Sulpicium placuit. consul ad rē accitus. G. Plautius dixit. magister equitū dictatori additus. M. Valerius. Iro bora militum ex duobus consularibus exercitibus electa aduersus gallos duxerunt. Lentius id aliquā tū bellū: q̄ parti utriq; placebat: fuit. Cū primo galli tm̄ auidi certaminis fuissent: deinde romanus miles ruendo in arma ac dimicationē aliquantū gallicā ferociā uinceret. dictatori ne utiq; placebat: quando nulla cogeret res: fortunæ se cōmittere aduersus hostē: quem tps deteriorē in dies & locus alienus faceret sine præparato cōmeatu: sine firmo munimento morantē. ad hoc iis aīs corporibusq; quor̄ oīs in impetu uis esset: parua eadē languesceret mora. His cōsiliis dictator bellū trahebat: grauemq; edixerat pœnam siquis iniussus in hostē pugnasset. Milites ægre id patientes primo in stationibus uigiliisq; inter se dictatorē sermonibus carpere: inter dū patres cōiter increpare: qd non iussissent p consules geri bellū: electum esse eximiū impatorē: unicum ducē: q nihil agenti sibi de cælo deuolaturam in sinū uictoriā censeat. Eadē deinde hæc interdiu, ppalā ac ferociora his iactare: se in iussu īperatoris aut dimicaturos. aut agmine Romā ituros imiscerique iam militibus centuriones: nec in circulis mō fremere: sed iam in principiis ac ptorio in unū sermones confundi: atq; in cōcionis magnitudinē crescere turbā: & uociferari ex oībus locis: ut extēplo ad dictatorē iretur: uerba pro exercitu faceret. Ser. Tullius: ut uirtute eius dignū esset. Septimū primipilū iam Tullus ducebat: neq; erat in exercitu: q quidē pedestria stipendia feciſſet: uir factis nobilior. Is præcedens militū agmē ad tribunal pgit: mirantiq; Sulpicio non turbā magis: q̄ turbæ principē Tullium imperiis obedientissimū militem. Scilicet dictator: inqt: cōdēnatum se uniuersus exercitus a te ignauiæ ratus &, ppe ignominiæ cā destitutū sine armis orauit me: ut suā causam apud te agerē. Equidē sicubi loco cessum: si terga data hosti signa fœde amissa obiici nobis possent: tū hæc a te īpetrari æquū censerē: ut nos uirtute culpā nostram corrigere. & abolere flagitii memoriā noua gloria patereris. Etiā ad alliā fusæ legiones eandē: q̄ p pauorē amiserant patriā, pfectæ postea ab Veiis uirtute recuperauere. Nobis deū benignitate felicitate tua populiq; romani & res & gloria est integra: quanq̄ de gloria uix dicere ausim: si nos & hostes haud secus: quā fœminas abditas ītra uallum omnibus contumeliis eludūt & tu imperator noster: quod ægrius patimur: exercitum tuum sine armis: sine animis: sine manibus iudicas esse: & priusq̄ exptus nos esses: de nobis ita desperasti: ut te mancorum ac debilium ducem iudicares esse. quid. n. aliud eē causæ credamus? cur ueteranus dux fortissimus bello: compressis: quod aiunt manibus sedes? utcūq; enim res habeat: te de nostra uirtute dubitasse uideri: quam nos de tua uerius est. Sin autem non tuum istud: sed publicum est consilium & consensus aliquis patrum: non gallicum bellum nos ab urbe a penatibus nostris ablegatos tenet: quæso: ut quæ dicam: non a militibus imperatori dicta censeas: sed a plebe patribus: quæ sicut uos

C. Seruilius Hala Dictator

Galli infugam Vertuntur

Popilius de gallis et Tiburtibus triumphat

M. Popilius lenas Gn. Mālius consſ.

Tiburtes nocte impetu facto armis Romā aggressi

Tiburtes uincuntur

G. Fabius G. plautius consſ.

C. Sulpicius Dictator

Dictator aduersus gallos et Tiburtes

Milites corpiunt Dictatorē sed non pugnant

Tulli uerba ad dictatorem

uestra habeatis consilia: sic se sua habitura dicat. Quis tandem succenseat milites nos esse non seruos uestros ad bellū non in exiliū missos? Siquis det signū: in aciem educat: ut uiris ac romanis dignum sit pugnaturos: si nihil armis opus sit otium Romæ potius: quam in castris acturos. hæc dicta sint patribus. Te impator milites tui oramus: ut nobis pugnādi copiā facias: tum uincere cupimus: tum duce te uincere: tibi laureā insignem deferre: tecū triumphantes urbē inire: tuum seqntes currū Iouis optimi maximi templū gratantes ouantesq; adire. Oratione Tulli exceperunt preces multitudinis: & undiq; : ut signū dare: ut capere arma iuberet: clamabāt. Dictator quāq; rem bonā exēplo haud probabili actam cē sebat: tū factuq; : quod milites uellēt: se recepit: Tulliūq; secreto: quæ nā res hæc sit: aut quo acta more pcūctatur. Tullius magnopere a dictatore petere: ne se oblitū disciplinæ militaris: ne sui: neue imperatoriæ maiestatis crederet: multitudini concitatæ: q̄ ferme auctoribus similis esset: nō subtraxisse se ducē: ne quis alius qualē mota creare multitudo soleret: existeret: nā se quidem nihil non arbitrio imperatoris actuq;. Illi quoq; tū uidendum magnopere esse: ut exercitum in potestate haberet: differri nō posse: adeo concitatos aīos: ipsos sibi locum ac tps pugnandi sumpturos: si ab impatore non detur. Dū hæc loquunt: iumenta forte pascentia extra uallum gallo abigenti duo milites romani ademerunt: in eos saxa conjecta a gallis: deinde ab Romana statione clamor ortus ac pcursū utrinq; est. Iamq; haud pcul

Atī. dictatoris strata gema

iusto prælio res erant: ni celeriter direptū certamē per centuriones esset. Affirmata certe eo casu Tullii apud dictatorē fides est. nec recipiente iam dilationē re in posteq; diem edicit acie pugnaturos. Dictator tū ut qui magis animis: quā uiribus frætus ad certamen descenderet: oīa circunspicere atq; agitare cœpit: ut arte aliqua terrorē hostibus incuteret: solerti aīo rem nouā excogitat: qua deīde multi nostri atq; externi impatores nostra quoq; quidā ætate usi sunt. mulis strata detrahi iubet: binisq; trīn centū culis relictis agasones partim captiuis: partim ægroq; armis ornatos imponit: his fere mille effectis cētum admiscet equites: & nocte sup castra in montes euadere ac siluis se occultare iubet: neq; inde ante mouere: quā ab se accipent signū. ipse: ubi illuxit: in radicibus montiū extendere aciē cœpit sedulo: aut aduersus montes cōsisteret hostibus. Instructo iam uani terroris apparatu: q quidem terror plus pene ueris uiribus ꝑfuit: primo credere duces galloq; non descēsuros in æquū romanos: deinde ubi digressos repente uiderunt: & ipsi certaminis auidi in plium ruunt: priusq; pugna cœpit: quā signum ab ducibus daret. Acrius inuasere galli dexteq; cornu: neq; sustīeri potuissent: ni forte eo loco dictator fuisset Sex. Tullium noīe increpās rogitansq; siccine pugnaturos milites spopondisset? ubi illi clamores sint arma poscentiū? ubi minæ iniussu impatoris plium inituros? en ipm impatorē clara uoce uocare ad plium & ire armatū ante prima signa. ecquis seqret eoq; : qui mō ducturi fuerint? in castris feroces i acie pauidi. Vera audiebant. itaq; tātos pudor stimulos admouit: ut ruerent in hostiū tela: alienatis a memoria piculi animis. Hic primo īpetus ꝑpe uecors turbauit hostes: eques deinde emissus turbatos auertit. Ipse dictator posteaq̄ labantē una pte uidit aciē: signa in leuū cornu cōfert: quo turbā hostiū congregari cernebat: & iis: q̄ in monte erant: signū: qd conuenerat: dedit. Vbi inde quoq; nouus clamor ortus

Fuga & cedes galloq;

& tendere obliquo mōte ad castra galloq; uisi sunt: tum metu ne excluderent: omissa ē pugna: cursuq; effuso ad castra ferebant: ubi cū occurrisset eis. M. Valerius magister equitū: q profligato dextero cornu obeqtabat hostiū munimentis. ad mōtes siluasq; uertūt fugam: plurimiq; ibi a fallaci equitum spē: agasonibusq; excepti sunt: & eoq; : quos pauor pertulerat in siluas: atrox cædes post sedatum prælium fuit. Nec alius post. M. Furiū quam. G. Sulpicius iustiorē de gallis egit triumphū. Auri quoq; ex gallicis spoliis satis magnū pondus saxo quadrato septū in capitolio sacrauit. Eodē anno & a consulibus uario euentu bellatū nam hernici a. G. Plautio deuicti subactiq; sunt. Fabius collega eius incaute atq; inconsulte aduersus tarqnenses pugnauit: nec in acie tīn ibi cladis acceptū quam quod. ccc. yii. milites romanos captos tarquinienses īmolauerunt. qua fœditate supplicii aliquanto ignominia populi romani in

Tarqniēsium facinus īro. captos

signior fuit. Accessit ad eam cladē & uastatio romani agri: quā priuernates: ueliterni deīde incursione repentina fecerunt. Eodē anno duæ tribus pontina & publicia additæ. Ludi uotiui: quos. M. Furius dictator uouerat facti: & de ambitu a. G. Petilio tribuno plebis: auctoribus patribus: tū primum ad populum latū est: eaq; rogatione nouoq; maxime hoīum ambitionē: qui nūdinas & conciliabula obire soliti erant cōpressam credebant. Haud æque patribus læta insequēti anno. G. Martio. G. Mālio consulib⁹ de unciario fœnore a Martio Duilio. L. Menenio tribunis plebis rogatio ē plata: & plebs aliquanto eā cupidius sciuit accepitq;. Ad bella noua priore anno destinata: falisci quoq; hostes exorti duplici crimine: q cū tarquinensibus iuuentus eoq; militauerat & eos: q Falerios pfugerant: cū male pugnatū est: repetentibus fœcialibus romanis non reddiderant. Ea prouincia. G. Manlio obuenit. Martius exercitū in agrum priuernatē integrū pace longinqua induxit: militēq; præda impleuit. ad copiā req; addidit munificentiā: quod nihil in publicū secernendo augenti rem priuatā militi fauit. Priuernates cum ante mœnia sua castris pmunitis cōsedissent: uocatis ad concionem militibus castra nunc: inquit: uobis hostiū urbem q; prædæ do: si mihi pollicemini uos fortiter in aciem operam nauaturos nec prædæ magis: quā pugnæ paratos esse. Signū poscunt ingenti clamore: celsiq; & spe haud dubia feroces in plium uadunt: ibi ante signa. Sex. Tullius: de quo ante dictū est: exclamat: aspice: inquit: quēadmodū exercitus tuus tibi ꝑmissa pstet: pilo q; posito: strictoq; gladio in hostē impetū facit: sequunt Tulliū antesignani oēs: primoq; īpetu auertere hostē fusum: inde ad oppidū psecuti: cum iam scalas mœnibus admo-

uerent:in deditionē urbem acceperunt:triūphus de priuernatibus actus. Ab altero consule nihil memorabile gestū:nisi quod legē nouo exēplo ad Sutriū i castris tributim deuicesima eoꝝ:qui manumitterentur:tulit.patres qa ea lege haud paruū uectigal inopi ærario additū esset:auctores fuerunt. Cæterum tribuni plebis non tā lege:q̄ exemplo moti:nequis postea populū seuocaret:capite sanxerunt: nihil.n.non p milites inuratos in consulis uerba:q̄uis pnicioſum populo:si id liceret:fieri posse.



EODEM ANNO.G.LICINIVS STOLO A.M. Popilio Lenate sua lege decēmillibus æris est dānatus:qđ mille iugeꝝ agrū cum filio possideret:emancipandoq; filiū fraudē legi fecisset.prohibitum deinceps p tribunos plebis leges in castris ferri.Noui cōsules inde.M.Fabius Ambustus.ii.&.M.Popilius lenas.ii.duo bella habuere. facile alteꝝ cū tyburtibus qđ Lenas gessit:q hoste in urbē compulso agros uastauit.Falisci tarquiensesq; alteꝝ cōsulem prima pugna fuderunt.Inde terror maximus fuit:quod sacerdotes eoꝝ facibus ardentibus anguibusq; prælatis incessu furiali militē romanū insueta turbauerunt specie:& tūc quidē uelut lymphati & attoniti munimētis suis trepido agmine inciderunt. Deinde ubi consul legatiq; ac tribuni pueroꝝ ritu uana miracula patuentes irridebant increpabantq;:uertit aīos repente pudor:& in ea ipsa:quæ fugerant:uelut cæci rubebant.discusso itaq; uano apparatu hostiū:cum in ipsos armatos se intulissent:auerterunt totā aciem: castrisq; ēt eo die potiti:præda ingenti parta uictores reuerterunt:militaribus iocis cum apparatū hostiū tum suum increpantes pauorē. Concitatur deinde omne nomen ethruscū & tarquiniensibus falisciſq; ducibus ad Salinas pueniunt. Aduersus eum terrorē dictator.G.Martius Rutilius primus de plebe dictus magistrū equitum itē de plebe.G.Plautiū dixit.Id uero patribus indignū uideri ēt dictaturam in promiscuo esse:oīq; ope impediebāt:neqd dictatori ad id bellum decerneret parareturue eo prōptius cuncta ferente dictatore populus iussit.Profectus ab urbe utraq; pte tyberis ratibus exercitu:quocūq; fama hostiū ducebat:traiecto:multos populatores agroꝝ uagos palantesq; oppressit:castra quoq; nec opinato aggressus cepit:&.iiii.millibus hostium captis:cæteris aut cæsis.aut agro romano fugatis: sine auctoritate patrū populi iussu triumphauit.Quia nec p dictatorem plebeiū:nec per Popilium consulem comitia consularia haberi uolebant & alter cōsul Fabius bello retinebatur:res ad interregnum redit.Interreges deiceps.Qu.Seruilius Hala.M.Fabius.Gn.Manlius.G.Fabius.G.Sulpicius.L.Aemylius.Qu.Seruilius.M.Fabius Ambustus.In secundo interregno orta contentio est: quod duo patritii consules creabantur:intercedentibusq; tribunis interrex Fabius aiebat i.xii.tabulis legē esse: ut quod cūq; postremum populus iussisset:id ius ratūq; esset:iussum populi & suffragia esse. Cū intercedendo tribuni nihil aliud:q̄ ut differrent comitia:ualuissent:duo patritii consules creati sunt.G.Sulpicius Potitus tertium.M.Valerius Publicola:eodēq; die magistratū inierunt.Quadringentesimo anno.q̄ urbs romana condita erat:quinto tricesimo:q̄ a gallis recepta:ablato post nonū ānum a plebe consulatu patritii consules ambo exinterregno magistratū inierunt.G.Potitus tertium.M.Valerius Publicola.Empulium eo anno ex tyburtibus haud memorando certamine captū:siue duoꝝ consulum auspicio bellum ibi gestū est:ut scripsere quidā:sed p idem tps tarquiniensiū quoq; sunt uastati agri a Sulpicio consule:quo Valerius aduersus tyburtes legiones duxit.Domi maius certamē consulibus cū plebe ac tribunis erat.Fidei iam suæ non solum uirtutis ducebant:ut accepissent duo patritii consulatum:ita ambobus patritiis mandare:quin aut toto cedendum esset.si plebeius iam magistratus fiat cōsulatus:aut possidendum totum:q̄ possessionem integram a patribus accepissent: Contra plebs fremit quid se uiuere:quid in parte ciuium censeri:siquod duorum hoium uirtute.L.Sextii ac.G.Licinius partū sit: id obtinere uniuersi non possint:uel reges:uel decēuiros:uel si quod tristius sit imperii nomē: patiendū esse potius:q̄ ambos patritios consules uideant:nec inuicem pareatur atq; imperetur:sed pars altera i æterno imperio locata:plebem nusquam alio natam:q̄ ad seruiendum putet.non desunt tribuni auctores turbarum:sed inter concitatos per se omnes uix duces eminent. Aliquotiens frustra in campū descensum cum esset:multiq; per seditiones acti comitiales dies:postremo uicta perseuerantia consulum plebes.eo dolor erupit:ut tribunos actum esse delibertate uociferantes:relinquendumq; nō cam pum iam solum:sed etiam urbem captam atq; oppressam regno patritiorum mœsta plebs sequeretur. Consules relicti a parte populi per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt.creati cōsules ambo patritii.M.Fabius Ambustus tertium.T.Quintius.In quibusdam annalibus pro.T.Quītio.M.Popilium consulem inuenio.Duo bella eo anno prospere gesta:cum tyburtibusq; ad deditionem pugnatum. Sassula ex his urbs capta: cæteraque oppida eandem fortunam habuissent: ni uniuersa gens positis armis in fidem consulis uenisset triumphatum de tyburtibus: alioquin mitis uictoria fuit. In tarquinienses acerbe scæuitum multis mortalibus in acie cæsis; ex ingenti captiuorum nume-

Triūphus de priuernatibꝫ actꝰ

G.Liciniuſ ſtolo ſua lege damnatur

Falisci fuderunt ho: M.Fabius M.Popiliꝰ conſſ.

Primꝰ Dictator de plebe

G.Martiuſ rutilius dictator primus e plebe

Duo primi consules creati

G.ſulpiciꝰ M.ualeriꝰ us conſſ.

Contra plebs

M.Fabius Ambuſtuſ T.quintus conſſ.

Statua erecta in Tarquiniensi

ro.ccc.xlyiii.delecti nobiliſſimus quiſq; qui Romã mitteretur: uulgus aliud trucidatum. nec populus in eos: qui miſſi. Romam erant: mitior fuit: medio in foro oẽs uirgis cæſi ac ſecuri pcuſſi. id pro immolatis in foro tarquinienſium romanis pœnæ hoſtibus redditum. Res bello bene geſtæ: ut ſamnites quoq; amicitiam peterent: effecerunt legatis eorum comiter ab ſenatu reſponſum: fœdere in ſocietatem accepti. Non eadem domi: quæ militiæ fortuna erat plebi romanæ: nam & ſi unciario fœnore facto leuata uſura erat: ſorte ipſa obruebantur inopes: nexumq; inibant. eo nec patritios ambos conſules: nec comitiorũ curam publicaue ſtudia præ priuatis incõmodis plebs ad animum admittebat. Cõſulatus uterq; apud patritios manet. conſules creati. G. Sulpicius Potitus quartum. M. Valerius Publicola iterum. In bellũ ethruſcum intentam ciuitatem: quia cæritem populum miſericordia conſanguinitatis tarquinienſibus adiunctum fama ferebat: legati latini ad uolſcos conuertere: nunciantes exercitum conſcriptum armatumq; iam ſuis finibus imminere: inde populabundos in agrum romanum uenturos eſſe. Cenſuit igitur ſenatus neutram negligendam rem eſſe: utroq; legiones ſcribi: cõſuleſq; ſortiri prouincias iuſſi. Inclinauit deinde pars maior curæ in ethruſcũ bellum: poſteaq; litteris Sulpicii conſulis: cui Tarquinii prouincia euenerat: cognitũ eſt depopulatum agrũ circa ſalinas romanas prædæq; partẽ in cæritũ fines auectã: & haud dubie iuuentutẽ eius populi inter prædatores fuiſſe. Itaq; Valerium conſulem Volſcis oppoſitũ: caſtraq; ad finẽ tuſculanum habentẽ reuocatũ inde ſenatus dictatorem dicere iuſſit. T. Manliũ Lucii filiũ dixit. Is cum ſibi magiſtrũ equitũ. A. Corneliũ Coſſum dixiſſet: conſulari exercitu contentus ex auctoritate patrũ ac populi iuſſu cæritibus bellũ indixit. Tum primũ cærites tanq; in uerbis hoſtiũ uis maior ad bellũ ſignificãdum: q; in ſuis factis: q per populationẽ romanos laceſſierant: eſſet: uerus belli terror inuaſit: & quã non ſuaꝝ uirium ea dimicatio eſſet: cernebant: pœnitebatq; populationis: & tarquinienſes execrabantur defectionis auctores; nec arma aut bellum quiſq; apparare: ſed pro ſe quiſq; legatos mitti iubebat ad petendã erroris ueniam. Legati ſenatũ cum adiſſent: ab ſenatu reiecti ad populũ rogauerunt deos: quoꝝ ſacra bello gallico accepta rite procuraſſent: ut romanos florentes ea ſui miſericordia caperet: quæ ſe rebus afflictis quondã populi romani ceperat: conuerſiq; ad delubra Veſtæ hoſpitium flaminũ ueſtalium quæ ab ſe caſte ac religioſe cultũ ſuo cabant: ea ne meritos crederet quiſq; hoſtes repente ſine cã factos: aut ſiquid hoſtiliter feciſſent: conſilio id magis quã furore lapſos feciſſe: ut ſua uetera beneficia locata præſertim apud tam gratos nouis corrũperent maleficiis: florentẽq; populum romanũ ac feliciſſimũ bello ſibi deſumerẽt hoſtẽ: cuius afflicti amicitiã cepiſſent: ne appellarent conſiliũ: quæ uis ac neceſſitas appellanda eſſet: trãſeuntes agmine feſto per agrũ ſuum tarqnienſis: cũ præter uiã nihil petiſſent: traxiſſe quoſdã agreſtium populationis eius: quæ ſibi crimini detur comites: eos ſeu dedi placeat: dedere ſe paratos eſſe: ſeu ſupplicio afficiendos. Cære ſacrarium populi romani: di uerſorium ſacerdotũ: ac receptaculum romanoꝝ ſacrorum: intactũ inuiolatũq; crimine belli hoſpitio Veſtæ cultiſq; diis darẽt. Mouit populũ non tam cã Præſens. quam uetus meritũ: ut maleficii. quam beneficii potius ĩmemores eſſent: itaq; pax populo cæriti data: induciaſq; in centũ annos factas in ſenatuſconſulto referri placuit. In faliſcos eodẽ noxios crimine uis belli conuerſa eſt: ſed hoſtes nuſq; inuenti. Cũ populatiõe paragrati fines eſſent: ab oppugnatione urbiũ temperatũ: legionibuſq; Romã reductis: reliquum anni muris turribuſq; reficiendis conſumptum: & ædes Appolinis dedicata eſt. Extremo anno comitia conſularia certamen patrũ ac plebis diremit: tribuni negantibus paſſuros comitia haberi: niſi ſecundũ liciniã legem haberentur: dictatore obſtinato tollere potius totũ e rep. conſulatũ: quam promiſcuũ patribus ac plebi facere: Prolatãdis igitur comitiis: cũ dictator magiſtratu abiſſet: res ad interregnũ rediit. Infeſtã inde patribus plebẽ interreges cũ accepiſſent: ad undecimũ interregem ſeditionibus certatũ eſt. Legis liciniæ patrociniũ tribuni iactabant: propior dolor plebi fœnoris ingraueſcentis erat: curæq; priuatæ in certaminibus publicis erumpebant: quoꝝ tedio patres. L. Cornelium Scipionẽ interregem concordiæ cauſa obſeruare legẽ liciniã comitiis conſularibus iuſſere. P. Valerio Publicolæ datus a plebe collega. G. Martius Rutilius. Inclinatis ſemel in concordiã animis noui conſules fœnebrẽ quoq; rem: quæ deſtinere unanimos uidebatur: leuare aggreſſi: ſolutionem alieni æris in publicã curam uerterunt: quinq; uiris creatis: quos menſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt. Ii meriti æquitate curaq; ſunt: ut per oĩum annaliũ monumenta celebres nominibus eſſent: fuere aũt. G. Duillius. P. Decius Mus. M. Papyrius: Qu. Publius: &. T. Aemylius: qui rẽ difficillimam tractatu & plerũq; parti utriq; ſp certe alteri grauẽ: tum alia moderatione: tum impendio magis publico: quam iactura ſuſtinuerunt. tarda. n. noĩa & impeditiora inertia debitoꝝ quã facultatibus: aut ærarium menſis cũ ære in foro poſitis diſſoluit: ut populo prius caueretur: aut æſtimatio æquis reꝝ pretiis liberauit: ut non modo ſine iniuria: ſed ẽt ſine querimoniis partis utriuſq; exhauſta uis ingens æris alieni ſit. Terror inde uanus belli ethruſci cum cõiuraſſe duodecim populos fama eſſet: dictatorem dici coegit. dictus in caſtris (eo enim ad conſules miſſum ſenatuſconſultum eſt) C. Iulius. cui magiſter equitum adiectus. L. Aemylius. Cæterum foris trãquilla omnia fuere tentatum domi per dictatorem: ut ambo patritii conſules crearentur: rem ad interregnũ perduxit. duo interreges. G. Sulpicius: &. M. Fabius interpoſiti obtinuere: quod dictator fruſtra tetenderat. mitiore iam plebe ob recens meritum æris alieni ut ambo patritii conſules crearentur. creati ipſe G. Sulpicius Potitus: qui prior interregno abiit: &. T. Quintius Penus. quidam Ceſonem cognomen

Quintio adiiciunt. Ad bellum ambo ꝓfecti: faliſcum Quintius: Sulpitius tarq̃nienſe: nuſquã acie congreſſo hoſte: cũ agris magis: quam hoĩbus urendo populandoq; geſſerũt bella. cuius lentæ tabis ſenio uicta utriuſq; ptinacia populi eſt: ut primũ a conſulibus: deinde permiſſu eoꝝ ab ſenatu inducias peterent: in quadraginta annos ĩpetrauerunt. Ita poſita duoꝝ belloꝝ: quæ iminebant: cura: dum aliqua ab armis quies eſſet: qa ſolutio æris alieni multaq; rerum mutauerat dños: cẽſum agi placuit: cæteꝝ cum cenſoribus creandis indicta comitia eſſent: ꝓfeſſus ſe petere cenſurã. C. Martius Rutilius: q primus dictator de plebe fuerat: cõcordiã ordinum turbauit: qđ uidebatur quidem tpe alieno feciſſe: quia ambo tum forte patritii conſules erant: qui rationem eius ſe habituros negabant: ſed & ipſe conſtantia incꝑptum obtinuit: & tribuni omni ui recuperando ius conſularibus comitiis amiſſum adiuuerũt & tum ipſius uiri maieſtas nullius honoris ſuffragium non æquabat: cũ per eundem: qui ad dictaturam aperuiſſet uiam: cenſuram quoq; in partem uocari plebs uolebat. Nec uariatum comitiis eſt: quin cũ Manlio Næuio cenſor Martius crearetur. Dictatorẽ quoq; hic annus habuit Marcum Fabiũ nullo terrore belli: ſed ne licinia lex comitiis conſularibus obſeruaretur. magiſter equitum dictatori additus Quintius Seruilius. Nec tñ dictatura Potentiorem eum conſenſum patrum conſularibus comitiis fecit: q̃ cẽſoriis fuerat. M. Popilius Lenas a plebe conſul: a patribus. L. Cornelius Scipio datus. Fortuna quoq; illuſtriorem plebeium conſulem fecit: nam cũ ingentem galloꝝ exercitum in agro latino caſtra poſuiſſe nunciatum eſſet: Scipione graui morbo implicito: gallicum bellũ Popilio extra ordinem datum. Is ĩpigre exercitu ſcripto: cũ omnes extra portam capenam ad Martis ædem conuenire armatos iuniores iuſſiſſet: ſignaq; eodem quæſtores ex ærario deferre: quattuor expletis legiõibus: qđ ſuperfuit militum. P. Valerio Publicolæ prætori tradidit: auctor patribus ſcribẽdi alterius exercitus: quod ad icertos belli euentus ſubſidium reipublicæ eſſet. Ipſe iam ſatis oĩbus inſtructis cõparatiſq; ad hoſtem pergit: cuius: ut prius noſceret uires. q̃ periculo ultimo tentaret: in tumulo quem ꝓximum caſtris galloꝝ capere potuit: uallum ducere cœpit. Gens ferox: & ingenii auidi ad pugnam procul uiſis romanoꝝ ſignis ut extemplo præliũ initura explicuiſſet aciem: poſteaquã neq; in æquũ dimitti agmen uidit: & tũ loci altitudine: tum uallo etiã integi romanos: perculſos pauore rata ſimul opportuniores quod intẽti tum maxime operi eſſent: truci clamore aggreditur. Ab romanis nec opus intermiſſum: triarii erãt: qui muniebant: & ab haſtatis principibuſq; qui ꝓmunitionibus intenti armatiq; ſteterant. præliũ inirum: præter uirtutẽ locus quoq; ſuperior adiuuit: ut pila oĩa haſtæq; non tanquã ex equo miſſa uana: quod plerũq; fit: caderent: ſed oĩa librata ponderibus figerentur: oneratiq; telis galli: quibus aut corpora träſfixa: aut ꝓgrauata inherentibus gerebãt ſcuta: cũ curſu pene in aduerſum ſubiſſent. primo incerti reſtitere: deinde cum ipſa cunctatio & ĩ his aĩos minuiſſet & auxiſſet hoſti: impulſi retro ruere: alii ſuper alios ſtragẽq; inter ſe cæde ipſa fœdiorem dare: adeo præcipiti turba obtriti plures: q̃ ferro necati. Necdum certa romanis uictoria erat: alia in campum digreſſis ſupererat moles: nãq; multitudo gallorum ſenſum oẽm talis damni exuperans: uelut noua rurſus ex oriente acie: integrum militem aduerſus uictorem hoſtem ciebat: ſtetitq; ſuppreſſo impetu romanus. & quia iterum feſſis ſubeunda dimicatio erat: & quod conſul dum inter primores incautus agitat: leuo humero machera prope traiecto ceſſerat parũper ex acie. Iamq; omiſſa cunctando uictoria erat: cum cõſul uulnere alligato reuectus ad prima ſigna: quid ſtas: inquit: miles? non cum latino ſabinoq; hoſte res ẽ: quem uictum armis ſocium ex hoſte facias: in beluas ſtrinximus ferrum: hauriendus haud dandus ẽ ſanguis. propuliſtis a caſtris: ſupina ualle præcipites egiſtis: ſtratis corporibus hoſtium ſuperſtatis? complete eadem ſtrage campos qua montes repleſtis. nolite ſpectare dum ſtantes nos fugiant: inferenda ſunt ſigna: & uadendũ in hoſtem. His adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos gallorũ: cuneis deinde ĩ medium agmen perrumpunt. Inde barbari diſſipati: quibus nec certa imperia: nec duces eſſent: uertunt ĩpetum in ſuos: fuſiq; per campos & præter caſtra etiam ſua fuga prælati. quod æditiſſimum inter æquales tumulos occurrebat oculis: arcẽ albanam petunt. Conſul non ultra caſtra inſecutus: quia & uulnus degrauabat & ſubiicere exercitum pugna feſſum nouo labori nolebat: a perſequendo hoſte continuit tumulis ab hoſte occupatis. Præda omni caſtrorum militi data: uictorem exercitum opulentumq; gallicis ſpoliis Romam reduxit: moram triumpho uulnus conſulis attulit. eademq; cauſa dicta toris deſiderium fecit ſenatui: ut eſſet: qui ægris cõſulibus comitia haberet. Dictator. L. Furius Camillus dictus addito magiſtro equitum. P. Cornelio Scipione reddidit patribus poſſeſſionem priſtinam conſulatus. ipſe ob id meritum ingenti patrum ſtudio creatus conſul collegã. Ap. Claudium Craſſum dixit. Priuſq; inirent noui conſules magiſtratũ: triumphus a Popilio de gallis actus magno fauore plebis: muſſitanteſq; inter ſe rogitabant: num quem plebeii conſulis pœniteret? ſimul dictatorem increpabant: qui liciniæ legis ſpretæ mercedem: conſulatum priuata cupiditate: q̃ publica iniuria fœdiorẽ ceperiſſet: ut ſe ipſe conſulem dictator crearet. Annus hic multis uariiſq; motibus fuit inſignis. Galli ex albanis montibus: quia hyemis uim pati nequierant: per cãpos maritimaq; loca uagi populabant. Mare infeſtũ claſſibus græcorum erat: oraq; littoris antiatis laurenſq; tractus & tyberis hoſtia: ut prædones mariti mi cum terreſtribus congreſſi ancipiti prælio ſemel decertarent: dubiiq; diſceſſerint in caſtra galli: græci retro ad naues uictos ſe: an uictores putarent. Inter hos maximus longe extitit terror: concilia populorum latinorum ad lucũ ferentinæ habita: reſponſumq; haud ambiguum ĩperantibus

Primus e plebe cenſor

M. Popilius L. cornelius conſſ.

Galli fũdũtur & cũ cæde fugant

L. Camillus Ap. Claudius conſſ.

Quantū uiriū ſola tū to haberet

milites romanis datum abſiſterent iperare iis: quoꝝ auxilio egerent: latinos pro ſua libertate potius: q̄ pro alieno iperio laturos arma. Inter duo ſimul bella externa defectione ēt ſocioꝝ ſenatus anxius: cū cerneret metu tenendos: quos fides non tenuiſſet: extendere oēs imperii uires cōſules delectu habendo iuſſit ciuili qppe ſtandū exercitu eſſe: qñ ſocialis cœtus deſereret. Vndiq; nō urbana tm̄: ſed ēt agreſti iuuentute decē legiones ſcriptæ dicunt: quaternūmilium & ducentoꝝ peditū equitūq; trecentorū. quē nunc nouū exercitum: ſiqua externa uis ingruat: hæ uires populi romāi: quas uix terraꝝ capit orbis: contractæ in unū haud facile efficiant. adeo in q̄ laboramus: ſola creuimus diuitias luxuriāq; Inter cætera triſtia eius anni cōſul alter Appius Claudius in ipſo belli apparatu moritur: redierātq; res ad Camillū: cui unico cōſuli uel ob aliā dignationē haud ſubiiciendā dictaturæ: uel ob omen fauſtum ad gallicum tumultū cognominis: dictatorem arrogari haud ſatis decoꝝ uiſum eſt patribus. Conſul duabus legionibus urbi p̄poſitis: octo cū Lucio Pinario prætore diuiſis memor paternæ uirtutis gallicum ſibi bellū extra ſortem ſumit. prætorē maritimam orā tutari: græcoſq; arcere littoribus iuſſit: & cū in agrum pontinū deſcendiſſet: quia neq; in cāpis congredi nulla cogente re uolebat: & prohibendo populatiōibus: quos rapto uiuere neceſſitas cogebat: ſatis domari credebat hoſtem: locū idoneū ſtatiuis delegit. Vbi cum ſtationibus quieti tp̄s tererent: gallus proceſſit magnitudine atq; armis inſignis: quatienſq; ſcutum haſta cū ſilentium feciſſet: prouocat per interpretē unum ex romanis: qui ſecū ferro decernat. Marcus erat Valerius tribunus militū adoleſcens: qui haud indignioꝝ eodem decore ſe: q̄. T. Manliū ratus: prius ſciſcitatus conſulis uoluntatē in mediū armatus proceſſit. Minus inſigne certamen humanum numine interpoſito deoꝝ factum: nam conſerenti iam manum romano coruus repente in galea conſedit in hoſtem uerſus: quod primo ut auguriū cælo miſſum lætus accepit tribunus: p̄catus deinde ſi diuus: ſi diua eſſet: q ſibi præpetē miſiſſet: uolens propitiuſq; adeſſet. dictu mirabile: tenuit: non ſolum ales captam ſemel ſedem: ſed quotienſcūq; certamen initū eſt: leuans ſe alis os oculoſq; hoſtis roſtro & unguibus appetit: donec territū prodigii talis uiſu oculiſq; ſimul ac mente turbatum Valerius obtruncat. coruus e conſpectu elatus orientem petit. Hactenus quietæ utrinq; ſtationes fuere: poſteaq̄ ſpoliare corpus cæſi hoſtis tribunus cœpit nec galli ſe ſtatione tenuerunt: & romanoꝝ curſus ad uictorem ēt ocior fuit: ibi circa iacentis galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur. Jā non manipulis proximaꝝ ſtationum: ſed legionibus utrinq; effuſis res geritur. Camillus lætum militē uictoria tribuni: lætū tam præſentibus ac ſecundis diis ire in prælium iubet: oſtētanſq; inſignē ſpoliis tribunum: hunc imitare miles aiebat & circa iacentem ducem ſterne gallos cateruas. Dii hoieſq; illi affuere pugnæ: depugnatum haud quaq̄ certamīe ambiguo cum gallis eſt. adeo duorum militum euentum inter quos pugnatum erat: utraq; acies animis perceperat. Inter primos: quoꝝ concurſus alios excitauerat: atrox præliū fuit: alia multitudo: priuſq̄ ad cōiectum teli ueniret: terga uertit: primo per Volſcos Falernumq; agrum diſſipati ſunt: inde Appulliam ac mare ſuperum petierunt. Conſul: concione, aduocata: laudatum tribunum decem bobus aureaq; corona donat: ipſe iuſſus ab ſenatu bellū maritimum curare cum p̄tore iunxit caſtra. Ibi quia res trahi ſegnicia græcoꝝ non cōmittentinm ſe in aciem uidebantur: dictatorem comitioꝝ cauſa. T. Manlium Torquatum ex auctoritate ſenatus dixit: dictator magiſtro equitum. A. Cornelio Coſſo dicto cōſularia comitia habuit æmulumq; decoris ſui abſentē. M. Valerium Coruinū: id. n. illi deinde cognominis fuit: ſummo fauore populi tris & uiginti natū annos conſulem renunciauit. collega Coruino de plebe. M. Popilius Lenas. iiii. conſul. futurus datus eſt. Cū græcis a Camillo nullo memorabilis geſta res: nec illi terra: nec romanus bellator mari erat. Poſtremo cum littoribus arcerentur: aqua ēt præter alia neceſſaria uſui deficiente: Italiam reliquere. Cuius populi ea: cuiuſq; gentis claſſis fuerit: nihil certi eſt: maxime Siciliæ fuiſſe tyrānos crediderim: nam ulterior Græcia ea tempeſtate inteſtino feſſa bello iam macedonum opes horrebat. Exercitibus dimiſſis: cum & foris pax & domi concordia ordinū otium eſſet: ne nimis lætæ res eſſent: peſtilentia ciuitatē adorta: coegit ſenatum imperare duūuiris ut libros ſibyllinos inſpicerent: eorūq; monitu lectiſterniū fuit. Eodem anno Satricū ab antiatibus colonia deducta: reſtitutaq; urbs: q̄ latini diruerant: & cū carthaginenſibus legatis Romæ fœdus ictum: cū amicitiam & ſocietatē petētes ueniſſent. Idem otiū domi foriſq; mānſit. T. Manlio Torquato ſecundū. G. Plautio conſulibus: ſemiunciarium: tantū ex unciario factū fœnus: & in penſiones æquas triēnii ita: ut quarta præſens eſſet: ſolutio æris alieni diſpenſata ē: & ſic quoq; plebis affecta: fides tū publica priuatis difficultatib⁹ potior ad curam ſenatui fuit. leuatæ maxime res: ga tributo ac delectu ſuperſeſſum.

Atī. auxiliaris corui & miracu lum

M. Valerius coruinus. M. popilius conſſ.

Cū cartagi nenſibus Romæ fœdus ictum T. Mālius G. plautius



M. Valerius. G. petilius conſſ.

TERTIO ANNO POST SATRICVM REſtitutū a uolſcis. M. Valerius Coruinus ſcdm conſul cū. G. Petilio factus: cū ex Latio nunciatū eēt legatos ab Antio circuire populos latinoꝝ ad concitandum

bellum priusq; plus hostium fieret uolscis arma inferre iussus ad Satricũ exercitũ infesto pgit: quo cũ antiates aliiq; uolsci ꝑparatis iam ante: siquid ab Roma mouereť: copiis occurrissent: nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est. uolsci ferocior ad rebellandũ: q̃ ad bellandũ gens certamine uicti: fuga effusa: Satrici mœnia petunt: & ne in muris quidẽ satis firma spe cũ corona militũ cincta iam scalis caperet urbs: ad quatuor millia ꝑter multitudinẽ imbellem sese dedidere. oppidũ dirutum atq; incensum: ab æde tãtum matris Maturæ abstinuere ignẽ. Præda ois militi data: extra prædã quattuor uillia deditoꝝ habita: eos uictos consul ante currũ triumphans egit: uenditis deinde magnã pecuniã in ærariũ redegit. Sunt: qui hanc multitudinẽ captiuã seruoꝝ fuisse scribant. id magis ueri simile est: q̃ deditos uenisse. Hos consules secuti sunt. M. Fabius Dorsuo Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncũ dein de bellũ ab repentina populatione cœptũ: metuq; ne id factũ populi unius consilium ois nois latini esset: dictator uelut aduersus armatũ iam Latiũ. Lelius Furius creatus magistrũ equitum. G. Manliũ Capitolinũ dixit: & cũ quod ꝑ magnos tumultus fieri solitũ erat: iusticio indicto delectus sine uacatiõibus habitus esset: legiones: quantũ maturari potuit: ĩ auruncos ductæ. ibi prædonum magis: q̃ hostiũ animi inuenti. prima itaq; acie debellatũ est: Dictator tñ: quia & ultro bellum intulerãt: & sine detrectatione se certamini offerebant: deoꝝ quoq; opes adhibendas ratus: inter ipsam dimicationẽ ædẽ Iunoni Monetæ uouit: cuius dãnatus uoti: cũ uictor Romã reuertisset: dictatura se abdicauit. Senatus duũuiros ad eãdem ædẽ pro amplitudine populi romani facienda creari iussit: locus in arce destinatus: quæ area ædium. M. Manlii Capitolini fuerat consules dictatoris exercitu ad bellum uolscũ usi: Sorã ex hostibus incautos adorti ceperũt. Anno: Posteaq̃ uota erat ædes Monetæ: dedicať. G. Martio Rutilio. iii. T. Manlio Torquato. ii. consulibus. Prodigiũ extẽplo dedicationẽ secutum simile uetusto mõtis albani prodigio: nãq; & lapidibus pluit: & nox interdiu uisa intendi: libriq; inspectis: cũ plena religione ciuitas esset: senatui placuit dictatorẽ feriaꝝ cõstituendaꝝ cã dici. dictus. P. Valerius Publicola magister equitũ ei. Qu. Fabius Ambustus datus ẽ: non tribus tñ supplicat ire placuit: sed finitimos ét populos: ordoq; iis: quo quisq; die supplicarent: statutus. Iudicia eo anno populi tristia in fœneratores facta: qui bus ab ædilibus dicta dies esset: traduntť. Et res haud ulla insigni ad memoriã cã ad interregnũ rediit. ex interregno: ut id actũ uideri posset: ambo patritii consules creati sunt. M. Valerius Coruinus tertiũ A. Cornelius Cossus. Maiora iam hinc bella & uiribus hostium: & longinqtate uel regionũ: uel tẽpoꝝ spatio: quibus bellatũ est: dicentť. Nãq; eo anno aduersus samnites gentẽ opibus armisq; ualidã mota arma. Sãnitium bellũ ancipiti marte gestũ. Pyrrhus hostis. Pyrrhũ pœni secuti: quanta reꝝ moles? quotiens in extrema periculoꝝ uentũ: ut in hanc magnitudinẽ: quæ uix sustinerť: erigi imperiũ posset? Bellat cã cum samnitibus romanis: cũ societate amicitiaq; iuncti essent: extrinsecus uenit: non orta inter ipsos est. Sãnites sidicinis iniusta arma: q̃a uiribus plus: poterant: cũ intulissent coacti inopes ad opulentioꝝ auxiliũ confugere cãpanis sese coniungunt. Cãpani magis nomen ad præsidiũ socioꝝ: q̃ uires cũ attulissent: fluentes luxu ab duratis usu armoꝝ in sidicinio pulsi agro in se deinde molẽ oẽm belli uerterũt. Nãq; samnites: omissis sidicinis: ipsam arcẽ finitimoꝝ cãpanos adorti: unde æque facilis uictoria: prædæ atq; gloriæ plus esset: Tifata imminentes Capuæ colles cũ præsidio firmo occupassent: descendũt inde quadrato agmine in planiciẽ: quæ Capuã Tifataq; interiacet: ibi rursus acie dimicatum: aduersoq; prælio cãpani intra mœnia pulsi: cũ: robore iuuentutis suæ occiso: nulla spes esset propinqua: coacti sunt ab romanis petere auxiliũ. legati introducti in senatũ maxime in hanc sententiã locuti sunt. Populus nos cãpanus legatos ad uos patres conscripti misit amicitiã in ꝑpetuũ: auxilium ꝑsens a uobis petitum: q̃ si secundis nostris rebus petissemus: sicut cœpta celerius: ita infirmiore uinculo contracta esset. tunc. n. ut qui ex æquo nos uenisse in amicitiã meminissemus: amici forsitan pariter ac nunc: subiecti atq; obnoxii uobis minus essemus: nunc misericordia uestra cõciliati: auxilioq; in dubiis rebus defensi: beneficiũ quoq; acceptũ colamus oportet: ne ingrati atq; omni ope diuina humanaq; indigni uideamur. Neq; hercule quod samnites priores amici sociiq; uobis facti sunt: ad id ualere arbitror: ne nos in amicitiã suscipiamur: sed ut uetustate & gradu honoris nos ꝑstent. neq; n. fœdere samnitiũ: nequa noua iungeretis fœdera: cautũ est. Fuit qdem apud uos sp iusta cã amicitiæ uelle eũ uobis amicũ esse: qui uos appeteret. Campani & si fortuna ꝑsens magnifice loq; ꝓhibet: nõ urbis amplitudine: nõ agri uberate ulli populo præterq̃ uobis cedentes: haud parua: ut arbitror: accessio bonis rebus uestris in amicitiam uenimus uestrã: equis uolsciscq; æternis hostibus huius urbis q̃cunq; se mouerint: ab tergo erimus: & qd uos pro salute nostra priores feceritis: id nos ꝓ ꝑperio uestro: & gloria sp faciemus. Subactis ijs gentibus: q̃ inter nos uosq; sunt: qd propediẽ futurum spondet: & uirtus & fortuna uestra: continẽs imperium usq; ad nos habebitis. Acerbum & miserum est: quod fateri nos fortuna nostra cogit: eo uẽtum est patres conscripti: ut aut amicorum aut inimicorum campani simus. si defenditis uestri: si desertis samnitium erimus. Capuam ergo: & Campaniam omnem uestris an samnitium uiribus accedere malitis: deliberate. Omnibus quidem romani uestram misericordiam: uestrumq; auxilium æquum est petere: iis tamen maxime qui etiam implorantibus aliis auxilium dum supra uires suas ꝑstant omnes in hanc necessitatem uenerunt: q̃q̃ pugnauimus uerbo pro sidicinis. re pro nobis: cum uidemus finitimum populum nefario latrocinio samnitium peti: & ubi conflagrassent sidicini ad nos traiecturum illud incendium esse. Nec enim nunc quia dolent iniuriam acceptam samnites: sed quia

M. fabius Ser. sulpicius consſ.

Aedes Iunonis Monetæ

M. Valerius. A. Cornelius cõsſ.

Tifata ubi esſent Campanorum i senatu oio

Atť. suppliꝯ cãpanorũ oronem

gaudent ſibi oblatam eſſe cauſam:oppugnatum nos ueniunt.An ſi ultiõ iræ hæc:& non occaſio cupiditatis explendæ eſſet:paꝝ fuit:quod ſemel in ſidicino agro iterum in campania ipſa legiones noſtras cecidere?quæ eſt iſta tam infeſta ira:quã per duas acies fuſus ſanguis explere non potuerit?adde huic populationem agroꝝ ꝑdas hoĩum atq; pecudum actas:incẽdia uillarum ac ruinas:oĩa ferro igniq; uaſtata.Hiſcine ira expleri non potuit?Sed cupiditas explenda eſt:ea ad oppugnandam Capuã rapit:aut delere urbem pulcherrimam aut ipſi poſſidere uolunt.Sed uos potius romani beneficio ueſtro occupate eam:quã illos habere per maleficium ſinatis.Non loquor apud recuſantem iuſta bella populum: ſed tũ ſi oſtenderitis auxilia ueſtra:ne bello quidem arbitror uobis opus fore:uſq; ad nos contemptus ſamnitium peruenit ſupra non aſcẽdit:itaq; umbra ueſtri auxilii romani tegi poſſumus:quicquid deinde habuerimus:quicquid ipſi fuerimus:ueſtrũ id omne exiſtimaturi.Vobis arabitur ager cãpanus: uobis Capua urbs frequentabitur:conditoꝝ parentum deoꝝ immortalium numero nobis eritis.nulla colonia ueſtra erit:quæ nos obſequio erga uos fideq; ſuperet.Annuite patres conſcripti nutum numenq; ueſtrum inuictum campanis:& iubete ſperare incolumẽ Capuam futuram.Qua frequentia oĩum generum multitudinis proſequente creditis nos illinc profectos?quam oĩa uotorum & lachrymarum plena reliquiſſe?in qua nunc expectatione ſenatum:populumq; campanũ:coniuges liberoſq; noſtros eſſe?ſtare oẽm multitudinem ad portas uiam hinc ferentẽ proſpectantes:certum habeo quid illis nos.p.c.ſollicitis ac pendentibus animis renunciare iubeatis.alterum reſponſum ſaluté uictoriam lucem ac libertatem:alterum ominari horreo:quæ ferat.Proinde ut aut de ueſtris futuris ſociis atque amicis:aut nuſq; ullis futuris nobis conſulite.Summotis deinde legatis:cũ conſultus ſenatus eſſet:& ſi magnæ parti urbs maxima opulentiſſimaq; Italiæ:uberrimus ager mariq; propinquus ad uarietates annonæ horreũ populi romani fore uidebatur:tñ tanta utilitate fides antiquior fuit:reſponditq; ita ex auctoritate ſenatus conſul.Auxilio uos campani dignos cenſet ſenatus:ſed ita uobiſcũq; amicitiam inſtitui par eſt:nequa uetuſtior amicitia ac ſocietas uioletur.Sãnites nobiſcum fœdere iũcti ſunt.Itaq; arma deos priuſq; hoĩes uiolatura aduerſus ſamnites uobis negamus:legatos:ſicut fas iuſq; eſt:ad ſocios atq; amicos precatũ mittemus:nequa uobis uis fiat.Ad ea princeps legationis(ſic.n.domo mandatum attulerat)quandoquidẽ:inquit:noſtra tueri aduerſus uim atq; iniuriam iuſta ui nõ uultis:ueſtra certe defendetis:itaq; populũ campanum:urbemq; Capuam:agros:delubra deum:humanaq; oĩa i ueſtram.p.c.populiq; romani ditionem dedimus:quicquid deide patiemur dedititii ueſtri paſſuri.Sub hæc dicta oẽs manus ad conſules tendentes pleni lachrymaꝝ in ueſtibulo curiæ procubuerunt:Commoti patres uice fortunaꝝ humanarum:ſi ille præpotens populus luxuria potẽtiaq; clarus:a quo paulo ante auxilium finitimi petiſſent:adeo infractos gereret aĩos:ut ſe ipſe:ſuaq; oĩa poteſtatis alienæ faceret.tum iam fides agi uiſa deditos nõ prodi:neq; factuꝝ æqua populum ſamnitiũ cenſebant:ſi agrũ urbemq; per deditionem factam populi romani oppugnarent.Legatos itaq; extemplo mitti ad ſãnites placuit:data mandata ut preces campanoꝝ:reſponſum ſenatus amicitiæ ſamnitium memoris:deditionem poſtremo factam ſamnitibus exponerent:peterent pro ſocietate amicitiaq;:ut deditiis ſuis parcerent:neq; in eum agrum:qui populi romani factus eſſet:hoſtilia arma inferrent.Si leniter agẽdo paꝝ proficerent:denunciarent ſamnitibus populi romãi ſenatuſq; uerbis:ut Capua urbe cãpanoq; agro abſtinerent.Hæc legatis agentibus in concilio ſamnitium adeo eſt ferociter reſponſum:ut nõ ſolum geſturos ſe eſſe dicerent id bellum:ſed magiſtratus eorũ e curia egreſſi ſtantibus legatis ꝑfectos cohortium uocarent:iiſq; clara uoce imperarent:ut ꝑdatum in agrum cãpanum extemplo proficiſcerẽtur.Hac legatione Romam relata poſitis oĩum aliarum reꝝ curis:patres fœcialibus ad res repetendas miſſis:belloq; quia non redderentur:ſoléni more in dicto:decreuerũt:ut primo quoq; tpe de ea re ad populum ferretur iuſſuq; populi conſules ambo cũ duobus ab urbe exercitibus profecti Valerius in Campaniam:Cornelius in Sãnium:ille ad montem caluũ:hic ad Satriculam caſtra ponunt.Priori Valerio ſamnitiũ legiones:eo nãq; omnem belli molẽ inclinaturam cenſebant:occurrunt ſimul in campanos ſtimulabat ira tam promptos nunc ad ferenda:nunc ad accerſenda aduerſus ſe auxilia.Vt uero caſtra romana uiderunt:ferociter pro ſe quiſq; ſignum duces poſcere:affirmare eadem fortuna romanũ campano latuꝝ opem:qua campanus ſidicino tulerit.Valerius leuibus certaminibus tentandi hoſtis cã haud ita multos moratus dies ſignũ pugnæ propoſuit:paucis ſuos adhortatus.Ne nouum bellum eos:nouuſq; hoſtis terreret:quicquid ab urbe longius proferrent arma:magis magiſq; in imbelles gẽtes eos prodire.Ne ſidicinorũ campanorumq; cladibus ſamnitium æſtimarent uirtutem:qualeſcunq; inter ſe certauerint neceſſe fuiſſe alteram partem uinci.Campanos quidẽ haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus moliciaq; ſua:quam ui hoſtium uictos eſſe.Quid autem eſſe duo proſpera in tot ſæculis bella ſamnitium aduerſus tot decora populi romani:qui triumphos pene plures:quam annos ab urbe condita numeret?qui oĩa circa ſe ſabinos:Ethruriam:latinos:hernicos:uolſcos:auruncos domita armis habeat?qui gallos tot præliis cæſos:poſtremo in mare ac naues fuga compulerit?Cũ gloria belli ac uirtute ſua quẽq; frætos ire in aciem debere:tum ẽt intueri cuius ductu auſpicioq; ineunda pugna ſit:utrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator ſit uerbis tantũ ferox operum militarium expers:an qui & ipſe tela tractare:procedere ante ſigna:uerſari media in mole pugnæ ſciat.Facta mea non dicta uos milites:inquit:ſequi uolo:nec diſciplinam modo:ſed exemplum ẽt a me petere.

Finis oĩis

Atẽ.fidem in ro.po.

Cãpanorũ deditio

Ferox lãnitium reſpõſum

Ro.po.decora

Non factionibus modo:nec per conciones usitatas nobilibus:sed hac dextra mihi tres cõsulatus sum mamq; laudẽ peperi.Fuit:cũ hoc dici poterat:patritius.n.eras:& a liberatoribus patriæ ortus: & eodẽ anno familia ista consulatũ:quo urbs hæc consulẽ habuit.Nunc iam nobis patribus uobisq; plebeis ꝑ miscuus cõsulatus patet:nec generis ut ante:sed uirtutis est præmium.Proinde summũ quodq; spectate milites decus.Non si mihi nouũ hoc Coruini cognomen diis auctoribus hoĩes dedistis.Publicolarum uetustũ familiæ:nostræ cognomen memoria excessit.Semper ego plebem romanã:militiæ domiq; priuatus in magistratibus paruis magnisq; æque tribunus ac consul eodem tenore per oẽs deiceps consulatus colo atq; colui.Nunc quod instat:diis bene iuuantibus nouum atq; integrum de samnitibus triumphũ mecum petite.Non alias militi familiarior dux fuit:oĩa ĩter infimos militum haud gratuate munia obeundo:in ludo præterea militari cum uelocitatis uiriumq; inter se æquales certamina ineunt:comiter facilis uincere ac uĩci uultu eodem:nec quẽq; aspernari parem:qui se offerret factis:benignus pro re dictis:haud minus libertatis alienæ:quam suæ dignitatis memor:& quo nihil popularius est:quibus artibus petierat magistratus:iisdem gerebat.Itaq; uniuersus exercitus ĩcredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis castris egreditur:prælium:ut quod maxime unq; pari spe:utriq; æquis uiribus cum fiducia sui sine contemptu hostium cõmissum est.Samnitibus ferociam augebant nouæ res gestæ:& paucos ante dies geminata uictoria. Romanis quadringentoꝝ annorum decora: & conditæ urbi æqualis uictoria.utriusq; tñ nouus hostis curam addebat.pugna indicio fuit: quos gesserint aĩos.nãq; ita conflixerunt:ut aliquãdiu in neutram partem inclinaret acies.Tum consul trepida tionem iniiciendam ratus qñ ui pelli non poterant:equitibus immissis turbare prima signa hostiũ conatur:quos ubi nequicq; tumultuantes in spatio exiguo uoluere turmas uidit:nec posse aperire in hostes uiam:reuectus ad anteignanos legionum cũ desiluisset ex equo:nostrum:inquit: peditum illud milites est opus:agitedum ut me uideritis:quacũq; incessero in aciem hostium ferro uiam facientem: sic pro se quisq; obuios sternite.illa nunc oĩa qua nunc erectæ micant hastæ:patefacta strage uasta cernetis.Hæc dicta dederat:cum equites consulis iussu discurrũt in cornua:legionibusq; in mediã aciem aperiunt uiam.Primus oĩum consul inuadit hostem & cũ quo forte contulit gradum: obtruncat. hoc spectaculo accensi dextra leuaq; ante se quisq; memorandũ prælium ciet.stãt obnixi samnites:q̃q; plura accipiunt:quam inferunt uulnera.Aliquãdiu iam pugnatum erat:atrox cædes signa samnitium:fuga a nulla dum parte erat:adeo morte sola uinci destinauerant aĩs.Itaq; romani cum effluere iam lassitudine uires sentirent:& diei haud multum supereſſe:accensi ira concitant se in hostẽ.Tum primũ referri pedem:atq; inclinari rem in fugam apparuit:tum capi:occidi samnis:nec superfuissent multi: nisi romanoꝝ ardere uisos aiebant:uesanosq; uultus & furentia ora:inde plus quam ex alia ulla re territoris ortum:quem terrorẽ non pugnæ solum euentu:sed nocturna profectione confessi sunt.Postero die uacuis hostium castris romanus potitur:quo se oĩs campanorum multitudo gratulabũda effudit. Cæteꝝ hoc gaudium magna prope clade in Samnio fœdatum est:nã ab Satricula profectus Cornelius consul exercitum incaute in saltum caua ualle peruiũ circaq; insessum ab hoste induxit: nec priusq; recipi tuto signa non poterant imminentẽ capiti hostem uidit.Dum id moræ samnitibus est: quo ad totum in uallẽ infimam dimitteret agmen.P.Decius tribunus militũ conspicit unum æditum in saltu collem imminentẽ hostium castris aditu arduũ impedito agmini.expeditis haud difficilem:itaq; consuli territo animi uidesne tu:inquit.A.Corneli cacumen illud supra hostem? arx illa ẽ spei salutisq; nostræ:si eam(qm̃ cæci reliquere samnites)impigre capimus:nec tu mihi pluſq; unius legionis principes hastatos dederis:cum quibus ubi euasero in summũ:perge hinc omni liber metu:teq; & exercitũ seruare:neq; n.moueri hostis subiectus nobis ad oẽs ictus sine sua pernicie poterit.nos deinde aut fortuna populi romani:aut nostra uirtus expediet.Collaudatus a consule:accepto præsidio: uadit occultus per saltum:nec prius ab hoste est uisus:quã loco:quem petebat:appropinquauit.Inde admiratione pauẽtibus cunctis:cum oĩum in se uertisset oculos:& spatiũ consuli dedit ad seducendũ agmen in æquiorẽ locum:& ipse in summo constitit uertice.Samnites dum huc illuc signa uertunt:utriusq; rei omissa occasione neq; consequi consulem:nisi per eandem uallem: in qua paulo ante subiectum eum telis suis habuerant:possunt:nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum:sed cum ira in hos magis:qui fortunam gerendæ rei eripuerant:tum propinquitas loci atq; ipsa paucitas incitat: & nunc circundare undiq; collem armatis uolunt:ut a consule Decium intercludant:nunc uiã patefacere: ut digressos in uallem adoriantur.incertos quid agerent:nox oppressit.Decium primum spes tenuit cum subeuntibus in aduersum collem ex superiore loco se pugnaturum:deinde admiratio incessit: quod nec pugnam inirent:nec si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur:opere se ualloq; circundarent. Tum centurionibus ad se uocatis:quænam illa insscitia belli ac pigricia est? aut quonam modo isti ex fidicinis campanisq; uictoriam pepererunt?huc atq; illuc signa moueri:ac modo in unum cõferri: modo educi uidetis:opus quidem incipit nemo:cum iam circundati uallo potuerimus esse. Tum uero nos similes istorum simus:si diutius hic moremur:quã commodum sit:agitedum ite mecum:ut dum lucis aliquid supereſt:quibus locis præsidia ponant:qua pateãt hinc exitus exploremus. Hæc omnia

Valerij Aug. militi familiar.

Constãt multo hostes

Attẽ. Valerii consulis uirtutem ĩ pugna

Fugã samnitũ ẽfecit. Atro. ſſimus Romanoꝝ intuitus

Cæſa hostiũ ro. protẽtur

Attẽ. feroci am in ro.a samnite re formidatã

Consul ſtetit. oculis hoſtiũ Decii conſilio

ſagulo gregali amictus:centurionibus item manipularium habitu militum ductis:ne ducem circuire hoſtes notarent:perluſtrauit. Vigilis deinde diſpoſitis:cæteris oĩbus teſſeram dari iubet:ubi ſecundæ uigiliæ buccinæ datum ſignum eſſet:armati cum ſilentio ad ſe conuenirent. Quo ubi:ſicut edictũ erat taciti conuenerunt:hoc ſilentium milites:inquit:omiſſo militari aſſenſu in me audiendo ſeruandũ eſt. Vbi ſententiã meam uobis peregero:tum quibus eadẽ placebunt:in dexteram partẽ taciti tranſibitis quæ pars maior erit:eo ſtabitur conſilio. Non fuga delatos:nec inertia relictos hic uos circũuenit ho-ſtis:uirtute cepiſtis locum:uirtute hinc oportet euadatis. ueniendo huc exercitum egregiũ populi romani ſeruaſtis:erumpendo hinc uoſmetipſos ſeruate:digni eſtis:qui pauci pluribus opẽ tuleritis: ipſi nullius auxilio egeritis. Cum eo hoſte res eſt:qui heſterno die delendi oĩs exercitus fortuna p ſecordiam uſus non ſit:hunc tam opportunũ collem imminentẽ capiti ſuo non ante uiderit:quam captũ a nobis:nos tam paucos tot ipſi millibus hoĩum:nec aſcenſu arcuerit:nec tenentes locũ:cum diei tãtum ſupereſſet:uallo circũdederit:quem uidentem ac uigilantẽ ſic eluſeritis:ſopitum:oportet:fallatis: ĩmo neceſſe eſt. in eo. n. loco res ſunt noſtræ:ut ego uobis magis neceſſitatis ueſtræ index:quam conſilii auctor ſim:neq; n. maneatis an habeatis hinc deliberari poteſt:cum pter arma & aĩos armorum memo-res:nihil uobis fortuna reliq fecerit:fame & ſiti moriendũ ſit:ſi plus quam uiros ac romanos decet fe-rum timeamus. Ergo una eſt ſalus erumpere hinc atq; abire. aut id interdiu aut nocte faciamus:opor-

Atẽ. ferociſſimã Decii orationem ad ſuos

tet. Ecce hoc aliud minus dubium:quippe ſi lux expectetur:quæ ſpes eſt non uallo ppetuo foſſaq; nos ſeptũ hoſtem:qui nũc corporibus ſuis ſubiectis undiq; cinxerit:ut uidetis collem? atqui ſi nox opor-tuna eſt eruptioni:ſicut eſt:hæc profecto noctis aptiſſima hora eſt. Signo ſecundæ uigilæ conueniſtis: quod tps mortales ſomno altiſſimo premit:per corpora ſopita uadetis:uel ſilentio incautos fallentes: uel ſentientibus clamore ſubito pauorem iniecturi. me modo ſequimini:quẽ ſecuti eſtis:ego eandem: quæ duxit huc:ſequar fortunam. Quibus hæc ſalutaria uidentur:agitedũ in dexterã partem: pedibus tranſite. Oẽs tranſierunt uadentemq; per intermiſſa cuſtodiis loca Decium ſecuti ſunt. Iam euaſerant media caſtra:cum ſuperſcandens uigilũ ſtrata ſomno corpora miles offenſo ſcuto ꝑbuit ſonitũ:quo excitatus uigil cũ proximum mouiſſet:erectiq; alios concitarent:ignari ciues an hoſtes ꝑſidium erumperent:an cõſul caſtra cepiſſet. Decius:qm̃ non fallerent:clamorem tollere iuſſis militibus torpidos ſõno inſuper pauore exanimat:quo impediti nec arma impigre capere:nec obſiſtere:nec inſequi poterant. Inter trepidationem tumultũq; ſamnitium præſidium romanum obuiis cuſtodibus cæſis ad caſtra cõſulis peruadit. Aliquantulum ſupererat noctis:iamq; in tuto uidebantur eſſe:macti uirtute:inquit: milites romani:&. n. ueſtrum iter ac reditum oĩa ſæcula laudibus ferent:ſed ad conſpiciendam tantã uirtutem luce ac die opus eſt:nec uos digni eſtis:quos cum tanta gloria in caſtra reduces ſilẽtium ac nox tegat:hic lucem quieti opperiamur. Dictis obtemperatũ:atq; ubi primum illuxit:præmiſſo nuncio ad conſulem in caſtra ingenti gaudio concitantur:& teſſera data:icolumes reuerti:qui ſua corpora pro ſalute oĩum haud dubio periculo obieciſſent:pro ſe quiſq; obuiam effuſi laudant:gratulantur:ſingulos uniuerſoſq; ſeruatores ſuos uocant:diis laudes gratiaſq; agunt. Decium in cælum ferunt. Hic Decii caſtrenſis triumphus fuit incedentis per media caſtra cũ armato præſidio:coniectis in eum oĩum oculis: & omni honore tribunũ conſuli æquantibus. Vbi ad prætorium uentũ eſt:conſul claſſico ad concionẽ

decii caſtrẽſis laus & gloria

uocat:orſuſq; meritas Decii laudes:interfante ipſo Decio:diſtulit concionẽ:qui auctor oĩa poſt habendi:dum occaſio in manibus eſſet:perpulit conſulẽ:ut hoſtes & nocturno pauore attonitos:& circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederetur:credere ẽt aliquos ad ſe ſequendum emiſſos per ſaltum uagari. Iuſſæ legiones arma capere:egreſſæq; caſtris cum per exploratores notior iam ſaltus eſſet:uia patentiore ad hoſtem ducuntur:quem incautum improuiſo adortæ: cum palati paſſim ſamnitium milites plærique inermes nec coire in unũ:nec arma capere:nec recipere intra uallum ſe poſſent: pauentem primum intra caſtra compellunt:deinde caſtra ipſa turbatis ſtationibus capiunt:pfertur circa collem clamor:fugatq; ex ſuis quẽq; præſidiis. ita magna pars abſenti hoſti ceſſit. Quos intra uallũ egerat pauor:

Atẽ. Sãniti cædes



fuere aũt ad. xxx. millia oẽs cæſi:caſtra direpta.

ITA REBVS GESTIS: CONSVL ADVOCAta concione. P. Decii non cœptas ſolum ante: ſed cumulatas noua uirtute laudes peragit:& præter militaria alia dona:aurea corona eum:& centum bobus eximioq; uno albo opimo auratis cornibꝰ donauit. Milites:qui in ꝑſidio ſimul fuerant duplici frumento ĩ perpetuũ:in præſentia ſingulis bobus biniſq; tunicis donati. Secundum conſulis donationẽ: legiones gramineã coronam obſidionalem:clamore donum approbantes. Decio imponunt. altera corona eiuſdem honoris index a præſidio ſuo impoſita eſt. His decoratus in ſignibus bouem eximium Marti immolauit:centum boues militibus dono dedit: q ſecum in expeditione fuerant:omniaq; ea ingẽti ala

critate per clamorē militarem indicem oīum assensus gerebantur. Tertia pugna ad Suessulam cōmissa est: quia fugatus a. M. Valerio samnitium exercitus: omni robore iuuētutis domo accito certamine ultimo fortunam experiri statuit. ab Suessula nuncii trepidi Capuam: inde equites citati ad Valerium consulē opem oratum ueniunt. Confestim signa mota relictis impedimentis castroꝝ ualido præsidio raptim agitur agmen: nec procul ab hoste locū exiguum: ut quibus præter equos cæteroꝝ iumentoꝝ calonumq; turba abesset: castris cepit. Samnitium exercitus uelut haud ulla mora pugnæ futura esset: aciem instruit: deinde posteaq̄ nemo obuius ibat: infestis signis ad castra hostium succedit. ibi ut militem in uallo uidit: missiq; ab omni parte exploratum quā in exiguum orbem contracta castra essent: tum certaminis mora haud procul ab rerum oīum inopia esset: placuit dum inclusus maneret hostis frumentatū per agros militem duci interim & romano: qui expeditus quantū humeris inter arma gerere posset: frumenti secum attulisset: de futura oīa. Consul palatos per agros cum uidisset hostes: statione indagine dissipatos samnites ageret: cædē ingentem fecit: nam neq; signo coire inter se: neq; utrum castra peterent: an longiorē intenderent fugam: territis constare poterat: tantūq; fugæ ac formidinis fuit: ut ad. xl. milia scutoꝝ nequaq̄ tot cæsis: & signa militaria cum iis: quæ in castris capta erāt ad. clxx. ad consulem deferrentur. Tum in castra hostiū reditum: ibiq; oīs præda militi data. Huius certaminis fortuna & faliscos cum in induciis essent: fœdus petere ab senatu cogit: & latinos iam exercitibus compatratis ab romano in pelignum uertit bellū. Neq; ita rei gestæ fama Italiæ se finibus tenuit: sed carthaginenses quoq; legatos gratulatū Romam misere cum coronæ aureæ dono: quæ in capitolio ī Iouis sella poneretur: fuit pondo. xxy. Consules ambo de samnitibus triūpharunt: sequente Decio insigni cū laude donisq; cū incondito militari ioco: haud minus tribuni celebre nomen: quam consulū esset. Cāpanorum deinde suessanorūq; auditæ legationes: precantibus datum ut præsidiū eo in hyberna mitteretur: quo samnitium excursiones arcerent. Iam tum minime salubris militari disciplinæ Capua: instrumento oīum uoluptatum delinitos militum aīos auertit a memoria patriæ inibanturq; consilia in hybernis eodē scelere adimendæ campanis Capuæ: per quod illi eam antiquis cultoribus ademisset: neq; īmerito suum ipsoꝝ exemplum in eos uersuꝝ. Cur āt potius campani agrum Italiæ uberrimū dignam agro urbē: qui nec se: nec sua tutari possint: quā uictor exercitus haberet: qui suo sudore & sanguine inde samnites depulisset? An æquū eē dedititios suos illa felicitate atq; amœnitate perfrui: se militando fessos in pestilenti atq; arido circa urbē solo luctari: aut in urbe insidentē labē crescentis in dies fœnoris pati? Hæc agitata occultis coniurationibus: nec dum uulgata in oēs consilia inuenit nouus cō sul Claudius Martius Rutilius: cui Cāpania sorte prouincia euenerat. Quinto Seruilio collega ad urbem relicto. Itaq; cū oīa sicut gesta erant: per tribunos cōperta: & ætate haberet & usu doctus: quippe q iam quartū consul esset dictatorq; & censor fuisset: optimū ratus differendo spem q̄cunq; uellet: consilii exequendi militarem impetū fruſtrari: rumorē dissipat in hisdē oppidis: & anno post præsidia hybernatura: diuisa. n. erant per Cāpaniæ urbes: manauerantq; a Capua consilia in exercitum oēm. Eo laxamento cogitationibus dato quieuit in præsentia seditio: consul educto in æstiua milite: dū quietos samnites habebat: exercitū purgare missionibus turbulentoꝝ hoīum instituit: aliis emerita dicēdo stipendia esse: alios graues iam ætate esse aut uiribus paꝝ ualidos: quidā in comeatus mittebantur. Singuli primo: deinde & cohortes quædā quia procul ab domo & rebus suis hybernassent: per speciē militarium usuū magna pars ablegati: quā multitudinem consul alter Romæ: prætorq; alias ex aliis fingendo moras retinebat. Et primo quidē ignari ludificationis: minime inuiti domos reuisebāt: posteaq̄ neq; reuerti ad signa primos: nec ferme aliū quam qui in Cāpania hybernassent: præcipueq; ex iis seditionis auctores mitti uiderunt: primū admiratio: deinde haud dubius timor incessit aīos: cōsilia sua emanasse: iā quæstiones: iam iudicia: iā occulta singuloꝝ supplicia: impotensq; & crudele consilium: ac patrū in se regnū passuros. Hæc: qui in castris erāt occultis sermonibus serunt: neruos coniurationis eiectos arte consulis cernentes. Cohors una: cū haud procul Anxur esset: ad Lautulas saltu angusto inter mare ac montes consedit: ad excipiendos quos consul aliis atq; aliis: ut ante dictū est: causis mittebat. Iam ualida admodū numero manus erat: nec quicq̄ ad iusti exercitus formā præter ducem deerat: incompositi itaq; prædantes in agrū albanū perueniunt: & sub iugo Albæ longæ castra uallo cingunt perfecto deinde opere reliquū diei de imperatore sumendo sententiis decertant: nulli ex præsentibus satis fidentes: quem āt ab domo posse acciri? quē patrum aut plebis esse: qui aut se tanto periculo sciēs offerat: aut cui ex iniuria insanientis exercitus causa recte cōmittatur? Postero die cū eadem deliberatio teneret: ex prædatoribus uagis quidā compertum attulerunt. T. Quintium in tusculano agrū colere urbis honorūq; immemorē. Patritiæ hic uir gentis erat: cui cum militiæ magna cum gloria actæ fu-

XL. millia scutorū ex hoste capta

Cartha. donū an reū romā mittunt

Cl. Martius Qu. Seruilius coss.

nem pes alter ex uulnere claudus feciſſet:ruri agere uitam procul ambitione ac foro cõſtituit.Noſe audito:extemplo agnouere uiꝛ:& quod bene uerteret:acciri iuſſerunt.ſed paꝛ ſpei erat uoluntate quicq̃ factuꝛ:uim adhibere ac metum placuit.Itaq; ſilentio noctis cũ tectum uillæ:qui ad id miſſi erant:ĩtraſſent:ſomno graui.Quintium oppreſſum nihil medium aut imperium atq; honorem:aut ubi reſtaret: mortem ni ſequeretur:denunciantes in caſtra pertraxerunt.Imperator extemplo aduenies appellatus:inſigniaq; honoris exterrito ſubitæ rei miraculo deferunt:& ad urbem ducere iubent. Suo magis inde impetu:quam conſilio ducis:conuulſis ſignis:infeſto agmine ad lapidem octauũ uiæ:quæ nunc appia eſt: peruenium: iſſentq; confeſtim ad urbem:ni uenire contra exercitum:dictatoremq; aduerſus ſe.M.Valerium Coruinũ dictum audiſſent:& magiſtrum equitũ.L.Aemylium Mamercum. Vbi primo in conſpectu uentum eſt:arma ſignaq; agnouere:extemplo oĩbus memoria patriæ iras permulſit.nondũ erant tam fortes ad ſanguinem ciuilem:nec præter externa nouerant bella:ultimaq; rabies ſeceſſio ab ſuis habebatur.Itaq; iam duces:iam milites utrinq; congreſſus quærere ad colloquia.Quintius:quem armoꝛ etiam pro patria ſatietas teneret nedũ aduerſus patriã:Coruinus oẽs caritate ciues præcipue milites:& ante alios ſuum exercitum cõplexus:ad colloquium proceſſit. cognito ei extẽplo haud minor ab aduerſariis uerecundia:quã ab ſuis ſilentium datum.Deos:ĩquit:immortales milites ueſtros publicos meoſq; ab urbe proficiſcens ita adoraui:ueniamq; ſupplex poposci:ut mihi de uobis concordiæ partã gloriam:non uictoriã darent:ſatis fuit eritq;:unde belli decus pariatur:hinc pax petẽda eſt:quod deos ĩmortales inter nuncupanda uota expoposci eius me compotẽ uoti uos facere poteſtis:ſi meminiſſe uultis:non uos in Samnio:nec in Volſcis:ſed in romano ſolo caſtra habere:ſi illos colles quos cernitis:patriæ ueſtræ eſſe:ſi hunc exercitum ciuium ueſtroꝛ:ſi me cõſulem ueſtrũ:cuius ductu auſpicioq; priore anno bis legiones ſamnitium fudiſtis:bis caſtra ui cepiſtis.Ego ſum.M.Valeriuſ Coruinus milites:cuius uos nobilitatẽ beneficiis erga uos non iniuriis ſenſiſtis:nullius ſuperbæ ĩ uos legis:nullius crudelis ſenatuſconſulti auctor:in oĩbus meis imperiis in me ſeuerior:q̃ in uos. Ac ſicui gens:ſicui ſua uirtus:ſicui ẽt maieſtas:ſicui honores ſubdere ſpiritus potuerunt:iis eram natus:id ſpecimẽ mei dederam:ea ætate conſulatũ adeptus eram:ut potuerim tris & uiginti annos natus cõſul patribus quoq; ferox eſſe non ſolũ plebi.Quod meum factũ dictumue conſulis grauius:quã tribuni audiſtis?eodem tenore duos inſequentes conſulatus geſſi:eodẽ hæc imperioſa dictatura geretur:ut neq; in hos meos & patriæ meæ milites mitior:quã in uos horreo dicere hoſtes.Ergo uos prius in me ſtrixeritis ferrum:quam in uos ego:iſtinc clamor prius incipiet atq; impetus:ſi dimicandum eſt.inducite in aĩum.quod non induxerunt patres auiq; ueſtri:non illi:qui in ſacrũ montem ſeceſſerunt:nõ hi qui poſtea auentinum inſederunt.expectate dum uobis ſingulis:ut olim Coriolano matres cõiugeſq; cri nibus paſſis obuiæ ab urbe ueniant tum uolſcoꝛ legiones:quia romanum habebant ducem:quieuerunt:uos romanus exercitus non deſtiteritis impio bello?T.Quinti quocũq; iſtic loco ſeu uolens: ſeu inuitus conſtitiſti:ſi dimicandum erit:tum tu ĩ nouiſſimos te recipito:fugeris ẽt honeſtius: tergumq; ciui dederis:quam pugnaueris contra patriam:nunc ad pacificandum bene atq; honeſte inter primos ſtabis:& colloqui huius ſalutaris interpres fueris:poſtulate æqua & ferte:q̃q̃ uel iniquis ſtandum potius:quã impias inter nos conſeramus manus.T.Quintius plenus lachrymaꝛ ad ſuos uerſus me quoq; inquit:milites:ſiquis uſus mei eſt:meliorem pacis:quam belli habetis ducem.non.n.illa modo uolſcus aut ſamnis:ſed romanus uerba fecit:ueſter conſul:ueſter imperator milites:cuius auſpicia pro uobis expetit:nolite aduerſus uos uelle experiri.Qui pugnarent uobiſcum infeſtius & alios duces ſenatus habuit:qui maxime ſuis militibus placeret:cui plurimũ uos imperatori ueſtro crederetis:eum elegit.pacem ẽt:qui uincere poſſunt:uolunt:quid uos uelle oportet?quin omiſſis ira:& ſpe fallacibus auctoribus noſipſos:noſtraq; oĩa cognitæ permittimus fideiꝰ Approbantibus clamore multis.T.Quintius ante ſigna progreſſus:in poteſtate dictatoris milites fore dixit:orauit ut cauſam miſerorũ ciuium ſuſciperet:ſuſceptamq; eadẽ fide:qua remp.adminiſtrare ſolitus eſſet:tueretur.ſibi ſe priuatim nihil cauere:nolle alibi:q̃ in innocentia ſpem habere:militibus cauendum quod apud patres ſemel plebi itegꝛ legionibus cautum ſit:ne fraudi ſeceſſio eſſet.Quintio collaudato:cæteris bonum aĩum habere iuſſis: dictator equo citato ad urbem reuectus:auctoribus patribus tulit ad populum in luco petillini:ne cui militum fraudi ſeceſſio eſſet.orauit ẽt bona uenia quirites:ne quis eam rem ioco ſerioue cuiq̃ expro braret.Lex quoq; ſacrata militaris lata eſt:ne cuius militis ſcripti nomen niſi ipſo uolente deleret: additumq; legi nequis ubi tribunus militum fuiſſet:poſtea ordinum ductor eſſet.Id propter.P.Saloniũ poſtulatum eſt a coniuratis qui alternis prope annis & tribunus militũ & primus centurio erat:quem nunc primipilum appellant.huic infenſi milites erant:quod ſp aduerſatus nouis conſiliis fuiſſet:& ne particeps eoꝛ eſſet:qui ab Lautulis fugiſſent.Itaq; cũ hoc unum propter Saloniũ ab ſenatu non impetraretur:tum Salonius obteſtatus patres conſcriptos ne ſuum honorẽ pluris:quã concordiam ciuitatis æſtimarent:perpulit ut id quoq; ferretur.Aeq; impotens poſtulatũ fuit ut de ſtipendio equitũ(merebant aũt triplex ea tempeſtate)æra demerentur:quod aduerſati coniurationi fuiſſent. Præter hæc iuenio apud quoſdam.L.Genutiũ tribunum plebis tuliſſe ad populũ ne fœnerare liceret.Itẽ aliis plebi ſcitis cautũ nequis eundem magiſtratũ intra decem annos caperet:neu duos magiſtratus uno ãno geteret utiq; liceret conſules ambos plebeios creari:quæ ſi oĩa conceſſa ſunt plebi apparet haud paruas

Atĩ.militarem tumultum

Atĩ.populariẽ Valerii orationem

uires defectionem habuisse. Aliis annalibus proditū est neq; dictatorē Valerium dictū: sed per consulē oēm rem actam neq; anteq̄ Romam ueniretur: sed Romæ eam multitudinē coniuratoꝝ ad arma conflernatam esse: nec in. T. Quintii uillam: sed in ædes. G. Manlii nocte impetū factum: eūq; a coniuratis cōpræhensum ut dux fieret: inde ad quartū lapidem profectos loco munito cōsedisse: nec ab ducibus mentionē concordiæ ortā: sed repente cū in aciem armati exercitus processissent: salutationē factam: & permixtos dextras iungere ac cōplecti inter se lachrymantes milites cœpisse: coactosq; consules cū uiderent auersos a dimicatione militum aios: retulisse ad patres de concordia reconcilianda. adeo nihil præterq̄ seditionē fuisse: eamq; compositam inter antiquos rerum auctores constat. Et huius fama seditionis: & susceptum cum samnitibus graue bellum aliquot populos a romana societate auertit: & pter latinorum infidum iādiu fœdus priuernates etiam Norbam: atq; Setiam finitimas colonias romanas incursione subita depopulati sunt.

LIBER OCTAVVS.

NAM CONSVLES ERANT. G. PLAVTIVS SECVNDVM. L. AEMYLIus Mamercus: cū setini norbaniq; Romā nuncii defectionis priuernatium cum querimoniis acceptæ cladis uenerunt. uolscoꝝ item exercitū duce antiati populo consedisse ad Satricū allatū est. utrūq; bellum Plautio sorte uenit. Prius ad priuernum profectus extēplo acie conflixit: haud magno certamine deuicti hostes oppidū captum: redditūq; priuernatibus: pſidio ualido ipposito: agri partes duæ ademptæ. Inde uictor exercitus Satricū contra antiates ductus: ibi magna utriq; cæde atrox prælio fuit: & cum tempestas eos neutro inclinata spe dimicantes diremisset: romani nihil eo certamine tam ambiguo fessi in posteꝝ diem prælium parant. Volscis recensentibus quos uiros in acie amisissent: haud quaq̄ idē aius ad iterandum periculū fuit: nocte pro uictis Antium agmine trepido sauciis ac parte impedimentorū relicta abierunt. Armoꝝ magna uis tum inter cæsa corpora hostiū: tum castris inuenta est: ea Luæ matri dare se consul dixit: finesq; hostium usq; ad ortā maritimam est depopulatus. Alteri cōsuli Aemylio ingresso ad sabellū agrum non castra samnitiū non legiones usq̄ oppositæ: ferro igniq; uastante agros legati samnitiū pacem orantes adeunt: a quo reiecti ad senatū potestate facta dicendi: positis ferocibus animis: pacē sibi ab romanis belliq; ius aduersus sidicinos petierunt: quæ se eo iustius petere quod in amicitiam populi romani secundis suis rebus: non aduersis. ut campani uenisset: & aduersus sidicinos sumerent arma suos semper hostes: populi romani nūq̄ amicos qui nec ut samnites in pace amicitiam nec ut campani auxiliū in bello petissent: nec in fide populi romani: nec in ditione essent. Cum depostulatis samnitiū. T. Aemylius prætor senatum consuluisset: reddendūq; his fœdus patres censuissent prætor samnitibus respondit. Nec quo minus ppetua amicitia esset per populū romanum stetisse: nec contradici quin qm̄ ipsos belli culpa sua contracti tediū cœperit: amicitia deintegro reconcilieť. Quod ad sidicinos attinet: nihil intercedi quo minus samniti populo pacis belliq; libeꝝ arbitrium sit. Fœdere icto: cū domum reuertissent: extemplo inde exercitus romanus ductus annuo stipendio & triū mēsium frumento accepto: quod pepigerat consul: ut tps induciis daret: quoad legati rediissent. Samnites copiis iisdem: quibus usi aduersus romanū bellum fuerant: contra sidicinos profecti haudī dubia spe erant mature hostium urbis potiundæ. Tum ab sidicinis deditio prius ad romanos cœpta fieri est: deinde posteaq̄ patres ut serā eam ultimaq; tandem necessitate expressam aspernabantur: ad latinos iam sua sponte in arma motos facta est. nec cāpani quidem adeo iniuriæ samnitiū: q̄ beneficii romanoꝝ memoria præsentior erat: his se armis abstinuere. Ex his tot populis ingēs exercitus duce latino fines samnitium ingressus plus populationibus: quam prælii cladiū fecit. & quāq̄ superiores certaminibus latini erant haud inuiti: ne sæpius dimicandū foret: agro hostium excessere. Id spatium samnitibus datū est Romam legatos mittendi: qui cū adissent senatum: conquesti eadē se fœderatos pati: quæ hostes essent passi: pcibus infimis petiere: ut satis ducerent romani uictoriā: quam samnitibus ex campano sidicinoq; hoste eripuissent ne uinci ēt se ab ignauissimis populis sinerent. latinos campanosq; si sub ditione populi romani essent pro imperio arcerent samniti agro: sin imperiū abnuerent: armis coercerēt Aduersus hæc responsum anceps datū: quia fateri pigebat in potestate sua latinos iam non esse: timebantq; ne arguendo abalienarent. Campanoꝝ aliam conditionē esse: q non fœdere: sed per deditionē in fidem uenissent: itaq; cāpanos seu uelint: seu nolint quieturos. in fœdere latino nihil esse: quod bellare: cū quibus ipsi uelint: prohibeantur. Quod responsum sicut dubios samnites: quidnā facturū romanum censerent: dimisit: ita cāpanos metu abalienauit: latinos uelut nihil iam non concedentibus romanis ferociores fecit. Ita per speciē aduersus samnites belli parandi crebra concilia indicentes: omnibus consultationibus inter se principes occulte romanū coquebant bellum: huic quoq; aduersus seruatores suos bello cāpanus aderat. Sed quāq̄ oīa de industria celabantur: priusq; quā mouerentur romani: tolli ab tergo samnitē hostem uolebant: tñ p quosdam priuatis hospiciis necessitudinibusq; conIunctos indicia coniurationis eius Romam emanarunt: iussisq; ante tps consulibus abdicare se magi-

ſtratu:quo maturius noui conſules aduerſus tantam molẽ belli crearentur.Religio ĩceſſit ab eis: quo-
rum ĩminutum imperiũ eſſet:comitia haberi:itaq; interregnũ initum:duo interreges fuerunt.M.Va-
T.Mãlius P.Decius conſſ. rius.M.Fabius creauere conſules.T.Manliũ Torquatum tertium.P.Decium Murẽ.Eo anno Alexan
drum Epiri regem in Italiã claſſe appuliſſe conſtat.quod bellũ:ſi prima ſatis proſpera fuiſſent:haud du
bie ad romanos peruenisſet.Eadem ætas reꝝ magni Alexandri eſt:quem ſorore huius ortũ in alio tra
ctu orbis inuictum bellis iuuenẽ fortuna morbo extinxit.Cæteꝝ romani:& ſi defectio ſocioꝝ noĩſq;
latini haud dubia erat:tñ tãq; de ſamnitibus non de ſe curã agerent:decẽ principes latinoꝝ Romã euo
cauerunt:quibus imperarent:quæ uellent.Prætores tum duos latini habebant.L.Anniũ Setinum:&
L.Numitiũ Cercienſem ambo ex coloniis romanis:per quos p̃ter Signiã:Velitraſq;:& ipſas colonias
romanas uolſci ẽt exciti ad arma erant:eos noĩatim euocari placuit.Haud cuiq; dubiũ erat:ſuper qua
re accirentur:itaq; concilio prius habito:prætores quam Romã proficiſcerentur:euocatos ſe ab ſenatu
docent romano:& quæ actum iri ſecum credant:quidnã ad ea reſponderi placeat:referunt.Cũ aliud
alii cenſerent:tum Annius:quanq; ipſe ego rettuli:quid reſponderi placeret:tñ magis ad ſummam re-
rum noſtraꝝ pertinere arbitror:quid agendũ nobis:quam quid loquendũ ſit:facile erit explicatis con
ſiliis accõmodare rebus uerba:Nam ſi ẽt nunc ſum umbra fœderis æqui ſeruitutẽ pati poſſumus:qd
abeſt:quin proditis ſidicinis non romanoꝝ ſolum:ſed ſamnitiũ quoq; dicto peamus:reſpondeamuſq;
romanis nos:ubi innuerint:poſituros arma?Sin aũt tandem libertatis deſideriũ mordet aĩos:ſi fœdus
eſt ſi ſocietas æquatio iuris eſt:ſi cõſanguineos nos romanoꝝ eſſe:quod olim pudebat:nunc gloriari
licet:ſi ſocialis ullus exercitus iis eſt:quo adiuncto duplicent uires ſuas:quẽ ſecernere cõſules ab ſe bel-
lis propriis ſumendis ponendiſq; nolint:cur non oĩa æquantur?cur nõ alter a latinis conſul datur?ubi
pars uirium:ibi & imperii pars eſt.Et quidẽ nobis hoc p ſe haud nimis amplũ:quippe concedentibus
Romã caput Latio eſſe:ſed ut amplũ uideri poſſet:diuturna patientia fecimus.At ſi qñ unq; conſocian
di imperii uſurpandæ libertatis tp̃s optaſtis en hoc tp̃s adeſt & uirtute ueſtra & benignitate deum uo
bis datũ.Tentaſtis patientiam negando militẽ:quis dubitat exarſiſſe eos:cũ plus ducentoꝝ annorum
moré ſoluerimus?pertulerunt tñ hunc dolorem.bellũ noſtro noĩe cum pelignis geſſimus:qui ne no-
ſtroꝝ quidẽ finium p nos tuendoꝝ ius antea dabant:nihil interceſſerunt.Sidicinos in fidẽ receptos:cã
panos ad nos ab ſe deſciſſe:exercitus nos parare aduerſus ſamnites fœderatos ſuos audierũt:nec mo
uerunt ſe ab urbe.unde hæc illis tanta modeſtia:niſi cõſcientia uiriũ & noſtraꝝ & ſuarum?Idoneos au
ctores habeo querentibus de nobis ſamnitibus ita reſponſum ab ſenatu romano eſſe:ut facile appare
ret:ne ipſos quidẽ iam poſtulare ut Latiũ ſub romano imperio ſit.uſurpate modo poſtulando:& quod
illi uobis taciti concedunt.Si quẽ hoc metus dicere prohibet:en ipſe audiente nõ populo romano mo
Atẽ ſupbũ latinorum reſpõſum do ſenatuq; ſed Ioue ipſo:qui capitoliũ incolit:profiteor me dictuꝝ:ut ſi nos in fœdere ac ſocietate eſſe
uelint:conſulem alteꝝ ab nobis ſenatuſq; partem accipiant.Hæc ferociter non ſuadenti ſolũ:ſed polli
centi clamore & aſſenſu oẽs permiſerunt ut ageret diceretq; quæ e repu.noĩs latini fideq; ſua uideren-
tur.Vbi eſt Romã uentum:in capitolio ei ſenatus datus eſt:ibi cum.T.Manlius conſul egiſſet cum eis
ex auctoritate patrũ:ne ſamnitibus fœderatis bellũ inferrent.Annius tanq; uictor armis capitoliũ ce-
piſſet:non legatus iure gentiũ loqueretur:tp̃s erat:inquit.T.Manli:uoſq; patres conſcripti tandẽ iam
uos nobiſcũ nihil pro imperio agere.cũ florentiſſimũ deum benignitate nunc Latiũ armis uiriſq; ſam
nitibus bello uictis ſidicinis cãpaniſq; ſociis:nunc ẽt uolſcis adiunctis uideretis:colonias quoq; ueſtraſ
latinũ romano p̃tuliſſe imperiũ:ſed qm̃ uos:regno impotenti finẽ ut imponatis:non inducitis in aĩum
nos q̃q armis poſſumus aſſerere Latiũ in libertatem:conſanguinitati tñ hoc dabimus:ut conditiones
pacis feramus æquas utriſq;:qm̃ uires quoq; æquari diis immortalibus placuit:conſulem alteꝝ roma
alterum ex Latio creari oportet:ſenatus partẽ æquã ex utraq; parte eſſe:unum populum:unã rempu.
fieri:& ut imperii eadem ſedes ſit:idẽq; oĩbus nomen qm̃ ab alter.utraq; parte concedi neceſſe ẽ:quod
utriſq; bene uertat:ſit hæc ſane patria potior:& romani omnes uocemur.



FORTE ITA ACCIDIT:VT PAREM FERO
ciæ huius & romani conſulem.T.Manliũ haberent
qui adeo non tenuit irã:ut ſi tanta dementia patres
conſcriptos cœpiſſet:ut ab ſetino hoĩe leges accipe-
rent:gladio cinctũ in ſenatum ſe eſſe uentuꝝ palam
diceret:& quẽcunq; in curia latinum uidiſſet:ſua ma
nu interemptuꝝ.& conuerſus ad ſimulacrum Iouis
audi Iupiter hæc ſcelera:inquit:audite ius faſq; pere
grinos conſules:& peregrinũ ſenatum in tuo Iupi-
ter augurato templo captus:atq; ipſe oppreſſus uiſu
rus es:hæccine fœdera Tullus romanus rex cum al
banis patribus ueſtris latini?hæc.L.Tarquinius uo
biſcũ poſtea fœdera fecit?Non uenit in mentem pu
gna apud regillũ lacum?adeo & cladium ueſtrarum
ueteꝝ & beneficiorũ noſtroꝝ erga uos obliti eſtis?

Cum consulis uocē subsecuta patrū indignatio esset: pditur memoriæ aduersus crebrā imprecationē deum: quos testes fœderꝫ sæpius inuocabant consules: uocē annii spernētis numina Iouis romani auditam. certe cū commotus ira se ab uestibulo tēpli citato gradu proriperet: lapsus p gradus capite graui ter offenso ipactus immo ita est saxo ut sopiret: exanimatū auctores qm̄ non oēs sunt: mihi quoꝫ incerto relictū sit: sicut inter fœderꝫ ruptorꝫ testationem ingenti fragore cæli procellā effusam: nā & uera esse: & apte ad repræsentandā iram deū ficta possunt. Torquatus missus ab senatu ad dimittēdos legatos: cū iacētem Anniū uidisset: exclamat: ita ut populo patribusq; audita uox pariter sit: bene hēt: dii pium mouete bellū: est cæleste numē es magne Iupiter: haud frustra te patrē deum hoiumq; hac sede sacrauimus. Quis cessatis qrites: uosq; patres consulti arma capere diis ducibus? sic stratas legiones latinorum dabo: quē admodū legatum iacentē uidetis. Assensu populi excepta uox consulis tantū ardoris animis fecit: ut legatos proficiscentes cura magistratū magis: qui iussu consulis prosequebant: q̄ iuuentiū ab ira impetuq; hoium tegeret. Consensit & senatus bellū: consulesq; duobus scriptis exercitibus per marsos: pelignosq; profecti: adiuncto samnitiū exercitu: ad Capuā: quo iam latini sociiq; cōuenerant: castra locant. Ibi in quiete utriq; cōsuli eadē dī uisa species uiri maioris quā humano habitu augustioris q; dicentis: ex una acie imperatorē: ex altera exercitū diis manibus matriq; Terræ deberi: utri us exercitus impator legiones hostiū superq; eas se deuouisset: eius populi partisq; uictoriā fore. Hos ubi nocturnos uisus inter se consules contulerunt: placuit ad auertendā deū irā uictimas cædi: simul ut si ex eis eadem: quæ sōno uisa fuerant: portenderent: alteruter consulum fata impleret. Vbi resposa aruspicū insidenti iam aio tacitæ religioni congruerunt: tum adhibitis legatis tribunisq; & iperiis deū propalam expositis: ne mors uoluntaria consulis exercitum in acie terreret: comparant inter se: ut ab utra parte cedere romanus exercitus cœpisset: inde se consul deuoueret pro populo romano quiritibusq;. Agitatum ēt in concilio est: ut si qñ unq̄ seuero ullum imperio bellū administratum esset: tunc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. Curā acuebat: quod aduersus latinos bellandum erat: lingua moribus armorꝫ genere: institutis ante oia militaribus congruentes milites militibus centurionibus centuriones: tribuni tribunis compares collegæq; iisdem præsidiis sæpe iisdem manipulis permixti fuerant. Per hæc nequo errore milites caperentur: edicunt cōsules nequis extra ordinem ī hostē pugnaret. Forte inter cæteros turmarꝫ præfectos: qui exploratum in oēs partes dimissi erant. T. Manlius consulis filius super castra hostiū cum suis turmalibus euasit: ut uix teli iactu ab statione proxima abesset: ibi tusculani erant equites: præerat Genutius Metius uir tum genere inter suos: tum factis clarus: Is: ubi romanos equites insignēq; inter eos p̄cedentem consulis filiū: nam oēs inter se utiq; illustres uiri nouerant. cognouit: una ne: ait turma romani cum latinis sociisq; bellū gesturi estis? quid interea consules: quid duo exercitus consulares agent? Aderunt & tpe Manlius: inquit: & cum illis aderit Iupiter ipse fœderꝫ a uobis uiolatorum testis: qui plus potest pollet q;. Si ad regillū lacum ad satietatem uestrā pugnauimus: hic quoq; efficiemus profecto: ne nimis acies uobis: & collata signa nobiscū cordi sint. Ad ea Genutius paululū ab suis equo prouectus uis ne igitur: dum dies ista uenit: qua magno conatu exercitus moueatis: interea tu ipse congredi mecū: ut nostro duorꝫ iam hinc euentu cernatur quantū eques latinus romano p̄stet? Mouet ferocem āium iuuenis seu ira: seu detrectandi certaminis pudor: seu inexuperabilis uis fati: oblitus itaq; imperii patrii consulūq; edicti præceps ad id certamen agitur: quo uinceret an uinceretur: haud multū interesset. Equitibus cæteris uelut ad spectaculū summotis spatio: quod uacui interiacebat campi: aduersos cōcitant equos: & cū infestis cuspidibus cōcurrissent: Manlii cuspis super galleam hostis Metii trans ceruicem equi elapsa est. Circūactis deinde equis: cum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset spiculum inter aures equi fixit: ad cuius uulneris sensum cū equus prioribus pedibus erectis magna ui caput quateret: excussit: equitem: quē cuspide parmaq; innixum attollentem se a graui casu: Manlius a iugulo ita ut per costas ferrum emineret: terræ affixit: spoliisq; lectis ad suos reuectus cū ouante gaudio turma in castra: atq; deinde ad p̄torium ad patrē tendit ignarus fati futuri: quæ laus an pœna merita esset. Vt me oēs: inquit: pater: tuo sanguine ortum uere ferrent: prouocatus eg̃stria hæc spolia capta ex hoste cæso porto. Quod ubi audiuit consul: extemplo filiū auersatus concionē clāssico aduocari iussit: quæ ubi frequens conuenit: qñq; dem: inquit: tu. T. Manli: neq; imperiū consulare: neq; maiestatē patriam ueritus aduersus edictū nīm extra ordinem in hostē pugnasti: & quantū in te fuit: disciplinā militarem: qua stetit ad hanc diē romana res: soluisti: meq; in eam necessitatē adduxisti: ut aut reip. mihi: aut mei meorūq; obliuiscendum sit: nos potius nostro debito plectemur: q̄ respu. tanto suo damno nostra peccata luat. triste exemplū sed ī posterum salubre iuuentuti erimus. Me quidē cum ingenita caritas libeꝫ: tum specimē istud uirtutis deceptum una imagine decoris in te mouet: sed cum aut morte tua sancienda sint consulum imperia: aut ipunitate in perpetuum abroganda: nec te quidē: siquid in te nostri sanguinis est: recusare censeā: quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam pœna restitutas. Lictor deliga ad palum. Exanimati oēs tam atroci imperio: nec aliter: quam in se quisq; districtam cernentes securim metu magis: quā modestia quieuere. Itaq; uelut emerso ab admiratione aio cum silentio defixi stetissent: repente posteaquā ceruice cæsa fusus est cruor tum libero conquestu coortæ uoces sunt: ut neq; lamentis: neq; execratiōibus parceretur: spoliisq; contectum iuuenis corpus: quantum militaribus studiis funus ullum conce-

Cōsules in hostes ducunt

Aūt. pdigium p quietem oblatum

pugnat mā lii cōsulis filius exī ius su patris

Mālius cō sul filiū securi pcussit

Māliana ī peria

Manliana imperia

lebrari poteſt:ſtructo extra uallum rogo concremaretur.Manliana iperia non in præſentia modo hor renda:ſed exempli etiam triſtis in poſterum eſſent:fecit tamen atrocitas pœnæ obedientem duci mili tem:præterq; quod uigiliæ cuſtodiæq;:& ordo ſtationum intentioris ubiq; curæ erant:& in ultimo ẽt certamine:cum deſcenſum in aciem eſt:ea ſeueritas profuit.fuit enim ciuili maxime bello pugna ſimi lis:adeo nihil apud latinos diſſonum ab romana re.pu.præter animos erat:Clypeis antea romanis uſi ſunt:deinde poſteaq; ſtipendiarii facti ſcuta pro clypeis fecere.& quod antea phalanges ſimiles mace donicis:hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe:poſtremo in plures ordines inſtruebantur.

Ordo qd ſit in acie

Ordo enim ſexagenos milites:duos centuriones uexillarium unum habebat.Prima acies haſtati erãt, manipuli quindecim,diſtantes inter ſe modicum ſpatium. manipulus leuis uicenos milites:aliam tur bam ſcutatorum habebat.leues autem:qui haſtam tantum geſſaq; gererent:uocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat.Robuſtior inde ætas totidem ma nipulorum,quibus principibus eſt nomen:hos ſequebantur ſcutati omnes inſignes maxime armis: hoc.xxx.manipulorum agmen antepilanos appellabant:quia ſub ſignis iam alii quindecim ordines locabantur:ex quibus ordo unuſquiſq; tres patres habebat:earum unamquãq; primum pilum uoca bant:tribus ex uexillis conſtabat:uexillum.clxxxiii.homines erant.Primum uexillum triarios duce bat,ueteranum militem ſpectatæ uirtutis:ſecundum rorarios minꝰ roboris ætate factiſq;:tertium ac cenſos minimæ fiduciæ manum:eo & in poſtremam aciem reiiciebantur.Vbi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet:haſtati oĩum primi pugnam inibant.Si haſtati profligare hoſtem non poſſent:pede pꝰ ſo eos retro cedentes in interualla ordinum principes recipiebant.tum principũ pugna erat:haſtati ſe quebantur.triarii ſub uexillis conſidebant:ſiniſtro crure porrecto,ſcuta inixa humeris:haſtas ſub ere cta cuſpide in terra fixas:haud ſecus:quã uallo ſepta inhorreret acies:tenẽtes.Si apud principes quoq; haud ſatis proſpere eſſet pugnatum:a prima acie ad triarios ſenſim referebantur.inde rem ad triarios rediſſe:cũ laborat:prouerbio increbruit.Triarii cõſurgentes ubi in iterualla ordinũ ſuorum principes & haſtatos recepiſſent:extemplo compreſſis ordinibus uelut claudebant uias:unoq; cõtinente agmi ne iam nulla ſpe poſt relicta in hoſtẽ incidebant.Id erat formidoloſiſſimum hoſti:cum uelut uictos in ſecuti:nouam repente aciem exurgentem auctam numero cernebant.Scribebantur hæ quattuor fere legiones quiniſmillibus peditum:equitibus in ſingulas legiones trecentis:alterũ tantum ex latino de lectu adiiciebatur qui ea tẽpeſtate hoſtes erant romanis:eodẽq; ordine inſtruxerant aciem. Tũ nec ue xilla cum uexillis tantũ uniuerſi haſtati cum haſtatis:principes cũ principibus: ſed cẽturio quoq; cum centurione ſi ordines turbati non eſſent:concurrendũ ſibi eſſe ſciebat.Duo primipili ex utraq; acie in ter triarios erant:romanus corpore haud quaq; ſatis ualidus:cæteꝝ ſtrenuus uir perituſq; militiæ:lati nus uiribus ingens bellatorq; primus:notiſſimi inter ſe:quia ſp pares ordines duxerunt.Romano ha ud ſatis fidenti uiribus iam Romæ permiſſum erat ab conſulibus:ut ſubcenturionem ſibi:quẽ uellet: legeret:qui tutaretur eum ab uno deſtinato hoſte:iſq; iuuenis in acie oblatus ex centurione latino ui ctoriam tulit.Pugnatum eſt haud procul a radicibus ueſuuii montis:qua uia ad Veſerim ferebat.Ro mani conſules:priuſq; educerent in aciem:immolauerunt.Decio caput iocinoris a familiari parte cæ ſum aruſpex dicitur oſtẽdiſſe:alioquin acceptam diis hoſtiam eſſe:Manlium egregie litaſſe. Atqui be ne habet:inquit decius:ſi a collega litatum eſt.Inſtructis:ſicut ante dictum eſt:ordinibus proceſſere in aciem:Manlius dextero:Decius leuo cornu præerat.Primo utrinq; æquis uiribus eodem ardore ani morum gerebatur res:deinde ab leuo cornu haſtati romani non ferentes impꝫſſionem latinorum ſe ad principes recepere.In hac trepidatione Decius conſul.M.Valerium magna uoce inclamat. Deorum: inquit:ope Valeri opus eſt:agedum pontifex publicus populi romani præi uerba:quibus me pro le gionibus deuoueam.Pontifex eum togam prætextam ſumere iuſſit:& uelato capite manu ſubter to gam ad mentum exerta ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantem ſic dicere:Iane: Iupiter. Mars pater Quirine:Bellona:Lares:diui nouenſiles: dii indige tes:diui quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumq; diiq; manes uos pcor:ueneror:ueniã peto feroq;:uti populo romano quiritium uim uictoriãq; proſpere tis:hoſteſq; populi romani quiritiũ terrore formidi ne morteq; afficiatis.Sicut uerbis nũcupaui: ita pro rep.quiritium exercitu legiõibus auxiliis populi ro mani quiritium:legiões auxiliaq; hoſtium mecum diis manibus deouoeo.



HAEC ITA PRECATVS LICTORES IRE ad.T.Manlium iubet: maturaq; collegæ ſe deuotũ pro exercitu nunciare. ipſe incinctus cinctu gabino armatus in equum inſiluit:ac ſe i medios hoſtes im miſit.Conſpectus ab utraq; acie aliquãto auguſtior humano uiſu ſicut cælo miſſus:piaculum oĩs deorũ iræ:qui peſtem ab ſuis auerſam in hoſtes ferret. Ita oĩs terror pauorq; cũ illo latus:ſigna primo latino

rum:turbauit deinde in totam penitus aciem peruasit.Euidentissimum id fuit: quod quacunq; equo inuectus est:ibi haud secus:quam pestifero sydere icti pauebant.Vbi uero corruit obrutus telis: inde iam haud dubie consternatæ cohortes latinoꝝ fugam ac uastitatem late fecerunt.Simul & romani:exsolutis religione animis:uelut tum primū signo dato coorti pugnam integram ediderunt:nam & rorarii procurrebant inter antepilanos:addiderantq; uires hastatis ac principibus:& triarii genu dextero innixi nutum consulis ad consurgendū expectabant:procedente deinde certamine cum aliis partibus multitudo supererat latinoꝝ.Manlius consul:audito euentu collegæ:cum ut ius fasq; erat:lachrymis non:quam laudibus prosecutus tam memorabilem mortem esset:paulisper addubitauit:an consurgendi triariis tempus esset:deinde melius ratus integros eos ad ultimum discrimen seruari: accensos a nouissima acie ante signa procedere iubet.Qui ubi subiere extemplo latini tanq̄ idem aduersarii fecissent:triarios suos excitauerunt:qui aliquandiu pugna atroci cum & semetipsi fatigassent: & hastas aut præfregissent aut hebetassent:pellerent ui tamen hostem:debellatum iam rati peruentumq; ad extremam aciem:tum consul triariis consurgite nunc:inquit:integri aduersus fessos: memores patriæ parentumq;:& coniugum ac liberorum:memores consulis pro uestra uictoria morte occubātis. Vbi triarii consurrexerunt integri refulgentibus armis:noua ex improuiso orta acies receptis inter ualla ordinum antepilanis:clamore sublato:principia latinorum perturbant:hastatisq; ora fodientes: primo robore uirorum cælo per alios manipulos uelut inermes prope intacti euasere:tantaq; cæde p rupere cuneos:ut uix quartam partem relinquerent hostium: samnites quoq; sub radicibus montis procul instructi præbuere terrorem latinis.Cæterum iter omnes ciues socioscq; præcipua eius laus beli penes consules fuit:quorum alter omnes minas periculaq; ab deis superis inferisq; in se unum uertit:alter ea uirtute eoq; consilio in prælio fuit:ut facile conuenerit inter romanos latinosq;:qui eius pugnæ memoriam posteris tradiderunt:utrius partis.T.Manlius dux fuisset:eius futuram haud dubie fuisse uictoriam.Latini ex fuga se Minturnas contulerunt Castra secundum prælium capta: multiq; mortales:ibi uiui oppressi maxime campani.Decii corpus ne eo die inueniretur:nox quærentes oppressit:postero die inuctum inter maximam hostium stragem coopertum telis funusq; compar moti celebrante collega factum.Illud adiiciendum uidetur licere consuli dictatoriq; & prætori cum legiones hostium deuoueat:non utiq; se:sed quē uelit ex legione romana scriptum ciuem: deuouere: si is homo:qui deuotus est:moritur probe factum uideri:ni moritur: tum signum septem pedes altū aut maius in terram defodi:& piaculum hostia cædi:ubi illud signum defossum erit:eo magistratum romanum descendere fas non est.Sin autem sese deuouere uolet sicuti Decius deuouit:ni moritur:neq; suum:neq; publicum diuinum pure faciet.Qui sese deuouerit:Vulcano arma siue cui alii diuo uouere uolet:siue hostia:siue quo alio uolet:ius esto.Telo super quod stans consul precatus est: hostem potiri fas non est:si potiatur Marti suo luet auribus piaculum fieri.Hæc & si omnis diuini humaniq; moris memoria aboleuit:noua peregrinaq; omnia priscis ac patriis præferendo: haud ab re duxi uerbis quoq; ipsis:ut tradita nuncupataq; sunt:referre.Romanis post prælium demum factum samnites uenisse subsidio expectato euentu pugnæ apud quosdam auctores inuenio. Latinis quoq; ab Lauinio auxilium dum deliberando terunt tempus uictis demum ferri cœptum: & cum iam portis prima signa:& pars agminis esset egressa:nuncio allato de clade latinorum cum conuersis signis retro in urbem rediretur prætorem eorum nomine Milonium dixisse ferunt: pro paulula uia magnam mercedem romanis esse soluendam.Qui latinoꝝ pugnæ superfuerant multis itineribus dissipati:cum se in unum conglobassent.Vescia urbs eis receptaculum fuit.Ibi in conciliis Numitius imperator eorum affirmando cōmunem fore martem belli:utranq; aciem pari cæde prostrauisse uictoriæq; nomen tantum penes romanos esse:& cæteram pro uictis fortunam illos gerere.Funesta duo consulum prætoria alterum parricidio filii:alterum consulis deuoti cæde.trucidatum exercitum omnem:cæsos hastatos principesq; stragem:& ante signa & post signa factam. triarios postremo rem restituisse. Latinorū & si pariter accisæ copiæ sint: tamen supplemento uel Latium propius esse uel Volscos: quam Romam.Itaque si uideatur eis se ex latinis & ex uolscis populis iuuentute propere excita:rediturum infesto exercitu Capuam esse:romanosque nihil tum minus: quam prælium expectantes nec opinato aduentu perculsurum.Fallacibus litteris circa Latium nomenq; Volscum missis:quia:qui non interfuerunt pugnæ:ad credendem temere faciliores erant:tumultuarius undique exercitus raptim conscriptus conuenit.Huic agmini Torquatus consul ad Trifanum(inter Sinuessam Minturnasque is locus est)occurrit priusquam locus caperetur:sarcinis utrinque in aceruum coniectis:pugnatum bellatumque est:adeo enim accisæ res sunt: ut consuli uictorem exercitum ad populandos agros eorum ducenti dederent se omnes latini: deditionemque eam campani sequerentur. Latium Capuaque agro multati: latinus ager priuernati: addito agro: & falernus: qui populi campani fuerat: usque ad Vulturnum flumen plebi romanæ diuiduntur: bina in Latio iugera: ita ut dodrantem ex priuernati complerent data: terna in Falerno quadrantibus: etiam pro longinquitate adiectis. Extra pœnam fuere latinorum laurentes campanorumque equites:quia non desciuerant.Cum laurentibus renouari fœdus iussum renouaturque ex eo quot annis post diem decimum latinarum. Equitibus campanis ciuitas data: monumentumque: ut esset: Aeneam tabulam in æde Castoris

Deuotus Deciꝰ diis māibus cōcidit

T. Manlii laus

Instaurant bellū latinū

Iteꝝ latini uincūtur

Ager latis & Cāpanis adimitur

Romæ fixerunt: uectigal quoq; eis campanus populus iussus pendere in singulos quot annos. fuere autē mille & sexcēti denarii nūmi quadrageni quini. Ita bello gesto pecuniis pœnaq; p cuiusq; merito persolutis. T. Manlius Romā rediit: cui ueniēti seniores tantū obuiam exisse constat: iuuentutē & tūc omni uita deinde auersatā eum execratāq;. Antiates in agrū hostiensem ardeatē solonīū incursiōes fecerunt. Manlius cōsul: quia ipse per ualitudinē id bellum exequi nequierat: dictatorē. L. Papyriū Crassum: qui tum forte erat prætor: dixit: ab eo magister equitū. L. Papyrius Cursor dictus. Nihil memorabile aduersus antiates ab dictatore gestum: est cū aliquot mēses statiua in agro antiate habuisset. Anno insigni uictoria de tot acta potētibus populis: ad hoc ad cōsulū alterius nobili morte: alterius sicut truci ita claro ad memoriam imperio successere cōsules. T. Aemylius Mamercus: &. P. Philo: neq; in similem materiā rex: & ipsi aut suax rex: aut partium in rep. magis: quā patriæ memores. latinos ob irā agri amissi rebellantes in cāpis fenectanis fuderunt: castrisq; exuerūt. Ibi publio: cuius ductu auspicioq; res gestæ erāt: in deditionem accipiēte latinos populos: quox ibi iuuentus cæsa erat. Aemylius ad pedū exercitū duxit. Pedanos tuebat Tybius prænestinus ueliternusq; populus: uenerāt & ab Lanuuio Antioq; auxilia. Vbi cū prælis quidē superior romanus esset ad urbē ipsam Pedum castraq; socio rum populox: quæ urbi adiuncta erant: dū integer labor restaret: bello infesto repente omisso consul quia collegæ decretū triumphū audiuit: ipse quoq; triūphi ante uictoriā flagitator Romā rediit. Qua cupiditate offensis patribus negantibusq; nisi Pedo capto: aut dedito triumphū. hinc alienatus ab senatu Aemylius seditiosum similē tribunatibus deinde consulatū gessit: Nā: neq; quoad fuit consul: criminari apud populū patres destitit: collega haud quaq; aduersante: quia: & ipse de plebe erat: materiā aūt præbebat criminibus ager in latino falernoq; agro maligne plebi diuisus: & posteaq; senatus finire imperiū cōsulibus cupiens dictatorē aduersus rebellantes latinos dici iussit. Aemylius: cuius tū fasces erāt collegā dictatorē dixit: ab eo magister equitum Iunius Brutus dictus. Dictatura popularis & orationibus in patres criminosis fuit: & quod tres leges secūdissimas plebi aduersus nobilitati tulit: unā ut plebiscita oēs quirites tenerent alterā: ut legum: quæ comitiis centuriatis ferrent: ante initū suffragium patres auctores fierent: tertiā ut alter utiq; ex plebe cum eo uentū sit: ut utrunq; plebeiū fieri liceret: censor crearet. Plus eo āno domi acceptū cladis a cōsulibus ac dictatore: quam ex uictoria eox bel licisq; rebus foris auctum imperium patres credebant. Anno in sequenti. L. Furio Camillo. C. Menio cōsulibus: quo insignitius omissa res Aemylio superioris anni consuli exprobaret: Pedum armis uiribusq; & omni ui expugnandū ac delēdum senatus fremit: coactiq; noui cōsules oībus eam rē præuerti proficiscūtur. Iam Latio is status erat rex: ut neq; bellum: neq; pacē pati possent. ad bellū opes deerāt pacē ob agri adempti dolorē aspernabātur: mediis cōsiliis standū uidebat ut oppidis se tenerēt: ne lacessitus romanus cām belli haberet: & si cuius oppidi obsidio nunciata esset: undiq; ex oībus populis auxiliū obsessis ferret. Neq; tamē nisi admodū a paucis populis pedani adiuti sunt: tyburtes prænestiniq; quox ager ꝓpior erat: Pedū peruenere: Aricinos lanuuinosq; & ueliternos ātiatibus uolscis se cōiūgētes ad asturæ flumē Menius improuiso adortus fudit. Camillus ad pedū cum tyburtibus maxie ualido exercitu maiore mole quamq; æque ꝓspero euentu pugnat. Tumultum maxime repētina iter prælium eruptio oppidanox fecit: in quos parte exercitus conuersa Camillus non compulit solū eos intra mœnia: sed eodē etiam die cum ipsos auxiliaq; eox perculisset: oppidum scalis cepit. Placuit inde iam maiore conatu animoq; ab unius expugnatione urbis ad perdomādum Latium uictorē circū ducere exercitum: nec quieuere anteq; expugnādo aut in deditionem accipiēdo singulas urbes Latiū omne subegere. Præsidiis inde dispositis per recepta oppida Romā ad destinatum oīum consensu triumphū decessere. additus triumpho honos: ut statuæ equestres eis rara illa ætate res in foro ponerentur priusq; comitia in insequētē: annum consules rogarent: Camillus de latinis populis ad senatū rettulit atq; ita disseruit. Patres conscripti bello armisq; in latio agendū fuit: id iam deū benignitate ac uirtute militum ad finem uenit. cæsi ad Pedū asturamq; sunt exercitus hostiū: oppida latina oīa & Antiū ex uolscis aut ui capta: aut recepta in deditionē præsidiis tenent uestris: Reliqua cōsultatio est: quoniam rebellando sæpius nos sollicitant: quonāmodo perpetua pace quietos obtineamus dii immortales: ita uos potentes huius cōsilii fecerunt: ut sit Latium: deinde an nō sit: in uestra manu posuerint. Itaq; pacē uobis: quod ad latinos attinet parare in perpetuū uel scæuiendo: uel ignoscēdo potestis. Vultis crudeliter cōsulere in deditos uictosq;? licet delere omne Latium: uastas inde solitudines facere: unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaq; sæpe usi estis. Vultis exemplo maiox augere rem romanam uictos in ciuitatē accipiendo? materia crescēdi per summā gloriā suppeditat. Certe id firmissimum longe imperiū est: quo obediētes gaudēt. Sed maturato opus est quicqd statuere placet. tot populos inter spem metūq; suspēsos animi habetis: & uestrā itaq; de eis curā quāprimū absolui: & illorū aios dum expectatione stupēt: seu pœna: seu beneficio præoccupari oportet. nostrum. n. fuit efficere: ut oīum rex uobis ad consulēdum potestas esset. uestrū est decernere: quid optimum uobis reiq; publicæ sit. Principes senatus relationem cōsulis de sūma rex laudare: sed cum aliox causa alia eēt: ita expediri posse consilium dicere: ut pro merito cuiusq; statueret: si de singulis nominatim referrent populis. Relatū igitur de singulis decretūq; Ianuuinis ciuitas data sacraq; sua reddita: cum eo ut ædes locusq; Sospitæ Iunonis cōis Ianuuinis municipibus cū populo romano esset. Aricini nomētaniq; & pe

dani eodem iure quo Ianuuini ciuitatem adepti. Tusculanis seruata ciuitas: quã habebant: crimenq; rebellionis a publica fraude in paucos auctores uersum. In ueliternos ueteres ciues romanos: qd' toti ens rebellassent: grauiter scæuitũ: & muri deiecti. & senatus inde abductus: iussiq; trãs tyberim habita re: ut eius qui cis tyberim depræhẽsus esset: usq; ad mille clarigatio passuũ esset: nec priusquã ære per soluto: is qui cepisset extra uinculũ captum haberet. In agrũ senatoꝝ coloni missi: quibus ascripti speci em antiquæ frequẽtiæ Velitræ receperunt. Et Antiũ noua colonia missa: cum eo ut antiatibus permit teretur: si & ipsi ascribi coloni uellẽt. naues inde longæ abactæ interdictũq; mare antiati populo est: & ciuitas data. Tyburtes: prenestiniq; agro mulctati: neq; ob recens tantũ rebellionis cõmune cũ aliis la tinis crimen: sed quod tedio imperii romani cũ gallis gente efferata arma quondã consociassent. Cæ teris latinis populis connubia: cõmerciaq;: & consilia inter se ademerunt. Capanis equitibus honoris causa: qua cum latinis rebellare noluissent: fundanisq; & formianis: quod per fines eoꝝ tuta pacataq; semp fuisset uia: ciuitas sine suffragio data. Cumanos sueſſulanosq; eiusdem iuris conditionisq; cuius Capuam esse placuit. Naues antiatium partim in naualia Romæ subductæ: partim incẽsæ rostrisq; ea rũ suggestũ in foro extructum adornari placuit rostraq; id templũ appellatum. G. Sulpicio Longo. P. Elio. Peto consulibus cum oĩa non opes magis romanæ: q̃ beneficiis parta gratia bona pace obtineret inter fidicinos auruncosq; bellum ortum. Aurunci a. T. Manlio consule in deditionẽ accepti nihil dei de mouerant eo petendi auxilii ab romanis causa iustior fuit: sed priusq̃ consules ab urbe (iusserat enĩ senatus defendi auruncos) exercitum adducerent: fama affert auruncos oppidũ deseruisse: profugos q; cum cõiugibus ac liberis Suessam cõmunisse: quæ nunc Aurunca appellata mœnia antiqua eoꝝ ur bemq; a fidicinis deletam. Ob ea infensus consulibus senatus: quoꝝ conctatione proditi socii essent: dictatorem dici iussit. dictus est Claudius Regillienſis magistrũ equitum. G. Claudium Hortatorem dixit. Religio inde iniecta de dictatore: & cum augures uitio creatum uideri dixissent: dictator magi stercq; equitum se magistratu abdicarunt.



EO ANNO MINVTIA VESTALIS SVSPEC ta primo ꝓpter mundiorem iusto cultum insimula ta: deinde: apud pontifices ab indice seruo: cum de creto eoꝝ iussa esset sacris abstinere: familiamq; ĩ po testate habere: facto iudicio uiua sub terram ad por tam collinã dextera uia strata defossa: scelerato cam po ab incesto id ei loco nomẽ factũ. Eodẽ anno. Qu. Publius Philo prætor primũ de plebe aduersãte Sul picio cõsule: qui negabat rationẽ eius se habituꝝ est factus: senatuq; cum in sũmis imperiis id non obti nuisset minus in prætura intendente. Insequens an nus. L. Papyrio Crasso Cesone Duilio cõsulibus au sonũ magis nouo: quã magno bello fuit insignis. Ea gẽs Cales urbem incolebat: sidicinis finitimis arma cõiũxerat: unoq; prælio haud sane memorabili duo rũ populoꝝ exercitus fusus: ꝓpinquitate urbium ad fugã ꝓnior: & in ipsa fuga tutior fuit: nec tñ omis sa eius belli cura patribus: quia totiẽs iã sidicini aut ipsi mouerãt bellũ: aut mouentibus auxiliũ tulerãt aut cã armoꝝ fuerãt. Itaq; oĩ ope annixi sunt: ut maximũ ea tẽpestate impatorẽ. M. Valeriũ Coruinum consulẽ quartũ facerent collega additus Coruino. M. Attilius Regulus: & ne forte casu erraret: petitũ a consulibus ut extra sortẽ Coruini ea ꝓuincia esset. Exercitu uictore a supioribus consulibus accepto ad Cales: unde bellũ ortũ erat: ꝓfectus: cum hostes ab superioris ẽt certaminis memoria pauidos cla more atq; ĩpetu prĩo fuisset: mœnia ipsa oppugnare ẽ aggressus: & militũ quidẽ is erat ardor ut iã inde cũ scalis succedere ad muros uellent: euasuroscq; cõtenderẽt. Coruinus: quia id arduũ factu erat: labore militũ potius: quã piculo pagere inceptũ uoluit: itaq; & aggerẽ: & uineas egit: turresq; muro admouit: quaꝝ usum forte oblata opportunitas præuertit. nãq;. M. Fabius captiuus romanus cũ ꝓ negligentiã custodũ festo die uinculis ruptis p muꝝ inter opa romãoꝝ a religata ad pinnã muri reste suspẽsus ma nibus se dimisisset: ꝓpulit ĩperatorẽ ut uino epulisq; sopitos hostes aggrederet. nec maiore certamine capti cũ urbe ausones sũt quã acie fusi erãt præda capta ingẽs ẽ præsidioq; ĩposito Calibus reductæ Ro mã legiones consul ex senatusconsulto triumphauit: & ne Attilius expers gloriæ esset: iussi ambo cõ sules aduersus sidicinos ducere exercitũ: dictatorem ante ex senatusconsulto comitioꝝ habendoꝝ cã dixerunt. L. Aemyliũ Mamercum: is magistrũ equitũ. Qu. Publium Philonẽ dixit. Dictatore comitia habente: consules creati sunt. T. Veturius. Sp. Posthumius. Et si belli pars cum sidicinis restabat: tamẽ ut beneficio prævenirent: desideriũ plebis de colonia deducenda Cales rettulerunt: factoq; senatusco sulto ut duomillia quingenti hoĩes cõscriberent: tres uires coloniæ deducẽdæ: agroq; diuidũdo crea uerunt Cesonẽ Duiliũ. T. Quintiũ. M. Fabiũ: nam deinde cõsules a ueteribus exercitu accepto ingres si hostiũ fines populando usq; ad mœnia atq; urbẽ peruenerũt. Ibi quia ingẽti exercitu cõparato sidicĩ ni & ipsi ꝓ extrema spe dimicaturi enixe uidebant: & Samniũ fama erat conciri ad bellum: dictator a

Clarigatio i. ꝓ duellionũ declaratio ut ultra mille passus ꝓ hostibus habẽtur

Rostra G. Sulpicius. P. Elius cons.

Minutia uestalis

L. Papyrĩ Duillius cons.

M. Valerius. M. Attilius con.

Cales

consulibus ex auctoritate senatus dictus.P.Cornelius Ruffinus:magister equitū.M.Antonius.Reli
gio deinde incessit uitio hos creatos:magistratuq; se abdicauerunt:& quia pestilentia insecuta est ue
lut oībus eo uitio contactis auspiciis:res ad interregnum rediit:ab interregno inito per quintū demū
L.Corneli interregē.M.Valerium Coruinū creati consules.L.Cornelius itez:&.G.Domitius. Trāquillis rebus
us.G.Do fama gallici belli pro tumultu ualuit:ut dictatorem dici placeret:dictus.M.Papyrius Crassus & magi
mitius ster equitū.P.Valerius Publicola:a quibus cū delectus intentius:quā aduersus finitima bella haberet:
cons. exploratores missi attulerunt quieta oīa apud gallos esse. Samniū quoq; iam altez annū turbari no
uis cōsiliis suspectum erat:eo ex agro sidicino exercitus romanus non ē deductus.Cætez sānites bel
lum Alexandri epirensis i lucanos traxit:qui duo populi aduersus regē excursionē a Pæsto faciētem
signis collatis pugnauerūt.eo certamine supior Alexāder:incertū,qua fide culturus:si perinde cætera
,pcessiſſent:pacē cum romanis fecit:Eodē anno census actus:nouiq; ciues censi:tribus ,ppter eos addi
tæ Metia:& Scaptia:censores addiderūt Qu.Philo.Sp.Posthumius.Romani facti accerrani lege ab.L.
M.Claudi Papyrio prætore lata:qua ciuitas sine suffragio data.Hæc eo āno domi militiæq; gesta.Fœdus isequēs
us.T.Vale annus seu intēperie cæli:seu humana fraude fuit.M.Claudio Marcello.T.Valerio cōsulibus. Flaccū:
rius conss. potitūq; uariæ in annalibus cognomē cōsulibus iuenio:cætez in eo parui refert quid ueri sit illud per
uelim nec oēs auctores sunt:proditū falso esse:uenenis absumptos:quoz mors infamē annū pestilen
tia fecerit:sicut ,pditur:tamē res:ne cui auctoz abrogauerim fidem:exponēda est.Cū primores ciuita
tis similibus morbis eodē ferme oēs euentu morerent:ancilla quædā ad.Qu.Fabiū Maximū ædilem
curulē indicaturā se cām publicæ pestis professa est:si,ab eo sibi fides data esset:haud futuz noxæ indi
cium.Fabius cōfestim rē ad cōsules:consules ad senatū referūt:cōsensuq; ordinis fides indici data. Tū
patefactū muliebri fraude ciuitatē premi:matronasq; ea uenena coquere: & si se sequi extēplo uelint:
manifesto deprehendi posse.Secuti indicē & coquentes quasdā medicamēta:& recondita alia inuene
runt quibus in foz delatis:&.xx.matronis:apud quas deprehensa erāt:per uiatorē accitis:duæ ex eis
Cornelia ac Seruilia patritiæ utraq; gentis cū ea medicamēta salubria esse contēderent: ab confutante
indice bibere iussæ:ut se falsum cōmentū arguerent:spatio ad colloquendū sumpto cū sūmoto popu
lo in conspectu oium rem ad cæteras retulissent:haud abnuentibus & illis bibere: epoto medicamen
to suametipsæ fraude oēs interierūt:cōprehense extemplo eaz comites magnū numez matronaz in
Act.Que dicauerūt:ex qbus a.clxx.damnatæ.Neq; de ueneficiis ante eam diē Romæ quæsitū est: ,pdigii ea res
stionē de loco habita:captisq; magis mētibus:quam cōsceleratis similis uisa.Itaq; memoria ex annalibus repeti
ueneficiis ta in secessionibus quondā plebis clauū ab dictatore fixū:alienataq; discordia mentes hoium eo pia
culo cōpotes sui fecisse:dictatorē clauī figendi causa creari placuit creatus.G.Quintilius magistrū equi
tum.L.Valerium dixit:qui fixo clauo magistratu se abdicarūt.Creati cōsules.L.Papyrius Crassus ite
L.Papyri rum.L.Plautius Venox:cuius principio anni legati ex Volscis sidicini & lucani Romā uenerunt:orā
L.Plautius tes ut in fidem acciperent:si a samnitiū armis defensi essent:se sub imperio populi romani fideliter at
cons. q; obediēter futuros.Missi tū ab senatu legati denunciatūq; samnitibus:ut eoz populoz finibus uim
abstinerēt:ualuitq; ea legatio nō tam quia pacē uolebāt sānites q̄ quia nondū parati erāt ad bellū.Eodē
anno priuernas bellū initū:cuius socii fundani dux ēt fundanus fuit Vitrubius Vaccus uir nō domi
solū:sed etiam Romæ clarus:ædes fuere in palatio eius: quæ Vacci prata diruto ædificio publicato q;
solo appellata.Aduersus hūc uastantē effuse setinū:norbanūq;:& coranū agrū.L.Papyrius ,pfectus ha
ud ,pcul castris eius consedit.Vitrubio nec ut uallo se teneret aduersus ualidiorē hostem sana cōstare
mens:nec ut longius castris dimicaret aīus suppetere uix tota extra portā castroz explicata acie: fugā
magis retro:quā prælium:aut hostem expectāte milite:sine cōsilio:sine audacia depugnat:& ut leui mo
mento nec ambigue ē uictus:ita breuitate ipsa loci facilq; receptū in tā ,ppinqua castra:haud ægre mi
litem a multa cæde est tutatus:nec fere quisq; in ipso certamine.pauci in turba fugæ extremæ:cū in ca
stra ruerent:cæsi:primisq; tenebris priuernū inde petitum agmine trepido:ut muris potius quā uallo
sese tutarent.a Priuerno Plautius alter consul:peruastatis passim agris:prædaq; abacta:in agrū funda
num exercitū inducit:ingredienti fines senatus fundanoz occurrit:negant se ,p Vitrubio sectāq; eius
secutis precatū ueniſſe:sed ,pfundano populo:quē extra culpam belli esse ipsum Vitrubiū indicasse:
Carceres cum receptaculū fugæ Priuernum habuerit,nō patriā Fundanos.Priuerni igit hostes populi romani
circo quærendos persequēdosq; eē qui simul a fundanis ac romanis utriusq; patriæ īmemores defecerunt.
Fundanis pacē esse:& aīos romanos:& gratā memoriā acceptæ ciuitatis:orare se consulē:ut bellū abi
noxio populo abstineat agros:urbē corpora ipsoz:cōiugumq;:ac liberoz suoz in ptāte populi roma
ni esse futuraq;.Collaudatis fundanis:consul litterisq; Romam missis:in officio fundanos esse:ad Pri
uernum flexit iter.prius animaduersum in eos qui capita coniurationis fuerant consule:scribit Clau
dius ad.cccl.ex cōiuratis uinctos Romā missos:eamq; deditionē a senatu nō acceptam qd egenū atq;
humilium pœna defungi uelle fundanū populū,censuerint.Priuernum duobus consularibus exerci
L.Aemyli tibus cum obsideret:alter consul comitioz causa Romā reuocatus. Carceres eo anno in circo primū
us.G.Plau statuti.Nondū perfunctos cura priuernatis belli tumultus gallici fama atrox inuasit haud ferme unq̄
tius cons. neglecta patribus.Extemplo igitur consules noui.L.Aemylius Mamercus:&.G.Plautius eo ipso die
kalen.quintilibus:quo magistratus inierunt:comparare inter se prouincias iussi:Mamercus:cui galli

cum bellum euenerat:scribere exercitū sine ulla uacationis uenia:quin opificū quoq; uulgus & sellularii minime militiæ idoneum genus exciti dicūtur. Veioſq; ingens exercitus cōtractus ut inde obuiam gallis iretur. longius diſcedi:ne alio itinere hoſtis falleret:ad urbē incedēs non placuit. Paucos deinde poſt dies ſatis explorata tēporis eius quiete a gallis Priuernum oīs conuerſa uis. Duplex inde fama eſt alii ui captam urbē Vitrubiumq; uiuū in poteſtatē ueniſſe:alii priuſq; ultima adhiberet uis ipſum ſe in deditionē conſulis caduceū præferentis permiſiſſe auctores ſunt: Vitrubiūq; ab ſuis traditū Senatus de Vitrubio priuernatibuſq; cōſultus conſulē Plautiū dirutis Priuerni muris:præſidioq; uali do īpoſito:ad triumphū acceſſit: Vitrubium in carcerē aſſeruari iuſſit:quoad cōſul rediſſet:tum uerbe ratum necari:ædes eius:quæ eſſent in palatio:diruendas:bona Semonilano cenſuerunt conſecranda quodq; æris ex eis redactū eſt:ex eo ahenei orbes facti:poſiti in ſacello Semonilani aduerſus ædē Quirini. De ſenatu priuernate ita decretū ut qui ſenator Priuerni poſt defectionem ab romanis manſiſſet: trans tyberim eadem lege:qua ueliterni habitaret. His ita decretis uſq; ad triūphum Plautii ſilentium de priuernatibus fuit:poſt triumphū conſul necato Vitrubio ſociiſq; eius noxiæ apud ſatiatos iā ſuppliciis nocētium tutam mentionē de priuernatibus ratus:quoniam defectionis auctores:inquit:meritas pœnas & ab diis īmortalibus:& a uobis habent patres cōſcripti:quid placet de innoxia multitudine fieri? æquidē & ſi meæ partes exquirendæ magis ſuīæ:quam dandæ ſunt tamē cū uideam priuernates uicinos ſamnitibus eſſe unde nūc nobis incertiſſima pax eſt:q̄ minimum iraꝝ inter nos illoſq; relinqui uelim. Cum ipſa per ſe res anceps eſſet:prout cuiuſq; ingeniū erat atrocius mitiuſue ſuadentibus:tū incertiora oīa unus ex priuernatibus legatis fecit magis cōditionis: in qua natus eſſet: quam preſentis neceſſitatis memor:qui interrogatus a quodam triſtioris ſententiæ auctore:quam pœnam meritos priuernates cēſeret:eam:inquit:quā merētur:qui ſe libertate dignos cenſent. Cuius cū feroci reſponſo infeſtiores facto uideret cōſul:eos:qui ante priuernatium cām īpugnabant: ut ipſe benigna interrogatione mitius reſpōſum eliceret:quid ſi pœnā:inquit:remittimus uobis:qualē nos pacem uobiſcū habituros ſperemus? Si bonā dederitis:inquit:& fidelem & ppetuā:ſi malā haud diuturnā. Tum uero minari nec id ambigue priuernatē quidam:& illis uocibus ad rebellandū incitari pacatos populos. Pars melior ſenatus ad meliora reſponſa trahere:& dicere uiri & liberi uocem auditā: an credi poſſe ullum populū aut hoīem deniq; in ea conditione:cuius eū peniteat:diutius:quam neceſſe ſit:manſuetū ibi pacem eſſe fidam:ubi uolūtarii pacati ſint:neq; eo loco:ubi ſeruitutem eſſe uelint. fidē ſperandam eſſe. In hanc ſentētiam maxime conſul ipſe inclinauit aīos:idētidem ad principes ſiniaꝝ cōſulares uti exaudiri poſſet a pluribus dicendo eos demū:qui nihil præterq̄ de libertate cogitant dignos eſſe: qui romani fiant. Itaq; & in ſenatu cauſam obtinuere:& ex auctoritate patrū latum ad populum eſt: ut priuernatibus ciuitas daret. Eodem anno Anxur trecenti in coloniā miſſi ſunt:bina iugera agri acceperunt. Secutus eſt annus nulla re belli domiue inſignis. P. Plautio Proculo. P. Cornelio Scapula conſulibus: præterq̄ quod Fregellas (ſignioꝝ is ager:deide uolſcoꝝ fuerat) colonia deducta:& populo uiſceratio data a. M. Flauio in funere matris. Erant:qui per ſpeciem honorādæ parentis meritam mercedem populo ſolutā interpretarentur:quod eū die dicta ab ædilibus crimine ſtupratæ matris familiæ abſoluiſſet. Data uiſceratio in præteritam iudicii gratiam honoris etiam cauſa fuit: tribūatuq; plebei proximis comitiis abſens petentibus præfertur. Palæpolis fuit haud procul inde:ubi nunc Neapolis ſita eſt:duabus urbibus populus idem habitat: Cumis erant oriundi:cumani Chalcide euboica originem trahunt. Claſſe:qua aduecti ab domo fuerant:multum in ora maris eius:quod accolunt:potuere. Primo in inſulas Aenariam & pithecuſas egreſſi:deinde incōtinentem auſi ſedes tranſferre. Hæc ciuitatum ſuis uiribus:tum ſamnitiū infida aduerſus romanos ſocietate fræta:ſiue peſtilentia:quæ romanā urbem adorta nunciabat:fidens:multa hoſtilia aduerſus romanos agrū cāpanum falernumq; incolentes fecit. Igitur. L. Cornelio Lentulo. P. Philone iteꝝ conſulibus fœcialibus Palæpolin ad res repetendas miſſis:cum relatum eſſet a græcis gente lingua magis ſtrenua:quam factis ferox reſponſum:ex auctoritate patrum populus palæpolitanis bellum fieri iuſſit. Inter conſules prouinciis cōparatis bello græci perſequendi Publio euenerunt. Cornelius altero exercitu ſamnitibus: ſi qua ſe mouerent:oppoſitus:fama autem erat defectioni campanoꝝ iminentes admoturos caſtra: ibi optimum uiſum Cornelio ſtatiua habere. Ab utroq; conſule exiguam ſpem pacis cum ſamnitibus eſſe certior fit ſenatus Publius duomillia nolanorum militum & quattuor ſamnitiū: magis nolanis cogentibus: quā uoluntate græcoꝝ recepta Palæpolin miſerat. Romæ cōpertum eſt delectum indictū a magiſtratibus: uniuerſum ſamniū erectum: ac uicinos populos priuernatum fundanūq; & formianū haud ambigue ſollicitari. Ob hæc: cum legatos mitti placuiſſet: prius ad ſamnites: quam bellū fieret: reſpōſum redditur a ſamnitibus ferox. ultro incuſabant iniurias romanorum neq; eo negligentius ea: quæ ipſis obiicerentur: purgabant. Haud ullo publico conſilio auxilioue iuuari græcos: nec fundanum formianumue a ſe ſollicitatos: quippe minime pœnitere ſe uirium ſuarum: ſi bellum placeat: cæterum non poſſe diſſimulare: Aegre pati ciuitatē ſamnitium: quod Fregellas ex uolſcis captas dirutaſq; ab ſe reſtituerit romanus populus: coloniamq; in ſamnitiū agro impoſuerit: quā coloni eoꝝ Fregellas appellent. eam ſe contumeliā iniuriamq; niſi ab iis: qui fecerint: demat: ipſos omni ui depulſuros eſſe. Cū romanus legatus ad diſceptandū eos ad cōes ſocios atq; amicos uocaret: qd pplexe agimus: inqt:

Att. cōtu max pri uernatis reſponſū

P. plautius P. Corneli us conſ.

Viſceratio

Palæpolis

L. Corneli us. P. philo conſ.

Fregellæ

nostra certamina romani nō uerba legatoꝝ nec hoīum quisq̄ disceptator: sed campus cāpanus: in quo concurrendum est: & arma & cōmunis mars belli decernet. Proinde iter. Capuam Suessulamq̄ castra castris cōferamus: & samnis romanusne imperio Italiā regat decernamus. Legati romanoꝝ tum se nō quo hostis uocasset: sed quo imperatores sui duxissent: ituros esse responderunt. Iā Publius inter Palæpolin Neapolimq̄ loco opportune capto dirimerat hostibus societatem auxilii mutui: qua: ut quisq̄ locus premeretur inter se usi fuerāt. Itaq̄ cum & comitioꝝ dies instaret: & Publium īminentem hostium muris auocari ab spe capiendæ in dies urbis haud republica esset: actum cū tribunis est: ad populum ferrent. ut cū. P. Philo consulatu abisset: procōsul rem gereret: quoad debellatū cum græcis esset. L. Cornelio: qua nec eum quidē in Sānitium iam ingressum reuocari ab impetu belli placebat: literæ missæ ut dictatoré comitiorū causa diceret. dixit. M. Claudium Marcellū: ab eo magister equitū dictus. SP. Posthumius. Nec tamen ab dictatore comitia sunt habita: quia uitione creatus esset: in disquisitionē uenit. cōsulti augures uitiosum uideri dictatorem ꝓnunciauerunt. Eam rē tribuni suspectam infamēq̄ criminando fecerunt: nam neq̄ facile fuisse id uitium nosci cum consul oriente nocte silentio diceret dictatorem neq̄ ab consule cuiq̄ publice priuatimq̄ de ea re scriptum esset: nec quemq̄ mortalium extare: qui se uidisse: aut audiuisse quid dicat quod: auspicium dirimeret: neq̄ augures diuinare Romæ sedentes potuisse quid in castris consuli uitii euenisset: cui non apparere quod plebeius dictator sit dictus: id uitiū auguribus usum? Hæc aliaq̄ ab tribunis ne quicq̄ iactata: tamē ad iter regnum res redit: dilatisq̄ alia atq̄ alia causa comitiis: quartusdecimus demū interrex. Lucius Aemylius consules creat. C. Petilium. Lutium Papyriū Mugilanum Cursorē in aliis annalibus inuenio. Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditū conditam: Alexandrumq̄ Epiri regem ab exule lucano interfectum sortes dodonæi Iouis euentu affirmasse. Accito ab tarentinis in Italiā data dictio erat cauere acherusiā aquā Pandosiamq̄ urbem. ibi fatis eius terminū dari: eoq̄ ocius transmisit in Italiam ut quā maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro & acheronte amni: quē ex Molosside defluentem in stagna inferna accipit thesprotius sinus. Cæteꝝ ut ferme fugiendo in media fata ruitur: cū sæpe brutias lucanasq̄ legiones fudisset: Heracleam tarentinoꝝ coloniam Consentiam ex lucanis Sipōtumq̄ brutioꝝ coloniam ac Erniam: alias inde messapioꝝ & lucanoꝝ cepisset urbes: & trecentas familias illustres in Epirum: quas obsidū numero haberet: misisset: haud procul Pandosia urbe īminente lucanis ac brutis finibus tris tumulos aliquātum inter se distantes insedit. exquibus excursiões in omnem partē agri hostilis faceret: & ducētos ferme lucāoꝝ exules circa se ꝓfidis habebat: ut: plæraq̄ eius generis ingenia sunt cū fortuna mutabilem gerentes fidē: imbres continui campis oībus inundantes cū intercluisissent trifariam exercitū a mutuo inter se auxilio: duo præsidia: quæ sine rege erant: improuiso hostiū aduentu opprimuntur: deletisq̄ eis ad ipsius obsidionē omnes conuersi: inde ab lucanis exulibus ad suos nuncii missi sunt: pactoq̄ reditu promissum est regem aut uiuū aut mortuum in potestatem daturos. Cæteꝝ cum delectis ipse egregium facinus ausus per medios erumpit hostes: & ducem lucanoꝝ cōminus congressum obtruncat: contrahensq̄ suos ex fuga palatos peruenit ad amnē ruinis recentibus pontis: quē uis aquæ abstulerat indicantē iter quē cum incerto uado transiret agmē fessus metu ac labore miles increpans nomē abominandū fluminis iure acheros uocaris īquit. Quod ubi ad aures accidit regis adiecit extemplo animū fatis suis: substititq̄ dubius an transiret. Tum Sotinius minister ex regiis pueris: quid in tanto discrimine periculi cunctaretur: interrogans: indicat lucanos insidiis quærere locū. quod ubi respexit rex: procul grege facto uenientes stringit gladiū: & per medium amnē transmittit equū. Iamq̄ in uadum egressum eminus ueruto lucanus exultans figit. Ipsum inde cum inhærente telo corpus examine detulit amnis in hostium præsidia. Ibi fœda laceratio corporis facta: namq̄ præciso medio partem Consentiam misere pars ipsis retenta ad ludibrium quæ cum iaculis saxisq̄ procul incesseret: mulier una ultra humanaꝝ irarum fidem scæuienti turbæ īmixta ut parumper sustinerent precata: flens ait uirum sibi liberosq̄ captos apud hostes esse: sperare corpore regio utcumq̄ mulctato se suos redempturam. Is finis lacerationi fuit sepultumque Consentiæ: quod membroꝝ reliquum fuit: cura mulieris unius. ossaq̄ metapontum ad hostes remissa: inde Epirum deuecta ad Clepatram uxorem: sororemq̄ Olympiadem: quarum mater magni Alexandri altera: soror altera fuit. Hæc de Alexandri epirensis tristi euentu: quamq̄ romano bello fortuna eum abstinuit: tamen quia in Italia bella gessit paucis dixisse satis sit. Eodem anno lectisterniū Romæ quinto post conditam urbē iisdem quibus ante placandis habitum est diis. Noui deinde consules iussu populi cum misissent: qui indicerent samnitibus bellum: ipsi maiore conatu: quam aduersus græcos cū cta parabant: & alia noua, nihil tū animo tale agitantibus accesserūt auxilia: lucani atq̄ appuli: quibus gētibus nihil ad eā diem cū romano populo fuerat in fidē uenerunt arma uiroſq̄ ad bellum pollicentes. fœdere ergo in amicitiā accepti. Eodem tpe etiam in Sānio res ꝓspere gesta: tria oppida in potestatem uenerūt: Alife: Callirife: Rufriū alifanusq̄ ager primo aduētu cōsulū longe lateq̄ est peruastatus. Hoc bello tam ꝓspere cōmisso: bello quoq̄ alteri: quo græci obsidebātur: iā finis aderat nam præterq̄ qd' interseptis munimētis hostiū pars parti abscissa esset: fœdiora aliquāto intra muros iis: quibus hostis territabat: patiebant: & uelut capti a suismetipsis ꝓsidiis indigna iā liberis quoq̄ ac cōiugibus: & q̄ captaꝝ urbiū extrema sunt patiebant. Itaq̄ cū & a Tarēto: & a sānitibus fama esset noua auxilia uēturā

samnitium plusq̃ uellent intra mœnia esse rebant: tarentinoꝝ iuuentutẽ græci græcos haud minus p quos samniti nolanoq;: quam ut romanis hostibus resisterent: expectabãt. Postremo leuissimum maloꝝ deditio ad romãos uisa. Charilaus & Nymphius principes ciuitatis cõmunicato inter se consilio partes ad rem gerẽdam diuisere: ut alter ad imperatorem romanoꝝ transfugeret: alter substiteret ad præbendã opportunam consilio urbẽ. Charilaus fuit: qui ad. P. Philonẽ uenit: & quod bonum faustũ felixq; palæ politanis populoq; romano esset: tradere se ait mœnia statuisse. eo facto utrum ab se prodita an seruata patria uideatur: in fide romana positum esse: sibi priuatim nec paciscí quicq̃ nec petere: publice petere: quam paciscí magis: ut si successisset inceptũ: cogitaret populus romanus potius cum quanto studio periculoq; reditum in amicitiam suam esset: quam qua stultitia & temeritate de officio decessum. Collaudatus ab imperatore triamillia militum ad occupandã eam partem urbis quam samnites insidebant: accæpit præsidio ei. L. Quintius tribunus militum præpositus. Eodem tempore & Nymphius prætorẽ samnitiũ arte aggressus perpulerat: ut quoniã omnis romanus exercitus aut circa Palæpolin: aut in Samnio esset: sineret se classe circũuehi ad romanum agrũ non oram modo maris sed ipsi urbi propinqua loca depopulatuꝝ: sed ut falleret nocte proficiscendũ esse: extẽploq; naues deducendas. Quod quo maturius fieret: oĩs iuuentus samnitiũ præter necessariũ urbis præsidium ad litus missa. Vbi dum Nymphius in tenebris: & multitudine semetipsa impediente: sedulo aliis alia imperia turbans terit tẽpus: Charilaus ex cõposito ab sociis in urbẽ receptus: cũ sũma urbis romano milite impleſſet: tolli clamorẽ iussit: ad quẽ græci signo accepto a principibus quieuere. Nolani per auersam partẽ urbis uia Nolam ferente effugiunt: samnitibus exclusis ab urbe: ut expeditior in præsentia fuga ita fœdior posteaq̃ periculo euaserunt: uisa quippe qui inermes nulla reꝝ suaꝝ non relicta inter hostes ludibriũ non externis modo: sed etiam popularibus: spoliati atq; egentes domos rediere. Haud ignarus opinionis alterius: qua hæc proditio a samnitibus facta traditur: cũ auctoribus hoc dedi: q̃ bus dignius credi est. Tum fœdus neapolitanum (eo. n. deinde sũma rei græcoꝝ uenit) similis uero facit ipsos in amicitiã rediſſe. Publio triũphus decretus: quod satis credebat obsidione domitos hostes in fidem ueniſſe. Duo singularia hæc ei uiro primũ contigere prorogatio imperii nõ ante in ullo facta & octo honore triumphus. Aliud subinde bellũ cum alterius oræ græcis exortum: nãq; cũ tarentini rẽ palæpolitanam uana spe auxilii aliquandiu sustinuissent: posteaq̃ romanos urbe potitos acepere: uelut destituti ac non qui ipsi destituissent increpare palæpolitanos: ira atq; inuidia in romanos furere: eo etiam quod lucanos & appulos (namq; utraq; eo anno societas cœpta est) in fidem populi romani ueniſſe allatum est. quippe prope modũ peruentũ ad se esse: iamq; in eo rẽ esse ut romani aut hostes: aut domini habendi sint discrimen profecto reꝝ suaꝝ in bello samnitiũ euentuq; eius uerti: eam solã gentẽ restare: nec eam ipsam satis ualidã: quãdo lucanus defecerit: quem reuocari adhuc impelliq; ad abolendã societatem romanã posse: si qua ars serendis discordiis adhibeatur. Hæc consilia cũ apud cupidos reꝝ nouandaꝝ ualuissent: ex iuuentute quidam lucanoꝝ pretio acciti: clari magis inter populares quam honesti: inter se mulctati ipsi uirgis cum corpora nuda intulissent in ciuium cœtũ: uociferati sunt se: quod castra romana ingredi ausi essent: a consule uirgis cæsos ac prope securi percussos esse. Deformis suapte natura res cum speciẽ iniuriæ magis. quam doli præseferret. Concitati hoies cogũt clamore suo magistratus senatum uocare: & alii circunstantes conciliũ bellum romanos ĩposcunt: alii ad concitandam in arma multitudinẽ agrestium discurrunt: tumultuq; etiam sanos consternante animos decernitur: ut societas cũ samnitibus renouaret: legatiq; ad eam rem mittãtur. Repentina res quam cãm nullam: tam ne fidem quidẽ habebat. coacti a samnitibus obsides dare: & præsidia in loca munita accipere: cæci fraude & ira nihil recusarunt. Dilucere deinde breui fraus cœpit: posteaq̃ crimi num falsoꝝ auctores Tarentum commigrauere: sed amissa omni de se potestate: nihil ultra: quam ut pœniteret frustra restabat. Eo anno plebi romanæ uelut aliud initium libertatis factum est: quod necti desierunt. mutatum autẽ ius ob unius fœneratoris simul libidinem: simul crudelitatem insignem. L. Papyrius is fuit tui cũ senatuscõsulto Publius ob æs alienũ paternũ nexum dedisset quem ætas formaq; ad misericordiam elicere poterant: ad libidinem & contumeliam animũ accenderunt: & florem ætatis eius fructum aduẽtitium crediti ratus: primo perlicere adolescentem sermone incesto: est conatus: deinde posteaquã aspernabãtur flagitium aures minis territare atq; idẽtidem admonere fortunæ postremo cum ingenuitatis magis: quam præsentis conditionis memorem uideret: nudari iubet uerberaq; afferri. Quibus laceratus iuuenis cum se in publicũ proripuisset libidinem crudelitatemq; conquerens fœneratoris: ingens uis hominũ cum ætatis miseratione atq; indignitate iniuriæ accensa: tũ suæ conditionis liberumq; suoꝝ respectu: in forum atq; inde agmine facto ad curiam cõcurrit: & cum consules tumultu repentino coacti senatum uocarent. introeuntibus in curiam patribus laceratũ iuuenis tergum procũbentes ad singuloꝝ pedes ostendebant. Victum eo die ob impotẽtem iniuriam unius ingens uinculum fidei: iussiq; cõsules ferre ad populum nequis: nisi qui noxiam meruisset: donec pœnam lueret: in compedibus aut in neruo teneretur: pecuniæ creditæ: bona debitoris non corpus obnoxium esset. Itaq; nexi soluti: cautumq; in posterum ne necterentur. Eodem anno cum satis per seipsum samnitium bellum: & defectio repens lucanorum: auctoresq; defectionis tarentini sollicitos haberent patres: accessit: ut & uestinus populus samnitibus se coniungeret. Quæ res sicut eo an-

Palæpolis proditiõe capitur

Cur desere-rint quiri-tes ob alie-nũ æs necti

no sermonibus magis passim hoium iactata: quam in publico ullo concilio est: ita insequentis anni cõ
L. Furius Iunius brutus cons. sulibus. L. Furio Camillo itẽq; Iunio Bruto Scæuæ nulla prior potiorq; uisa est de qua ad senatum re/
ferrent: & quanq̃ noua res erat: tamen tanta cura patres incessit: ut pariter eam susceptã neglectamq; ti
merent ne aut impunitas eoq; lasciuia superbiaq; aut bello pœnæ expetitæ metu, ppinquo atq; ira cõ
cirent finitimos populos. Et erat genus omne abunde bello samnitibus par marsi: peligniq;: & maruci
ni: quos si uestinus attingeret: oẽs habendos hostes. Vicit tamen pars: quæ in præsentia uideri potuit
maioris animi quam cõsilii: sed euẽtus docuit fortes fortunã iuuare. Bellum ex auctoritate patrum po
pulus aduersus uestinos iussit: prouincia ea Bruto: Sãnium Camillo sorte euenit. exercitus utroq; du
cti: & cura tuendoq; finium hostes, phibiti coniungere arma. Cæteq; alteq; consulem. L. Furiũ: cui ma/
ior moles req; imposita erat: morbo graui implicitũ fortuna bello subtraxit: iussuq; dictatorem dicere
rei gerendæ causa longe clarissimũ bello ea tempestate dixit. L. Papyrium Cursorẽ: a quo. Qu. Fabius
Maximus Rutilianus magister equitum est dictus par nobile rebus in eo magistratu gestis discordia
tamẽ: qua prope ad ultimũ dimicationis uentũ est: nobilius. Ab altero cõsule in uestinis multiplex bel
lum nec usq̃ uario euentu gestum est: nã & peruastauit agros & populando atq; urendo tecta hostium
sataq; in aciem inuitos extraxit: & ita prælio uno accedit uestinoq; res haud quaq̃ tamẽ in cruento mi/
lite suo: ut non in castra solum refugerẽt hostes: sed iam ne uallo quidẽ ac fossis fręti dilaberent in op
pida situ urbium mœnibusq; se defensuri. Postremo oppida quoq; ui expugnare adortus: primo Cu/
tinam ingenti ardore militũ aut uulnerum ira: quod haud fere quisq̃ integer prælio excesserat: scalis
cepit: deinde Cingiliã. Vtriusq; urbis prædã militibus: qd eos neq; portæ: neq; muri hostiũ arcuerãt cõ
cessit. In Sãnium icertis itum auspiciis: est cuius rei uitium non in bellis euentu: qd prospere gestũ est:
sed in rabiem atq; iras imperatoq; uertitur. Namq; Papyrius dictator apullario monitus: cũ ad auspici
um petendum Romã proficisceret: magistro equitum denunciauit ut sese loco teneret: neu absente se
cum hoste manũ consereret. Fabius cum post profectionẽ dictatoris per exploratores comperisset per
inde oia solnta apud hostes ac si nemo romanus in Sãnio esset: seu ferox adolescens indignitate accen
sus: quod oia in dictatore uiderentur reposita esse: seu occasione bene gerendæ rei inductus: exercitu
Fabius magister equũ iussu dictatoris pugnat xx. Sãnitiũ cæsa instructo: paratoq;: profectus ad Imbrinium (ita uocant locũ) acie cum samnitibus confligit. Ea fortũa
pugnæ fuit: ut nihil relictum sit: quo: si affuisset dictator: res melius geri potuerit non dux militi: non
duci miles defuit: eques etiam auctore. L. Cominio tribuno: qui aliquotiens impetu capto perrũpere
non poterat hostium agmẽ: detraxit frenos equis: atq; ita concitatos calcaribus permisit ut sustinere
eos nulla uis posset: per arma per uiros late stragem dedere. secutus pedes impetũ equitũ turbatis ho/
stibus intulit signa uigintimillia hostium cæsa eo die tradũtur. Auctores habeo bis cũ hoste signa col/
lata dictatore absente: bis rem egregie gestam: apud antiquissimos scriptores una hæc pugna inuenit
in quibusdam annalibus tota res prætermissa est: Magr equitum ut ex tanta cæde multis potitus spo
liis: congesta in ingentẽ aceruũ hostilia arma subdito igne concremauit: seu totũ id deoq; cuipiam fuit
seu credere libet Fabio auctori eo factum: ne suæ gloriæ fructũ dictator caperet: nomenq; ibi scriberet
aut spolia in triũpho ferret. Litteræ quoq; de re prospere gesta ad senatũ nõ ad dictatorem missæ: argu
mentũ fuere minime cũ eo cõicantis laudem. Ita certe dictator id factum accepit: ut lætis aliis uictoria
parta præ se ferret. iram tristitiamq;: missoq; repente senatu: se ex curia proripuit. Tum uero non sam/
nitium magis legiones: quam maiestatem dictatoriam & disciplinam militarem a magistro equitum
uictam & euersam dictitans: si illi impune spretum imperium fuisset. Itaq; plenus minarum iraq; p/
fectus in castra cum maximis itineribus isset non tamen præuenire famam aduentus sui potuit præ/
currerant enim ab urbe qui nunciarẽt dictatorem auidum pœnæ uenire: alternis pene uerbis. T. Mã
li facta laudantem. Fabius extẽplo: cõcione aduocata obtestatus milites est: ut qua uirtute remp. ab in
festissimis hostibus defendissent: eadẽ se: cuius ductu auspicioq; uicissent: ab impotẽti crudelitate di/
ctatoris tutarent. Venire amẽtem inuidia: iratum uirtuti alienæ fœlicitatiq;: fatere qd se absente: resp.
gesta egregie esset: malle: si mutare fortunam posset: apud samnites quã romãos uictoriam esse impe
rium dictitare spretum: tanq̃ nõ eadem mẽte pugnari uetuerit: qua pugnatum doleat: & tũc inuidia i/
Verba fabri ad milites pedire uirtutem alienã uoluisse: cupidissimisq; ablatuq; arma fuisse militibus ne se absẽte moueri pos/
sent: & nũc id furere id ægre pati: quod sine. L. Papyrio nõ inermes: nõ manci milites fuerint: quod se.
Qu. Fabius magistrum equitum duxerit ac non accẽsum dictatoris. Quid illum factuq; fuisse: si quod
belli casus ferunt: marsq; cõmunis: aduersa pugna euenisset: qui sibi deuictis hostibus: rep. bene gesta
ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit: supplicium magistro equitum & tunc uictori mine
tur. Neq; illum magistro equitum infestiorem quã centurionibus: q̃ militibus esse: si posset in omnes
scæuiturum fuisse: quia id nequeat in unum scæuire: & iam inuidiam tanquã ignem: summa petere i
caput consilii in ducẽ incurrere. Si se simul cum gloria rei gestæ extinxisset: tunc uictorem uelut in ca/
pto exercitu dominantem quicquid licuerit in magistro equitum: in militibus ausurũ. Proinde ades/
sent in sua causa oium libertati. si consensum exercitus eundẽ: qui in prælio fuerit: intuenda uictoria
uideat & salutem unius oibus curæ esse: inclinatuq; ad clæmentiorem sententiam aium. postremo se
uitam fortunasq; suas illoq; fidei uirtutiq; permittere. Clamor e tota concione ortus uti bonum aium
haberet: neminem illi uim allatuq; saluis legiõibus romanis. Haud multo post dictator aduenit: classi

coq; extemplo ad concionem aduocauit. Tum silentio facto: præco Quintiũ Fabium magistrũ equitũ citauit: qui simul ex inferiore loco ad tribunal accessit: tum dictator quæro: inquit: de te Quinte Fabi: cum sumum imperiũ dictatoris sit: pareantq; ei cõsules regia potestas prætoresq; iisdem auspiciis: quibus consules creati: æquũ censeas nec ne magistrum equitum dicto audientẽ esse (itemq; illud interrogo: cum me incertis auspiciis profectũ ab domo scirem: utrum mihi turbatis religionibus respublica in discrimen cõmittenda fuerit: an auspicia repetenda nequid diis dubiis agerem? simul illud: quæ dictatori religio impedimento ad rem gerendã fuerit: num ea magister equitum solutus ac liber potuerit esse? Sed quid ego hæc interrogo? cum si ego tacitus abissem: tamen tibi ad uoluntatis interpretationem meæ dirigenda tua sententia fuerit: quin tu respondeas: uetuerim ne quicquã rei me absente agere? uetuerim ne signa cum hostibus conferre? quo tu imperio meo spreto incertis auspiciis: turbatis religionibus aduersus morem militarẽ disciplinamq; maioꝝ & numen deoꝝ ausus es cum hoste confligere? Ad hæc quæ interrogatus es: responde: extra ea: caue: uocem mittas. Accede lictor accede. Aduersus singula Quinto Fabio cũ respondere haud facile esset: & nũc quereret accusatorem eundem capitis sui ac iudicẽ esse: mõ uitam sibi eripi citius: q̃ gloriam reꝝ gestarꝝ posse uociferaretur: purgaretq; se inuicem: atq; ultro accusaret: tunc Papyrius redintegrata ira spoliari magistrum equitum ac uirgas & secures expediri iussit. Fabius fidem militũ implorans lacerantibus uestem lictoribus ad tribunos tumultũ iam in concionem miscentes sese recepit. inde clamor per totã concionẽ est perlatus: alibi preces: alibi mine audiebant. Qui proximi forte tribunali steterant: quia subiecti oculis imperatoris noscitari poterant: orabãt: ut parceret magistro equitum: neu cũ eo exercitum dãnaret. extrema cõcio & circa Fabium globus increpabant inclæmentẽ dictatorem: nec procul seditiõe aberant. Ne tribunal quidẽ satis quietum erat: legati circũstantes sellam orabãt: ut rem in posteꝝ diẽ differret: & iræ suæ spatium & consilio tempus daret: satis castigatam adolescentiã Fabii esse satis deformatam uictoriam ne ad extremũ finem supplicii tenderet: neu unico iuueni: neu patri eius clarissimo uiro: neu fabiæ gẽti eam iniungeret ignominiam cũ paꝝ precibus: paꝝ causa proficerent: intueri scæuientem concionẽ iubebant: ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni non esse ætatis: non prudentiæ eius: neminem id Quinto Fabio pœnam deprecanti suam uitio uersuꝝ: sed dictatori: si occæcatus ira infestam multitudinẽ in se prauo certamine mouisset. Postremo ne id se gratiæ daret. Qu. Fabii crederet se iusiurandum dare paratos esse non uideri reipu. expedire in. Qu. Fabium eo tempore animaduerti. His uocibus cum in se magis cõcitarent dictatorem: q̃ magistro equitum placarent: iussi de tribunali descendere legati: & silentio nequicq̃ per præconem tẽtato: præ strepitu ac tumultu nec ipsius dictatoris: nec apparitorum, eius uox audiretur: nox uelut in prælio certamini finem fecit: magister equitum iussus postero die adesse: cum omnes affirmarent infestius Papyrium exarsurum agi tatum contentione ipsa exacerbatumq; clam ex castris Romã profugit: & patre auctore. Qu. Fabio: q ter iam consul dictatorque fuerat: uocato extemplo senatu: cum maxime conquereretur apud patres uim atq; iniuriam dictatoris: repente strepitus ante curiam lictorum submouentium auditur: & ipse infensus aderat: posteaquam comperit profectum ex castris cũ expedito equitatu secutus. Iterata deinde contentione præhendi Papyrius Fabium iussit: ubi cum deprecantibus primoribus patrum atq; uniuerso senatu perstaret incepto inimitis animus: tum pater. M. Fabius quãdoquidem inquit apud te nec auctoritas senatus nec ætas mea: cui orbitatem paras: nec uirtus nobilitasq; magistri equitũ a te ipso nominati ualet: nec præces: quæ sæpe hostem mitigauere: quæ deorum iras placant tribunos plebis appello & prouoco ad populum: eũq; tibi fugienti exercitus tui: fugienti senatus iudicium iudicẽ fero qui certe unus plusquam tua dictatura potest: polletq; uidero cessurus ne prouocatiõi sis cui rex romanus Tullus hostilius cessit. Ex curia in concionem itur: quo cum paucis dictator: cum omni agmine principiũ magister equitum ascendisset: deduci eũ de rostris Papyrius ĩ partẽ iferiorem iussit. secutus pater bene agis inquit: cũ eo nos deduci iussisti: unde priuati uocẽ mittere possemus. Ibi primo non tã perpetuæ orationes: q̃ altercatiões exaudiebãtur. uicit deinde strepitũ uox & indignatio Fabii senis increpantis superbiam crudelitatẽq; Papyrii: se quoq; dictatorem Romæ fuisse nec a se quẽquã nec plebis quidem hominẽ: non centurionem: non militẽ uiolatum: Papyrium tanquam ex hostium ducibus: sic ex romano imperatore uictoriã & triumphum petere. Quantũ interesset inter moderationem antiquoꝝ: & nouam superbiam crudelitatemq;: dictatorẽ. Quintium Cincinatum in. L. Minutium, consulem ex obsidione a se abreptũ non ultra scæuisse: q̃ ut legatum ad exercitũ pro consule relinqueret. M. Furium Camillũ in. L. Furio: qui contempta sua senectute & auctoritate fœdissimo cũ euẽtu pugnasset: non solum in præsentia moderatũ iræ esse: nequid de collega secus populo: aut senatui scriberet: sed cum reuertisset potissimũ ex tribunis consularibus habuisse quẽ ex collegis optione a senatu data socium sibi imperii delegerit: Nam populi quidem penes quem potestas oium reꝝ esset nec iram quidẽ unquã atrociorem in eos fuisse: qui temeritate atq; insciti exercitus amisissent: q̃ ut pecunia eos mulctaret: capite anquisitũ ob rem bello male gestã de imperatore nullo ad eã diem esse: nunc ducibus populi romani: quæ ne uictis quidẽ bello fas fuerit uirgas & secures uictoribus & iustissimos meritis triũphos intentari. Quid. n. tandẽ passuꝝ fuisse filiũ suum: si exercitum amisisset: si fusus fugatus castris exutus fuisset? quo ultra iram uiolentiãq; eius excessuram fuisse: q̃ ut uerberaret necaret q̃?

Consules & prætores iisdẽ auspiciis creabãtur

Fabius magister eqtũ ex castris pfugit

Ad Horatii iudiciũ alluſit

Quam conueniens esse propter Quintum Fabium ciuitatẽ in lætitia uictoria supplicationibus ac gratulationibus esse eum propter quẽ deum delubra pateant: aræ sacrificiis fument: honore donis cumulentur: nudatum uirgis lacerari in conspectu populi romani: intuẽtem capitoliũ: atq; arcem: deosq; ab se duobus præliis haud frustra aduocatos? quo id animo exercitum: qui eius ductu auspiciisq; uicissent laturum: quem luctum in castris romanis: q̃ lætitiam inter hostes fore? Hæc simul iurgans querensq; deum hominumq; fidem obtestans & complexus filiũ plurimis cum lachrymis agebat: Stabat cum eo senatus maiestas: fauor populi tribunitiũ auxilium: memoria absentis exercitus. Ex altera parte imperium inuictũ populi romani: & disciplina rei militaris: & dictatoris edictum pro numine semper obseruatum & manliana imperia & posthabita filii caritas publicæ utilitati iactabant. Hoc etiam. L. Brutum conditorẽ romanæ libertatis antea in duobus liberis fecisse: nunc patres comes & senes faciles de alieno imperio spreto tanquã rei paruæ disciplinæ militaris euersæ iuuentuti gratiam facere. se tamẽ perstaturum incepto: nec ei: qui aduersus edictum suũ turbatis religiõibus ac dubiis auspiciis pugnasset: quicquã ex iusta pœna remissurũ. Maiestas imperii perpetua ne esset non eẽ in sua ptãte. L. Papyrium nihil de eius iure diminutũrũ. optare ne potestas tribunitia inuiolata ipsa uiolet itercessione sua romanum imperiũ: neu populus romanus in se potissimũ dictatorem & ius dictaturæ extinguat. Quod si fecisset: non. L. Papyriũ: sed tribunos: sed prauum populi iudiciũ nequicq̃ posteros accusaturos cũ pollutа semel militari disciplina: non miles centurionis: nõ centurio tribuni: nõ tribunus legati: non legatus cõsulis: non magister equitũ dictatoris pareat imperio: nemo hominũ: nemo deorũ uerecundiam habeat: nõ edicta imperatorũ: nõ auspicia obseruentur: sine cõmeatu uagi milites in pacato in hostico errent: inemores sacramẽti licentia sola: ubi uelint: exauctorẽtur: infrequentia deserãtur signa: neq; cõueniatur ad edictũ: nec discernat interdiu nocte æquo iniquo loco: iniussu iperatoris pugnent: & non signa: non ordines seruent: latrocini mõ cæca & fortuita pro solẽni & sacrata militia sit. Horũ criminum uos reos in oĩa sæcula offerte tribuni plebis. uestra obnoxia capita pro licẽtia. Qu. Fabii obiicite. Stupẽtes tribunos & suam iam uicẽ magis anxios: q̃ eius: cui auxilium ab se petebat. liberauit onere consensus populi romani ad preces & obtestationẽ uersus: ut sibi pœnam magistri equitũ dictator remitteret tribuni quoq; inclinatam rem in preces subsecuti: orare dictatorem insistunt: ut ueniam errori humano: ueniam adolescentiæ. Qu. Fabii daret: satis eum penarum dedisse. iam ipse adolescens: iam pater. M. Fabius contentionis obliti procumbere de genua: & iram de precari dictatoris. Tum dictator silentio facto bene habet: inquit: quirites: uicit disciplina militaris: uicit imperii maiestas: quæ in discrimine fuerunt an ulla post hanc diem essent: non noxæ eximitur. Qu. Fabius: qui cõtra edictum imperatoris pugnauit: sed noxæ damnatus donatur populo romano: donatur tribunitiæ potestati: precariũ non iustum auxilium ferenti. Viue. Qu. Fabi fœlicior hoc consensu ciuitatis ad tuendum te: q̃ in qua pauloante exultabas uictoria: uiue id facinus ausus: cuius tibi ne parens quidem: si eodem loco fuisset quo fuit. L. Papyrius: ueniam dedisset. Mecum: ut uoles reuerteris in gratiam: populo romano: cui uitam debes: nihil maius præstiteris quam si hic tibi dies satis documẽti dederit: ut bello ac pace pati legitima imperia possis. Cum se nihil morari magistrũ equitum pronunciasset digressum eum templo lætus senatus: lætior populus circunfusi ac gratulantes hinc magistro equitum: hinc dictatori psecuti sunt: firmatumq; imperiũ militare haud minus periculo. Qu. Fabii: q̃ supplicio miserabili adolescẽtis. Manlii uidebatur. Forte ita eo anno euenit: ut quotienscunq; dictator ab exercitu recessit: hostes i Sannio mouerentur: cæterum in oculis exemplo erat. Qu. Fabius. M. Valerio legato: qui ĩ castris præerat ne quam uim hostium magis: q̃ trucem dictatoris iram timeret. Itaq; frumentatores cum circunuenti ex insidiis cæsi loco iniquo essent: creditum uulgo est subueniri eis a legato potuisse: ni tristia edicta exhorruisset. ea quoq; ira alienauit a dictatore militum animos: iam ante infensos quod implacabilis. Quinto Fabio fuisset: & quod suis precibus negasset ei: populo romano ueniam dedisset Posteaquã dictator: præposito in urbe. L. Papyrio Crasso magistro equitum: Quinto Fabio uetito quicquam pro magistratu agere: in castra rediit: neq; ciuibus satis lætus aduentus eius: fuit: nec hostibus quicquam attulit terroris: Namq; postero die seu ignari uenisse dictatorem: seu adesset an abesset: paruifacientes instructa acie ad castra accesserunt. cæterum tantum momenti in uno uiro. L. Papyrio: fuit ut si ducis cõsilia fauor subsecutus militum foret: debellari eo die cum samnitibns potuisse pro haud dubio habitum: sit ita instruxit aciem loco ac subsidiis: ita omni arte bellica firmauit. Cessatum a milite ac de industria: ut obtrectaretur laudibus ducis: impedita uictoria est. Plures samnitium cecidere: plures romani uulnerati sunt. Sensit peritus dux: quæ res uictoriæ obstaret: temperandum ingenium suum esse: & seueritatem miscendam comitati itaq; adhibitis legatis ipse circum saucios milites inferens in tentoria caput singulos: ut sese haberent: rogitans: curam eorum nominatim legatis tribunisq; & præfectis demandabat: rem per se popularem ita dexter egit: ut medẽdis corporibus animi multo plus militum imperatori reconciliarentur. nec quicquam ad salubritatem efficacius fuerit: q̃ quod grato aĩos ea cura accepta est. Refecto exercitu cum hoste congressus huad dubia spe sua militumq; ita fudit fugauitq; samnites: ut ille ultimus eis dies conferendi signa cũ dictatore fuerit. Incessit deinde: qua duxit: prædæ spes uictor exercitus: perlustrauitq; hostiũ agros nulla arma: nullã uim nec apertã nec insidiis expertus. Addebat alacritatẽ: qd dictator prædã oẽm edixerat militibus: nec ira magis publica: q̃

Att. quæ a papyrio in fabiũ afferrẽtur

Att. papyrii dictatoris pnũciationem

priuatum compendium in hostem acuebat. His cladibus subacti samnites pacem a dictatore petiere cum quo pacti ut singula uestimenta militibus: & annuum stipendium darent. Cum ire ad senatum iussi essent: secuturos se dictatorem responderunt unius eius fidei uirtutiq; causam suam comendantes. ita deductus ex samnitibus exercitus: Dictator triumphans urbē est ingressus: & cum se dictatura abdicare uellet: iussu patrum: priusquā abdicaret: consules creauit Claudium Sulpiciū Longum itez. Qu. Aemylium Cæritanū: Samnites: infecta pace: quia de conditionibus agebatur inducias annuas: ab urbe rettulerunt: nec eaz ipsaz sancta fides fuit: adeo posteaq; Papyrium abisse magistratu nunciatum est: arrecti ad bellandum animi sunt: Claudio Sulpicio. Qu. Aemylio: Aulum quidam ānales habent consulem: ad defectionem samnitium appulum nouū bellum accessit: utroq; exercitus missi. Sulpicio samnites: Appulia Aemylio sorte euenerunt. Sunt qui non ipsis appulis bellum illatum sed soci os eius gentis populos ab samnitium ui atq; iniuriis defensos scribant. Cæterz fortuna samnitium uix a seipsis eo tēpore propulsantiū bellum: propius ut sit uero facit: non appulis ab samnitibus arma illata: sed cum utraq; simul gente bellum romanis fuisse. Nec tamē res ulla memorabilis acta: ager appulus Samniūq; euastatum: hostes nec hic: nec illic inuenti. Romæ nocturnus terror ita ex somno trepidam repente ciuitatē exciuit: ut capitolium atq; arx mœniaq; & portæ plena armatoz fuerunt: & cū concursatum clamatumq; ad arma oībus locis: esset: prima luce nec auctor: nec causa terroris comparuit. Eodem anno de tusculanis flauia rogatione fuit iudicium. M. Flauuius tribunus plebis tulit ad populum ut in tusculanos aīaduerteretur quoz ope ac consilio ueliterni priuernatesq; populo romano bellum fecissent: Populus tusculanus cū coniugibus ac liberis Romam uenit: ea multitudo uestem mutata & specie reorū tribus circuit genibus se oium aduoluens. Plus itaq; misericordia ad pœnæ ueniā quam cā ad crimen purgandū ualuit. Tribus oēs præter polliam antiquarūt legem. pollię sentētia fuit puberes uerberatos necari: coniuges liberosq; sub corona lege belli uenire: memoriamq; eius iræ tusculanis in pœnæ tam atrocis auctores mansisse ad patrū ætatem: constat nec quēquam ex pollia tribu candidatū ferme datum papyriā ferre solitū. In sequēti anno. Qu. Fabio. L. Fuluio consulibus. A. Cornelius Aruina dictator: &. M. Fabius Ambustus magister equitū: metu grauioris in Samnio belli: conducta. n. prætio a finitimis iuuentus dicebat intentiore delectu habito: egregiū exercitū aduersus samnites duxerunt castra in hostico incuriose ita posita tanquā procul abesset hostis: cum subito aduenere samnitiū legiones tanta ferocia: ut uallū usq; ad stationem romanā inferrēt. nox iā appetebat: id, phibuit munimēta adoriri: nec dissimulabant orta luce postero die facturos. Dictator ibi propiorē spe dimicationē uidit: ne militū uirtuti damno locus esset: ignibus crebris relictis: qui conspectū hostium frustrarent: silentio legiōes educit: nec tamē fallere ppter propinquitatē castroz potuit. eques extemplo insecutus ita instituit agmini: ut donec lucesceret prælio abstineret nec pedestres quidē copiæ ante lucē castris egressæ. Eques luce demū ausus incursare in hostē: carpendo nouissimos præmēdoq; iniqs ad transitum locis agmen detinuit interim pedes equitē assecutus & totis iam copiis samnis urgebat. Tū dictator posteaquā sine magno incōmodo progredi nō poterat: eū ipsum: in quo cōstiterat: locum castris cōmuniri iussit. Id uero circunfuso undiq; equitatu: ut uallū peteret: opusq; inciperet: fieri nō poterat. Itaq; cū neq; eūdi neq; manendi copiam esse uidet: instruit aciē impedimētis ex acie remotis: instruūtur cōtra & hostes & animis: & uiribus pares. Auxerat id maxie aīos quod ignari loco iniquo nō hosti cessum: uelut fugiētes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant. Id aliquādiu æquauit pugnā: iam pridem desueto samnite clamorē romani exercitus pati. At hercule illo die ab hora diei tertia ad octauam: ita anceps dicit certamen stetisse: ut neq; clamor ut primo semel cōcursum est: sublatus iteratus sit: neq; signa pmota loco retroue recepta: neq; recursum ab ulla sit parte. in suo quisq; gradu obnixi urgentes scutis sine respiratione ac respectu pugnabāt: fremitus æqualis tenorq; idē pugnæ in defatigationem ultimā: aut noctem spectabat. Iam uiris uires: iam ferro suauis: iam ducibus cōsilia deerant cū subito samnitiū equites cum turma una lōgius prouecta accepissent impedimēta romanoz procul ab armatis sine præsidio: sine mūimēto stare: auiditate prædæ impetū faciunt. Quod ubi dictatori nūtias eius trepidus attulit: sine mō iquit: se præda præpediāt: alii deinde super alios diripi passim ferriq; fortunas militū uociferabātur. Tū magistro equitū accito: uides tu: inquit. M. Fabi ab hostiū equite omissam pugnā? hærent impediti impedimētis nostris: aggredere: qd' inter prædandū omni multitudini euenit dissipatos: raros equis insidentes: raros: quibus ferrū in manu sit. inuenies: equosq; dum prædā onerant: cæde inermes cruētamq; illis prædā redde. nihil legiones peditūq; pugna curæ erūt penes te equestre sit decus. Equitū acies qualis: quæ esse instructissima potest: inuecta in dissipatos ipeditosq; hostes cæde oīa replet. inter sarcinas omissas repente obiacētes pedibus fugiētium consternatoz equoz neq; pugnæ: neq; fugæ satis potentes cædunt'. Tum deleto ppe equitatu hostium. M. Fabius circūductis paulū alis a tergo pedestrem aciē adoritur. clamor inde nouus accedens & samnitium animos terruit: & dictator ubi respectātes hostiū ante signanos: turbataq; signa & fluctuantem aciē uidit tum appellare: tum adhortari milites tribunos principesq; ordinum noiatim ad iterandam secum pugnam uocare. Nouato clamore signa inferūtur: & quocūq; ingrediebātur: magis magisq; turbatos hostes cernebant. Eques ipse iam primis erat in cōspectu: & Cornelius respiciens ad manipulos militum quod manu: qd' uoce poterat: mōstrabat uexilla se suoz parmasq; cernere equitum. Quod ubi auditū

Victi samnites pacē poscunt

Rebellāt Samnites

Clau. fulpitius. Qu. Aemilius conss.

Qu. fabius L. fuluius conss

Atr. obstinatos i pugna aīos

simulq; uisum est: adeo repente laboris per diem pene totum tolerati uulnerumq; obliti sūt: ut haud secus: q̄ si tum integri e castris signum pugnæ accepissent. concitauerint se in hostē: nec ultra samnis tolerare terrorem equitum peditūq; uim potuit: partim in medio cæsi: partim in fuga dissipati sunt pedestres restantes ac circūuentos cæduntab equite fugientium strages est facta inter quos: & ipse imperator cecidit. Hoc demū præliū samnitium res ita infregit: ut oībus conciliis fremerent: minime id quidem miꝝ esse: si impio bello & contra fœdus suscepto: infestioribus merito diis: q̄ hoībus nihil p̄spere agerent expiandum id bellū magna mercede luendūq; esse. id referre tīn utrū supplicia noxio paucoꝝ: an oium innoxio præbeāt sanguine: audebantq; iam quidē noīare auctores armoꝝ. unum maxime nomē per consensū clamantiū Brutuli Papyri exaudiebaī. Vir nobilis potēsq; erat haud dubie p̄ximaꝝ induciaꝝ ruptor de eo coacti referre prætores decretum fecerunt: ut Brutulus Papyrius romanis dedereī: & cū eo præda oīs romana captiuiq; Romā mitterēī: quæq; res per fœciales ex fœdere repetitæ essent: secundū ius fasq; restituerenī. Fœciales Romā: ut censuerūt: missi: & corpus Brutuli examine: ipse morte uoluntaria ignominiæ se ac supplicio subtraxit: placuit cū corpore bona eius quoq; dedi. nihil tamen eaꝝ reꝝ præter captiuos: & si qua cognita ex præda sunt: acceptū est: sed cæteraꝝ reꝝ irrita fuit deditio: dictator ex senatusconsulto triumphauit. Hoc bello a consulibus bellatū quidam auctores sunt: eosq; de samnitibus triūphasse. Fabiū etiam in Appuliā processisse: atq; inde magnas prædas egisse. nec discrepant quin dictator eo anno. A. Cornelius fuerit. id ambigitur belli ne gerēdi causa creatus sit: an ut esset qui ludis romanis: quia. L. Plautius prætor graui morbo forte implicitus erat: signū mittendis quadrigis daret. functusq; eo haud sane memorandi īperii ministerio se dictatura abdicaret: nec facile est aut rem rei: aut auctorem auctori præferre. Vitiat am memoriā funebribus laudibus reor falsiq; imaginū titulis: dum familia ad se quæq; famā rerum gestaꝝ honoꝝ fallente mendacio trahunt: inde certe & singuloꝝ gesta: & publica monumenta reꝝ confusa: nec quisquā æqualis tēporibus illis scriptor extat: quo satis certo auctore stetur.

Cædūtur samnites

Brutulus Papyrus

Brutulus a samnitibus ceditur

Nota pretoref signū dare cōsu esse q̄drigis

LIBER NONVS.

T. Veturius. Sp. post humius cons.

SEQ VITVR HVNC ANNVM NOBILIS CLADE ROMANA CAVdina pax. T. Veturio Caluino: Sp. Posthumio consulibus. Samnites eo anno īperatorem Claudiū Pontium Herennii filiū habuerunt: patre longe prudētissimo natum: primū ipsum bellatorē ducemq;. Is ubi legati: qui ad dedendas res missi erant pace infecta redierunt: ne nihil actum: inquit: hac legatione censeatis: expiatū est: quicquid ex fœdere rupto iraꝝ ī nos cælestiū fuit. Satis scio: quibuscūq; diis cordi: fuit subigi nos ad necessitatē dedēdi res: quæ a nobis ex fœdere repetitæ fuerant iis nō fuisse cordi tam superbe ab romanis: fœderis expiationem spretā. Quid. n. ultra fieri ad placandos deos mitigādosq; hoies potuit q̄ quod nos fecimus? Res hostiū in præda captas: quæ belli iure nostræ uidebā tur remisimus: auctores belli qa uiuos nō potuimus: p̄functos iā fato dedimus: bona eoꝝ: neq; ex cōtagiōe noxæ remaneret penes nos. Romā portauimus. Quid ultra tibi romāe: qd fœderi: qd diis arbitris fœderis debeo? quē tibi tuaꝝ iraꝝ: quē meoꝝ supplicioꝝ iudicē ferā? neminē neq; publicū neq; priuatum fugio. Quod si nihil cū potentiore iuris humani relinqtur inopi: at ego ad deos uindices intolerandæ superbiæ cōfugiam: & præcabor ut iras suas uertant in eos: quibus non suæ redditæ res: non alienæ accumulatæ satis sint: quoꝝ scæuitiam non mors noxioꝝ: nō deditio exanimatoꝝ corporum non bona sequentia domini deditionem exsatient: placari nequeāt: nisi hauriēdum sanguinem laniāda uiscera nostra præbuerimus. Iustum est bellū samnites: quibus necessariū: & pia arma: quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. Proinde cum reꝝ humanarum maximū momentū sit: q̄ propitiis rē: q̄ aduersis agant diis: pro certo habete priora bella aduersus deos magis: q̄ homines gessisse: hoc qd instat ducibus ipsis diis gesturos. Hæc non læta magis. quam uera uaticinatus: exercitu educto circa Caudium castra: q̄ pōt occultissime: ducit: inde ad Galatiā: ubi iam consules romanos castraq; esse audiebat: milites decem pastoꝝ habitu mittit: pecoraq; diuersos alium alibi haud procul romanis pascere iubet præsidiis: ubi inciderint in prædatores: ut idem oībus sermo constet: legiones samnitium in Appulia esse: Luceriam oībus copiis circūsedere: nec procul abesse quin ui capiant. Iam & is etiam rumor ante de industria uulgatus uenerat ad romanos: sed fidem auxere captiui eo maxime: quod ferme inter omnes congruebat. Haud erat dubium: quin lucerinis opē romāus ferret bonis ac fidelibus ociis: simul ne Appulia omnis ad præsentem terrorem deficeret. ea modo: qua irent: consultatio fuit.

Caudine furcæ

Duæ ad Luceriā ferebant uiæ. altera ꝓpter oram superi maris patens apertaq;: sed quanto tutior: tāto uere longior: altera per furcas caudinas breuior: sed ita natura loci est: saltus duo alti siluosiq; sunt mōtibus circa se perpetuis inter se iuncti: iacet inter eos satis patens clausus in medio campus herbidus aquosusq;: per quem medium iter est: sed anteq̄ uenias ad eum: intrandæ primæ angustiæ sunt & aut eadem: qua te insinuaueris: retro uia rependa: aut si ire porro pergas per aliū saltum artiorem īpeditioremq; euadendū. In eū campū uia alia per cauā rupē romanū remisso agmine: cū ad alias angustias pro-

tinus pergerent ſeptas deiectu arborꝫ ſaxorumq; ingentium obiacẽte mole inuenere. Cum fraus hoſtilis apparuiſſet:præſidium etiam in ſummo ſaltu conſpicitur:citati inde retro:qua uenerant: pergũt repetere uiam:eam quoq; clauſam ſua obice armiſq; inueniunt.ſiſtunt inde gradum ſine ullius imperio:ſtupor omniũ animos ac uelut torpor quidam inſolitus membra tenet: intuenteſq; alii alios cum alterꝫ quiſq; magis mentis compotẽ ac conſilii ducerent:diu ĩmobiles ſilent:deinde ubi prætoria conſulum erigi uidere & expedire quoſdam utilia operi:quamq; ludibrio fore muniẽtes perditis rebus ac ſpe omni adempta cernebant:tamẽ ne culpam malis adderent pro ſe quiſq; nec hortante ullo nec imperante ad muniendũ uerſi:caſtra prope aquam uallo circũdant:ſua ipſa opera laborẽq; irritum:præterq; quod hoſtes ſuperbe increpabãt cum miſerabili cõfeſſione eludentes:ad conſules mœſtos ne aduocãtes quidẽ in cõſilium:quãdo nec conſilio:nec auxilio locus eſſet:ſua ſponte legati ac tribuni cõueniũt: militeſq; in prætoriũ uerſi opem:quam uix dii ĩmortales ferre poterant ab ducibus expoſcunt.Querẽtes magis:q; cõſultantes nox oppreſſit:cũ pro ingenio quiſq; fremerent:alius per obices uiaꝫ alius per diuerſa montiũ per ſiluas:qua ferri arma poterant:eamus:mõ ad hoſtem peruenire liceat: quẽ per annos iam ꝓpe.xx.uicimus:oĩa æqua ac plana erunt romano in perfidũ ſamnitẽ pugnanti alius quo aut qua eamus?nũ montes moliri ſede ſua paramus?dum hæc ĩminebunt iuga:qua tu ad hoſtem uenies armati inermes fortes ignaui pariter oẽs capti atq; uicti ſumus.ne ferrũ quidem ad bene moriendum oblaturus eſt hoſtis ſedens bellũ conficiet.His inuicem ſermonibus tãquã quietis ĩmemores nox tracta eſt.Ne ſamnitibus quidẽ conſilium in tam lætis ſuppetebat rebus:itaq; uniuerſi Herennium Pontium patrem ĩperatoris per litteras conſulẽdum cenſuerunt.Iam is grauior annis nõ militibus ſolum ſed ciuilibus quoq; abſceſſerat muneribus: ĩ corpore tamẽ affecto uigebat uis animi conſiliiq;. Is ubi accepit ad furcas caudinas inter duos ſaltus clauſos exercitus romanos:conſultus ab nuncio filii cenſuit oẽs inde quãprimum inuiolatos dimittẽdos.quæ ubi ſpreta ſentẽtia eſt iterũq; eodem remeante nuncio cõſulebatur:cenſuit ad unũ oẽs interficiẽdos.Quæ ubi tam diſcordia inter ſe uelut ex ancipiti oraculo reſponſa data ſunt:quãquam filius ipſe in primis iam aĩum quoq; patris cõſenuiſſe in affectum patrem ĩperatoris per litteras conſulẽdum cenſuerunt.Iam is grauior annis nõ militibus ſolum ſed ciuilibus quoq; abſceſſerat muneribus: ĩ corpore tamẽ affecto uigebat uis animi conſiliiq;. Is ubi accepit ad furcas caudinas inter duos ſaltus clauſos exercitus romanos:conſultus ab nuncio filii cenſuit oẽs inde quãprimum inuiolatos dimittẽdos.quæ ubi ſpreta ſentẽtia eſt iterũq; eodem remeante nuncio cõſulebatur:cenſuit ad unũ oẽs interficiẽdos.Quæ ubi tam diſcordia inter ſe uelut ex ancipiti oraculo reſponſa data ſunt:quãquam filius ipſe in primis iam aĩum quoq; patris cõſenuiſſe in affecto corpore rebat tamen cõſenſu oĩum uictus eſt:ut ipſum in conſiliũ acciperet.Nec grauatus ſenex plauſtro in caſtra ducitur:aduectus uocatuſq; in conſiliũ ita ferme locutus eſt:ut nihil ſententiæ ſuæ mutaret:cauſas tantum adiiceret.Priore ſe conſilio:quod optimũ duceret:cum potentiſſimo populo per ingens beneficiũ perpetuam firmare pacẽ amicitiamq;:altero cõſilio ĩ multas ætates:quibus amiſſis duobus exercitibus:haud facile receptura uires romana res bellũ differre:tertium nullũ cõſilium eſſe. Cũ filius aliiq; principes percũctando exquirerent:quid ſi media uia conſilium caperet: ut & dimitterẽtur incolumes:& leges iis iure belli uictis imponerent?iſta quidẽ ſnĩa inquit:ea eſt:quæ neq; amicos parat:neq; inimicos tollit:ſeruate mõ quos ignominia irritaueritis.Ea ẽ romana gens:quæ uicta quieſcere neſciat:uiuet ſemper in pectoribus illoꝝ quicquid iſtuc præſens neceſſitas iniunxerit:neq; eos ante multiplices pœnas expetitas a nobis quieſcere ſinet.Neutra ſententia accepta: Herennius domum aduectus.Et in caſtris romanis cũ fruſtra multi conatus ad erumpendũ capti eſſent:etiam omnium rerum inopia eſſet:uicti neceſſitate legatos mittunt:qui primum pacem peterent æquam:ſi pacem non impetrarent:prouocarent ad pugnã.Tum Pontius debellatum eſſe reſpondit:& quoniã ne uicti quidem ac capti fortunam fateri ſcirent:inermes cum ſingulis ueſtimẽtis ſub iugũm miſſurum:alias conditiones pacis æquas uictis ac uictoribus fore:ſi agro ſamnitium decederetur:coloniæ abducerentur ſuis inde legibus romanum ac ſamnitẽ æquo fœdere uicturum.His cõditionibus paratum ſe eſſe fœdus cum conſulibus ferire:ſiquid eoꝝ diſpliceat:legatos iam redire ad ſe uetuit.Hæc cum legatio renũciaretur:tantus gemitus omnium ſubito exortus eſt:tãtaq; mœſtitia inceſſit:ut non grauius accepturi uiderentur:ſi nunciaretur oĩbus eo loco mortem oppetendam eẽ.Cũ diu ſilẽtium fuiſſet: nec cõſules aut pro fœdere tam turpi:aut contra fœdus tam neceſſarium hiſcere poſſent:tum. L. Lentulus: qui tum princeps legatoꝝ uirtute atq; honoribus erat:patrem:inquit meum cõſules ſæpe audiui memorantem ſe in capitolio unum non fuiſſe auctorem ſenatui redimẽdæ auro a gallis ciuitatis: quando nec foſſa uallo q; ab ignauiſſimo ad opera ac muniendum hoſte clauſi eſſent:& erũpere ſi non ſine periculo magno tamẽ ſine certa pernicie poſſent.Quod ſi illis:ut decurrere ex capitolio armatis in hoſtem licuit:quo ſæpe mõ obſeſſi in obſidentes eruperunt:ita nobis æquo:aut iniquo loco dimicandi tãtum modo cũ hoſte copia eſſet nõ mihi paterni animi indoles in cõſilio dando deeſſet.Equidẽ morem ꝓ patria præclaram eſſe fateor:& me uel deuouere pro populo romano legionibuſq; uel in medios me mittere hoſtes paratus ſum:ſed hic patriam uideo:hic quicquid romanaꝝ legionum eſt:quæ ſi pro ſeipſis ad mortẽ ruere uolunt:quid habẽt quod morte ſua ſeruẽt?tecta urbis dicat aliquis & mœnia:& eam turbam:a qua urbs incolitur:imo hercule produnt ea magis oĩa deleto hoc exercitu: non ſeruãtur:quis enim ea tuebitur?imbellis uidelicet atq; inermis multitudo?tam hercule:quam a gallo rum impetu defendit.an a Veiis exercitum Camillumq; ducẽ implorabũt?Hic omnis ſpes opeſq; ſũt quas ſeruando patriam ſeruamus:dedendo ad necẽ patriam deſerimus ac prodimus.At fœda atque ignominioſa deditio eſt:ſed ea caritas patriæ eſt ut tam ignominia eam:quã morte noſtra: ſi opus ſit: ſeruemus.Subeatur ergo iſta:quantacũq; eſt.indignitas:& pareatur neceſſitati: quam ne dii quidem ſuperant.Ite cõſules:redimite armis ciuitatem:q; auro maiores noſtri redemerunt. Cõſules ꝓfecti ad

Intercludi tur ro. exercitus

Herennii pontii ſententia

Pareat neceſſitati q; ne dii ſuperant

Pontiũ:in colloquium'cum de fœdere uictor agitaret:negarunt iniussu populi fœdus fieri posse nec si ne fœcialibus cerimoniaq; alia solenni. Itaq; non:ut uulgo credunt: Claudiusq; etiam scribit fœdere pax caudina:sed per sponsionem facta est:quid.n.aut sponsoribus in fœdere opus esset aut obsidibus ubi precatiõe res transigitur?per quem populũ:fiat quo minus legibus dictis stetur. ut eũ ita Iuppiter feriat:quẽadmodũ a fœcialibus porcus feriatur?Spopõderunt cõsules.præfecti:legati: quæstores:tribuni militũ:noiaq; oium:qui spoponderũt:extant:ubi si ex fœdere acta res esset:præterquã duoꝝ fœcialium nõ extarẽt:& ꝓpter necessariã fœderis dilationẽ:obsides etiam sexcẽti equites iperati:qui capite luerent:si pacto non staret:tps inde statutum tradẽdis obsidibus:exercituq; inermi mittẽdo.Redintegrauit luctũ in castris consulum aduẽtus:ut uix ab iis abstinerent manus quorum temeritate in eũ locum deducti:essent quorum ignauia fœdius inde:quam uenissent: abituri. Illis non ducem locorũ non exploratorem fuisse:bellarum modo cœcos in foueam missos alii alios intueri: contemplari arma mox tradenda:& inermes futuras dextras obnoxiaque corpora hosti. Proponere sibimetipsi ante oculos iugum hostile: & ludibria uictoris:& uultus superbos: & per armatos inermium iter. inde fœdi agminis miserabilem uiam per sociorum urbes: reditum in patriam ac parentes: quo sæpe ipsi maioresq; eorum triumphantes ueniissent.Se solos sine uulnere:sine ferro:sine acie uictos:sibi nõ stringere licuisse gladios:nõ manum cum hoste conferre:sibi nequicquã animos datos.



Odiũ nec sistatis Vmanum

romanoꝝ consulum ignominia

HAEC FREMENTIBVS HORA FATALIS ignominiæ aduenit omnia tristiora experiundo factura:q; quæ præceperant animis.Iam primum cum singulis uestimentis inermes extra uallum exire iussi:& primi traditi obsides:atq; in custodiam abducti Tum a consulibus abire lictores iussi:paludamenta q; detracta tantam inter eos:qui pauloante eos exercrantes dedendos lacerandosq; censuerant:miserationem fecit:ut suæ quisq; conditionis oblitus ab illa deformatione tantæ maiestatis uelut a nefando spectaculo auerteret oculos primi consules prope seminudi sub iugum missi:tum ut quisq; gradu proximus erat:ita ignominiæ obiectus. tum deinceps singulæ legiones. circunstabant armati exprobrantes eludentesq;:gladii etiã plærisq; intentati: uulnerati quidam necatiq;:si uultus eoꝝ indignitate rerum acrior uictorem offendisset.ita traducti sub iugum:& quod pene grauius erat per hostium oculos:cum ex saltu euasissent: ac si uelut ab inferis extracti:tum primum lucem aspicere uisi sunt:tamen ipsa lux ita deforme intuẽtibus agmen omni morte tristior fuit.Itaq; cum ante noctem Capuam peruenire possent incerti de fide sociorum:& quod pudor præpediebat circa uiam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostrauerunt.Quod ubi est Capuam nunciatum:euicit miseratio iusta sociorum superbiam ingenitam campanis: confestim insignia sua consulibus fasces lictores arma equos uestimenta commeatus militibus benigne mittunt:& uenientibus Capuam cunctus senatus populusq; obuiam egressus:iustis omnibus hospitalibus priuatisq; & publicis fungitur officiis neq; illis sociorum comitas uultusq; benigni & alloquia non modo sermonem elicere:sed ne ut oculos quidem attollerent:aut consolantes amicos contra intuerentur efficere poterant.adeo super mœrorem pudor quoque effugere colloquia & cœtus hominum cogebat.Postero die cum iuuenes nobiles missi a Capua:ut proficiscentes ad finem campanum ꝓsequerẽt.reuertissent:uocatiq; in curiã pcunctãtibus maioribus natu:multo sibi mœstiores & abiectiores animi uisos referrent:adeo silens ac prope mutum agmen incessisse: tacere indolem illam romanam:ablatosq; cum armis animos:non reddere salutem non salutantibus dare responsum:non hiscere quemquam præ metu potuisse:tanquam ferentibus adhuc ceruicibus iugum sub quod emissi essent habere samnites uictoriam non præclaram solum:sed etiam perpetuam cepisse enim eos non Romam sicut ante gallos:sed quod multo bellicosius fuerit romanam uirtutem ferociamq;. Cũ hæc dicerentur audirenturq;:& deploratum pene romanum nomen in consilio sociorum fidelũ esset:dicitur Offilius Acalauius Oui filius clarus genere factisq; tum etiã ætate uerendus:longe aliter se habere rem dixisse.silentium illud obstinatum:fixosq; in terrã oculos:& surdas ad oia solatia aures & pudorem intuendæ lucis:ingentẽ molem iraꝝ ex alto animi cientes indicia esse:aut romana se ignorare ingenia:aut silentium illud samnitibus flebiles breui clamores gemitusq; excitaturꝝ: caudinæq; pacis aliquanto samnitibus:q̃ romanis tristiorem memoriam fore.quippe suos quẽq; eoꝝ aios habitugꝝ ubicũq; congressuri sint:saltus caudinos non ubiq; samnitibus fore.Iam Romæ & sua infamis clades erat:obsessos primũ audierunt:tristior deinde ignominiosæ pacis:q̃ periculi nũcius fuit.Ad famã obsidionis delectus haberi cœptus erat:dimissus deinde auxilioꝝ apparatus:posteaq; deditionẽ tam fœde factam acceperunt:extẽploq; sine ulla publica auctoritate concessũ in oẽm formã luctus est. Tabernæ circa foꝝ clausæ:iusticiumq; in foro sua sponte cœptum priusquã indictum:lati claui annuli aurei

Quantus pudor Romanos inuaserit

aut offi.legẽdũ ẽ aut ouilius & nõ offilius

Qualem Romæ luctũ caudinæ pax fecerit

positi.pene mœstior exercitu ipso ciuitas esse:nec ducibus solum atq; auctoribus sponsoribusq; pacis irasci:sed innoxios etiam milites odisse & negare urbe tectisue accipiẽdos:Quam concitationem animorum fregit aduentus exercitus etiam iratis miserabilis:non enim tanquam in patriam reuertentes ex insperato incolumes:sed captorum habitu uultuq; ingressi sero in urbem ita se in suis quisq; tectis abdiderunt:ut postero die atq; insequentibus diebus nemo eorũ forum aut publicũ aspicere uellet.Consules in priuato abditi nihil pro magistratu agere:nisi quod expressum senatusconsulto ẽ:ut dictatorem dicerent comitiorũ causa.Qu.Fabium Ambustum dixerunt:&.P.Aemylium Petum magistrũ equitũ:quibus uitio creatis:suffecti.M.Aemylius Papus dictator.L.Valerius Flaccus magr̃ equitum nec per eos comitia habita & quia tedebat populum omnium magistratuum eius anni res ad interregnum rediit.interreges.Qu.Fabius Maximus.M.Valerius Coruinus.is consules creauit.Qu.Publium Philonem:&.L.Papyrium Cursorem iterum:haud dubio consensu ciuitatis quod nulli ea tempestate duces clariores essent.Quo creati sunt:die eo(sic.n.placuerat patribus)magistratum inierunt:solẽnibusq; sanctis perfectis:de pace caudina retulerũt:& Publius:penes quem fasces erant:dicturus erat:quum Spurii Posthumi:inquit:Qui ubi surrexit:eodem illo uultu:quo sub iugũ missus erat:haud sum ignarus:inquit:cõsules ignominiæ non honoris causa me primũ excitatũ iussumq; dicere nõ tãquã senatorẽ.sed tanq; reũ tã infelicis belli:q; ignominiosæ pacis.Ego tñ qñ neq; de noxa nĩa:neq; de pœna rettulistis:omissa defensione:q; nõ difficillima esset apud haud ignaros fortunæ humanarum necessitatũ q; sententiam de eo:de quo rettulistis:paucis peragam:quæ snĩa testis:erit:mihi ne an legionibus uestris pepercerim:cum me seu turpi:seu necessaria sponsione obstrinxi:qua tamen quando iniussu populi facta est non teneť populus romanus:nec quicq; ex ea præterquã corpora nostra debenť samnitibus.Dedamur per fœciales nudi uinctiq; exoluamus religione populũ:si qua obligauimus:ne quid diuini aut humani obest:quo minus iustũ piumq; de integro ineatur bellũ.interea consules exercitũ scribere armare educere placet:nec prius ingredi hostium fines:q; oĩa iusta in deditionem nostrã perfecta erunt.Vos dii ĩmortales precor quæso q;:si uobis non fuit cordi.Sp.Posthumiũ.T.Veturium cõsules cum samnitibus prospere bellum gerere:at uos satis habeatis uidisse nos subiugum missos:uidisse sponsiõe infami obligatos:uidere nudos uinctosq; hostibus deditos oẽm itam hostium nostris capitibus excipientes:nouos cõsules legionesq; romanas ita cũ samnite gerere bellum uelitis:ut oĩa ante nos consules bella gesta sunt.Quæ ubi dixit:tanta simul admiratio miseratioq; uiri icessit hoies ut mõ uix crederẽt illum eundẽ esse.Sp.Posthumiũ:qui auctor tam fœdæ pacis fuisset:mõ miseraretur:qd̃ uir talis ẽt præcipuũ apud hostes suppliciũ passurus esset ob irã diremptæ pacis.cum oẽs laudibus mõ prosequẽtes uiã in snĩam eius pedibus irent:tentata paulisper iterceſſio est a.L.Liuio:&.Qu.Melio tribunis plebis:qui neq; exolui religione populũ aiebant deditiõe sua nisi oĩa samnitibus:quia apud Caudium fuissent:restituerenť:neq; se pro eo:qd̃ spondendo pacẽ seruassent:exercitũ populi romani pœnã ullam meritos esse:neq; ad extremũ:cum sacrosancti essent:dedi hostibus uiolariue posse.Tum posthumius interea dedite:inquit:pfanos nos:quos salua religione potestis:dedetis deide & istos sacrosanctos:cum primũ magistratu abierint:sed si me audiatis:priusquã dedãtur hic in comitia uirgis cæsos:hanc iã:ut intercalatæ pœnæ usurã habeant:Nã quod deditiõe nostra negant exolui religiõe populum:id istos magis ne dedanť q; quia ita res habeat dicere quis adeo iuris fœcialium expers est:qui ignoretť:neq; ego inficias eo patres conscripti tam sponsores:q; fœdera sancta esse apud eos hoies:apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colitť:sed iniussu populi nego quicquã sanciri posse:quod populũ teneat.An si eadẽ superbia:qua sponsionẽ istam expressĕrũt:nobis samnites coegissent:nos uerba legitima dedentiũ urbes nũcupare:deditũ populum romanũ uos tribuni diceretisť:& hanc urbẽ templa delubra:fines aquas samnitiũ esseť:omitto deditionẽ:quoniam de spõsione agitur.Quid tandẽ si spopondissemus urbẽ hanc relictuq; populum romanumť:si icensuq;ť:si magistratus:si senatum:si leges non habituq;ť:si sub regibus futuq;ť:Dii meliora:inquis:atqui non indignitas req; sponsionibus uinculũ leuat.Siquid est:in quo obligari populus possit:in oĩbus potest:& ne illud quidẽ:quod quosdã forsitã moueat:refert:consul an dictator an prætor spoponderit:& hoc ipsi ẽt samnites iudicauerũt:quibus non fuit satis cõsules spondere:sed legatos:quæstores:tribunos militũ spondere coegerunt:Nec a me nunc quisquã quæsiuerit:quid ita spoponderim:cũ id nec consulis ius esset:nec illis spõdere pacem:quæ mei non erat arbitrii:nec pro uobis:qui nihil mãdaueratis:possem Nihil ad Caudiũ patres conscripti humanis cõsiliis gestum est:dii ĩmortales & uestris & hostium imperatoribus mentẽ ademerunt:nec nos in bello satis cauimus:& illi male partam uictoriã male perdiderunt:dum uix locis:quibus uicerant:credunt:dũ quacunq; conditione arma uiris in arma natis auferre festinant. An si sana mens fuisset:difficile illis fuit:dum senes ab domo ad consultandum accersunt:mittere Romã legatos cũ senatu:cum populo de pace & fœdere agere?tridui iter expeditis erat:interea in induciis res fuisset:donec ab Roma legati aut uictoriã illis certã:aut pacẽ afferrẽt:ea demũ sponsio esset:q; populi iussu spopõdissemus.sed neq; uos tulissetis:nec nos spopõdissemus.nec fas fuit aliũ req; exitum esse:q; ut illi uelut somnio lætiore:q; quod mentes eorũ capere possent:nequicquam eluderenť:& nostrũ exercitũ eadẽ:quæ ĩpedierat:fortuna expediret:uanã uictoriã uanior irritam faceret pax:sponsio interponeretur:quæ neminẽ præter sponsorem obligaret.Quid enim uobiscum pa-

Contra plinium q.C. Mariũ primũ ãnulo aureo triũphasse ait Qu.Publium philonẽ.L.Papyriũ cons.

Dubiũ an tribuni tũ essent an postea creati

tres conscripti? quid cum populo romano actum est? quis uos appellare potest? quis se a uobis dicere deceptum? hostis an ciuis? hosti nihil spopondistis quũ neminẽ spondere pro uobis iussistis. nil ergo uobis: nec uobiscum est: quibus nihil mandastis: nec cum samnitibus: cũ quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus rei satis locupletes in id: quod nostrũ est: id quod præstare possumus corpora nostra & animos: in hæc sæuiant: in hoc ferrum: in hæc iras acuant. Quod ad tribunos plebis attinet: consulite utrũ præsens deditio eoꝝ fieri possit: an in diẽ differatur: nos interim. T. Veturi: uosq; cæteri uilia hæc capita luendæ sponsionis feramus & nostro supplicio liberemus romana arma. Mouit patres conscriptos tum causa: tum auctor nec cæteros solum: sed tribunos etiam plebei: ut se in senatus dicerent fore: potestate. magistratu inde se extemplo abdicauerunt: traditiq; fœcialibus cum cæteris Caudium ducendi Hoc facto senatusconsulto lux quædam affulsisse ciuitati uisa est: Posthumius in ore erat: eum laudibus ad cælum ferebant: deuotioni. P. Decii cõsulis aliis claris facinoribus æq̃bant: emersisse ciuitatem ex obnoxia pace illius consilio & opera: ipsum se cruciatibus & hostium iræ offerre: piacula pro populo dare romano arma cuncti spectant & bellũ: quod desiderant futurũ: ut congredi armatis cum samnite liceat. In ciuitate ira odioq; ardente delectus omnium ꝓpe uoluntariorũ fuit. rescriptæ ex eodem milite nouæ legiões: ductusq; ad Caudium exercitus: Progressi fœciales: ubi ad portam uenere: uestem detrahi pacis sponsoribus iubẽt: manus post tergum uinciri. Cum apparitor uerecundia maiestatis Posthumium laxe uinciret: quin tu: inquit: adduces lorũ: ut iusta fiat deditio? Tum ubi in cœtum samnitium & ad tribunal Pontii uẽtum est. A. Cornelius Aruina fœcialis ita uerba fecit. Quandoquidem hisce hoies iniussu populi romani quiritium fœdus ictum iri spopõderunt: atq; ob eam rem noxam nocuerũt: ob eam rem: quo populus romanus scelere impio sit solutus: hosce homines uobis dedo. Hæc dicente fœciali Posthumius genu femur: quanta maxime potuit uiperculit: & clara uoce ait se samnitem ciuẽ esse illum legatum fœcialẽ a se contra ius gentium uiolatũ eo iustius bellum gesturos. Tum Pontius nec ego istam deditionẽ accipiam: inquit: nec samnites ratam habebunt. quin tu Spuri Posthumi: si deos esse censes: aut omnia irrita facis: aut pacto stas. samniti populo omnes: quos in potestate habuit: aut pro iis: pax debetur. Sed quid ego te appello: qui te captum uictori: cum qua potes fide: restituis? populum romanum appello: quem si sponsiõis ad furcas caudinas factæ pœnitet: restituat legiões intra saltum: quo septæ fuerunt: nemo quemquã deceperit oĩa pro infecto sint: recipiant arma: quæ per pactionem tradiderunt: redeant i castra sua: quicquid pridie habuerunt: q̃ in colloquium est uentum: habeant: tum bellum: & fortia consilia placeant: tunc ipsõ sio & pax repudietur. ea fortuna iis locis: q̃ ante pacis mentionẽ habuimus: geramus bellum. nec populus romanus consulum spõsionem: nec nos fidem populi romani accusemus. Nunquam ne causa defiet: cur uicti pacto non stetis? obsides Porsenæ dedistis: furto eos subduxistis: auro ciuitatem a gallis redemistis: inter accipiendum aurum cæsi sunt: pacem nobiscum pepigistis: ut legiones uobis captas restitueremus: eam pacem irritam facitis: & semper aliquam fraudi speciem iuris imponitis. Non probat populus romanus ignominiosa pace legiones seruatas? pacem sibi habeat: legiones captas uictori restituat. hoc fide: hoc fœderibus: hoc fœcialibus cerimoniis dignũ erat: ut quidem tu: quod pepigisti: per pactionem habeas tot ciues incolumes: ego pacem: q̃ hosti tibi remittendo pactus sum: non habeam? hoc tu. A. Cornelii: hoc uos fœciales iuris gentibus dicitis? Ego uero istos: quod dedi simulatis: nec accipio: nec dedi arbitror: nec moror: quo minus in ciuitatem obligatam sponsione cõmissa iratis omnibus diis: quorum eluditur numen: redeant: geratur bellum: quando. Sp. Posthumius modo legatum fœcialem genu perculit: ita dii credent samnitem ciuem posthumiũ nõ ciuem romanum esse: & a samnite romanum legatum uiolatũ: eo uobis iustum in nos factum esse bellum. Hæc ludibria religionum nõ pudore in lucem proferre? & uix pueris dignas ambages senes ac cõsulares fallendæ fidei exquirere? I lictor deme uincula romanis: moratus sit nemo: quo minus: ubi uisum fuerit: abeãt. Et illi quidem forsitan & publica: sua certe liberata fide ab Caudio in castra romana inuiolati redierũt Samnitibus pro superba pace infestissimum cernentibus renatũ bellum: omnia: que deinde uenerũt: non in animis solum: sed prope in oculis esse: & sero ac ne quicq̃ laudare senis Pontii utraq; cõsilia: inter quæ se media lapsos uictoriæ possessionem pace incerta mutasse: & beneficii & maleficii occasione amissa: pugnaturos cũ eis: quos potuerint: in perpetuũ uel inimicos tollere: uel amicos facere: adeoq; nullo dum certamine inclinatis uiribus post caudinam pacem animi mutauerant: ut clariorem inter romanos deditio Posthumium: q̃ Pontium incruenta uictoria inter samnites faceret: & geri posse bellum romani pro uictoria certa haberent sãnites simul rebellasse & uicisse crederent romanũ. Inter hæc satricani ad samnites defecerant: & fregellæ colonia nec opinato aduentu samnitium fuisse: & satricanos cum iis satis constat: nocte occupata est: timor inde mutuus utroscq; usq; ad lucem quietos tenuit: lux pugnæ initium fuit: q̃ aliq̃diu æq̃: & quia pro aris & focis dimicabant: & quĩa ex tectis adiuuabat imbellis multitudo: tamen fregellani sustinuerunt. Fraus deinde rem inclinauit: quod uocem audiri præconis passi sunt incolumen abiturũ: qui arma posuisset ea spes remisit a certamine animos: & passim arma iactari cœpta. Pertinacior pars armata per auersam portam erupit: tutiorq; eis audacia fuit: q̃ incautus ad credendum cæteris pauor: quos circundatos igni ne quicquam deos fidemq; inuocantes samnites concremauerunt. Consules inter se partiti prouincias. Papyrius in Appuliam ad Luceriam

Nõ uideo qua ratiõe Tri. ple. rei gerẽdæ interfuerũt

Att. i posthumio egregiam fidei cõstãtiam

Posthumius & alii castra romana iuio lati redierunt.

Samnitiũ pfidia ifregellanos

pergit:ubi equites romani obsides ad Caudium dati custodiebantur Publius in Samnio substitit ad/
uersus caudinas legiones distendit ea res samnitium animos: quod nec ad Luceriam ire:ne a tergo
instaret hostis:nec manere:ne Luceria interim amitteretur:satis audebant.optimum uisum est cõmit
tere rem fortunæ & transigere cum Publio certamen:itaq; in aciem copias ducunt:aduersus quos Pu
blius consul cum dimicaturus esset:prius alloquendos milites ratus concionem aduocari iussit.cæte
rum sicut ingenti alacritate ad prætorium concursum est:ita præ clamore poscentium pugnam nulla
adhortatio imperatoris audita est:suus cuiq; animus memor ignominiæ adhortator aderat.Vadunt
igitur in prælium urgentes signiferos:& ne mora in concursu pilis emittendis stringendisq; inde gla
diis esset:pila uelut dato ad id signo abiiciunt:strictisq; gladiis cursu in hostem feruntur nihil illic im/
peratoriæ artis ordinibus: aut subsidiis locãdis fuit:omnia ira militaris prope uesano ordine egit.Ita
q; non fusi modo hostes sunt:sed ne castris quidem suis fugam impedire ausi:Appuliam dissipati pe/
tiere:Luceriam tamen coacto rursus in unum agmine est peruentum.Romanos ira eadem: quæ per
mediam hostium aciem tulerat:& in castra pertulit:ibi plus quam in acie sanguinis ac cædis factum:
prædæq; pars maior ira corrupta.Exercitus alter cum Papyrio consule:locis maritimis peruenerat Ar
pos per oĩa pacata samnitium magis iniuriis & odio:quam beneficio ullo populi romani:nam samni/
tes ea tempestate in montibus uicatim habitantes/campestria & maritima loca cõtemptu cultoq; mol
liore:atq; ut euenit:fere locis simili genere ipsi montani atq; agrestes depopulabant:quæ regio si fida
samnitibus fuisset:aut peruenire Arpos exercitus romanus nequisset:aut interiecta inter Romam &
Arpos penuria rerum oĩum exclusos a cõmeatibus absumpsisset.Tum quoq; profectos inde ad Luce
riam iuxta obsidentes obsessosq; inopia uexauit:omnia ab Arpis romanis suppeditabantur: cæterũ
adeo exigue ut militi occupato stationibus uigiliisq; & opere:eques folliculis in castra ab Arpis frumẽ
tum ueheret:interdum occursu hostium,cogeret abiecto ab equo frumento pugnare & obsessis pri/
usquã alter consul uictore exercitu aduenit:& cõmeatus ex montibus samnitium inuecti erant:& au/
xilia intro missa.Artiora oĩa aduentus Publii fecit:qui obsidione delegata in curam collegæ uacuus p
agros cuncta infesta cõmeatibus hostium fecerat.Itaq; cum spes nulla esset diutius obsessos inopiam
laturos:coacti samnites:qui ad Luceriam castra habebant:undiq; contractis uiribus signa cum Papy/
rio conferre.Per id tempus parantibus utrisq; se ad prælium:legati tarentini interueniunt denunciã/
tes samnitibus:romãisq; ut bellũ omitterẽt:per utros stetisset:quo minus discederet ab armis aduer
sus eos se pro alteris puguaturos.Ea legatione Papyrius audita perinde ac motus dictis eoq; cum col
lega se cõmunicaturum respondit:accitoq; eo:cum tempus omne in apparatu consumpsisset.collocu/
tus de re haud dubia signum pugnæ proposuit.Agentibus diuina humanaq; quæ assolent:cum acie
dimicandum est:consulibus tarentini legati occurrere responsum expectantes: quibus Papyrius ait:
auspicia secunda esset tarentini pullarius nunciat:litatum præterea est egregie auctoribus diis:ut ui/
detis:ad rem agendam proficiscimur.Signum ide ferri iussit:& copias eduxit:uanissimam increpans
gentem:quæ suaq; impotens req; prædomesticis seditionibus discordiisq; aliis modum pacis ac belli
facere æquum censeret.Samnites ex parte altera cum oẽm curam belli remisissent:quia aut pacem ue
re cupiebant:aut expediebat simulare:ut tarentinos sibi conciliarent:cum instructos repẽte ad pugnã
romanos conspexissent:uociferari se in auctoritate tarentinoq; manere: nec descendere in aciem:nec
extra uallum arma ferre:decretos potius quodcunq; casus ferat passuros:q; ut spreuisse pacis auctores
tarentinos uideantur.Accipere se omen consules aiunt & eam precari mẽtem hostibus: ut ne uallum
quidẽ defendant:ipsi inter se partitis copiis succedunt hostium munimentis: & simul undiq; adorti
cum pars fossas explerẽt:pars uellerent:uallum atq; in fossas proruerent:nec uirtus mõ insita: sed ira
etiam exulceratos ignominia stimularet aĩos:castra inuasere:& pro se quisq; nõ hæc furcas: nec Cau/
dium:nec saltus inuios esse:ubi errorem fraus superbe uicisset:sed romanam uirtutẽ: q; nec uallũ:nec
fossæ arcerẽt memorates:cædũt pariter resistẽtes:fusosq; iermes atq; armatos seruos:liberos:puberes
impuberes hoĩes iumentaq;:nec ullum superfuisset aĩal:ni consules receptui signũ dedissent: auidos/
q; cædis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent.Itaq; apud infensos ob interpellatam
iræ confestim oratio habita est:ut doceretur miles minime cuiquã militum cõsules odio in hostes ces/
sisse aut cessuros:quin duces sicut belli ita insaciabilis supplicii futuros fuisse:ni respectus equitũ sex/
centoq;:qui Luceriæ obsides tenerentur:præpedisset aĩos:ne desperata uenia hostes cæcos in suppli/
cia eoq; ageret:perdere prius:q; perire optantes.Laudare ea milites:lætariq; obuiam itum iræ suæ eẽ:
fateri oĩa patienda prius:q; perderetur salus tot principum romanæ iuuentutis.Dimissa conciõe: con
silium habitum oĩbus ne copiis Luceriam præmerent:an altero exercitu & duce apuli circa gens du/
biæ ad id uoluntatis tentarent.Publius cõsul ad peragrandam ꝓfectus Appuliam aliquot expeditio
ne una populos aut ui subegit:aut conditiõibus in societatem accepit.Papyrio quoq; qui obsessor Lu
ceria restiterat:breui ad spem euentus respondit.nam insessis oĩbus uiis:per quas cõmeatus ex Sãnio
subuehat:fame domiti samnites:qui Luceriæ in præsidio erãt:legatos misere ad cõsulem romanũ:ut
receptis equitibus:qui causa belli essent:absisteret obsidiõe. His Papyrius ita respondit debuisse eos
põtium Herennii filium:quo auctore romanos sub iugum misissent:cõsulere:quid uictis patiendum
censeret:cæteq; quoniam ab hostibus in se æqua statui:q; in se ipsi ferre maluerint:nunciare Luceriam

Vincũtur samnites

Tarẽtinoq; legatorum denuncia tio

Papyrii re/spõsum ad Tarẽtinos legatos

iussit: arma sarcinas: iumenta multitudinem omnem imbellem intra mœnia reliquerent: militem se cum singulis uestimentis sub iugum missuq; : ulciscentem illatam non nouã inferentem iniuriam. Ni hil recusatum: septẽmillia militum sub iugum missa: prædaq; ingens Luceriæ capta: receptis oĩbus si gnis armisq; : quæ ad Caudium amiserant : & quod omnia superabat gandia equitibus recuperatis: quos pignore pacis custodiendos Luceriam samnites dederant : Haud ferme alia mutatione subita rerum clarior uictoria populi romani est siquidem etiam quod quibusdam in annalibus iuenitur Põ tius Herennii filius samnitium imperator: ut expiaret consulum ignominiam sub iugum cum cæte ris est missus. Cæterum id minus miror obscuq; esse de hostium duce dedito missoq; sub iugũ id ma gis mirabile est ambigi. L. ne Cornelius dictator cum. L. Papyrio Cursore magistro equitũ eas res ad Caudium atq; inde Luceriam gesserit: ultorq; unicus romanæ ignominiæ haud sciam an iustissimo triumpho ad eam ætatem secũdum Furium Camillum trinmphauerit: an consulis Papyrii præcipuũ id decus sit. Sequitur hunc errorem alius error: Cursor ne Papyrius proximis comitiis cũ. Qu. Aure lio Ceretano iteq; ob rem bene gestam Luceriæ continuato magistratu consul tertium creatus sit: an L. Papyrius Mugilanus: & in cognomine erratum sit. Conuenit iam inde cõsules reliqua belli perfe cta. Aurelius cũ ferentanis uno secundo prælio debellauit: urbemq; ipsam: quo se fusa cõtulerat acies obsidibus imperatis in deditionẽ accepit. Pari fortuna cõsul alter cũ satricanis : qui ciues romani post caudinam cladem ad samnites defecerant: præsidiũq; eorum in urbem acceperant: rem gessit: nã cum ad mœnia Satricæ admotus esset exercitus legatiq; missis ad pacem cum precibus petendam triste re sponsum a consule reditum esset: nisi præsidio samnitium interfecto aut tradito ne ad se remearent: plus ea uoce: q̃ armis illatis terroris colonis iniectum. Itaq; subinde cum exquerentur quærendo a cõ sule legati: quo nam se pacto paucos & ifirmos crederet præsidio tam ualido & armato uim allaturos? ab iisdem consiliũ petere iussi: quibus auctoribus præsidiũ in urbem accepissent: discedunt: ægreq; im petrato ut de ea re consuli senatum responsaq; ad se referri sineret: ad suos redeunt. Duæ factiones se natum distrahebant: una cuius principes erant defectiõis a populo romano auctores altera fidelium ciuium certatũ ab utriq; tamen est: ut ad reconciliandam pacẽ consuli opera nauaret. Pars altera cum præsidium samnitiũ: quia nihil satis præparati erat: ad obsidionem tolerandã excursurum, proxima no cte esset: nunciare consuli satis habuit: qua noctis hora: quãq; per portam: & quã iam egressurus ho stis foret altera quibus inuitis descitum ad samnites erat: eadem nocte portam etiam consulibus ape ruerunt. Ita duplici proditione & præsidiũ samnitium insessis circa uiam siluestribus locis nec opina to oppressum est: & ab urbe plena hostium clamor sublatus: momentoq; unius horæ samnis cæsus: sa tricanus captus: & omnia in potestate consulis erant. qui quæstione habita: quorum opera defectio es set facta: quos fontes comperit: urgis cæsos securi percussit: præsidioq; ualido imposito arma satrica nis ademit. Inde ad triumphum decessisse Romã Papyrium Cursorem scribunt: qui eo duce Luceri am receptam: samnitesq; sub iugum missos auctores sunt: & fuit uir haud dubie dignus omni bellica laude: non animi solum uigore: sed etiam corporis uiribus excellens: præcipua pedum pernicitas in erat: quæ cognomen etiam dedit: uictoremq; cursu omnium ætatis suæ fuisse ferũt: & seu uiriũ ui seu exercitatione multa: cibi uiniq; eundem capacissimũ: nec cum ullo asperiorem: quia ipse inuicti ad la borem corporis esset: fuisse militiã pediti pariter equitiq; : equites etiam aliquando ausos ab eo pete re: ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris: quibus ille: ne nihil remissum dicatis: remitto: inqt ne utiq; dorsum mulceatis: cum ex equis descendetis & uis erat in eo uiro imperii ingẽs pariter in so cios ciuesq; . Prænestinus prætor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primã aciem : quẽ cum inambulans ante tabernaculum uocari iussisset: lictorem expedire securim iussit : ad quam uo cem exanimi stante prænestino: agedum lictor excide radicem hanc: inquit: incommodam ambulan tibus: perfusumq; ultimi supplicii metu multa dicta dimisit. Haud dubie illa ætate : qua nulla uirtu tum feracior fuit nemo unus erat uir: quo magis innixa res romana staret: quin eum parem destinãt animis magno alexandro ducem: si arma Asia perdormita in Europam uertisset. Nihil minus quæsi tum a principio huius operis uideri potest: q̃ ut plus iusto ab rerum ordine declinarem uarietatibus q; distinguendo opere & legentibus uelut diuerticula amœna: & requiem animo meo quærerem: ta men tanti regis ac ducis mentio: quibus sæpe tacitis cogitationibus uolutauit animum: ea seuocat in medium: ut quærere libeat: quinam euentus romanis rebus: si cum Alexandro foret bellatum: futu rus fuerit. Plurimũ in bello pollere uidentur militum copia & uirtus: ingenia: imperatoq; fortuna per omnia humana maxime in res bellicas potens. Ea & singula intuẽti: & uniuersa : sicut ab aliis regibus gentibusq; : ita ab hoc quoq; facile præstant: inuictum romanum imperium . Iam primũ ut ordiar ab ducibus comparandis: haud equidem abnuo egregium ducem fuisse Alexandrum: sed clariorẽ eum tamen facit: quod unus fuit: quod adolescens in incremento req; nondum alteram fortunã expertus decessit. Vt alios reges claros ducesq; omittam magna exempla casuum humanorũ Cyq; : quem ma xime græci laudibus celebrant: quid nisi longa uita sicut magnũ modo Pompeium uertenti præbuit fortunæ? Ne recenseam duces romanos: nec oẽs omnium ætatum: sed ipsos eos: cum quibus consulli bus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandũ. M. Valerium Coruinum. G. Claudium. M. Rutilium Claudium Sulpicium. T. Manlium Torquatum: Quintũ Publium Philonẽ. L. Papyriũ Cursorẽ. Qu.

Copiæ Sãnitium ad luceriã sub iugũ misse

Papyrius Cursor Qu. Aurelius cons.

Papyrii gesta

Celeritus papyrii

Hoc illud apud plinium de uetustate oleæ nãra dix oleæ fuit illa

Atq; cũ quibus fuisset Alexã. bellandum

Fabium maximum.duos Decios.L.Voluminium:Marcũ Curium deinceps ingentes sequuntur uiri:si punicum romano præuertisset bellum:seniorq; in Italiam traiecisset.Horum in quolibet tũ indoles eadẽ:quæ in Alexandro erat animi ingeniiq;tum disciplina militaris iã inde ab initiis urbis tradita per manus:in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum uenerat.Ita reges gesserant bella: ita deinde exactores regum Iunii Valeriiq;ita deinceps Fabii Quintii Cornelii:ita Furius Camillus:quem iuuenes duo:qbus cũ Alexandro dimicandum erat:senẽ uiderant.Militaria opera pugnando obeũti Alexandro:nã ea quoq; haud minus clarę eum faciunt: cessisset uidelicet in acie oblatus par Manlius Torquatus:aut Valerius Coruinus ĩsignes ante milites:q̃ duces:cessissent Decii deuotis corporibus in hostem ruentes:cessisset Papyrius Cursor illo corporis robore:illo animi:uictus esset consiliis iuuenis unius:ne singulos nominem senatus ille.quẽ qui ex regibus constare dixit:unus uerã speciem romani senatus cepit:Id uero erat periculum:ne solertius:q̃ quiuis unus ex iis:quos nominauit:castris locum caperet:cõmeatus expediret:ab ĩsidiis p̃caueret:tempus pugnæ eligeret:aciẽ instrueret: subsidiis firmaret.Non iam cũ Dario rẽ esse dixisset:quẽ mulierę ac spadonũ agmen trahentẽ:inter purpurã atq; auręornatum fortunæ suæ apparatibus prædam uerius:q̃ hostẽ:nihil aliud quã bene ausus uana contemnere incruentus deuicit.Longe alius Italiæ:qui Indiæ per quam temulento agmine comessabundus incessit:uisus illi habitus esset:saltus Appuliæ:ac montes lucanos cernenti:& uestigia recentia domesticæ cladis:ubi auunculus eius nuper Epiri rex Alexander absumptus erat. Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus:quarę nemo intelerantior fuit:qui si ex habitu nouæ fortunæ nouiq;ita dicam:ingenii:quod sibi uictor induerat:spectetur.Dario magis similis:quam Alexandro in Italiam uenisset:& exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemq; iam in persarũ mores adduxisset.Referre in tanto rege piget superbam mutationẽ uestis:& desideratas humi iacentium adulatiões etiam uictis graues:nedum macedonibus uictoribus & fœda supplicia:& inter uinũ & epulas cædes amicorę:& uanitatem ementiẽdæ stirpis.Quid si uini amor in dies fieret acrior? quid si trux ac p̃feruida ira?nec quicquã dubium inter scriptores refero:nulla ne hæc damna imperatoris uirtutibus ducimus.Id uero periculũ erat:quod leuissimi ex græcis:qui parthorę quoq; contra nomẽ romanum gloriæ fauent:dictitare solent:ne maiestatem noĩs Alexandri:quẽ ne fama quidem illis notũ arbitror fuisse:sustinere non potuerit populus romanus:& aduersus quẽ Athenis in ciuitate fracta macedonũ armis cernentem tum maxime prope fumantes Thebarę ruinas:cõcionari libere ausi sint hoies:id qđ ex monumentis orationum patet aduersus eum:nemo ex tot proceribus romanis uocem liberã missurus fuerit?Quãtalibet magnitudo hoĩs cõcipiatur animo:unius tñ ea magnitudo hoĩs erit: collecta paulo plus decem annorę fœlicitate:q̃ qui eo extollunt:quod populus romanus & si nullo bello:multis tñ præliis uictus sit:Alexandro nullius pugnæ non secunda fortuna fuerit:nõ intelligit se hoĩs res gestas:& eius iuuenis:cum populi iam octingentesimum bellantis annum rebus conferre:miremur: si cum ex hac parte sæcula plura numerentur:q̃ ex illa anni:plus in tam longo spatio:q̃ in ætate.xiii.annorum fortuna uariauerit.Quin tu hoĩs cum homine:& ducis cum duce:fortunam cũ fortuna cõfers. Quot romanos duces noĩem quibus nunquam aduersa fortuna pugnæ fuit?paginas ĩ annalibus magistratuum fastisq; percurrere licet consulum:dictatorumq;quorum nec uirtutis:nec fortũæ ullo die populum romanum pœnituit.Et quo sint mirabiliores:q̃ Alexander:aut quisq̃ alius rex:denos uicenosq; dies quidẽ dictaturam:nemo plusq̃ annum consulatum gessit:a tribunis plebis delectus imperditi sunt post tempus ad bella ierunt ante tempus comitiorum causa reuocati sunt:in ipso conatu regę circũegit se annus:collegæ nunc temeritas:nunc prauitas impedimento aut damno fuit:male gestis rebus alterius successum est:tyronem aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt. At hercule reges non liberi solum impedimentis omnibus:sed domini rerum temporumq; trahunt consiliis cuncta non sequuntur.Ergo inuictus Alexander cum iuictis ducibus bella gessisset:& eadem fortunæ pignora in discrimẽ detulisset:imo etiam eo plus periculi subisset:quod macedones unum Alexandrũ habuissent multis casibus non solum obnoxium:sed etiam offerentem se:romani multi fuissent Alexandro uel gloria:uel rerum magnitudine pares:quorum suo quisq; fato sine publico discrimine ueneret morereturq;.Restat:ut copiæ copiis comparentur uel numero:uel militum genere:uel multitudine auxiliorum.Censebantur eius ætatis lustris ducenaquinquagenamillia capitum. Itaq; in omni defectione sociorum latini nominis urbano prope delectu decem scribebãtur legiones:quaterni quiniq; exercitus sæpe per eos annos:in Hetruria:in Vmbria gallis hostibus adiunctis in samnio in lucanis gerebatur bellum. Latium deinde omne cum sabinis & uolscis: & equis: & omni Campania: & parte Vmbriæ Ethruriæq;:& picentibus:& marsis peligniscq;:ac uestinis:atq; apulis:adiunctaq; omnis ora græcorum inferi maris a Thuriis Neapolin & Cunas & inde Antio atq;: Hostia tenus: samnites aut socios ualidos romanis aut fractos bello inuenissent hostes. Ipse traiecisset mare cum ueteranis macedonibus non plus triginta millibus hominum: & quattuormillibus equitum maxime thessalorum hoc enim roboris erat. persas indos aliasq; si adiunxisset gentes: impedimentum maius:q̃ auxilium traheret. Adde quod romanis ad manum domi supplementum esset. Alexandro: quod postea Hannibali accidit:alieno ĩ agro bellanti exercitus cõsenuisset.Arma:clypeus:sariſſæq; illis: roma-

Disputat Iuuen. De Alexandro fortunatiore milite ad Romanos Comparando

Is pyrrhi legatis fuisse dicitur

Nã alexander se hammonis iouis filiũ affinxit

Att. pulchram asse uerationẽ

Ex his datitelligi ex quãtis Copiis constaret legitimus exercitus

Pilum Hasta

no ſcutum maius corpori tegumentum:& pilum haud paulo quam haſta uæhementius ictu miſſũq; telum.ſtatarius uterq; miles ordines ſeruans:ſed illa phalanx immobilis unius generis:romana acies diſtinctior ex pluribus partibus conſtans:facilis partienti:quacũq; opus eſſet:facilis iungenti. Iam in opere quis par romano miles?quis ad tolerandum laborem melior? Vno prælio uictus Alexãder bello uictus eſſet:romanum quem Caudium:quem Cannæ non fregerũt:quæ fregiſſet acies? Næ ille ſæpe etiam:ſi prima proſpere eueniſſent:pſas:& indos:& imbellem Aſiam quæſiſſet:& cum fœminis ſibi bellum fuiſſe dixiſſet:quod Epiri regem Alexandrum mortifero uulnere ictum dixiſſe ferũt: ſortem bellorum in Aſia geſtorum ab hoc ipſo iuuene cum ſua conferentem. Equidem cum per annos quatuor & uiginti primo punico bello claſſibus certatum cum pœnis recordor:uix ætatem Alexandri ſufficturam fuiſſe reor ad unum bellum.& forſitan cum & fœderibus uetuſtis iũcta res punica romanæ eſſet:& timor par aduerſus cõmunem hoſtem duas potẽtiſſimas armis uiriſq; urbes armaret ſimul punico romanoq; obrutus bello eſſet. Non quidem Alexandro duce:nec integris macedonum rebus ſed experti tamen ſunt romani macedonẽ hoſtem aduerſus Antiochum:Philippum:& Perſen: non modo cum clade ulla:ſed ne cum periculo quidem ſuo:abſit inuidia uerbo & ciuilia bella fileant:nũquam ab equite hoſte nũquam a pedite:nũquam aperta acie:nũquam æquis utiq;:nunquam iniquis locis laborauimus. Equitem:ſagittas:ſaltus impeditos:auia commeatibus loca grauis armis miles timere poteſt. mille acies grauiores:q̃ macedonum atq; Alexandri auertit auertetq;:modo ſit perpetuus huius: qua uiuimus pacis amor:& ciuilis cura concordiæ. Inde. L. Flaccus: &. L. Plautius Venox conſules facti. Eo anno a frequentibus ſamnitium populis de fœdere renouando legati:cum ſenatum humi ſtrati mouiſſent:reiecti ad populum haud quaquam tam efficaces habebant preces. Itaq; de fœdere negatum:inducię biennii:cum per aliquot dies fatigaſſent ſingulos:precibus ipetratæ. Et ex Appulia theanenſes cannuſinięq; populationibus feſſi obſidibus. L. Plautio conſuli datis in deditionem uenerunt. Eodem anno primum præfecti Capuæ creari cœpti legibus ab. L. Furio prætore datis:cum utrũq; ipſi pro remedio ægris rebus diſcordia inteſtina petiſſent.& duæ Romæ additæ tribus Vfentina & falerina. Inclinatis ſemel in Appulia rebus:theates quoq; appuli ad nouos conſules. C. Iunium Bubulcum Qu. Aemylium Barbulam fœdus petitum uenerunt:pacis per omnem Appuliã præſtãdæ populo romano auctores id audacter ſpondendo:impetrauerunt:ut fœdus daretur:neq; ut æquo tamen: fœdere:ſed in dicione populi romani eſſent. Appulia perdomita:Nam Florento quoq; ualido oppido Iunius potitus erat:in lucanos bellum porrectum:inde repentino aduentu Aemilii conſulis Nerulum uicaptum. Et poſteaquam res Capuæ ſtabilitas romana diſciplina fama per ſocios uulgauit: antiatibus quoq;:qui ſe ſine legibus certis:ſine magiſtratibus agere querebantur:dati ab ſenatu ad iura ſtatuẽda ipſius coloniæ patroni:nec arma modo:ſed iura etiam romana late pollebant. C. Iunius Bubulcus: & Qu. Aemylias Barbula conſules exitu anni non conſulibus a ſe creatis. Sp. Nautio. &. M. Popilio:cæterum dictatori. L. Aemylio legiones tradiderunt. Is cum. L. Fuluio magiſtro equitum Satriculam oppugnare adortus rebellandi cauſam ſamnitibus dedit. Duplex inde terror illatus romanis: hinc ſamnis magno exercitu coacto ad eximendos obſidione ſocios haud procul caſtris romanorum caſtra poſuit:hinc ſatricani magno cum tumultu parefactis repente portis in ſtationes hoſtium incurrerunt. Inde pars utraq; ſpe alieni magis auxilii:q̃ uiribus freta ſuis:iuſto mox prælio inito romanos urgẽt:& quãq̃ anceps dimicatio erat:tamen utrinq; tutam aciem dictator habuit:quia locum haud facilem ad circũueniendum cepit:& diuerſa ſtatuit ſigna:Infeſtior tamen in erumpentes iceſſit:nec magno certamine intra mœnia compulit. tum totam aciem in ſamnites obuertit. ibi plus certaminis:uictoria ſicut ſera:ita nec dubia:nec uaria fuit:fuſi in caſtra ſamnites extinctis nocte ignibus:tacito agmine abeunt:& ſpe abiecta Satriculæ tuendæ. Poſtiam Pliſtiam ſocios romanorum:ut parem dolorem hoſti redderẽt circũſidunt. Anno circũacto bellum deinceps ab dictatore. Qu. Fabio geſtum. Conſules noui ſicut ſuperiores Romæ manſerunt:Fabius ad accipiẽdum ab Aemylio exercitum ad Satriculam cum ſupplemento uenit:neq;.n. ſamnites ad Pliſtiam manſerant:ſed accitis ab domo nouis militibus multitudine freti caſtra eodem:quo ante loco poſuerunt:laceſſanteſq; prælio romanos auertere ab obſidione conabantur. Eo intentius dictator in mœnia hoſtium uerſus id bellum tãti ducere quod urbem oppugnabat:ſecurior ab ſamnitibus agere ſtationibus modo oppoſitis:ne qua ĩ caſtra uis fieret:eo ferocius adequitare ſamnites uallo neq; otium pati.& cum iam prope in portis caſtrorum eſſet hoſtis:nihil conſulto dictatore magiſter equitum. Qu. Aulius Ceretanus magno tumultu cum omnibus turmis equitũ euectus ſummouit hoſtem:tum in minime pertinaci genere pugnæ:ſic fortuna exercuit opes: ut inſignis utrinq; clades & clara ipſorum ederet funera. Prior ſamnitium imperator ægre patiẽs quod tam ferociter adequitaſſet:inde ſe fundi fugariq;:orando hortandoq; equites p̃lium iterauit. In quem inſignem inter ſuos cientem pugnam magiſter equitum romanus infeſta cuſpide ita p̃miſit equũ:ut uno ictu exanimẽ equo p̃cipitaret:nec:ut fit:ad ducis caſum pculſa magis:q̃ irritata eſt multitudo oĩs. Qui circa erant:in Aulium temere inuectum per hoſtium turmas tela coniecerunt:fratriq; præcipuum decus ulti ſamnitium imperatoris dederũt. Is uictorem detractũ ex equo magiſtrũ equitũ plenus mœroris atq; iræ trucidauit:nec multũ abfuit:quin corpore ẽt:quia inter hoſtiles ceciderat turmas. ſamnites

L. flaccus
L. plautius conſſ.

C. Iunius
Qu. Aemylius conſſ.

Florẽtum
Nerulum.

Sp. Nautio
M. Popilio
conſſ.

potirent:sed extẽplo ad pedes descẽsum ab romanis est.coactiq; idẽ samnites facere:& repentina acies circa corpora ducũ pedestre prælĩũ iniit:quo haud dubie superat romanus:recuperatumq; Aulii cor/pus mixta cũ dolore lætitia uictores in castra referunt.Samnites:duce:amisso.& per equestre certamẽ tentatis uiribus:omissa Satricula:q̃ nequicq̃ defendi rebantur:ad Plistiæ obsidionem redeunt:intraq; paucos dies Satricula romanus per deditionem:Plistia per uim samnis potitur. Mutata inde belli se/des est:ad Sorã e Samnio:Appuliaq; traductæ legiones.Sora ad samnites defecerat:interfectis colonis romanorum.Quo cum prior romanus exercitus ad ulciscendam ciuium necẽ:recuperandamq; colo/niam magnis itineribus peruenisset:sparsi per uias speculatores sequi legiones samnitium:nec iam p cul abesse:cum alii super alios nunciarent:obuiam itum hosti atq; ad Lautulas ancipiti prælio dimica/tum est:non cædes:non fuga alterius partis:sed nox incertos:uicti uictores ne essent diremit.Inuenio apud quosdam aduersam eam pugnam romanis fuisse:atq; in ea cecidisse.Q. Aulium magistrũ equi tum.Suffectus in locum Aulii Claudius Fabius magister equitum cum exercitu nouo ab Roma ad/uenit:& per præmissos nuncios consulto dictatore:ubi subsisteret:quoue tempore:& qua ex parte ho stem aggrederetur:substitit occultus ad omnia satis exploratis consiliis Dictator cum per aliquot dies post pugnam continuisset suos intra uallum obsessi magis:q̃ obsidentis modo:signũ repente pugnæ proposuit:& efficatius ratus ad accendendos uirorum fortium animos nullam alibi quam in semet/ ipso cuiq̃ relictam spem:de magistro equitum nouoq; exercitu militem celauit:& tãq̃ nulla nisi in eru/ptione spes esset:Locis:inquit:angustis milites deprehensi:nisi quam uictoria patefecerimus uiã nul/lam habemus:statiua nostra munimento satis tuta sunt:sed inopia eadem infesta:nam & circa omnia defecerunt:unde subuehi commeatus poterant:& si omnes iuuare uelint: iniqua loca sunt. Itaq; non fruſtrabor ego uos castra hic relinquendo:in quæ infecta uictoria:sicut pristino die uos recipiatis. ar/mis munimenta non munimentis arma tuta esse debent:castra habeant repetantq;:quibus operæ est trahere bellum:nos omnium rerum respectum præter quam uictoriæ nobis abscindamus.ferte signa in hostem:ubi extra uallum cesserit agmen:castra:quibus imperatum est:incendãt.damna nostra mi/lites omnium circa:qui defecerunt:populorum præda sarcientur.ea oratione dictatoris: quæ necessi/tatis ultimæ index erat:milites accensi uadunt in hostem:& respectus ipse ardentium castrorum:quã/quam proximis tantum:ita enim iusserat dictator:ignis est subditus:haud parum irritamentum fuit. Itaq; uelut uecordes illati signa primo impetu hostium turbant:& in tempore posteaquam ardẽtia p cul uidit castra magister equitum(id conuenerat signum)hostium terga inuadit.ita circũuenti samni/tes:qua potest quisq; fugam per diuersa petunt.Ingens multitudo in unum metu cõglobata ac semet ipsam turba impediens i medio cæsa castra hostium capta direptaq;:quorum p̃da honustum militem in romana castra dictator reducit haud quaquam tam uictoria lætum:qua quod præter exiguam de/formatam incendio partem cætera contra spem salua inuenit.



AD SORAM INDE REDITVM:NOVIQ; VE consules.M.Petilius.C.Sulpicius exercitum ab di/ctatore Fabio accipiunt:magna parte ueterum mili/tum dimissa:nouisq; cohortibus in supplementum adductis.Cæterum cum propter difficilem urbis si/tum:nec oppugnãdi satis certa ratio iniretur: & aut tempore longinqua:aut præceps periculo uictoria esset:soranus trãsfuga clam ex oppido profectus cũ ad uigiles romanos penetrasset: duci se extẽplo ad consules iubet:deductusq; traditurum urbem pro/mittit.uisus ĩde cum quonammodo id præstaturus esset:percunctantes doceret haud uana afferre:per/pulit prope adiũcta mœnibus romana castra:ut sex/millia ab oppido remouerentur:fore ut minus intẽ/tæ ĩ custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnæ uigiliæ essent.ipse in sequenti nocte:sub oppido siluestribus locis cohortibus insidere iussis:decẽ mil/tes delectos secum per ardua ac prope in uia in arcem ducit pluribus quã pro numero uirorum missili/bus telis eo collatis:ad hæc saxa erant & temere iacentia:ui fit:in aspretis:& de ĩdustria ẽt:quo locus tu/tior esset:ab oppidanis congesta:ubi cum constituisset romanos:semitamq; angustã & arduam erectã ex oppido in arcẽ ostendisset.Hoc quidẽ ascensu:inquit:uel tres armati quãlibet multitudinem arcue/rint:uos & decẽ numero & quod plus & romani romanorũq; fortissimi:uiri estis:& locus pro uobis & nox erit:quæ oĩa ex incerto maiora territis ostentat:ego iam terrore oĩa implebo uos ãt arcẽ intenti te/nete decurrit inde:q̃to maxime poterat cũ tumultu ad arma:& proh uestram fidem ciues clamitãs arx ab hostibus capta est:defendite:ite.hæc incedens principum foribus:hæc obuiis : hæc excurrentibus in publicum pauidis increpat.Acceptum ab uno pauorem plures per urbem ferũt. Trepidi magistra/tus missis ad arcem exploratoribus:cum tela & armatos tenere arcem multiplicato numero audirent: auertunt animos a spe recuperãdæ arcis:fuga cũcta cõplent:portæq; a semisomnis ac maxima pte inet

Aulius ma/gister equi/tũ occidit

Die pristi/no

M.petiliuſ C. Sulpiti/ conſſ.

Sora uniuſ proditiõe capitur

mibus refringunt: quaq; p unã præſidiũ romanũ clamore excitatũ irrumpit: & cõcurſantes p uiã pauidos cædit. Iam ſora capta erat: cũ conſules prima luce aduenere: & quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat: in deditionẽ accipiunt. ex his. ccxxv. qui omnium conſenſu deſtinabantur: & infandæ colonorum cædis & defectionis auctores uinctos Romam deducunt. cæteram multitudinem incolumẽ præſidio impoſito Sora relinquit: oẽs: qui Romam deducti erant: uirgis in foro cæſi: ac ſecuri percuſſi ſummo gaudio plebis: cuius maxime intererat: tutam ubiq; quæ paſſim in colonias mitteretur: multitudinem eſſe. Conſules ab Sora profecti in agros atq; urbes auſonũ bellum intulerũt: mota nãq; oĩa aduentu ſamnitium: cum apud Lautulas dimicatum eſſet: fuerãt coniurationeſq; circa Campaniam paſſim factæ: nec Capua ipſa crimine caruit: quin Romam quoq; & ad pr̃cipum quoſdam in

Auſona

quirendos uentum eſt. cæteq; auſonum gens proditione urbium ſicut Sora in poteſtatẽ uenit. Auſona & Nuntũnæ & ueſtina urbes erant: ex quibus principes iuuentutis duodecim numero in proditione urbium ſuaq; coniurati ad conſules ueniunt: docent ſuos iampridẽ exoptantes ſamnitium aduentum: ſimul ad Lautulas pugnatum audierunt pro uictis romanos abiiſſe: iuuentute & armis ſamnites iuuiſſe: fugatis inde ſamnitibus incerta pace agere: ne claudentes portas romanis ne accerſcant bellũ: obſtinatos claudere: ſi exercitus admoueatur in ea fluctuatione aĩorum opprimi ĩcautos poſſe. His auctoribus mota propius caſtra: miſſiq; eodem tpe circa tria oppida milites partim armati: qui occulti p̃pinqua mœnibus inſiderẽt loca partim togati tectis ueſte gladiis: qui ſub lucem apertis portis urbes ingrederentur: ab iis ſimul cuſtodes trucidari cœpti: ſimul datũ ſignum armatis: ut ex inſidiis concurrerent. ita portæ occupatæ: triaq; oppida eadem hora: eodemq; conſilio capta: ſed quia abſentibus ducibus impetus eſt factus: nullus modus cædibus fuit: deletaq; auſonũ gens uix certo defectiõis crimine. perinde ac ſi interneciuo bello certaſſet. Eodem ãno prodito hoſtibus romano p̃ſidio Luceria ſamnitium facta: nec diu proditoribus impunita res fuit. haud procul inde exercitus romanus erat: cuius primo impetu urbs ſita in plano capitur. lucerini ac ſamnites ad internicionẽ cæſi: eoq; ira proceſſi: ut Romæ: cum de colonis mittendis Luceriã conſuleretur ſenatus: multi delendã urbem conſerent: præter odium quod execrabile in his captis erat: longinquitas quoq; abhorrere relegãdis tam procul ab domo ciuibus inter tam infeſtas gentes cogebat. uicit tñ ſententia ut mitterentur coloni: duomillia & quingenti miſſi. Eodẽ anno cum oĩa infida romanis eſſent. Capuæ quoq; occultæ principum coniurationes factæ: de quibus cũ ad ſenatum relatũ eſſet. haud quaquam neglecta res eſt: quæſtiões decretæ: dictatoremq; quæſtionibus exercendis dici placuit. C. Menenius dictus: is. M. Follium magiſtrũ equitum dixit. Ingens erat magiſtratus eius terror: itaq; ſiue timore: ſeu conſcientia eius calabios Obuium Nouiũq; (ea capita coniurationis fuerant) priuſq; nominarentur apud dictatorẽ. mors haud dubie ab ipſis conſcita iudicio ſubtraxit. Deinde ut quæſtioni campanæ materia deceſſit: uerſa Romã interpretando res: non noĩatim qui Capuæ ſed in uniuerſum: qui uſq; coiſſent: coniuraſſentue aduerſus romanum populũ: quæri ſenatũ iuſſiſſe: & coitiones honoq; adipiſcendorum cã factas aduerſus rempu. eſſe latioq; & re: & p̃onis quæſtio fieri: haud abnuente dictatore ſine fine uelle quæſtionis ſuæ ius eſſe. Poſtulabantur ergo nobiles hoĩes appellantibuſq; tribunos: nemo erat auxilio: quin noĩa reciperentur: i de nobilitas nec modo in quos crimen intendebat: ſed uniuerſi ſimul negare nobiliũ id crimen eſſe: quibus: ſi nulla obſtetur fraude: pateat uia ad honorẽ ſed hoĩum nouoq; ipſos adeo: dictatorẽ magiſtrũq; equitum reos magis: q̃ quæſtores idoneos eius criminis eſſe: intellecturoſq; ita id eſſe ſimul magiſtratu abiiſſent. Tum. n. uero Menenius iam famæ magis: q̃ imperii memor progreſſus in concionem ita fecit uerba. Et ſi oẽs anteactæ uitæ uos conſcios habeo quirites: & hic ipſe honos delatus ad me teſtis eſt innocentiæ meæ: neq; n. quod ſæpe alias qa ita tempora poſtulabant reip. qui bello clariſſimus eẽt: ſed qui maxime procul ab his concionibus uitã egiſſet: dictator diligendus exercendis queſtionibus fuit. Sed quoniam quidam nobiles hoĩes (qua de cauſa uos extimare: q̃ me pro magiſtratu quicquam incompertum dicere melius eſt) p̃imũ ipſas expugnare quæſtiones ope anniſſi ſunt: deinde poſteaq; ad id parum potentes erant: ne cauſam dicerent: in præſidia aduerſarioq; appellationem & tribunitiũ auxilium patritii confugerunt: poſtremo repulſi inde adeo oĩa tutiora: q̃ ut innocentiam ſuam purgarent: uiſa in nos irruerunt: & priuatis dictatorẽ poſcere reum uerecundiæ non fuit: oẽs dii hoĩeſq; ſciãt ab illis ẽt: quæ non poſſint: tentari: ne rationem uitæ reddãt: me obuiã ire crimini: & offerre me inimicis reum dictatura abdico. Vos quæſo conſules: ſi uobis datum ab ſenatu negotium fuerit in me primum: & hunc. M. Follium quæſtiones exerceatis: ut appareat innocentia noſtra nos nõ maieſtate honoris tutos a criminibus iſtis eſſe. Abdicat ſe inde dictatura: & poſt eum confeſtim Follius magiſterio equitũ primiq; apud conſules (iis enim ab ſenatu mandata res eſt rei facti: aduerſus nobilium teſtimonia egregie abſoluunt. Publius ẽt Philo multiplicatis ſũmis honoribus: poſt res tot domi belloq; geſtas: cæteq; inuiſus nobilitati: dixit cãm: abſolutuſq; eſt. Nec diutius: ut fit: q̃ dũ recens erat: queſtio per clara noĩa reoq; uiguit. inde labi cœpit ad uiliora capita: donec factionibus coitiõibuſq; aduerſus quas cõparata erat: oppreſſa eſt. Eaq; fama reẽ: magis tñ ſpe campanæ defectionis: in quã coniuratum erat: ſamnites in Appuliã uerſos rurſus ad Caudiũ reuocauit: ut inde ex propinquo: ſi qui motus occaſionem aperirẽt: Capuã romanis eriperent. Eo cõſules cũ ualido exercitu uenerunt: & primo circa ſaltus: cũ utrinq; ad hoſtẽ iniqua uia eſſet: cũctati caſtrametatiq; ſunt: deinde ſamnites p aperta loca breui cir-

cuitu in loca plana campanos campos agmen dimittunt.ibiq; primum castra in cõspectu hostibus data deinde leuibus ꝑliis equitum sæpius:q̃ peditum utrinq; periculum factum:nec aut euentus eorum romanum aut moræ:qua trahebant bellum:pœnitebat.Samnitium contra ducibus:& carpi quottidie paruis dãnis:& senescere dilatione belli uires suæ uidebantur:itaq; in aciem procedunt: equitibus in cornua diuisis:quibus præceptum erat:intẽtiores esse ad respectum castrorum.nequa eo uis fieret: cũ ad prælium starent:aciem peditum tutam fore.consules Sulpicius i dextero:Petilius in leuo cornu cõsistunt:dextera pars:qua & samnites raris ordinibus aut ad circũeundos hostes:aut ne ipsi circũuenirẽtur:constiterant:latius patefacta stetit:sinistris:prætereq̃ quod confertiores steterant:repentino cõsilio Petilii consulis additæ uires:qui subsidiarias cohortes:quæ integræ ad lõgioris pugnæ casus reseruabantur:in primam aciem extemplo emisit:uniuersisq; hostem primo impetu uiribus impulit.Cõmota pedestri acie samnitium eques in pugnam succedit:in hunc transuerso agmine inter duas acies se iferentem romanus equitatus concitat equos:signaq; & ordines peditum atq; equitum confundit:donec uniuersam ab ea parte auertit aciem.In eo cornu non Petilius solus:sed Sulpicius ẽt hortator affuerat.auectus ab suis nondum conferentibus manus ad clamorẽ ab siniſtra parte prius exortum. Vnde haud dubiã uictoriam cernens:cũ ad suum cornu tenderet cum milleducentis uiris: dissimilẽ ibi fortunam inuenit:romanos loco pulsos uictorem hostẽ signa in perculsos inferentem.cæterum oĩa mutauit repente consulis aduentus:nam & conspectu ducis refectus militum est animus:& maius q̃ pro numero auxilium aduenerat mille fortes uiri:& partis alterius uictoria audita mox uisa etiã prælium restituit:tota deinde iam uincere acie romanus:& omisso certamine cædi capiq; samnites:nisi qui Maleuentum:cui nunc urbi Beneuentum nomen est:perfugerunt.ad triginta millia cæsa aut capta samnitium proditum memoriæ est.Consules egregia uictoria parta protinus inde ad Bouianum oppugnandum legiones ducunt:ibiq; hyberna egerunt:donec ab nouis cõsulibus.L.Papyrio Cursore.C.Iunio Bubulco:iterum nominatus dictator Claudius Petilius cum.M.Follio magistro equitũ exercitum accepit.Is cum audisset arcem fregellanam ab samnitibus captam:omisso Bouiano: ad Fregellas pergit:unde nocturna samnitiũ fuga sine certamine receptis Fregellis:ptæsidioq; ualido imposito: in Campaniã reditum maxime ad Nolã armis repetendam.eo se intra mœnia sub aduentum dictatoris & samnitium ois multitudo & nolani agrestes contulerant.Dictator urbis situ circũspecto: quo apertior aditus ad mœnia esset:oĩa ædificia(& frequenter ibi habitatur)circuiecta muris incendit.nec ita multo post siue a Petilio dictatore:siue ab Caio Iunio consule:nam utrũq; traditur:Nola est capta.Qui captæ decus Nolæ ad consulem trahunt:adiiciunt Atinam:& Calatiam ab eodem captas:Petilium autem pestilentia orta:claui figendi causa dictatorem dictum Suessa & Pontiæ eodem anno coloniæ deductæ sunt.Suessa auruncorum fuerat:uolsci Pontias insulam sitam in conspectu littoris suis incoluerunt.Minturna & Cassinum:ut deducerentur coloniæ:senatus consultum factum est: triũuiros creauere:ac misere colonorum quattuormillia.Insequentes consules.M.Valerius.P.Decius profligato semel samnitium bello:prius quam ea cura decederet patribus romanis:ethrusci belli fama exorta ẽ: nec erat ea tempestate gens alia.cuius secundum gallicos tumultus arma terribiliora essent:tum propinquitate agri:tum multitudine hominum:Itaq; altero consule in Samnio reliquias belli persequente.P.decius:qui grauiter æger Romæ restiterat:auctore senatu dictatorem.C.Iunium Bubulcum dixit. Is ꝑut rei magnitudo postulabat.omnes iuniores sacramento adigit:arma quæq; alia res poscit: summa idustria parat:nec tantis apparatibus elatus de inferendo bello agitat:quieturus haud dubie:nisi ultro arma ethrusci inferrent.Eadẽ in comparando cohibendoq; bello consilia & apud ethruscos fuere:neu tri finibus egressi.Et censura clara eo anno.Ap.Claudii:&.C.Plautii fuit:memoriæ tñ fœlicioris ad posteros nomen Appi.quod & uiam muniuit:& aquam in urbem duxit:eaq; unus perfecit:quia ob infamẽ atq; inuidiosam senatus lectionem uerecundia uictus collega magistratu se abdicauerat.Appius iã deinde antiquitus insitam pertinaciam familiæ gerendo solus censuram obtinuit.Eodem Appio auctore poticia gẽs:cuius ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat:seruos publicos ministerii delegandi causa solẽnia eius sacri docuerat.Traditur inde dictu mirabile:& quod dimouendis statu suo sacris religionem afferre facile posset:cum duodecim familiæ ea tẽpestate poticiorum eẽnt: puberes ad triginta:omnes intra annum cum stirpe extinctos:nec nomen tantum poticioꝝ interiisse sed censorem ẽt Appium memori deum ira post aliquot annos luminibus captum.Itaq; consules:qui eum annum secuti sunt.C.Iunius Bubulcus tertium:&.Qu.Aemylius Barbula iterum:initio anni q̃sti apud populũ deformatum ordinem praua lectione senatus:qua potiores aliquot lectis ꝑteriti eẽnt negauerunt eam lectionẽ se quæ sine recti prauiq; discrimine ad gratiam ac libidinem facta esset:obseruaturos:& senatũ extemplo citauerunt eo ordine:quo ante censores.Ap.Claudium: &.G.Plautiũ fuerat.Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum utraq; pertinentia ad rem militarem: unũ ut tribuni militũ senideni in quattuor legiones a populo crearẽtur:quæ antea p quã paucis suffragio populi relictis locis dictatoꝝ & consulum ferme fuerant beneficia tulere eam rogationem tribuni plebei L.Atilius:Claudius Martius.alteꝝ ut duũuiros nauales classis ordinandæ reficiendæq; cã idem populus iuberet.lator huius plebiscíti fuit.M.Decius tribunus plebis.Eiusdẽ anni rẽ dictu paruam præterirem:ni ad religionẽ eẽt uisa ptinere:tibicines:quia prohibiti a ꝓximis cẽsoribus erãt in æde Iouis ue-

Maleuẽtũ olim nunc beneuentũ

L.Papyriꝰ C.Iulius consſ.

Pontiæ Suessa M. Valerius.p.Decius consſ.

Via appia Aqua claudiã

Potitioꝝ i teritus C.Iunius Qu.Aemilius consſ. Appii Cæcitas

Tribicinũ secessio

sci:quod traditum antiquitus erat:ægre passi Tybur uno agmine abierũt:adeo ut nemo in urbe esset: qui sacrificiis præcineret.Eius rei religio tenuit senatum:legatosq; Tybur miserunt:ut darent operam ut hi hoïes romanis restituerentur.Tyburtini benigne polliciti primum accitos eos in curiam hortati sunt:ut reuerterentur Romã posteaq̃ perpelli nequibant:consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos aggrediuntur:die festo alii alios per speciem celebrandaꝝ cantu epularum cã inuitant:& uino:cuius auidum ferme genus:est:oneratos sopiunt:atq; ita in plaustra somno uictos coniiciunt ac Romã deportant:nec prius sensere:q̃ plaustris in foro relictis plenos crapulæ eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus:impetratoq;:ut manerent:datum ut triduum quotãnis ornati cum cãtu atq; hac:quæ nunc solẽnis est:licentia per urbem uagarentur:restitutũq; in æde uescendi ius iis: qui sacris præcinerent.Hæc inter duorum ingentium belloꝝ curam gerebantur. Consules inter se prouincias partiti:Iunio samnites.Aemylio nouum bellũ Ethruria sorte euenit.In samnio cluuiani præsidium romanũ:quia nequiuerat ui capi:obsessum fame in deditionem acceperant: samnites uerberibus fœdũ imodum laceratos occiderant deditos.Huic infensus crudelitati Iunius nihil antiquius oppugnatiõe cluuiana ratus:quo die aggressus est mœnia:ui cepit:atq; oẽs puberes interfecit.Inde uictor exercitus Bouianum ductus:caput hoc erat pentroꝝ samnitium longe ditissimũ atq; oppulẽtissimum armis uiriscq;.Ibi quia haud tantum iraꝝ erat:spe prædæ milites accensi oppido potiuntur:minus itaq; scæuitũ in hostes est:prædæ plus pene:q̃ ex omni Samnio unquã egestum benigneq; omnis militi concessa: & posteaq̃ præpotentem armis romanum nec acies subsistere ullæ:nec castra:nec urbes poterant: omnium principum in Samnio eo curæ sunt intentæ:ut insidiis quæreretur locus:si qua licentia populãdo effusus exercitus excipi ac circũueniri posset.Transfugæ agrestes:& captiui quidam pars consilio: pars forte oblati congruentia ad consulem afferentes:quæ & uera erant:pecoris uim ingentem in saltum auium compulsam esse perpulerunt:ut prædatum eo expeditæ ducerentur legiones. ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insiderat:& posteaq̃ intrasse romanos uidit saltum: repente adortus cum clamore ac tumultu inuadit:& primo noua res trepidationem fecit dum arma capiunt: sarcinas congerunt in medium:deinde posteaq̃:ut quisq; liberauerat se onere:aptaueratq; armis: ad signa undiq; coibant:& notis ordinibus in ueteri disciplina militiæ iam sine præcepto ullius sua spõte instruebatur acies.Consul ad ancipitem maxime pugnam aduectus desilit ex equo:& Iouem Martemq; atq; alios testatur deos:se nullam suam gloriam inde:sed prædam militi quærentem in eum locum deuenisse:neq; in se aliud:q̃ nimiam ditandi ex hoste militis curam repræhẽdi posse:ab eo se dedecore nullam rem aliam:q̃ uirtutem militum uindicaturam.conniterentur modo uno animo inuadere hostem uictum acie:castris exutum:nudatum urbibus:ultimam spem furto insidiarum tentantem:& loco nõ armis frætum.Sed quem esse iam uirtuti romanæ inexpugnabilem locum?fregellana arx soranaq;:& ubicũq; iniquo successum erat:loco cõmemorabatur.His accensus miles oĩum immemor difficultatũ uadit aduersus imminentem hostium aciem:ibi paululum laboris fuit:dum in aduersum cluum erigitur agmen:cæterum posteaq̃ prima signa planiciem summam ceperunt:sensitq; acies æquo se iam istitisse loco:uersus extemplo est terror in insidiatores:easdemq; latebras:quibus se paulo ante texerãt palati atq; inermes fuga repetebant:sed loca difficilia hosti quæsita ipsos tum sua fraude impediebãt; itaq; ergo perpaucis effugium patuit.cæsa ad uigintimillia hominum:victorq; romanus ad oblatam ab hoste prædam pecorum discurrit.Dum hæc gerũtur in Samnio:iam omnes Ethruriæ populi pterarretinos ad arma ierant:ab oppugnãdo Sutrio:quæ urbs socia romanis uelut claustra Ethruriæ erat; ingens orsi bellum.Eo alter consul Aemylius cum exercitu ad liberandos obsidione socios uenit; aduentientibus romanis sutrini commeatus benigne in castra ante urbem posita aduexere. Ethrusci diẽ primũ consultando maturarent traherent ne bellum traduxerunt:postero die ubi celeriora: q̃ tutiora consilia magis placuere ducibus:sole orto:signum pugnæ propositum est:armatiq; in aciẽ procedunt. Quod posteaq̃ consuli nunciatũ est:extemplo tesseram dari iubet.ut prandeat miles:firmatisq; cibo uiribus arma capiat.dicto paretur.consul:ubi armatos paratosq; uidit:signa extra uallum proferri iussit: & haud procul hoste instruxit aciem.Aliquãdiu utrinq; intenti steterunt expectantes:ut ab aduersariis clamor & pugna inciperet.& prius sol meridie se inclinauit:q̃ telum hinc aut illinc emissum est:inde ne infecta re abiretur:clamor ab erhruscis oritur:concinuntq; tubæ:& signa inferũtur:nec segnius ab romanis pugna initur:cõcurrunt infensis aĩs:numero hostis:uirtute romanus supat.anceps prælium multos utrinq;:& fortissimũ quẽq; absumit:nec prius inclinata res est:q̃ secunda acies romana ad pria signa fessis integri successerunt.Ethrusci:qa nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit:ãte signa circaq; oẽs ceciderunt:nullo unq̃ prælio fugæ minus:nec plus cædis fuisset:ni obstinatos mori tuscos nox texisset:ita ut uictores priusq̃ victi pugnandi finẽ facerent.post occasum solis signum receptui datum est:nocte ab utroq; in castra reditum.nec deinde quicq̃ eo anno rei memoria dignæ apud Sutriũ gestum est:quia & ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno prælio fuerat: subsidiariis modo relictis:uix quod satis esset ad castrorum præsidium:& apud romanos tantum uulnerum fuit:ut plures post prælium saucii decesserint: q̃ ceciderant in acie. Qu.Fabius insequentis anni consul bellum ad Sutrium excepit. collega Fagio.C.Martius Rutilius datus est. cæterum & Fabius supplementum ab Roma adduxit: & nouus exercitus domo accitus ethruscis uenit. Permulti iam anni erãt: cum

XX.Samnitium cæsa

Ethrusci acie uincuntur

Qu.Fabius C.Martius onss.

inter patritios magistratus tribunosq; nulla certamina fuerant:cum ex ea familia:quæ uelut fatalis cũ tribunis ac plebe erat.certamẽ oritur.Ap.Claudius censor circũactis decẽ & octo mẽsibus: quod æmylia lege finitum censuræ spatium tpis erat:cum.C.Plautius collega eius magistratu se abdicasset nulla ui compelli:ut abdicaret:potuit.P.Sempronius erat tribunus plebis:qui finiendæ censuræ intra legitimum tps actionem susceperat:non populare magis:q̃ iustam:nec ĩ uulgus:q̃ optimo cuiq; gratiorem. Is cum identidẽ legem æmyliã recitaret:auctoremq; eius Mamercũ Aemylium dictatorẽ laudibus ferret:qui quinquẽnalem ante censuram & longinquitate potestatem dominantẽ intra sex mensium & anni coegisset spatium.Dic agedũ:inquit:Ap.Claudi.quid nam facturus fueris : si eo tpe: quo.C.M. Furius:&.M.Geganius censores fuerunt:censor fuisses?Negare Appius interrogationem tribuni magnopere ad causam pertinere suam:nam & si tenuerit lex æmylia eos censores:quoꝝ in magistratu lata esset:qa post illos censores creatos eã legẽ populus iussisset:qdq; postremũ iussisset:id ius ratũq; eẽt : nõ tñ aut se aut eoꝝ quẽq̃:q post eã legẽ latã creati cẽsores essent:teneri ea lege potuisse.Hæc sine ullius assensu cauillante Appio & hic est:inquit:quirites illius Appii progenies:qui decẽuir in annum creatus altero anno se ipse creauit:tertio nec ab se:nec ab ullo creatus priuatus fasces & imperiũ obtinuit: nec ante continuando abstitit magistratu:q̃ obruerent eũ male parta male gesta:male retenta imperia hæc est eadem familia quirites: cuius ui atq; iniuriis compulsi extorres patria sacrũ montem cepistis. hæc aduersus quã tribunitium auxiliũ uobis comparastis.hæc pp quam duo exercitus auentino insedistis:hæc quæ fœnebres leges:hæc quæ agrarias semper impugnauit: hæc connubia patrum & plebis interrupit:hæc plebi ad curules magistratus iter obsepsit:hoc est nomen multo: q̃ Tarquiniorũ in festius uestræ libertati.Ita ne tandem.Ap.Claudi cum centesimus iam annus sit ab Mamerco Aemylio dictatore:tot censores fuerit nobilissimi fortissimiq; uiri:nemo eoꝝ duodecim tabulas legit:nemo id ius esse:quod postremo populus iussisset:sciit?imo uero oẽs sciuerunt:ideo Aemyliæ potius legi paruerunt quam illi antiquæ:qua primum censores creati erant:quia hanc postremum iusserat populus quia ubi duæ contrariæ leges sunt:semper antiquæ abrogat noua.An hoc dicis Appi non teneri æmilia lege populum?an populum teneri te unum extra legem esse?Tenuit Aemilia lex uiolentos illos cẽsores.M.Furium:&.M.Geganium:quicquid iste magistratus in repu.malefacere posset:indicarunt:cũ ita finitæ potestatis Mamercum Aemylium principem ætatis suæ belli domiq; ærarium fecerũt. tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium.tenet.C.Plautiũ collegam tuum iisdem auspiciis eodem iure creatum.An hunc:non ut qui optimo iure censor creatus esset:populus creauit? tu unus eximius es:ĩ quo hoc præcipuum ac singulare ualeat?quem tu regem sacrificiorum crees amplexus regni nomen?ut qui optimo iure rex Romæ creatus sit:creatum se dicet.quem semestri dictatura:quem interregno quinq; diebus contentum fore putes?quem claui figẽdi aut ludorum causa dictatorem audacter crees?Quam isti stolidos ac secordes uideri creditis eos:qui intra uicesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicauerunt?aut qui uitio creati abierũt magistratu? Quid ego antiqua repetam?nuper intra decem ãnos.C.Menenius dictator:quia cum quæstiones seuerius quã quibusdam potentibus tutum erat:exerceret:contagio eius:quod quærebat: ipsi criminis obiecta abinimicis est:ut priuatus obuiam iret crimini:dictatura se abdicauit.Nolo ego istam in te modestiam: ne degeneraueris a familia imperiosissima & superbissima:non die:non hora citius quam necesse est: magistratu abieris:modo ne excedas finitum tempus:satis est aut diem:aut mẽsem censuræ adiicere. Triennium:inquit:& sex menses ultra:q̃ licet Aemylia lege cẽsuram geram: & solus hoc quidem iam regno simile est.an collegam subrogabis:quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est?pœnitet enim quod antiquissimum solẽne & solum ab ipso:cui fit institutum deo:ab nobilissimis antistibus eius sacri ad seruorum ministerium religiosus censor deduxisti:gens antiquior originibus urbis huius hospitio deorum immortalium sancta:propter te ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est:nisi uniuersam rempublicam eo nefario obstrinxeris:quod ominari etiã reformidat animus. Vrbs eo lustro capta est:quo demortuo collega.C.Iunio censore.L.Papyrius Cursor:ne abiret magistratu.M.Cornelium Maluginensem collegam subrogauit.& quanto modestior illius cupiditas fuit quam tua Appi:nec solus:nec ultra finitum lege tempus Lucius Papyrius censuram gessit:tamen neminem inuenit:qui se postea auctorem sequeretur:omnes deinceps censores post mortem collegæ se magistratu abdicarunt. Te nec quod dies exit censuræ:nec quod collega magistratu abiit:nec lex:nec pudor coercet:uirtutem in superbia audaciam in contemptu deorum hominumq; ponis.Ego te.Ap. Claudi pro istius tuagistratus maiestate ac uerecundia:quem gessisti:non modo manu uiolatum:sed ne uerbo quidem inclæmentiori a me appellatum uellem:sed & hæc:quæ adhuc egi:peruicatia tua & superbia coegit me loqui:& nisi Aemyliæ legi parueris in uincula duci iubebo:neq; cum ita comparatum a maioribus sit ut comitiis censoriis:nisi duo confierint legitima suffragia:non renunciato altero comitia differantur:ego: te qui solus censor creari non possis : solum censuram gerere nunc patiar. Hæc taliaq; cum dixisset:præhendi censorẽ:& in uincula duci iussit.Approbantibus sex tribunis actionem collegæ:tres appellati Appio auxilio fuerunt:summaq; inuidia omnium ordinum solus censuram gessit.Dum ea Romæ geruntur:Iam Sutrium ab ethruscis obsidebatur:consuliq; Fabio imis mõtibus ducenti ad ferendã opem sociis:tentandasq; munitiones:si qua posset:acies hostiũ instructa oc-

currit.quoꝝ ingentem multitudinem cum oſtenderet ſubiecta late planicies:conſul ut loco paucitatē ſuorum adiuuaret:flectit paululum in cliuos agmē.Aſpreta erant ſtrata ſaxis:inde ſigna in hoſtem ob uertit.Ethruſci oīum prætereq̄ multitudinis ſuæ:qua ſola fræti erant:īmemores p̄lium ineunt adeo ra ptim & auide:ut abiectis miſſilibus:quo celerius manus conſererent:ſtringerent gladios uadentes in hoſtem.Romanus contra nunc tela:nunc ſaxa:quibus eos affatim locus ipſe armabat: īgerere. igitur ſcuta galeæq; icta cum ēt quos non uulnerauerant:turbarent:neq; ſubire erat facile ad propiorem pu gnam:neq; miſſilia habebant:quibus eminus rem gererent:ſtantes & expoſitos ad ictus:cum iam fa tis nihil tegeret:quoſdam ēt pedem referentes fluctuanteſq; : & inſtabilē aciem redintegrato clamore ſtrictis gladiis haſtati & principes inuadunt.eum impetū non tulerunt ethruſci:uerſiſq; ſignis fuga ēf fuſa caſtra repetunt.Sed equites romani præuecti per obliqua campi cum ſe fugientibus obtuliſſent: omiſſo ad caſtra itinere:montes petunt.inde inermi pene agmine ac uexato uulneribus in ſiluam Ci miniam penetrant.Romanus multis millibus ethruſcorum cæſis:duodequadraginta ſignis militari bus captis:caſtris ēt hoſtium cum præda ingenti potitur.Tum de perſequēdo hoſte agitari cœptum. Silua erat Ciminia magis tum inuia atq; horrenda:quā nuper fuere germanici ſaltus:nulli ad eam di em ne mercatoꝝ quidem adita:eam intrare haud fere quiſq̄ p̄ter ducem ipſum audebat.aliis oībus cla dis caudinæ nondum memoria aboleuerat.tum ex iis:qui aderant:conſulis fratrem.M. Fabium Ce ſonem:alii.C.Claudiū quidam matre eadem:qua conſulē genitum tradunt:ſpeculatū ſe iturum p̄fef ſum breuiq; oīa certa allaturum.Cære educatus apud hoſpites ethruſcis litteris eruditus erat:linguā q; ethruſcam probe nouerat.Habeo auctores uulgo tum romanos pueros ſicut nunc græcis ita ethru ſcis litteris eruditi ſolitos:ſed propius eſt uero p̄cipuum aliquid fuiſſe in eo:qui ſe tam audaci ſimula tione hoſtibus īmiſcuerit:ſeruus ei dicitur comes unus fuiſſe nutritus una:eoq; haud ignarus linguæ eiuſdē.nec quicq̄ aliud proficiſcentes:quā ſummatim regionis:quæ intranda erat:naturā:ac noīa prin cipum in populis accepere:nequa inter colloquia inſigni nota hæſitantes deprehēdi poſſent. iere paſ ſtorali habitu agreſtibus telis gæſiſq; binis armati.Sed neq; cōmercium linguæ: nec ueſtis armorūue habitus ſic eos texit quam quod abhorrebat a fide quenq̄ externum Ciminios ſaltus intraturū. Vſq; ad camertes umbros penetraſſe dicuntur:ibi qui eſſent fateri romanū auſum introductūq; ī ſenatum conſulis uerbis egiſſe de ſocietate amicitiaq; atq; inde comi hoſpitio acceptū nūciare romanis iuſſum cōmeatum exercitui dieꝝ.xxx.præſto fore:ſi ea loca intraſſet:iuuentutēq; camertium umbroꝝ in ar mis paratā imperio futuram.Hæc cum relata conſuli eſſent:īpedimētis prima uigilia præmiſſis legio nibus poſt īpedimenta ire iuſſis:ipſe ſubſtitit cū equitatu:& luce orta poſtero die obequitauit ſtationi bus hoſtiū quæ extra ſaltum diſpoſitæ erant:& cū ſaltis diu tenuiſſet hoſtē:in caſtra ſeſe recepit:porta q; altera egreſſus ante noctē agmen aſſequitur.poſtero die luce prima iuga Ciminii mōtis tenebat:im de contēplatus opulenta Ethruriæ arua milites emittit.Ingenti iam abacta præda tumultuariæ agre ſtium ethruſcoꝝ cohortes repente a principibus eius regionis concitatæ romanis occurrunt adeo in compoſitæ:ut uindices prædaꝝ prope ipſi præde fuerint.Cæſis fugatiſq; iis late depopulato agro : ui ctor romanus opulentuſq; rerum oīum copia in caſtra rediit. Eo forte.y.legati cum duobus tribunis plebis uenerant denunciatū Fabio ſenatus uerbis ne ſaltū ciminium tranſiret:lætati ſerius ſe quam ut impedire bellū poſſent ueniſſe:nuncii uictoriæ Romā reuertuntur.Hac expeditione conſulis motū la tius erat:quā profligatum bellū:uaſtationem nāq; ſub Ciminii mōtis radicibus iacens ora ſenſerat:cō citaueratq; indignatione nō Ethruriæ mō populos:ſed Vmbriæ finitima.itaq; q̄tus nunq̄ antea exer citus ad Sutriū uenit:neq; e ſiluis tantūmodo promota caſtra:ſed ēt auiditate dimicandi q̄primum in cāpos delata acies:deinde inſtructa.primo ſuo ſtare loco relicto hoſtiū ad inſtruendū contra ſpatio:de inde poſteaq̄ detrectare hoſtē ſenſere pugnā:ad uallum ſubeunt.ubi poſteaq̄ ſtationes quoq; receptas intra munimēta ſenſere:clamor repente circa duces ortus:ut eo ſibi e caſtris cibaria eius diei deferri iu berent:manſuros ſe ſub armis:& aut nocte aut certe luce prima caſtra hoſtium inuaſuros.

Fundūtur ethruſci

Silua ciminia q̄ ho die uici la cui īcubat

ciminia ſilua a ro. ſuperatur



NIHILO Q VIETIOR ROMANVS EXER citus imperio ducis continetur:decima erat fere di ei hora:cum cibum capere conſul milites iubet:præ cipit:ut inarmis ſint:quacunq; diei noctiſue hora ſi gnum dederit : paucis milites alloquitur : ſamnitiū bellum extollit:eleuat ethruſcos:nec hoſtem hoſti : nec multitudinem multitudini ait comparandam eſſe:præterea telum aliud occultum ſcituros in tem pore:interea taceri opus eſſe.His ambagibus prodi ſimulabat hoſtes:quo aīus militū multitudine terri tus reſtitueretur:& qd ſine munimēto conſtiterant ueriſimilius erat:quod ſimulabaṫ. Curati cibo:cor pora quieti dant:& quarta fere uigilia ſine tumultu excitati arma capiunt:dolabræ calonibus diuidunt

ad uallum proruendũ foſſaſq; implendas:intra munimenta ĩſtruitur acies:delectæ cohortes ad porta rum exitus collocantur:dato deinde ſigno paulo ante lucem: quod æſtiuis noctibus ſopitæ maxime quietis tempus eſt:proruto uallo erupit acies:ſtratos paſſim inuadit hoſtes:alios immobiles:alios ſe miſomnes in cubilibus ſuis:maximã partem ad arma trepidantes cædes oppꝫſſit:paucis armãdi ſe da tum ſpaciũ eſt:eos ipſos non ſignũ certum:non ducẽ ſequentes fundit romanus:fugatoſq; pſequitur ad caſtra:ad ſiluas diuerſi tendebant.ſiluæ tutius dedere refugiũ:nam caſtra in campis ſita eodẽ die ca piuntur auꝛ argentumq; iuſſum referri ad conſulẽ:cætera p̃da militis fuit.cæſa aut capta eo die hoſti um millia ad ſexaginta.Eam tam clarã pugnam trans Ciminiã ſiluam ad Peruſiã pugnatam quidam auctores ſunt:metuq; in magno ciuitatẽ fuiſſe ne intercluſus exercitus tam iſeſto ſaltu coortis undiq; tuſcis umbriſq; opprimeretur:ſed ubicunq; pugnatũ eſt:res romana ſupior fuit:itaq; A perugia & Cor tone:& Aretio:quæ ferme capita Ethruriæ populoꝛ ea tempeſtate erant:legati pacẽ fœduſq; ab roma nis petentes inducias in.xxx.annos ĩpetrauerunt.Dum hæc in Ethruria gerunt̃:conſul alter.C.Mar tius Rutilius Aliſas de ſamnitibus ui cepit.multa alia caſtella uiciq;:aut deleta hoſtiliter:aut integra ĩ poteſtatẽ uenere.per idẽ tp̃s & claſſis romana a.P.Cornelio:quẽ ſenatus maritimæ oræ p̃fecerat:in Cã paniam acta:cum appulſa Pompeios eſſet:ſocii inde nauales ad populandũ agrum nucerinũ profecti proximis raptim uaſtatis unde reditus tutus ad naues eſſet dulcedine:ut fit:prædæ longius progreſſi exciuere hoſtes:palatis per agros nemo obuius fuit:cũ occidione occidi poſſent:redeuntes agmine in cauto haud procul nauibus aſſecuti agreſtes exuerunt p̃da partem ẽt occiderunt.quæ ſuperfuit cædi trepida multitudo ad naues compulſa eſt.profectio.Q. Fabii trans Ciminiã ſiluam quãtum Romæ terrorem fecerat:tam lætã famam in Samniũ ad hoſtes tulerat:intercluſum romanũ exercitum obſide ri:cladiſq; imaginem furcas caudinas memorabant: eadẽ temeritate auidam ulteriorum ſp gentem ĩ ſaltus inuios deductam:ſeptã non hoſtium magis armis:quã locoꝛ iniquitatibus eſſe.Iam gaudiũ in uidia quadã miſcebatur:quod belli romani decus ab ſamnitibus fortuna ad ethruſcos auertiſſet.itaq; armis uiriſq; ad obterendum.C.Martiũ conſulem concurrunt:protinus inde Ethruriã per marſos ac ſabinos petituri:ſi Martius dimicandi poteſtatẽ non faciat.obuius iis conſul fuit:dimicatum p̃lio utri q; atroci atq; incerto euentu eſt:& cum anceps cædes fuiſſet:aduerſæ tñ rei fama in romanos uertit:ob amiſſos quoſdã equeſtris ordinis tribunoſq; militum atq; unũ legatum:& quod inſigne maxime fuit conſulis ipſius uulnus.Ob hæc ẽt aucta fama:& ut ſolet:ingens terror patres inuaſit:dictatoremq; di ci placebat:nec quin Curſor Papyrius diceretur:in quo tum ſũma rei bellicæ ponebatur:dubium cui q̃ erat:ſed nec in Samnium nunciũ perferri oĩbus infeſtis tuto poſſe:nec uiuere Martium conſulem ſa tis fidebant.Alter conſul Fabius infeſtus priuatim Papyrio erat:quæ ne ira obſtaret bono publico:le gatos ex conſularium numero mittendos ad eum ſenatus cenſuit:qui ſua quoq; eum non publica ſo lum auctoritate mouerent:ut memoriam ſimultatum patriæ remitteret.Profecti legati ad Fabium cõ ſulem cum ſenatuſconſultũ tradidiſſent:adieciſſentq; oratione conuenientem mandatis:conſul demiſ ſis in terram oculis tacitus ab incertis:quid nam eſſet acturus:legatis receſſit.nocte deinde ſilentio. ut mos eſt.L.Papyrium dictatorem dixit:cui cum ob aĩum egregie uictum legati gratias agerent:obſtia tum ſilentium obtinuit:ac ſine reſponſo ac mentione facta ſui legatos dimiſit:ut appareret inſignem dolorem ingenti comprimi aĩo.Papyrius.D.Junium Bubulcum magiſtrũ equitum dixit:atq; ei legẽ curiatam de imperio ferenti triſte omen diem difidit:quod ſaucia curia fuit principum duabus inſi gnis cladibus:captæ urbis & caudinæ pacis:quod utroq; anno eiuſdem curiæ fuerat principum.Ma cer Licinius tertia ẽt clade:quæ ad cremerã accepta eſt:abominandã eam curiam facit. Dictator poſte ro die auſpiciis repetitis pertulit legẽ:& profectus cum legionibus ad terrorem traducti ſiluã Cimini am exercitus nuper ſcriptis:ad Longulam peruenit:acceptiſq; a Martio conſule ueteribus militibus ĩ aciem copias eduxit.nec hoſtes detrectare uiſi pugnam.inſtructos deinde armatoſq;: cum ab neutris ꝑlium inciperetur:nox oppreſſit.Quieti aliquandiu nec ſuis diffidentes uiribus.nec hoſtem ſpernen tes ſtatiua in propinquo habuere:Nam & cum umbrorum acie depugnatũ eſt.fuſi tñ magis:quã cæſi hoſtes:quia cœptam acriter non tollerarunt pugnam:& ad uadimonis lacum ethruſci lege ſacrata: co acto exercitu:cum uir uirum legiſſet:quantis nũq; alias ante ſimul copiis:ſimul animis dimicarunt: tã toq; irarum certamine geſta res eſt:ut ab neutra parte emiſſa ſint tela:gladiis pugna cepit: & acerrime commiſſa ipſo certamine:quod aliquandiu anceps fuit:accenſa eſt:ut non cum Ethruſcis totiens ui ctis:ſed cum aliqua noua gente uideretur dimicatio eſſe:nihil ab ulla parte mouetur fugæ:cadunt an teſignani:& ne nudentur pugnatoribus ſigna:fit ex ſecunda prima acies: ab ultimis deinde ſubſidiis cietur miles:adeoque ad ultimum laboris ac periculi uentum eſt:ut equites romani omiſſis equis ad proximos peditum per arma:per corpora euaſerunt ea uelut noua inter feſſos exorta acies turbauit ſi gna Ethruſcorum:ſecuta deinde impetum eorum:utcũq; affecta fuerat:cætera multitudo tandẽ per rumpit ordines hoſtium.Tunc uinci pertinacia cœpta:& auerti manipuli quidam:& ut ſemel dedere terga etiam certiorem capeſſere fugam.Ille primum dies fortuna ueteri abundãtes Ethruſcorum fre git opes.cæſum in acie quod roboris fuit.Caſtra eo impetu capta direptaq;.Pari ſubinde periculi glo riæq; euentu bellum ĩ ſamnitibus erat:q; præter cæteros belli apparatus:ut acies ſua fulgeret nouis ar moq; inſignibus:fecerunt.duo exercitus erãt:ſcuta alterius auro:alterius argento celauerunt. Forma

Ad Sutriũ ceduntur ethruſci

LX. hoſtiũ millia cæſa

Ingens clades

Romani Victi Victores

Attẽ.ſamnitiũ motus

Fama fuit Ro. eſſe Victa Victos

Papirio Dictatori ducto aſſiſtere conſuli infeſto

Noctu dictator dicebatur

Ad uadimonis lacũ hoſtes ethruſci uincuntur

Ethruſci a Ro. ſunt Victi

erat ſcuti ſummum latius:qua pectus atq; humeri teguntur faſtigio æquali ad imum cuneatior mobilitatis cā:ſpongia pectori tegumentū:& ſiniſtrum crus ocrea tectum:galeatæ criſtæ:quæ ſpēm magnitudini corporum adderent:tunicæ auratis militibus uerſicolores argentatis linteæ candidæ.his dexterum cornu datum illi in ſiniſtro conſiſtunt.Notus iam romanis apparatus inſignium armorum fuerat:doctiq; a ducibus erant horridum militem eſſe debere: nō celatum auro argentoq;:ſed ferro & aīs frætum:quippe illa prædam uerius:q̄ arma eſſe:nitentia ante rem:deformia īter ſanguinem & uulnera:uirtutem eſſe militis decus:& omnia illa uictoriam ſequi:& ditē hoſtem:quāuis pauperis uictoris p̄mium eſſe.His Curſor uocibus inſtinctos milites in prælium ducit:dextero ipſe cornu conſiſtit: ſiniſtro præfecit magiſtrum equitum.Simul eſt concurſum:ingens fuit cum hoſte certamen:non ſegnius inter dictatorem & magiſtrum equitum ab utra parte uictoria inciperet.Prior forte Iunius commouit hoſtem leuo dexterum cornu:ſacratos more ſamnitium milites:eoq; candida ueſte & paribus candore armis inſignes eos ſe horco mactare Iunius dictitans:cum intuliſſet ſigna:turbauit ordines:& haud dubie impulit aciem.Quod ubi ſenſit dictator:ab leuo ne cornu uictoria incipiet:inquit:& dexterum cornu dictatoris acies alienam pugnam ſequetur:non partē maximam uictoriæ trahet:concitat milites.Nec peditum uirtuti equites:aut legatorum ſtudia ducibus cedunt.M.Valerius a dextero.P.Decius a leuo cornu ambo conſulares ad equites in cornibus poſitos uehuntur:adhortatiq; eos ut partem ſecum capeſſerent decoris:intranſuerſa latera hoſtium incurrunt.is nouus terror additus cum exutraq; parte circūuaſiſſet aciem:& ad terrorem hoſtium legiones romanæ redintegrato clamore intuliſſet gradum:tum fuga ab ſamnitibus cœpta.Iam ſtrage hoīum armorumq; īſignium campi repleri: ac primo pauidos ſamnites caſtra ſua accepere.deinde ne ea quidē retenta:captis direptiſq; ate noctem iniectus ignis.Dictator ex ſenatuſconſulto triūphauit:cuius triumpho longe maximam ſpēm captiua arma præbuere:tantū magnificentiæ uiſum in iis:ut aurata ſcuta dominis argentarioꝝ ad foꝝ ornandū diuiderentur:inde natū initium dicitur fori ornandi ab ædilibus:cum thenſæ ducerentur. Et romani quidē ad honorem deū inſignibus armis hoſtium uſi ſunt.Campani ab ſuperbia & odio ſamnitiū gladiatores:quod ſpectaculū inter epulas erat:eo ornatu armarunt:ſamnitiūq; noīe appellarunt.Eodem anno cū reliquis Ethruſcoꝝ ad Peruſiam:quæ ipſa inducias fidem ruperat:Fabius conſul nec dubia: nec difficili uictoria dimicat.Ipſum oppidū:nam ad mœnia uictor acceſſit:cepiſſet: ni legati dedentes urbē exiſſent.Præſidio Peruſia impoſito:legationibus Ethruriæ amicitiā petentibus:præ ſe Romā ad ſenatum miſſis:conſul præſtantiore ēt quam dictator uictoria triumphans urbē eſt inuectus. Quin ēt deuictoꝝ ſamnitium decus magna ex parte ad legatos.P.Decium:&.M.Valeriū eſt uerſum:quos populus proximis comitiis ingenti conſenſu conſulem alteꝝ:alterum prætorē declarauit.Fabio ob egregie perdomitā Ethruriam continuatur conſulatus:Decio collega datur.Valerius ptor quartū creatus. Conſules partiti prouincias Ethruria Decio:Samniū Fabio euenit.profectus ad Nuceriam alifates iā tum pacem petentes:quod uti ea cum daretur:noluiſſent:aſpernatus oppugnādo ſubegit. Cum ſamnitibus acie dimicatum.haud magno certamine hoſtes uicti:neq; eius pugnæ memoria tradita foret: ni marſi eo primū prælio cum romanis bellaſſent:ſecuti marſoꝝ defectionem peligni eandem fortunam habuerunt.Decio quoq; alteri conſuli ſecunda belli fortuna erat:tarquinienſem metu ſubegerat frumentum exercitui præbere:atq; inducias in.xl.annos petere.Volſinienſium caſtella aliquot uicepit:quædam ex iis diruit:ne receptaculo hoſtibus eſſent:circūferendoq; paſſim bello tantū terroré ſui fecit:ut nomen omne Ethruſcum fœdus a conſule peteret:ac de eo quidē nihil impetratum: induciæ annuæ datæ:ſtipendium exercitui romano ab hoſte in eum annū penſum:& binæ tunicæ in militem exactæ ea merces inducias fuit.Tranquillas res iam Ethruſcis turbauit repentina defectio umbrorū gentis integræ a cladibus belli:niſi quod tranſitum exercitus ager ſenſerat.Ii concitata omni iuuentute ſua & magna parte Ethruſcorum ad rebellionem compulſa tantum exercitū fecerant:ut relicto poſſe in Ethruria Decio ad oppugnandū inde Romam ituros magnifice de ſe ac cōtemptim de romanis loquentes iactarent.Quod incœptum eoꝝ ubi ad Decium conſulem perlatum ē:ad urbem ex Ethruria magnis itineribus pergit:in agro pipinienſi ad famam intentus hoſtium cōſedit. Nec Romæ ſpernebatur umbroꝝ bellum:& ipſe minæ metum fecerant expertis a gallica clade:quam intutā urbem īcolerent.Itaq; legati ad Fabium conſulem miſſi ſunt:ut ſi quid laxamenti a bello ſamnitiū eſſet:in Vmbriam propere exercitum duceret. Dicto paruit cōſul:magniſq; itineribus ad Meuaniam:ubi tum copiæ umbroꝝ erant:perrexit Repens aduentus conſulis:quem procul Vmbria ī Samnio bello alio occupatum crediderant:ita exterruit umbros:ut alii recedendum ad urbes munitas:quidam bellū omittendum cenſerent.Plaga una(materiam ipſi appellant)non continuit modo cæteros in armis:ſed cōfeſtim ad certamen egit caſtra uallantē Fabium adorti ſunt.quos ubi effuſos ruere in munimenta cōſul uidit:reuocatos milites ab opere:prout loci nam tēpuſq; patiebatur ita inſtruxit:cohortatuſq; prædicatione uera:qua in tuſcis:qua in Samnio partorū decorum exiguam appendicē Ethruſci belli conficere iubet:& uocis impiæ pœnas expetere:qua ſe urbē romanam oppugnaturos minati ſūt.Hæc tanta ſunt alacritate militum audita:ut clamor ſua ſponte ortus loquentem interpellauerit ducē: ante imperium deinde concentu tubaꝝ ac cornuum curſu effuſo in hoſtem feruntur: non tanq̄ in uiros aut armatos incurrunt:mirabilia dictu ſigna primo eripi cœpta ſigniferis:deinde ipſi ſigniferi trahi ad cō.

Samnitiū ſtrages

Triūphat Dictator

Initiū ornādi fori

Fabio conſul Triūphat de Etruſcis

P.Decius Qu.Fabi⁹ conſſ.

Bellū Vmbroꝝ

Meuania

fulem:armatiq; milites ex acie in aciem transferri:& sicubi est certamen:scutis magis quam gladiis gerit res & umbonibus:incussaq; ala sternũt hostes:plus capitur hoium:quam cædit:atq; una uox ponere arma iubentiũ per totam fertur aciẽ.Itaq; inter ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli:postero insequentibusq; diebus & cæteri umbroꝝ populi deduntur ocriculani sponsione in amicitiam accepti.Fabius alienæ sortis uictor belli in suã prouinciam exercitum reduxit:itaq; ei ob res tam fœliciter gestas sicut priore anno populus continuauerat consulatum:ita senatus in insequentem annũ:quo Ap.Claudius.L.Volumnius consules fuerunt:prorogauit maxime Appio aduersante imperium.Appiũ censorem petisse consulatũ:comitiaq; eius ab.L.Furio tribuno plebis interpellata: donec se censura abdicauit:in quibusdã annalibus inuenio.creatus consul cũ collegæ nouum bellũ salentini hostes decernerentur Romæ mansit:ut urbanis artibus opes augeret:qñ belli decus penes alios esset.Voluminiũ prouinciæ haud.pœnituit:multa secunda prælia fecit:aliquot urbes hostiũ ui cepit. prædæ erat largitor & benignitatẽ p se gratã comitate adiuuabat:militẽq; iis artibus fecerat & periculi & laboris auidũ.Quintus Fabius proconsul ad urbẽ Alifas cum samnitiũ exercitu signis collatis cõfligit.minime ambigua res fuit:fusi hostes atq; in castra cõpulsi:nec castra forent retẽta:ni exiguũ superfuisset diei:ante noctem tñ sunt circũsessa & nocte custodita:nequis labi posset:postero die uix dũ luce certa deditio fieri cœpta:& pacti:qui samnitium forent:ut cũ singulis uestimentis emitterent:ii oẽs sub iugum missi:sociis samnitiũ nihil cautũ:ad quattuormillia sub corona ueniere:qui se ciuẽ hernicũ dixerat:seorsum in custodia habitus:eos oẽs Fabius Romã ad senatũ misit:& cum quæsitũ esset: deinde sententiã an uoluntarii pro samnitibus aduersus romanos bellassent:p latinos populos custodiendi dantur iussiq; eam integrã rem noui consules.P.Cornelius Aruina.Qu.Martius Tremulus:ii.n.iã creati erãt ad senatum referre.Id ægre pãssi hernici conciliũ populoꝝ oium habentibus anagninis in circo:quem maritimũ uocant:pter altrinatẽ ferentinatẽq; & uerulanum:oẽs hernici noĩs populo romano bellũ indixerunt.In Sánio quoq;:quia decesserat inde Fabius:noui motus exorti.Calatia & Sora præsidiaq; q̃ in iis romana erant:expugnata:& in captiuoꝝ corpora militũ fœde sæuitum.itaq; eo.P.Cornelius cũ exercitu missus:Martio noui hostes:iam.n.anagninis hernicisq; aliis bellũ iussum erat: decernũtur Primo ita oĩa opportuna loca hostes inter consulũ castra interceperunt:ut puadere expeditus nũcius non posset:perq; aliquot dies incerti rerum oium suspensiq; de statu alterius uterq; consul ageret:Romãq; is metus maneret:adeo ut oẽs iunioresſacramẽto adigerent:atq; ad subita reꝝ duo iusti scriberẽtur exercitus.Cæteꝝ hernicum.bellũ nequaq̃ pro p̃senti terrore ac uetustate gentis gloriæ: fuit: nihil usq̃ dictu dignum ausi:trinis castris intra paucos dies exuti triginta dieꝝ inducias:ita ut ad senatũ Romam legatos mitterent:pacti sunt:bimestri stipendio frumentoq; & singulis in militẽ tunicis.Ab senatu ad Martiũ reiecti:cui senatusconsulto permissum de hernicis erat:isq; gentẽ in deditionẽ accepit.Et in Sánio alter consul superior uiribus locis ĩpeditior erat:oĩa itinera obsepserant hostes:saltusq; puios ceperant ne qua subuehi cõmeatus possent:neq; eos cũ quottidie signa in aciẽ consul proferet: elicere ad certamen poterat:satisq; apparebat neq; samnitem certamẽ præsens: nec romanũ dilationem belli latuꝝ.Aduentus Martii:qui hernicis subactis maturauit collegæ uenire auxilio:morã certaminis hosti exemit:nã ut qui alteri quidẽ exercitui se ad certamẽ credidissent pares:coniũgi utiq; passi duos cõsulares exercitus nihil crederent supesse spei:aduenientẽ incõposito agmine Martiũ aggrediunt.raptim collatæ sarcinæ in mediũ:& prout tp̃s patiebat:instructa acies:clamor primũ in statiua platus:deinde conspectus puluis tumultũ apud alteꝝ consulẽ in castris fecit:iisq; confestim arma capere iussis:raptimq; eductis in aciẽ militibus:transuersam hostiũ atq; alio certamine occupatã inuadit:clamitans sũmum flagitiũ fore:si alteꝝ exercitum utriusq; uictoriæ cõpotẽ sinerent fieri:nec ad se sui belli uindicarent decus:qua impetũ dederat:perrũpit:aciẽq; per mediã in castra hostiũ tendit:& uacua defensoribꝰ capit:atq; incendit.Quæ ubi flagrantia martianus miles conspexit:& hostes respexere:tum passim fuga cœpta samnitiũ fieri:sed oĩa obtinet cædes:nec in ullã partem tutũ perfugiũ est.Iã.xxx.millibus hostium cæsis signũ receptui consules dederant:colligebantq; in unũ copias inuicẽ inter se gratantes: cũ repente uisæ procul hostiũ nouæ cohortes q̃ in supplementũ scriptæ fuerant:itegrauere cædẽ:in quas nec iussu consulũ:nec signo accepto uictores uadunt:malo tyrocinio imbuendũ samnitẽ clamitantes. Indulgent consules legionũ ardori:ut qui probe scirent nouũ militem hostiũ inter perculsos fuga ueteranos ad tentando quidẽ satis certamine fore.nec eos opinio fefellit: oẽs samnitium copiæ ueteres nouæq; montes proximos fuga capiunt:eo & romana erigitur acies:nec quicq̃ satis tuti loci uictis est: & de iugis:quæ ceperant.fundunt.iamq; una uoce oẽs pacem petebant.Tum trium mensiũ frumento imperato:& annuo stipendio:ac singulis in militẽ tunicis:ad senatum pacis oratores missi.Cornelius in Samnio relictus:Martius de hernicis triumphans in urbẽ rediit:statuaq; equestris in foro decreta est:quæ ante templũ Castoris posita est.Hernicoꝝ tribus populis alatrinati uerulano ferentinati:qa maluerunt quam ciuitatẽ:suæ leges redditæ connubiũq; inter ipsos:quod aliquãdiu soli hernicoꝝ habuerunt:pmissum.anagninis quiq; arma romanis intulerãt:ciuitas sine suffragii latione data: cõcilia conubiaq; adẽpta:& magistratibus pterq̃ sacroꝝ curatione interdictũ.Eodẽ anno ædes Salutis a.C.Iunio Bubulco censore locata est:quã consul bello samnitiũ uouerat:ab eodem collegaq; eius.M.Valerio Maximo uiæ per agros publica impensa factæ:& cum carthaginensis eodẽ anno fœdus tertium re

Att.turpẽ umbrorũ deditionẽ

Ap.Claudius.L.Volũnius cõs.

P.corneli. Qu.Martius consſ.

Trinis castris exuũt hernici

xxx.millia Samnitiũ cæsa

Martii statua ante tẽplũ castoris

Ciuitas anagniniſſi ne suffragii latione data

nouatum:legatiſq; eorum:qui ad id uenerãt:comiter munera miſſa.Dictatorem idẽ annus habuit.P. Corneliũ Scipionem cũ magiſtro equitũ.P.Decio Mure:ab iis:propter quæ creati erant: comitia conſularia habita:qa neuter conſulũ potuerat bello abeſſe.creati cõſules.L.Poſthumius.T.Minutius.hos conſules Piſo.Qu.Fabio &.P.Decio ſuggerit:biẽnio exempto:quo Claudiũ Volumniumq; & Cornelium cũ Martio conſules factos tradidimus:memoria ne fugerit in annalibus digerendis:an conſulto binos conſules falſos ratus tranſcenderit:incertũ eſt.Eodem anno in campũ ſtellatem agri cãpani ſamnitiũ incurſiones factæ.itaq; ambo conſules in Samniũ miſſi cũ diuerſas regiones Tifernũ Poſthumius:Bouianũ Minutius petiſſent:Poſthumii prius ductu ad Tifernũ pugnatum alii haud dubie ſamnites uictos:ac trigintamillia inde hoſtium capta tradunt: alii marte æquo diſceſſum & Poſthumiũ metũ ſimulantẽ nocturno itinere clam in montes copias adduxiſſe:hoſtes ſecutos duomillia inde locis munitis & ipſos conſediſſe.Conſul ut ſtatiua tuta copioſaq;:& ita erant:petiſſe uideretur:poſteaq; & munimentis caſtra firmauit:& omni apparatu reꝝ utilium inſtruxit:relicto firmo p̃ſidio uigilia tertia:qua duci proxime poteſt:expeditas legiões ad collegã & ipſum aduerſus alios ſedentẽ ducit.ibi auctore Poſthumio Minutius cũ hoſtibus ſigna confert:& cũ anceps p̃lium in multũ diei proceſſiſſet:integris legionibus defeſſam iam aciẽ hoſtium iprouiſo inuadit:itaq; cũ laſſitudo ac uulnera fugã quoq; p̃pediſſent occiſi hoſtes:ſigna unũ & triginta capta:atq; inde ad caſtra poſthumii perrectũ:ibi duo uictores exercitus pculſum iam fama hoſtẽ adorti fundunt fugantq;:ſigna militaria ſex & uiginti capta:& imperator ſamnitiũ Statius Cellius multiq; alii mortales & caſtra utraq; capta:& Bouianũ:ubi poſtero die cœptũ oppugnari:breui capitur:magnaq; gloria reꝝ geſtarum conſules triũpharunt. Minutiũ cõſulem cum uulnere graui relatũ in caſtra mortuũ quidam auctores ſũt:&.L.Fuluium in locũ eius ſuffectum: & ab eo cum ad exercitum Minutii miſſus eſſet:Bouianũ captum.Eodẽ anno Sora:Arpinum:Ceſſentia recepta ab ſamnitibus.Herculis magnũ ſimulacrum in capitolio poſitũ dedicatumq;.P. Sulpicio Auerrione.P.Sempronio Sopho conſulibus.Samnites ſeu finẽ:ſeu dilationem belli quærentes legatos de pace Romã miſere:quibus ſuppliciter agentibus reſponſum eſt:niſi ſæpe bellũ parantes pacem petiſſent:ſamnites oratione ultro citroq; habita de pace tranſigi potuiſſe:nunc qñ uerba uana ad id locoꝝ fuerint:rebus ſtandũ eſſe.P.Semproniũ conſulem cũ exercitu breui in Sãnio fore:eum ad bellũ pacem ue inclinẽt animi falli nõ poſſe:cõperta oĩa ſenatui relatuꝝ:decedentẽ in Samnio conſulẽ legati ſequerentur.Eo anno cũ pacatum Samniũ exercitus romanus benigne præbito cõmeatu pagraſſet: fœdus antiquum ſamnitibus redditũ.Ad equos inde hoſtes cæteꝝ per multos annos ſub ſpecie infidæ pacis quietos uerſa arma romana:quod incolumi hernico noĩe militauerant ſimul cũ iis ſamniti auxilia: & poſt hernicos ſubactos uniuerſa prope gens ſine diſſimulatione conſilii publici ad hoſtes deſciuerãt: & poſteaq; icto Romæ cũ ſamnitibus fœdere fœciales uenerant res repetitũ:tentationem aiebant eſſe: ut terrori incuſſo belli romanos ſe fieri paterentur:quod quãtopere optandũ foret:hernicos docuiſſe: cũ quibus licuerit:ſuas leges romanæ ciuitati præoptauerint:qbus legẽdi:quid mallent copia nõ fuerit:pro pœna neceſſariam ciuitatem fore.Ob hæc uulgo in conciliis iactata populus romanus bellum fieri Equis iuſſit:conſuleſq; ambo ad nouum profecti bellũ quattuormillia a caſtris hoſtiũ conſederũt. Equorum exercitus:ut qui ſuo noĩe per multos annos imbelles egiſſent:tumultuario ſimilis ſine ducibus certis:ſine imperio trepidare:alii exeundũ in aciem alii caſtra tuenda cenſent:mouet pleroſq; uaſtatio futura agroꝝ:ac deinceps cum leuibus præſidiis urbium relictaꝝ excidia:itaq; poſteaq; iter multas ſententias una quæ omiſſa cura cõium ad reſpectum ſuaꝝ quẽq; rerum auertiſſet audita:ut prima uigilia diuerſi e caſtris ad deportanda oĩa tuendaſq; mœnibus urbes abirent:cuncti eam ſniam ingenti aſſenſu accepere:Palatis hoſtibus per agros prima luce romani ſignis prolatis in acie conſiſtunt: & ubi nemo obuius ibat:pleno gradu ad caſtra hoſtiũ tendunt:cæterum poſteaq; nec ſtationes portis:nec quẽq; in uallo:nec fremitũ conſuetum caſtroꝝ aĩaduerterunt:inſolito ſilentio moti metu inſidiarum ſubſiſtunt:tranſgreſſi deinde uallũ:cum deſerta oĩa inueniſſent:pgũt hoſtem ueſtigiis ſequi.ſed ueſtigia in oẽs æque ferentia partes ut in dilapſis paſſim primo erroꝝ faciebant:poſt per exploratores comptis hoſtiũ conſiliis ad ſingules urbes circũferendo bello unum &.xxx.oppida intra dies.l.oĩa oppugnando ceperunt quoꝝ pleraq; diruta atq; incenſa nomenq; equoꝝ prope ad internitionẽ deletũ. de equis triumphatum:exemploq; eoꝝ clades fuit:ut marrucini:marſi:peligni:ferentini mitterẽt Romam oratores pacis petendæ amicitiæq;.iis populis fœdus petentibus datũ.Eo anno.C.Flauius.C.filius Scriba patre libertino humili fortuna ortus:cæteꝝ callidus uir & facundus ædilis curulis fuit.Inuenio in quibuſdã annalibus cum appareret ædilibus:fieriq; ſe pro tribu ædilẽ uideret:neq; eius accipi nomen quod ſcriptũ faceret tabulã poſuiſſe & iuraſſe ſe ſcriptũ non facturum.quẽ aliquanto antea deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius:tribunatũ ante geſto triũuiratibuſq; nocturno altero:altero coloniæ deducendæ.Cæteꝝ id quod haud diſcrepat:contumacia aduerſus contẽnentes humilitatem ſuã nobiles certauit.ciuile ius repoſitum in penetralibus pontificũ euulgauit:factos circa forum in albo propoſuit:ut qñ lege agi poſſet ſciretur:ædẽ Concordiæ in area Vulcani ſumma inuidia nobilium dedicauit:coactuſq; conſenſu populi Cornelius barbatus pontifex maximus uerba præire:cum more maioꝝ negaret niſi conſulem:aut imperatorẽ poſſe templum dedicare.Itaq; exauctoritate ſenatus latum ad populũ eſt:ne quis templum aramue iniuſſu ſenatus aut tribunorum plebis partis ma-

L. Poſthumi⁹.T.Minutius cõſ.

Vnum & xxx.equorũ oppida

C.Flauii acta

ioris dedicaret. Haud memorabilē rem per se nisi documentū sit: aduersus superbiā nobilium plebeiæ libertatis referam. Ad collegā ægrū uisendi cā Flauius cū uenisset: consensuq; nobiliū adolescentiū: qui ibi assidebant: assurrectū ei non esset: curulē afferri sellam eo iussit: ac sede honoris sui anxios inuidia inimicos spectauit. Cæteq; Flauium dixerat ædilē forensis factio. Ap. Claudii censura uires nacta: q se natum primus libertinoq; filiis lectis inquinauerat: & posteaq̄ eam lectionem nemo ratā habuit: nec in curia adeptus erat: quas petierat opes urbanas: humilibus per oēs tribus diuisis foq; & campum corrupit. tantūq; Flauii comitia indignitatis habuerunt: ut plæriq; nobilium aureos annulos: & phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes discessit ciuitas: aliud integer populus fautor & cultor bonorum: aliud forensis factio tenebat: donec. Qu. Fabius: &. P. Decius censores facti. Fabius simul concordiæ causa simul ne humilimorum in manu comitia essent: omnem forensem turbam excretam ī quattuor tribus coniecit: urbanasq; eas appellauit: adeoq; eam rem acceptam gratis animis ferunt: ut Maximi cognomen quod tot uictoriis non peperat: hac ordinum temperatione pararet. Ab eodem institutum dicitur: ut equites idibus quintilibus transueherentur.

Flauius nobilitū inuidia bella ciuilia contempsit. Vtig apud Gel. li. 6. cap. 9 Val. max.

Hoc falsū si plinio credimus qui negat ānulos aureos tū in freq̄nti usu fuisse

LIBER DECIMVS.

C. Genutius Ser. cornelius cōs.

GENVTIO: SER. CORNELIO CONSVLIBVS AB EXTERNIS FERme bellis otium fuit. Sora atq; Alba coloniæ deductæ: Albam in Equos sexmilia colonoq; scripta: Sora agri uolsci fuerat: sed possederāt samnites eo quattuor millia hoium missa. Eodem anno arpinatibus trebulanisq; ciuitas data. frusinates tertia parte agri dānati: quod hernicos ab eis sollicitatos cōpertum: capitaq; coniurationis eius quæstione ab consulibus ex senatusconsulto habita: uirgis cæsi: ac securi percussi. Tamen: ne prorsus imbellem gererent annū: parua expeditio in Vmbria facta est: quod nunciabat ex spelūca quadā excursiones armatorum in agros fieri. In eā speluncam penetratū cum signis est: & ex eo loco obscuro multa uulnera accepta maximeq; lapidum ictu: donec altero eius specus ore (nam peruium erat) inuento utræq; fauces congestis lignis accensæ. ita intus fumo ac pauore ad duomillia armatoq; ruentia nouissime in ipsas flamas: dū euadere tentant: absumpta. M. Liuio: &. Qu. Aemylio consulibus redintegratū equicum bellū. Coloniam equi ægre patiētes uelut arcem suis finibus impositā summa ui expugnare adorti ab ipsis colonis pelluntur: cæteq; tantum Romæ terroē ferunt: quia uix credibile erat tā affectis rebus solos per se equos ad bellum coortos: ut tumultus eius causa dictator diceretur. G. Iunius Bubulcus cum. M. Titinio magistro equitum. profectus primo cōgressu equos subegit: ac die octauo triumphans in urbem cum rediisset: ædem Salutis: quam cōsul uouerat: censor locauerat: dictator dedicauit.

Alba ī eqs

M. Liuius Qu. Aemylius consl.



EODEM ANNO CLASSIS GRAECORVM Cleonymo duce lacedæmonio ad Italiæ littora appulsa Thurias urbem in salentinis cepit. Aduersus hunc hostē consul Aemylius missus prælio uno fugatum cōpulit in naues. Thuriæ redditæ ueteri cultori Salentinoq; agro pax parta. G. Iunium Bubulcum dictatorē missum in salentinos in quibusdā anualibus inuenio: & Cleonymū prius quam conflīgendū esset cum romanis: Italia excessisse: circūuectus inde Brundusii promontoriū medioq; sinu hadriatico uentis latus: cū leua importuosa Italiæ littora: dextera illyrici liburniq; & istri gētes feræ & magna ex parte latrociniis maritimis infames terrerēt: penitus ad littora uenetorū peruenit. ibi expositis paucis qui loca explorarent: cum audisset tenue ita prætentū littus esse: quod transgressis stagna ab tergo sint irrigua æstibus maritimis: agros haud procul proximos cāpestres cerni: ulteriora colles uideri esse: hostiū prælati fluminis: quo circūagi naues in stationē tutam uidisse: meduacus amnis erat: eo inuectā classem subire flumine aduerso iussit. Grauissimas nauiū nec pertulit alueus fluuii: & leuiora nauigia transgressa multitudo armatoq; ad frequētes agros tribus maritimis patauinoq; uicis colētibus eam oram puenit. Ibi egressi leui præsidio nauibus relicto uicos ui expugnant: inflamant tecta: hoium pecudumq; pdas agunt: & dulcedine prædandi lōgius usq; a nauibus procedunt. Hæc ubi Patauiū sunt nunciata sp aūt eos in armis accolæ galli hēbant in duas partes iuuentutē diuidunt: altera in regionē: qua effusa populatio nunciabatur: altera: ne cui pdonum obuia fieret: altero itinere ad stationē nauium (millia aūt. xiiii. ab oppido aberant) ducta. In naues paruas ignaris custodibus interemptis repentinus īpetus factus: territiq; nautæ coguntur naues in alterā ripam amnis traiicere: & in terra prospeq; æque in palatos pdatores plium fuerat: refugienti

Thuriæ

Meduacus

buſq; ad ſtationē græcis ueneti obſiſtunt. Ita in medio circūuenti hoſtes cæſiq; pars capti claſſem indi-
Cleōymus quinta pte nauiū amiſſa abiit cat: regēq; Cleonymū triamillia abeſſe. Ibi captiuis ꝓximo uico in cuſtodiā datis: pars fluuiatiles naues ad ſupanda uada ſtagnoꝝ apte planis alueis fabricatas: pars captiua nauigia armatis cōplent: ꝓfectiq; ad claſſem īmobiles naues & loca ignota pluſq; hoſtem timentes circūuadunt: fugienteſq; in altum: ac nuſq; repugnantes uſq; ad hoſtiū amnis pſecuti: captis qbuſdā incenſiſq; nauibus hoſtiū: quas trepida tio in uada intulerat: uictores reuertunt. Cleonymus uix qnta parte nauiū incolūi: nulla regione maris hadriatici proſpere adita diſceſſit roſtra nauiū ſpoliaq; græcoꝝ in æde Iunonis uetere fixa multi ſuperſunt: q uiderunt. Patauii monumentū naualis pugnæ eo die quo pugnatū eſt: quot ānis ſolēni certamine nauiū in flumine oppidi medio exercēt. Eodē anno Romæ cū ueſtinis petentibus amicitiam ictum eſt fœdus. Multiplex deinde ex ortus terror Ethruriā rebellare ab arretinoꝝ ſeditiōibus motu orto nunciabatur: ubi ciuiū licinium genus præpotens diuitiaꝝ inuidia pelli armis cœptū: ſimul maſoꝝ agrum ui tueri: in quē colōia Carſeoli deducta erat quattuor millibus hoīum ſcriptis. Itaq; pp eos tumultus dictus. M. Valeri. Maximus dictator magiſtrū equitum ſibi legit. M. Aemyliū paulū: id magis credo: quā. Qu. Fabium ea ætate atq; eis honoribus Valerio ſubiectū: cæterū ex maximo cōi cognomine ortū errorem haud abnuerim. Profectus dictator cū exercitu ꝑlio uno marſos fudit. cōpulſis deinde ī urbes munitas Miloniā. Pliſtiā: Freſiliā intra paucos dies cepit: & parte agri mulctatis marſis fœdus reſtituit. Tū in ethruſcos uerſum bellū. Cum dictator auſpicioꝝ repetūdoꝝ cauſa ꝓfectus Romā eſſet: magiſter equitū pabulatū egreſſus ex inſidiis circūuenitur: ſigniſq; aliquot amiſſis fœda militum cæde ac fuga in caſtra eſt cōpulſus. qui terror nō eo tantū a Fabio abhorret: quod ſi qua alia pte cognomen ſuū æquauit: tum maxime bellicis laudibus: ſed ēt quod memor papyrianæ ſcæuitiæ nunq; ut dictatoris iniuſſu dimicaret: adduci potuiſſet. Nunciata ea clades Romā maiorem: quā res erat: terrorem exciuit: nā ut exercitu deleto ita iuſtitiū indictum: cuſtodiæ in portis uigiliæ uicatim exactæ: arma: tela in muros congeſta. Oībus iunioribus ſacramento adactis: dictator ad exercitū miſſus oīa ſpe tranquilliora & cōpoſita magiſtri equitū cura: caſtra in tutiorem locū redacta: cohortes: quæ ſigna amiſerant: extra uallū ſine tentoriis deſtitutas inuenit: exercitū auidum pugnæ: quo maturius ignominia aboleretur. Itaq; confeſtim inde in agrū ruſellanū caſtra promouit: eo & hoſtes ſecuti: quāq; ex bene geſta re ſūmam in aperto certamine uiriū ſpem habebant: tū inſidiis quoq; quas fœliciter experti erant: hoſtem tentant. Tecta ſemiruta uici p uaſtationē agroꝝ deſtituti haud procul caſtris romanoꝝ aberant: ibi abditis armatis pecus in conſpectu præſidii romani: cui præerat. G. Fuluius legatus: propulſum. Ad quā illecebram cū commoueret nemo ab romana ſtatione: paſtoꝝ unus progreſſus ſub ipſas munitiones inclamat alios cūctanter ab ruinis uici pecus propellentes: qd ceſſarent: cū per media caſtra romana tuto agere poſſent? Hæc cū legato cærites quidā interpretarent: & per oēs militum manipulos ingens eſſet indignatio: nec tū iniuſſu mouere ſe auderent: iubet peritos linguæ attendere aīum: paſtoꝝ ſermo agreſti an urbano prop or eſſet. Cū referrēt ſonū linguæ: & corpoꝝ habitum: & nitorem cultiora: quā paſtoralia eſſe: ite igitur: dicite: inquit: detegant nequicq conditas inſidias: oīa ſcire romanum: nec magis iam capi dolo quā armis uinci poſſe. Hæc ubi audita ſunt: & ad eos: qui conſederant in inſidiis:
Eluſæ hoſtiū inſidiæ pla ta conſurrectū repente ex latebris eſt: & in patentē ad conſpectū undiq; campū prolata ſigna. Viſa legato maior acies: q quæ ab ſuo præſidio ſuſtineri poſſet: itaq; propere ad dictatorē auxilia accitū mittit: interea ipſe impetū hoſtium ſuſtinet. Nuncio allato dictator ſigna ferri ac ſequi armatos iubet. ſed celeriora prope oīa imperio erant: rapta extēplo ſigna armaq;: & uix ab impetu & curſu tenebant: cū ira ab accepta nuper clade ſtimulabat: tum concitatior accedens clamor ab increſcente certamine: urgēt itaq; alii alios: hortanturq; ſigniferos: ut ocius eant: quo magis feſtinantes uidet dictator eo īpenſius retentat agmē ac ſenſim incedere iubet. Ethruſci contra principio exciti pugnæ oībus copiis aderant & ſup alios alii nunciant dictatori oēs legiones ethruſcoꝝ capeſſiſſe pugnam: neq; iam ab ſuis reſiſti poſſe: & ipſe cernit ex ſuperiore loco in quanto diſcrimine præſidiū eſſet: cæteꝝ ſatis frætus eſſe ēt nunc tolerādo certamini legatum: nec ſe procul abeſſe periculi uindicē: quā maxime uult fatigari hoſtem. ut integris adoriatur uiribus feſſos: q̄q̄ lente procedunt: iam tū ad impetū capiendū equiti utiq; modicū erat ſpatiū. prima incedebant ſigna legionū: nequid occultū aut repentinum hoſtis timeret ſed reliquerat interualla inter ordines peditū qua ſatis lato ſpatio equi præmitti poſſent. Pariter ſuſtulit clamorē acies: & emiſſus eques libero curſu in hoſtē inuehitur: incōpoſitiſq; aduerſus equeſtrē procellam ſubitū pauorem effundit. Itaq; ut prope ſerum auxiliū iam pene circūuentis: ita uniuerſa requies data eſt: integri accepere pugnā: nec ea ipſa longa aut anceps fuit. fuſi hoſtes caſtra repetunt: inferentibuſq; iam ſignā romanis: cedunt: & in ultima caſtroꝝ parte conglobant. hærent fugientes in anguſtiis portarum pars magna uallū aggerem q; conſcendunt: ſi aut ex ſuperiore loco tueri ſe: aut ſuperare aliqua & euadere poſſent. Forte quodā loco male denſatus agger pondere ſupra ſtantium ī foſſam procubuit: atq; euah cū deos pandere uiam fugæ conclamaſſent: plures inermes: quā armati euadunt. Hoc prælio ſtatæ iteꝝ ethruſcoꝝ uires: & pacto annuo ſtipendio: & duum menſiū frumento ſperato permiſſū ab dictatore: ut de pace legatos mitterent Romā: pax negata: induciæ biennii datæ dictator triūphans ī urbem rediit. Habeo auctores ſine ullo memorabili prælio pacatam abdictatore Ethruriā eſſe: ſeditionibus tantum arretinoꝝ compoſitis: & licinio genere cum plebe in gratiā reducto. Conſulem ex dictatu

ra factũ.M.Valerium non petentẽ:atq; adeo abſentem ẽt creatum credidere quidã:& p interregem ea comitia facta.id unũ non ambigitur cõſulatũ cũ Apuleio Panſa geſſiſſe.M.Valerio &.Qu.Apuleio cõ ſulibus:ſatis pacatæ res foris fuere:ethruſcum aduerſæ belli res:& inducię quietũ tenebant:ſamnitem multoꝝ annorũ cladibus domitum haud dũ fœderis noui pœnitebat:romæ quoq; plebẽ quietam & exoneratã deducta in colonias multitudo pſtabat:tñ ne undiq; tranqllæ res eſſent: certamen incœptũ inter primores ciuitatis patritios plebeioſq; ab tribunis plebis.Qu.&.Gn.Oguiniis qui undiq; crimi nando; patrum apud plebẽ occaſionibus quæſitis:poſteaq; alia fruſtra tentata erant eã actionem ſuſce perunt:qua non infimã plebem accenderent:ſed ipſa capita plebis conſulares triumphaleſq; plebeios: quoꝝ honoribus nihil præter ſacerdotia:quæ nondũ ꝓmiſcua erant:deeſſet.Rogationẽ quoq; ꝓmul garunt:ut cũ quattuor augures:quattuor pontifices:ea tẽpeſtate eſſent:placeretq; augeri ſacerdotũ nu meꝝ quattuor pontifices quinq; augures de plebe oẽs allegerẽtur.Quẽadmodum ad quattuor augu rum numeꝝ:niſi morte duoꝝ id redigi collegiũ potuerit:non inuenio:cũ inter augures conſtet impa rem numeꝝ debere eſſe:ut tres antiquæ tribus ramnẽſes:titienſes:luceres ſuum quẽq; auguꝝ habeãt aut ſi pluribus ſit opus:pari inter ſe numero ſacerdotes multiplicent:ſicut multiplicati ſunt cũ ad quat tuor quinq; adiecti nouem numeꝝ:ut terni in ſingulas eſſent:expleuerunt.Cæteꝝ quia de plebe alle gabantur:iuxta eã rem ægre paſſi patres:quã cum conſolatum uulgari uiderent:ſimulabãt ad deos id magis:quã ad ſe pertinere:ipſos uiſuros ne ſacra ſua polluãtur:id ſe optare tantũ:ne qua in rẽp.clades ueniat.Minus aũt tetendere aſſueti iam tali genere certaminũ uinci:& cernebant aduerſarios non id: quod olim uix ſperauerint:affectantes magnos honores:ſed oĩa iam:in quoꝝ ſpem dubiam erat cer tatum:adeptos multiplices conſulatus cenſuraſq; & triũphos.Certatum tñ ſuadenda diſſuadendaq; le ge inter.Ap.Claudiũ maxime ferunt:& inter Publiũ Decium Murem:qui cũ eadem ferme de iure pa trũ ac plebis quæ pro lege licinia quondã:contraq; eam dicta erant:cũ plebeiis conſulatus rogabat:diſ ſeruiſſet:retuliſſe dicitur Decius parentis ſui ſpeciẽ:qualem eum multi:qui in concione erant: uiderãt incinctum gabino cultu ſuper telum ſtantẽ:quo ſe habitu pro populo ac legionibus romanis deouiſ ſet:tum.P.Decium conſulẽ purum piumq; diis imortalibus uiſum æque ac ſi.T.Manlius collega eius deoueretur.eundẽ.P.Decium:qui ſacra publica romani faceret:legi rite non potuiſſe.Id eſſe pericu lum:ne ſuas p̃ces minus audirent dii:quam.Ap.Claudii caſtius eum ſacra priuata facere:& religioſiuſ deos colere:quam ſe:quẽ pœnituere uotoꝝ:quæ pro republica nuncupauerint tot cõſules plebeii:tot dictatores:aut ad exercitus euntes:aut inter ipſa bella? Numerarent duces eoꝝ annorũ:quibus plebe iorum ductu & auſpicio res geri cœptæ ſunt:numerarent triumphi:iam ne nobilitatis quidẽ ſuæ ple beios pœnitere.pro certo habere:ſi quod repens bellũ oriatur:non plus ſpei fore ſenatui populoq; ro mano in patritiis:quã in plebeiis ducibus.Quod cũ ita ſe habeat:cui deorum hoĩum ue indignũ uide ri poteſt:inquit:eos uiros:quos uos ſellis curulibus toga prætexta:tunica palmata:& toga picta:& co rona triumphali laureaq; honoraretis:quoꝝ domos ſpoliis hoſtium affixis inſignes inter alias feceri tis:pontificalia atq; auguralia inſignia attingere? Qui Iouis optimi maximi ornatu decoratus curru au rato per urbẽ uectus in capitolium aſcenderit:is cõſpiciatur cum capide:ac lituo capite uelato: uictimã cædet auguriũue ex arce capiet:cuius imaginis titulo conſulatus cenſuraq; & triumphus æquo aĩo le getur:ſi auguratũ aut pontificatum adieceritis:non ſuſtinebunt legentium oculi? equidẽ pace dixerim deum eos nos iã populi romani beneficio eſſe ſpero:qui ſacerdotiis non minus reddamus dignatiõe noſtra honoris:quã acceperimus:& deorum magis:quam noſtra cauſa expetamus:ut quos priuatim colimus:publice colamus.Quid aũt ego ſic adhuc egi tãq; ĩtegra ſit cauſa patritioꝝ de ſacerdotiis & nõ nos iam in poſſeſſione unius ampliſſimi ſimus ſacerdotii? decẽuiros ſacris faciundis carminũ Sibyllæ ac fatorum populi huius interpretes antiſtites eoſdem Apollinis ſacri cerimoniarũq; aliarũ plebeios uidemus.nec & tum patritiis ulla iniuria facta eſt:cum duũuiris ſacris faciundis adiectus eſt pp plebe ios numerus:& nunc tribunus uir fortis ac ſtrenuus quinq; auguꝝ loca quattuor pontificũ adiecit: in quæ plebeii nominent:non ut uos Appi ueſtro loco pellant:ſed ut adiuuẽt uos hoĩes plebeii diuinis quoq; rebus procurandis:ſicut in cæteris humanis pro parte uirili adiuuant.Noli erubeſcere Appi col legam in ſacerdotio habere:quẽ in cenſura:quem in conſulatu collegam habere potuiſti:cuius tam di ctatoris magiſter equitum:quã magiſtri equitum dictator eſſe potes.Sabinum aduenam principẽ no bilitatis ueſtræ ſeu.Ap.Clauſum:ſeu.Ap.Claudium mauultis:illi antiqui patritii in ſuũ numerum ac ceperunt.ne faſtidieris nos in ſacerdotũ numerum accipere.multa nobiſcũ decora afferimus: imo oĩa eadem:quæ uos ſuperbos fecerunt:Sextius primus de plebe conſul eſt factus:Claudius licinius Stolo primus magiſter equitũ.G.Martius Rutilius primus & dictator & cenſor.Qu.Publius Philo primus prætor.Semper iſta audita ſunt eadem penes uos anſpicia eẽ:uos ſolos gentes habere:uos ſolos iuſtũ imperium & auſpicium domi militiæq; quin adhuc plebeium proſperum: & patritium fuit: porroq; erit.En unq̃ fando audiſtis patritios primo eſſe factos non de cælo demiſſos? ſed q patrẽ ciere auumq; poſſent:ideſt nihil ultra quam ingenuos.conſulem iam patrem ciere poſſum:auumq; iam poterit fili us meus nihil eſt aliud in re quirites:niſi ut oĩa negata adipiſcamur:certamen tantum patritii petunt: neq; curant:quem euentum certaminum habeant.Ego hanc legem:quod bonum fauſtum felixq; ſit uobis ac reip.uti rogaſtis:ſubeundam cenſeo.Vocare tribus extemplo populus iubebat: apparebatq;

M. Valeri uſ.Qu.apu leius cõſſ.

Numerus põtificũ & augurũ au ctus

ĩſignia ma giſtratuũ

Qui primi e plebe ma giſtratus adi erint

accipi legē:ille tñ dies eſt interceſſione ſublatus.poſtero die deterritis tribunis:ingenti conſenſu acce-
pta eſt:Pontifices creātur ſuaſor legis.P.Decius Mus.P.Sempronius Sophus:Claudius Martius Ru
Primi e ple tilius.M.Liuius Denter.Quinq; augures item de plebe Claudius Genutius.P.Elius Pætus.M.Minu
be pōtifices tius Feſſus:Cl.Martius.T.Pub.Ita octo pontificum nomen augug; numerus factus.Eodē anno Mar-
& augures tius Valerius conſul de prouocatione legē tulit diligentius ſanctā.terrio ea tum poſt reges exactos la-
facti ta eſt ſp a familia eadem.cauſam renouandæ ſæpius haud aliam fuiſſe reor:quā quod plus paucorum
opes:quā libertas plebis poterant.Portia tñ lex ſola pro tergo ciuiū lata uidetur:quod ea graui pœna:
Lex portia ſiquis uerberaſſet:necaſſetue ciuē romanum ſanxit:ualeria lex cū eum:q prouocaſſet:uirgis cædi ſecu
lex ualeria ri; necari uetuiſſet:ſi quis aduerſus ea feciſſet:nihil:ultra quam improbe factū adiecit:id qui tū pudor
hoium erat:uiſum credo uinculum ſatis ualidum legis:nunc uix ſeruo ſuo ita minetur quiſq;.Bellum
ab eodē conſule haud quaq; memorabile aduerſus rebellantes equos:cum præter aīos feroces nihil ex
antiqua fortuna haberent:geſtum eſt.Alter conſul Apuleius ī Vmbria Nequinū oppidum circūſedit:
Neuqnum locus erat arduus atq; in parte una ꝑceps:ubi nunc Narnia ſita eſt:nec ui nec munimento capi poterat
ubi nunc itaq; eam infectam rem.M.Fuluius Pætus.T.Manlius Torquatus noui conſules acceperunt. In eum
Narnia annum cum Fabium conſulem non petentem oēs dicerent centuriæ:ipſum auctorem fuiſſe Macer Li
M.Fuluiuſ cinius:ac Tubero tradunt differendi ſibi conſulatus in bellicoſiorem annū:eo anno maiori ſe uſui rei-
T.Mālius publicæ fore urbano geſto magiſtratu.ita nec diſſimulantē:quid mallet:nec petentem tñ ædilem cu-
conſſ. rulem cum.L.Papyrio Curſore factum.Id ne pro certo ponerem:uetuſtior annalium auctor Piſo effe-
cit:qui eo anno ædiles curules fuiſſe tradit.Cl.Domicium.Gn.F.Caluinum:&.Sp. Caruilium.Qu.F.
Maximum:id credo cognomen errorem in ædilibus feciſſe:ſecutamq; fabulam mixtam ex ædilitiis
& conſularibus comitiis conuenientem errori. Et luſtrū eo anno conditum a.P.Sulpicio Sopho &.P.
Sempronio Auerrione cenſoribus:tribuſq; additæ duæ anienſis & terentina.Hæc Romæ geſta:cæte-
rum ad Nequinum oppidum cum ſegni obſidione tps tereretur:duo ex oppidanis:quorū erant ædi-
ficia iuncta muro:ſpecu facto ad ſtationes romanas itinere occulto perueniunt:inde ad cōſulem dedu
cti præſidium armatū ſe intra mœnia & muros accepturos confirmant.Nec aſpernanda res uiſa neq; i-
caute credenda:cum altero eorum(nam alter obſes retentus)duo exploratores per cuniculum miſſi:
per quos ſatis comperta re trecenti armati tranſfuga duce in urbem ingreſſi nocte portam:quæ proxi
ma erat:cepere:qua refracta conſul exercituſq; romanus ſine certamine urbem inuaſere. Ita Nequinū
in dicionem populi romani uenit colonia eo aduerſus umbros miſſa a nare flumine Narnia appella-
Narnia un ta.exercitus cum magna præda Romam reductus.
de dicta



EODEM ANNO AB ETHRVSCIS ADVER
ſus inducias paratum bellum:ſed eos alia moliētes
gallorum ingens exercitus fines īgreſſus pauliſper
a propoſito auertit:pecunia deinde:qua multū pote
rant fræti ſocios ex hoſtibus facere gallos conantur
ut eo adiuncto exercitu cum romanis bellarent de
ſocietate haud abnuunt barbari:de mercede agitur
qua pacta acceptaq; cum parata cætera ad bellum eſ
ſent:ſequiq; ethruſcus iuberet:inficias eunt merce-
dem ſe belli romanis inferendi pactos: quicquid ac
ceperint accepiſſe:ne agrum ethruſcum uaſtarent:
armiſq; laceſſerēt cultores:militaturos tñ ſe:ſi utiq;
ethruſci uelint:ſed nulla alia mercede:quā ut in par
tem agri accipiantur:tandēq; aliqua ſede certa con-
ſiſtant.Multa de eo cōcilia populorum Ethruriæ ha
bita:nec perfici quicq; potuit:non tam:quia imminui agrum:quā quia accolas ſibi quiſq; adiungere tā
efferatæ gentis hoies horrebat.ita dimiſſi galli pecuniam ingentem ſine labore ac periculo paratā ret-
tulerunt.Romæ terrorem præbuit fama gallici tumultus ad bellum ethruſcum adiecti:eo minus cun
T.Mālii cō ctanter fœdus ictum cum picenti populo eſt.T.Manlio conſuli Ethruria prouincia ſorte euenit:q dū
ſulis exituſ uix ingreſſus hoſtium fines exerceretur inter equites ab rapido curſu circūagendo equo effuſus exte
plo prope expirauit:tertius ab eo caſu dies finis uitæ conſuli fuit.Quo uelut omine belli accepto deos
pro ſe commiſiſſe bellum memorantes ethruſci ſuſtulere aīos.Romæ cum deſiderio uiri tum incom-
moditate tpis triſtis nuncius fuit:ut patres ab iubendo dictatore conſulis ſubrogandi comitia ex ſen-
M. Valeri tentia principum habita deterruerint.M.Valerium conſulem:oēs ſententiæ centuriæq; dixere:quem
us conſul ſenatus dictatorem dici iuſſurus:tum fuerat.tum extemplo in Ethruriam ad legiones proficiſci iuſſit:
aduentus eius compreſſit ethruſcos adeo:ut nemo extra munimenta egredi auderet: timorq; ipſorū
obſidioni ſimilis eſſet:neq; illos nouus conſul uaſtandis agris urendiſq; tectis:cum paſſim nō uillæ ſo
lum:ſed frequentes quoq; uici incendiis abſumerent ad certamē elicere potuit.Cum hoc ſegnius bel
lum opinione eſſet:alterius belli:quod multis inuicem cladibus haud immerito terribile erat:fama pi
centium ſociorum nouorum indicio exorta eſt:ſamnites arma & rebellionem ſpectare:ſeque ab iis ſol

licitatos esse. Picentibus gratiæ actæ: & magna pars curæ patribus ab Ethruria in samnites uersa ē. Ca
ritas ēt annonæ sollicitā ciuitatem habuit: uentūq; ad inopiæ ultimum foret: ut scripseræ: qbus ædilem
fuisse eo anno Fabiū Maximum placet: ni eius uiri cura: qualis in bellicis rebus multis tempestatibus
fuerat: talis domi tū in annonæ dispensatione ꝑparando ac conuehendo frumēto fuisset. Eo anno: nec
traditur cā: interregnū initum: interreges fuere. Ap. Claudius: deinde. p. Sulpicius is comitia consula-
ria habuit: creauit Luciū Cornelium Scipionē: &. Gn. Fuluium consules. Principio huius anni orato-
res lucanoꝝ ad nouos consules uenerant questū: quia condicionibus plicere se nequierint: ad societa-
tem armoꝝ samnites infesto exercitu ingressos fines suos uastare: belloq; ad bellū cogere: lucano popu
lo satis superq; erratū quondam: nunc ita obstinatos aīos esse: ut oīa ferre ac pati tolerabilius ducant: q̄
ut unq̄ postea nomen romanū uiolent. Orare patres: ut lucanos in fidē accipiant: & uim atq; iniuriā ab
se samnitiū arceant. Se quāq̄ bello cum samnitibus suscepto necessaria iam facta aduersus romanos fi-
des sit: tū obsides dare paratos esse. Breuis consultatio senatus ad unum oēs iungendū fœdus cum lu-
canis: resq; repetendas ab samnitibus censent. Benigne responsū lucanis: ictumq; fœdus. Fœciales mis
si: qui samnitē decedere agro socioꝝ: ac deducere exercitū finibus lucanis iuberent: quibus obuiā missi
ab samnitibus: qui denunciarent: siquod adissent in samnio conciliū: haud inuiolatos abituros. Hæc
posteaq̄ audita sunt Romæ: bellū samnitibus & patres censuerunt: & populus iussit. consules inter se
prouincias partiti sunt: Scipioni Ethruria: Fuluio samnites obuenerunt. diuersi ad suū quisq; bellū pro
ficiscuntur. Scipioni segne bellū & simile prioris ānni militiæ expectanti hostes ad Volaterras īstructo
agmine occurrunt: pugnatū maiore parte diei magna utrinq; cæde: nox incertis: qua data uictoria eēt
interuenit. Lux insequens uictorē: uictumq; ostendit: nā ethrusci silentio noctis castra reliquerūt. roma
nus egressus in aciem: ubi ꝑfectione hostiū concessam uictoriā uidet: progressus ad castra uacuis cum
plurima ꝑda. nā & statiua trepide deserta fuerant: potit̄: inde in faliscū agrum copiis reductis: cū impe-
dimenta Faleriis cū modico præsidio reliquisset: expedito agmine ad populandos hostiū fines intēdit
oīa ferro igniq; uastant. prædæ undiq; actæ: nec solum mō uastatum hosti relictū: sed castellis ēt uicisq;
illatus ignis: urbibus oppugnandis tēperatum: in quas timor ethruscos cōpulerat. Gn. Fuluii cōsulis
clara pugna in Samnio ad Bouianū haud quaq̄ ambiguæ uictoriæ fuit: Bouianū inde aggressus nec
ita multo post Aufidenā ui cepit. Eodē anno Carseolos colonia in agrum equicoloꝝ deducta. Fuluius
consul de samnitibus triūphauit. Cum comitia consularia instarent: fama exorta ethruscos samnitesq;
ingentes conscribere exercitus: palam oībus conciliis uexari principes ethruscoꝝ quod non gallos q̄-
cūq; condicione traxerint ad bellum. increpare magistratus samnitiū: quod exercitū aduersus lucanū
hostem cōparatum obiecerint romanis. itaq; suis sociorūq; uiribus cōsurgere hostes ad bellū: & haud
quaquam pari defungendū esse certamine. Hic terror cum illustres uiri consulatū peterent: oēs in. Qu.
Fabium Maximū primo non petentē: deinde: ut inclinata studia uidit: ēt recusantem conuertit. Quid
se iam senē ac perfunctū laboribus laborumq; præmiis sollicitarent: neq; corporis: nec animi uigorem
remanere eundē: & fortunam ipsam uereri necui deoꝝ nimia iam in se & constantior: q̄ uelint huma-
næ res: uideatur: & se gloriæ senioꝝ succreuisse: & ad suam gloriam consurgentes alios lætum aspice
re: nec honores magnos fortissimis uiris Romæ: nec honoribus deesse fortes uiros. Acuebat hac mo-
deratione tam iusta studia: quæ uerecundia legū restinguenda ratus legem recitari iussit: qua intra de
cem annos eundē consulem reſici non liceret. uix præ strepitu audita lex ē: tribuniq; plebis nihil id im
pedimenti futuꝝ aiebant: se ad populum laturos uti legibus solueretur. & ille quidē in recusando per
stabat: quid ergo attinet leges ferri rogitās: quibus p eosdē: qui tulissent: fraus fieret? iam regi leges nō
regere. Populus nihilominus suffragia inibat: & ut quæq; intro uocata erat centuria consulē haud du
bie Fabiū dicebat. Tum demū consensu ciuitatis uictus dc̄i approbēt: inquit: quod agitis acturiq; estis
quirites: cæteꝝ qm̄ in me quod uos uultis: facturi estis: in collega sit meæ apud uos gratiæ locus: Pu-
blium Deciū expertum mihi concordi collegio uiꝝ uobis dignū: dignum parēte suo: quæso: mecum
consulem faciatis. Iusta suffragatio uisa: oēs: quæ supererant centuriæ. Qu. Fabiū. P. Decium cōsules di
xere. Eo anno plerisq; dies dicta ab ædilibus: quia plus: q̄ qđ lege finitū erat: agri possidērēt: nec qsquā
ferme est purgatus: uinculūq; ingens īmodicæ cupiditati iniectū est. Consules noui. Qu. Fabius Maxi
mus quartū: &. P. Decius Mus tertiū: cum inter se agitarēt uti alter samnites hostes: alter ethruscos de-
ligeret: quantæq; in hanc: aut in illā prouinciā copiæ satis essent: & uter ad utrū bellū dux idoneus ma-
gis esset: ab Sutrio & Nepete & faleriis legati auctores concilia Ethruriæ populoꝝ de petenda pace ha
beri: totam belli molē in Samniū auerterunt. Profecti consules: quo expeditiores cōmeatus essent: & i
certior hostis qua uentuꝝ bellū foret: Fabius per soranū: Decius per sidicinū agrū in Samnium legio-
nes ducunt. Vbi in hostiū fines uentū est: uterq; populabundus effuso agmine incedit: explorant tū la
tius: q̄ populantur. Igitur nō fefellere ad Tifernum hostes in occulta ualle instructi: qua ingressos ro-
manos ex superiore loco adoriri parabant. Fabius impedimētis in locum tutū remotis: præsidioq; mo
dico imposito præmonitis militibus adesse certamen: quadrato agmine ad prædictas hostiū latebras
succedit. Samnites desperantes īprouiso tumultu qn̄ in apertum semel discrimē euasura eēt res: & ipsi
acie iusta maluerunt concurrere: itaq; in æquū descendunt ac fortunæ se maiore aīo: quam spe cōmit
tunt cæteꝝ siue quia ex oīum samnitiū populis: quodcūq; roboris fuerat: contraxerant: seu quia discri

L. Corneli
us scipio.
Gn. Fului
us consl.

Ethrusci
ad uolater
ras uicti

Nota

Iā regi non
regeſ leges

Qu. fabius
maximus
P. Decius
consl.

Fabius adhortat equites

Atr. fabii cõsulis stratagema

men summæ reꝝ augebat aĩos: aliquantũ quoq; aperta pugna præbuerunt terroris. Fabius ubi nulla ex parte hostẽ loco moueri uidet. M. Fuluium: &. L. Valeriũ tribũos militum: cũ quibus ad primã aciẽ procurrerat: ire ad equites iubet: & adhortari ut si qñ unq̃ equestri ope adiutã remp. meminerint: illo die annitantur: ut ordinis eius gloriã inuictam præstent. peditũ certamine immobilẽ hostem restare: oẽm reliquam spem in ĩpetu esse equitũ: & ipsos noĩatim iuuenes pari comitate utrũq; nunc laudibus nunc promissis onerat. Cæteꝝ qñ nec ea quoq; tentata uis proficeret. consilio grassandũ: si nihil uires iuuarent: ratus Scipionẽ legatum hastatos primæ legionis subtrahere ex acie: & ad montes proximos quã posset occultissime: circũducere iubet: inde ascensu abdito a conspectu erigere in montes agmen: auersoq; hosti ab tergo repente se ostẽdere. Equites ducibus tribunis haud multo plus hostibus quã suis ex improuiso ante signa euecti præbuerunt tumultus. aduersus incitatas turmas stetit ĩmota samnitium acies: nec parte ulla pelli aut prumpi potuit: & posteaq̃ irritum inceptũ erat: recepti post signa plio excesserunt. Creuit ex eo hostium aĩus: nec sustinere frons prima tã longum certamẽ increscentẽq; fiducia sui uim potuisset: ni secunda acies iussu consulis in primũ successisset. Ibi integræ uires sistunt i inuehentẽ se iam samnitẽ: & tpe improuisa ex montibus signa clamorq; sublatus: non uero tantũ metu terruere samnitium aĩos: nam & Fabius Deciũ collegam appropinquare exclamauit: & pro se qsq; miles adesse alteꝝ consulem: adesse legiones gaudio alacres fremũt errorq; utilis romanis oblatus fugæ formidinisq; samnites impleuit: maximeq; territos ne ab altero exercitu integro intactoq; fessi opprimerentur: & quia passim in fugam dissipati sunt: minor cædes: quã pro tanta uictoria fuit. triamillia &. cccc. cæsi: capti trecenti ferme & triginta: signa militaria capta tria & uiginti. Sãnitibus appuli se ante prælium coniunxissent: ni. P. Decius consul iis ad Maleuentũ castra obiecisset: extractoq; deinde ad certamen fudisset. Ibi quoq; plus fugæ fuit: quã cædis: duomillia appuloꝝ cæsa: spretoq; eo hoste Decius in Samniũ legiones duxit. Ibi duo consulares exercitus diuersis uagati partibus oĩa spatio quinq; mensiũ euastarunt: quadraginta & quinq; loca in Sãnio fuere: in quibus Decii castra fuerunt: alterius consulis sex & octoginta. nec ualli tantũ ac fossaꝝ uestigia relicta: sed multo illis insigniora monumenta uastitatis circa regionũq; depopulataꝝ. Fabius ẽt urbem Gimerã cepit. ibi capta armatoꝝ duomillia cccc. cæsi ferme pugnantes a quadrigentis triginta. Inde comitioꝝ cã Romam profecturus maturauit eam rem agere: cũ primo uocatũ. Qu. Fabium consulẽ dicerent oẽs centuriæ. Ap. Claudius consularis cãdidatus uir acer & ambitiosus: non sui magis honoris cã: quam ut patritii recuperarent duo consularia loca: cum suis: tum totius nobilitatis uiribus incubuit: ut se cũ. Qu. Fabio consulẽ diceret. fabius primo de se eadẽ fere: quæ priore anno dicendo abnuere: circũstare sellam oĩs nobilitas orare: ut ex cœno plebeio consulatũ extraheret: maiestatẽq; pristinam tum honori: tũ patritiis gentibus redderet. Fabius silentio facto media oratione studia hoĩum sedauit: factuꝝ. n. se fuisse dixit: ut duoꝝ patritioꝝ noĩa reciperet: si aliũ quam se consulẽ fieri uideret: nunc se sui rationẽ comitiis cũ contra legem futuꝝ sit pessimo exemplo non habituꝝ. Ita Lucius Volũnius de plebe cũ Appio Claudio cõsul est factus: priore itẽ consulatu inter se cõparati. Nobilitas obiectare Fabio fugisse eũ Appium Claudiũ collegã eloquentia ciuilibusq; artibus haud dubie pstantem. Comitiis perfectis ueteres consules iussi bellum in Sãnio gerere prorogato in sex menses ĩperio. itaq; insequenti quoq; anno. L. Volũnio: &. Ap. Claudio consulibus. P. Decius: qui consul in Sãnio relictus a collega fuerat: proconsul idẽ populari non destitit agros: donec Samnitiũ exercitum nusq̃ se prælio cõmittentẽ postremo expulit finibus: Ethruriam pulsi petierunt: & quod legationibus nequicq̃ sæpe tentauerant id se tanto agmine armatoꝝ: mixtis terrores pcibus acturos efficacius rati postulauerunt principũ Ethruriæ concilĩũ. Quo coacto p quot annos pro libertate dimicent cũ romanis: exponunt oĩa expertos esse: si suismetipsoꝝ uiribus tolerare tantã molẽ belli possent: tentasse ẽt haud magni momẽti finitimaꝝ gentiũ auxilia: petisse pacẽ a populo romanõ cũ bellum tolerare non possent: rebellasse quod pax seruiẽtibus grauior: quã liberis bellũ esset: unam sibi spem reliquã in ethruscis restare: scire gentẽ Italiæ opulẽtissimã armis uiris pecunia esse: habere accolas gallos inter ferrũ & arma natos: feroces cũ suopte ingenio: tum aduersus romanũ populum: quẽ captum a se auroq; redẽptum haud uana iactantes memorãt. Nihil abesse: si sit aĩus ethruscis: qui Porsenæ quondã maioribusq; eoꝝ fuerit: quin romanos omni agro cis tyberim pulsos dimicare pro salute sua: non de intolerando Italiæ regno cogant. Samnitẽ illis exercitũ paratum: instructũ armis stipendio uenisse: confestim secuturos: uel si ad ipsam romanã urbem oppugnandã ducant. Hæc eos ĩ Ethruria iactantes molientesq; bellũ domi romanum urebat: nã. P. Decius ubi cõperit p exploratores profectum samnitiũ exercitum: aduocato concilio quid p agros inquit: uagamur uicatim circũferentes bellum: quin urbes ac mœnia aggredimur? nullus iam exercitus Samnio præsidet: cessere finibus ac sibimetipsi exiliũ consciuere. Approbantibus cunctis ad Murgantiã ualidam urbẽ oppugnandam ducit: tantusq; ardor militũ fuit & caritate ducis: & spe maioris: quã ex agrestibus populationibus præda: ut uno die ui atq; armis urbẽ caperent: ibi duomillia samnitiũ: & centum pugnantes circũuenti captiq; & alia præda ingens capta est. quæ ne ĩpedimentis grauibus agmen oneraret: conuocari milites Decius iubet: haccine: inquit: uictoria sola aut hac præda contenti estis futuri? si uultis uos pro uirtute spes gerere: oẽs samnitium urbes fortunæq; in urbibus derelictæ uestræ sunt: qñ legiones eoꝝ tot præliis fusas postremo finibus expulistis: uendite ista: & illicite lucro mercatorem ut sequatur agmen: ego sub-

Fabius Samnitibus strages intulit

Romãoꝝ successus i Samnio

Decius Appulos fudit

Reperit utru fabius consulat

L. Volũnius. Ap. Claudius cõss.

Samnites in Etruriã ĩsu giunt mutatis Etruscis in ho

Sãnites fractis opibus in ethruriã abeunt

Murgãtiã Sãnitiũ urbẽ capiunt ro.

Romulea samnitium capitur

inde ſuggerã:quæ uendatis.Ad Romuleam urbem hinc eamus:ubi uos labor haud maior præda po
tior manet.Diuendita præda ultro adhortantes imperatorẽ ad Romuleã pergunt.Ibi quoq; ſine ope
re:ſine tormẽtis ſimul admota ſunt ſigna:nulla ui deterriti a muris:qua cuiq; proximum fuit:ſcalis ra
ptim admotis in mœnia euaſere.captũ oppidum ac direptũ eſt.ad duomillia & trecenti occiſi:& ſexmil
lia hoĩum capta.Et miles ingenti præda potitus:quam uendere ſicut priorẽ coactus:Ferentinum ide:
quãq; nihil quietis dabatur:tñ ſumma alacritate ductus:cæterũ ibi plus laboris ac periculi fuit:& defen
ſa ſumma ui mœnia ſunt:& locus munimento erat naturaq; tutus:ſed euicit oĩa aſſuetus prædæ miles
ad triamillia hoſtiũ circa muros cæſa.ꝑda militis fuit.Huius oppugnataꝝ urbium decoris pars maior
in quibuſdã annalibus ad Maximũ trahitur:Murgantiã ab Decio:a Fabio Ferentinũ Romuleãq; op
pugnatas tradunt.ſunt qui nouoꝝ conſulũ hanc gloriã faciant.quidam non amboꝝ:ſed alterius Vo
lumnii:ei Samniũ prouinciã eueniſſe.Dũ ea in Samnio cuiuſcũq; ductu auſpicioq; gererent:romanis
interim in Ethruria bellũ ingens multis ex gentibus cõcitur:cuius auctor Gelius Egnatius ex ſamni
tibus erat.tuſci uero oẽs conciuerant bellũ:traxerat cõtagio proximos Vmbriæ populos:& gallica au
xilia mercede ſollicitabant:oĩs multitudo ad caſtra ſamnitium conueniebat.Qui tumultus repens po
ſteaq; Romã perlatus eſt:cũ iam.L.Volũnius conſul cũ legione ſecunda ac tertia ſociorũq; millibus qn
decim profectus in ſamnium eſſet.Ap.Claudiũ primo quoq; tpe ĩ Ethruriã ire placuit. Duæ romanæ
legiones ſecutæ prima & quarta & ſocioꝝ duodecimmillia:caſtra haud procul ab hoſte poſita.Cæteꝝ
magis eo profectum eſt:quod mature uentũ erat:ut quoſdã ſpectantes iã arma Ethruriæ populos me
tus romani noĩs comprimeret:quã quod ductu conſulis quicq; ibi ſatis ſcite aut fortunate geſtum ſit.
Multa prælia locis & temporibus iniquis cõmiſſa:ſpeſq; in dies grauiorem hoſtem faciebat:& iam ꝓ
pe erat:ut nec duci milites:nec militibus dux ſatis fideret.Litteras ad collegam accerſendum ex Sam
nio miſſas in trinis annalibus inuenio:piget tñ incertum ponere:cũ ea ipſa inter cõſules populi roma
ni iam iteꝝ eodem honore fungentes diſceptatio fuerit:Appio abnuente miſſas:Volũnio affirmante
Appii ſe litteris accitum.Iam Volumnius in Sãnio tria caſtella ceperat:in quibus ad tria millia hoſtiũ
cæſa erant:dimidiũ fere eius captum.Et lucanoꝝ ſeditiones a plebeiis & egẽtibus ducibus ortas:ſum
ma optimatiũ uoluntate per Quintũ Fabium proconſulẽ miſſum eo cũ ueteri exercitu:compreſſerat.
Decio populandos hoſtiũ agros relinquit:ipſe cum ſuis copiis in Ethruriã ad collegam pgit:quem ad
uenientẽ læti oẽs accepere.Appiũ ex cõſcientia ſua credo aĩum habuiſſe haud imerito iratum:ſi nihil
ſcripſerat:illiberali & ingrato aĩo ſi eguerat ope diſſimulantem.uix.n.ſalute mutua reddita:cũ obuiam
egreſſus eſſet:ſatin ſalue:inquit.Luci Volũni:ut ſeſe in Sãnio res habent?quæ te cã:ut prouicia tua ex
cederes:induxit?Volumnius in Samnio res proſperas eſſe ait:litteris eius accitũ ueniſſe:quæ ſi falſæ
fuerint:nec uſus ſui ſit in Ethruria:extemplo conuerſis ſignis abituꝝ.Tu uero abeas:inquit:nec te qſq;
moratur:etenim minime conſentaneũ eſt:cum bello tuo forſitan uix ſufficias:hic te ad opem ferandã
aliis gloriari ueniſſe.Bene hercules uerteret dicere Volumnius:malle fruſtra operã inſumptã:quam
quicq; incidiſſe:cur non ſatis eſſet Ethruriæ unus conſularis exercitus.Digredientẽ iam conſulem le
gati tribuniq; ex appiano exercitu circũſiſtũt.pars imperatorem ſuũ orare:ne collegæ auxilium:quod
acciendum ultro fuerit:ſua ſponte oblatum ſperneretur.plures abeunti Volumnio obſiſtere:atq; obte
ſtari ne prauo cum collega certamine rempu.perdat:ſiqua clades incidiſſet:deſertori magis:quã deſer
to noxiæ fore eo rem adductam:ut oĩs rei bene:aut ſecus geſtæ in Ethruria decus dedecuſq; ad.L.Vo
lumnium delegetur.neminẽ quæſituꝝ quæ uerba Appii:ſed quæ fortuna exercitus fuerit.dimitti ab
Appio eum ſed ab rep.& ab exercitu retineri:expireret modo uoluntatẽ militum.Hæc monendo ob
teſtandoq; prope reſiſtentes cõſules in concionẽ pertraxerunt.ibi orationes longiores habitæ in ean
dem ferme ſniam:in quam inter paucos certatum uerbis fuerat.Et cũ Volumnius cã ſuperior ne infa
cundus quidẽ aduerſus eximiam eloquentiã collegæ uiſus eſſet:cauillanſq; Appius ſibi acceptũ refer
re diceret debere:quod ex muto atq; elingui facundum ẽt conſulem haberent:priore cõſulatu primis
utiq; menſibus hiſcere:nequiſſe:nunc iam populares orationes ſerere.Quam mallẽ:inquit Volũnius:
tu a me ſtrenue facere:quam ego abs te ſcite loqui didiciſſem.Poſtremo conditionẽ ferre:quæ decre
tura ſit:non orator:neq;.n.id deſiderare remp.ſed imperator uter ſit melior:Ethruriã & Samnium pro
uincias eſſe:utrã mallet:eligeret:ſuo exercitu ſe in Ethruria uel in Samnio rem geſturꝝ.Tum militum
clamor ortus:ut ſimul ambo bellũ ethruſcum ſuſciperent.quo aĩa duerſo conſenſu Volumnius:qm̃ in
collegæ:inquit:uoluntate interpretanda erraui:non cõmittam:ut qd uos uellitis:obſcuꝝ ſit:manere
an abire me uelitis:clamore ſignificate.tum uero tantus eſt clamor exortus:ut hoſtẽ ex caſtris exciret:
armis arreptis in aciem deſcendunt:& Volũnius ſigna canere ac uexilla efferri e caſtris iuſſit.Appium
addubitaſſe ferunt cernentẽ ſeu pugnante ſeu quieto ſe fore collegæ uictoriam:deinde ueritũ ne ſuæ
quoq; legiones Volũnium ſequerent:& ipſum flagitantibus ſuis ſignũ dediſſe.Ab neutra parte ſatis
cõmode inſtructi fuerunt:nam & ſamnitiũ dux Gelius Egnatius cum cohortibus pabulatũ paucis ie
rat:ſuoq; impetu magis milites:quã cuiuſq; ductu aut imperio pugnã capeſſebãt:& romani exercitus
nec pariter ambo ducti:nec ſatis tpis ad inſtruendum fuit.Prius cõcurrit Volũnius:quam Appius ad
hoſtem pueniret:itaq; ſorte mæquali concurſum eſt & uelut ſorte quadã mutante aſſuetos inter ſe ho
ſtes ethruſci Volumnio:ſamnites parũ percunctati quia dux aberat Appio occurere Dicitur Appius ĩ

Romulea Vrbs Samnitũ oppugnatur

Ferẽtinum capitur

Grauiſſimũ bellum Romanis Gelio egna in Etruria tius bellũ mouet

Inter conſules Volũnium & Appium diſſidium

Atti. Appii ſuperbiam

Atti. uere romani hominis reſponſum

Palladi templu Appius vouit

Ro. victoria i samnites & ethruscos

medio pugnæ discrimine ita ut inter prima signa manibus ad cælum sublatis conspiceretur: ita precatus esse: Bellona si hodie nobis uictoriam duis: ast hic ego tibi templum uoueo. Hæc p̃catus uelut instigante dea & ipse collegæ: & exercitus uirtutem adæquauit ducis: imperatoria opera exequitur: & milites: ne ab altera parte prius uictoria incipiat annituntur. ergo fundunt fugantq; hostes maiorem molem haud facile sustinentes: quam cum qua manus conserere consueti fuerant. urgendo cedentes insequendoq; effusos compulere ad castra. ibi iteruentu Gelii cohorttiumq; samnitiarum paulisper recruduit pugna. iis quoq; mox fusis iam a uictoribus castra oppugnabantur & cum Volũnius ipse portæ signa inferret: Appius Bellonã uictricẽ identidem celebrans accenderet militum aĩos per uallum per fossas irruperunt castra capta direptaq; præda ingens parta & militi concessa est: septẽmillia ac trecenti hostium cæsi: duomillia & centũuiginti capti. Dum ambo consules: oĩsq; romana uis in ethruscũ bellum magis inclinat: in Sãnio noui exercitus exorti ad populandos imperii romani fines per uestinos in Campaniam falernumq; agrum transcendunt: ingenteſq; prædas faciunt. Volũnium magnis itineribus in Samnium redeuntem (iam enim Fabio Decioq; prorogati imperii finis aderat) fama de samnitium exercitu populationibusq; campani agri ad tuendos socios conuertit. Vt in Caloenũ uenit: & ipse cernit recentia cladis uestigia: & caloeni narrant tantum iam prædæ hostes trahere: ut uix explicare agmen possint: itaq; iam propalam duces loqui eundum in Samnium esse: ut relicta ibi præda: in expeditionem redeant: nec tam oneratum agmen dimicationi cõmittant. Ea quãq̃ similia ueris erãt: certius tñ exploranda ratus dimittit equites: qui uagos p̃datores in agros palantes excipiant: ex quibus inquirendo cognoscit ad uulturnum flumen sedere hostem: inde tertia uigilia motorum iter in Samnium esse. His satis exploratis profectus tanto interuallo ab hostibus consedit: ut nec aduentus suus propinquitate nimia nosci posset: & egredientem e castris hostem opprimeret. aliquãto ante lucem ad castra accessit: gnaroſq; oscæ liguæ exploratum. quid agitur mittit. Intermixti hostibus: quod facile erat: in nocturna trepidatione: cognoscunt infrequentia armatis signa egressa ad prædam: prædæq; custodes exire ignobile agmen: & sua quẽq; molientẽ: nullo inter alios consensu nec satis certo imperio. Tẽpus aggrediendi aptissimũ usum est: & iam lux appetebat: itaq; signa canere iussit: agmenq; hostiũ aggreditur. Samnites præda impediti infrequentes armati: pars addere gradum: ac præ se agere prædã: pars stare incerti utrum progredi an regredi in castra tutius foret: inter cunctationem opprimuntur. & romani iam transcenderant uallum: cædesq; ac tumultus erat in castris. Samnitium agmen præter quam hostili tumultu captiuoꝝ ẽt repentina defectione turbatum erat: qui partim ipsi soluti uinctos soluebant: partim arma in sarcinis deligata rapiebant: tumultumq; prælio ipso terribiliorem itermixti agmini præbebant: memorandum deinde edidere facinus: nam statim Minatium ducem adeuntẽ ordines hortentemq; inuadunt: dissipatis inde equitibus: qui cum eo aderant: ipsum circũsistunt: insidentemq; equo captum ad consulem romanum rapiunt. Reuocata eo tumultu prima signa samnitiũ prælium integratum est: nec diutius sustineri potuit. cæsa ad sexmillia hoĩum: duomillia & quingenti capti: in eis tribuni militum quattuor: signa militaria triginta: & quod lætissimum uictoribus fuit: captiuorum recepta millia septem & quattuorcentum præda ingens sociorum: accitiq; edicto domini ad res suas noscendas recipiendasq; p̃stituta die. quarum rerum non extitit dominus militi concessæ: coactiq; uendere prædam: ne alibi: quam in armis animum haberent. Magnum ea populatio campani agri tumultum Romæ p̃buerat: & per eos forte dies ex Ethruria allatum: post deductum inde uolũnianum exercitum Ethruriam concitam in arma: & Gelium Egnatium samnitium ducem: & umbros ad defectionem uocari & gallos pretio ingenti sollicitari. His nunciis senatus conterritus iustitiũ indici: delectum oĩs generis hominum haberi iussit: nec ingenui modo aut iuniores sacramento adacti: sed seniorum etiam cohortes factæ: libertiniq; centuriati: & defendendæ urbis consilia agitabantur summæq; reꝝ prætor. P. Sempronius præerat: cæteꝝ parte curæ exonerarunt senatum Lucii Volumnii consulis litteræ: quibus cæsos fusosq; populatores Campaniæ cognitum est. Itaq; & supplicatiões ob rem bene gestam consulis noĩe decernunt: iustitium remittunt. quod fuerat dies decem octo: supplicatioq; perlæta: fuit Tum de præsidio regionis depopulatæ a samnitibus agitari cœptum. itaq; placuit: ut duæ coloniæ circa Vestinum & Falernum deducerentur: una ad hostium liris fluuii: quæ Minturnæ appellata: altera in saltu uestino falernum contingẽte agꝝ: ubi Synope dicit' græca urbs fuisse: Sinuessa deinde a romanis colonis appellata. Tribunis plebis negotium datum est: ut plebiscito iuberetur. P. Sempronius prætor triumuiros in ea loca colonis deducendis creare. nec qui nomia darent: facile inueniebantur: quia in stationem se prope perpetuam infestæ regionis non in agros mitti rebãtur. Ab eis auertit curis senatum Ethruriæ ingraueſcens bellũ: & crebræ litteræ Appii monentis ne regionis eius motum negligerent: quattuor gentes conferre arma ethruſcos: samnites: umbros: gallos iam castra bifariam facta esse: quia unus locus capere tantam multitudinẽ non posset. Ob hæc etiã appetebat tps comitioꝝ causa. L. Volumnius consul Romã reuocatus: qui priusq̃ ad suffragium centuriãs uocaret in concionẽ aduocato populo multa de magnitudine belli ethruſci disſeruit. iam tum cum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit: fuisse tantum bellum ut nec duce uno: nec exercitu geri potuerit accessisse postea umbros & ingentem exercitum gallorũ. Aduersus quattuor populos & duces consules illo die deligi meminissent: se nisi confideret: eum consensu populi romani consulẽ declara-

Cæduntur Hetrusci ac castra oppugnantur

Alii Insanio hostes sagut

Opprimuntur samnites pa nimiũ amens

Cædũtur sãnites circa uulturnum

Rome tumultus ingens exortus propter Ethruscũ bellũ

Minturnæ colonia Synopẽ olim sinuessa

Ethrusci Sãnites Vmbri Galli

hostes Vrna romana

tum iri:qui haud dubie tũ primus oĩum ductor habeaꝝ:dictatorẽ fuisse extẽplo dictuꝝ.Nemini dubium erat:qn.Qu.Fabius oĩum cõsensu destinaretꝝ:eumq;& prærogatiuæ:& primo uocatæ oẽs cẽturiæ consulẽ cũ.L.Volũnio dicebant:Fabii oratio fuit:qualis biẽnio ante:deinde ut uincebaꝝ cõsensu uersa postremo ad collegã.P.Deciũ poscendũ.id senectuti suæ adminiculũ fore censura duobusq; consulatibus simul gestis expertũ:scire nihil concordi collegio firmius ad rẽpu.tuendã esse:nouo imperii socio uix iam assuescere senilẽ aĩum posse:cũ moribus notis facilius se cõicaturuꝝ consilia.Subscripsit oratiõi eius consul:tum meritis.P.Decii laudibus:tũ quod ex concordia cõsulum bona quæq;:ex discordia mala in administratione reiꝝ militarũ euenirent:memorãdo quã ꝓpe ad ultimũ discrimen suis & collegæ certaminibus nup uentũ foret:admonendo Deciũ Fabiũq;:ut uno animo:una mente uiuerẽt eẽ præterea uiros natos militiæ factis magnos:ad uerboꝝ linguæq; certamina rudes.ea ingenia consularia esse:callidos sollertesq; iuris atq; eloquẽtiæ cõsultos:qualis.Ap.Claudius esset:urbis ac foro præsides habendos ꝓtoresq; ad reddẽda iura creandos esse.His agendis dies ẽ cõsumptus:postridie ad præscriptũ cõsulis & cõsularia & ꝓtoria comitia habita.Cõsules creati.Qu.Fabius:&.P.Decius.Ap.Claudius prætor oẽs absentes:&.L.Volũnio ex senatuscõsulto & scito plebis ꝓrogatũ in annũ imperiũ est.

Bona ꝓtaq; cõtra lau: valla Li: 1 rm: dr ſſt

Qu.Fabius.P.Decius cons.



EO ANNO PRODIGIA MVLTA FVERVNT quoꝝ auerruncandoꝝ cã supplicatiões in biduũ senatus decreuit.publice uinũ ac thus ꝓbitũ:supplicatũ iere frequẽtes uiri fœminæq;.Insignẽ supplicationẽ fecit certamẽ sacello Pudicitiæ:q̃ in foro boario ẽ ad ædẽ rotundã Herculis ꝑ matronas ortũ.Virginiam Auli filiã patritiã plebeio nuptã.L.Volũnio cõsuli:matronæ quod e patribus e nupsisset:sacris arcuerant.Breuis altercatio inde ex iracũdia muliebri in contentionẽ aĩoꝝ exarsit:cũ se Virginiã & patritiam:& pudicã in patritiæ Pudicitiæ templũ ingressã & uni nuptam:ad quẽ uirgo deducta sit:nec se uiri honorũue eius ac reiꝝ gestaꝝ pœnitere.uero gloriaretur.Facto deinde egregio magnifica uerba adauxit:in uico lõgo:ubi habitabat:ex parte ædium:qd satis esset loci:modico sacello excluſit:aramq; ibi posuit:& conuocatis plebeiis matronis conquesta in iuriam patritiaꝝ:hanc ego aram:inquit:pudicitiæ plebeiæ dedico:uosq; hortor:ut quod certamẽ uirtutis uiros in hac ciuitate tenet:hoc pudicitiæ inter matronas sit:detisq; operam:ut hæc ara:quam illa siquid potest:a sanctioribus & castioribus coli dicatur Eodem ferme ritu & hæc ara:quo illa ãtiquior cultaest:ut nulla nisi spectatæ Pudicitiæ matrona:& quæ uni uiro nupta fuisset:ius sacrificandi habuit.Vulgata deĩde religio a pollutis:nec matronis solum:sed oĩs ordinis fœminis postremo in obliuionem uenit.Eodẽ anno.C.&.Qu ogulnii ædiles curules aliquot fœneratoribus diẽ dixerunt:quorũ bonis mulctatis ex eo:qd in publicum redactũ est:ænea in capitolio limina:& trium mensaꝝ argẽtea uasa in cella Iouis:Iouemq; in culmine cũ quadrigis:& ad ficum ruminalẽ simulacra infantiũ conditorũ urbis sub uberibus lupæ posuerunt semitãq; saxo quadrato a capena porta ad Martis ædem straue runt:& ab ædilibus plebeiis.L.Aemylio Pæto:&.C.Fuluio Curuo ex mulctatitia item pecunia:quã exegerunt pecuariis dãnatis:ludi facti:pateræq; aureæ ad Cæreris ædẽ positæ.Qu.Fabius inde quintũ &.P.Decius quartũ consulatũ ineunt:tribus consultaibus cẽsuraq; collegæ nec gloria magis rerũ:quæ ingens erat:q̃ concordia inter se clari:quæ ne ꝓpetua esset:ordinũ magis:q̃ ipsoꝝ inter se certamẽ interueniſſe reor:patritiis tendentibus ut Fabius Ethruriã extra ordinẽ prouiciã haberet:plebeiis auctoribus Decio ut ad sortẽ reuocaret.Fuit certe cõtentio i senatu:& posteaq̃ ibi fabius plus poterat:reuocata res ad populũ est.in concione ut inter militares uiros & factis potius:q̃ dictis frætos pauca uerba habita:Fabius quã arborẽ conseruisset:sub ea legere aliũ fructum indignũ esse dicere:se apuisse ciminiã siluam:uiaq; p deuios saltus romano bello feciſſe.Quid se id ætatis sollicitassent:si alio duce bellum gesturi essent?Nimirũ aduersarium se nõ sociũ imperii legisse sensim exprobrat:& inuidisse.Decium cõcordibus collegiis tribus.Postremo se tendere nihil ultra:quã ut si se dignũ prouincia ducerẽt:in eã mitterent:in senatus arbitrio se fuisse:& in potestate populi futuꝝ.P.Decius senatus iniuriã q̃rebaꝝ.quoat potuerint pẽs ãnisos:ne plebeiis aditus ad magnos honores esset:posteaq̃ ipsa uirtus puerit:ne i ullo genere hoĩum inhonorata eẽt:quæri quẽadmodũ irrita sint nõ suffragia mõ populi.sed arbitria ẽt fortunæ:& in paucoꝝ potestatẽ uertant.Oẽs ante se consules sortitos ꝓuincias esse:nunc extra sortẽ Fabio senatũ prouinciã dare.Si honoris eius cã:ita eũ de se:deq; rep.meritũ esse ut faueãt.Qu.Fabii gloriæ:quæ modo nõ sua cõtumelia splendeat.cui aũt dubiũ esse ubi unũ bellum sit aspeꝝ ac difficile:cũ id alteri extra sortẽ mandetur:quin alter cõsul ꝓ supuacuo atq; inutili habeaꝝ gloriari Fabium rebus in Ethruria gestis:uelle &.P.Deciũ gloriari:& forsitan quẽ ille obrutum ignẽ reliquerit ita ut totiens nouũ ex improuiso incendiũ daret:eũ se extinctuꝝ:Postremo se collegæ:honores ꝓmiaq; cõcessurum uerecundia ætatis eius maiestatiq;:cum periculũ:cum dimicatio proposita sit:neq; cedere sua

Ara pudicitiæ uetus

Mulierũ altercatio

Virginia Auli filia & pri[illegible] nupta Lucio [illegible] plebeio

Ara pudicitiæ recens

Virginia plebeia pudicitiæ aram erigit

Cõtentatorũ ꝙuter multati

Inter C. Fabiũ Et Decium consulẽ aliasq; [illegible] conuenit cõtra [illegible]

Simulacra conditoꝝ urbis sub lupa

ſpōte nec ceſſur̄:& ſi nihil aliud ex eo certamine tulerit:illud certe latur̄:ut quod populi ſit: Populus iubeat potius:quā patres gratificent̄.Iouē optimū maximū:deoſq; īmortales ſe p̄cari ut ita ſortē æquā ſibi cū collega dēt:ſi eandē uirtutē fœlicitatēq; ī bello adminiſtrādo daturi ſint.certe & id natura æquū & exēplo utile eē:& ad famā populi romani ptinere:eos,cōſules eſſe:quor̄ utrolibet duce bellū ethruſcū geri recte poſſit.Fabius nihil aliud precatus populū:quā ut priuſq; ītro uocarent̄ ad ſuffragium tribus.Ap.Claudii prætoris allatas ex Ethruria litteras audirent:comitio abit:ne minore populi conſenſu:quā ſenatus ,puincia Ethruria extra ſortē Fabio decreta eſt.Cōcurſus inde ad conſules factus oīum ferme iunior̄:& ,p ſe quiſq; noīa dabant:tāta cupido erat ſub eo duce ſtipēdia faciēdi. Qua circūfuſus turba:quattuor millia:inquit pedītū & ſexcentos equites duntaxat ſcribere in aīo eſt hodierno & craſtino die:qui noīa dederitis:mecū ducā:maiori mihi curæ eſt:ut oēs locupletes reducā: q̄ ut multis rē gerā militibus.Profectus apto exercitu:& eo plus fiduciæ ac ſpei gerente:qđ nō deſiderata multitudo erat:ad oppidū Aharnā(haud procul hoſtes erāt)ad caſtra Appii prætoris pergit paucis citra millibus lignatores ei cū præſidio occurrūt:quı ut lictores prægredi uiderūt:Fabiumq; eē conſulē accepere:læti atq; alacres diis populoq; romano gratias agūt:quod eū ſibi imperatorē miſiſſent:Circūfuſi deinde cū conſulē ſalutarent:quærit Fabius:quo pergerēt.reſpōdētibuſq; lignatū ſe ire:an tandē inquit nū caſtra uallata nō habetis?ad hoc cū ſuccłamatū eſſet duplici quidē uallo & foſſa & tamē ī ingēti metu eſſe.habetis igit̄:inquit:affatim lignor̄:redite & uallū.Redeunt in caſtra:terrorēq; ibi uellentes uallū: & iis:qui in caſtris remanſerāt:militibus:& ipſi Appio fecerūt.Tū pro ſe quiſq; alii aliis dicere conſulis ſe.Qu.Fabii facere iuſſu.Poſtero īde die caſtra mota & Appius p̄tor Romā dimiſſus.inde nuſq̄ ſtatiua romanis fuere.Negabat utile eſſe uno loco ſedere exercitū:itineribus & mutatiōe locor̄ nobilioreē ac ſalubrioreē eſſe.fiebant aūt itinera quāta fieri ſinebat hyems haud dum exacta.Vere inde primo relicta ſecūda legione ad Cluſiū:qđ Camarſolim appellabāt:præpoſito caſtris.L.Scipiōe ,pprætore Romā ipſe ad cōſultandū de bello rediit:ſiue ipſe ſpōte ſua:quia bellū ei maius in cōſpectu erat:quāq̄tum eē famæ crediderat:ſiue ſenatus cōſulto accitus:nā in utrūq; auctores ſunt:Ap.Claudio prætore retractum quidā uideri uolunt:cū in ſenatū & apud populū id:qđ per litteras aſſidue fecerat:terrorē belli ethruſci augeret:nō ſuffectur̄ ducē unū:nec exercitū unū aduerſus quattuor populos: periculoſū eſſe ſiue iuncti unū premant:ſiue diuerſi gerāt bellū:ne ad oīa ſimul adire & obire unus non poſſit: duas ſe ibi legiōes romanas reliquiſſe:& minus quinquemillia peditū equitūq; cū Fabio ueniſſe: ſibi placere.P. Deciū conſulē primo quoq; tpe in Ethruriā ad collegā proficiſci.L.Volūnio Samnium ,puinciā dari.ſi cōſul malit in ſuā ,puinciā ire.L.Volūnium in Ethruriā ad cōſulē cū exercitu iuſto conſulari ,pficiſci.Cū magnā partē moueret oratio prætoris.P.Deciū cēſuiſſe ferūt:ut oīa ītegra ac libera Quinto Fabio ſeruarēt̄ donec & ipſe ſi per cōmodū reipublicæ poſſet.Romā uēiſſet:uel aliquē ex legatis miſiſſet: a quo diſceret ſenatus:q̄tū in Ethruria belli eſſet:quātiſq; adminiſtrādū copiis:& p quot duces eſſet. Fabius ut Romā rediit:& in ſenatu & ,pductus ad populū mediā orationē habuit:ut nec augere nec minuere uidereť belli famā:magiſq; in altero aſſumēdo duce alior̄ ĩdulgere timori:q̄ ſuo:aut reip.piculo cōſulere.Cæter̄ ſi ſibi adiutorē belli ſociumq; īperii darēt:quonāmodo ſe obliuiſci.P.Decii cōſulis p tot collegia experti poſſe?neminē oīum ſecū cōiungi malle & copias ſibi ſatis cū.P.Decio nunq̄ nimiū hoſtium fore.Si collega qđ aliud malit:at ſibi.L.Volūnium darēt adiutorē.Oīum rer̄ arbitriū:& a populo:& a ſenatu & ab ipſo collega Fabio pmiſſum eſt.& cū Decius ſe in Sāniū uel in Ethruriā ,pficiſci paratum eē oſtēdiſſet:tāta lætitia & gratulatio fuit:ut p̄ciperet̄ uictoria aīs:triumphuſq; nō bellum decretū cōſulibus uidereť.Inuenio apud quoſdā extēplo cōſulatu inito ,pfectos in Ethruriā Fabiū Deciūq; ſine ulla mentiōe ſortis ,puinciar̄ certaminūq; inter collegas:quæ expoſui.Sūt quibus nec hæc qdē certamina exponere ſatis fuerit:adiecerint & Appii criminatiōes de Fabio abſente ad populū:& ptinaciam aduerſus præſentē conſulē p̄toris:cōtentionēq; aliā inter collegas:tendēte Decio ut ſuæ quiſq; prouinciæ ſortē tueretur.Cōſtare res incipit ex eo tpe quo ,pfecti ambo conſules ad bellū ſunt:cæter̄ anteq̄ cōſules in Ethruriā peruenirēt:ſenones galli multitudinē ingenti ad Cluſium uenerūt legionē romanam caſtraq; oppugnaturi.Scipio:qui caſtris preerat:loco adiuuandā paucitatē ſuor̄ militum ratus in colle:qui inter urbem & caſtra erat:aciē erexit.ſed ut in re ſubita par̄ explorato itinere ad iugum perrexit:quod hoſtes ceperāt:parte alia aggreſſi:ita cæſa ab tergo legio atq; in medio:cū hoſtis undiq; ur geret circūuenta:Deletam quoq; ibi legionē ita:ut nuncius nō ſupereſſet:quidā auctores ſunt: nec ante ad cōſules:qui iā haud ,pcul a Cluſio aberāt:famā eius cladis perlatā: quā in cōſpectu fuere gallorū equites pectoribus equor̄ ſuſpenſa geſtātes capita & lanceis infixa ouanteſq; moris ſui carmine.Sunt qui umbros fuiſſe nō gallos tradāt:nec tantū cladis acceptū:& circūuentis pabulatoribus cum.L.Manlio Torquato legato Scipionē proprætorē ſubſidium e caſtris tuliſſe:uictoreſq; umbros redintegrato prælio uictos:captiuoſq; eis ac prædā ademptā.Similius uero eſt a gallo hoſte: quā umbro eā cladem acceptam:qđ cum ſæpe alias:tum eo anno gallici tumultus præcipuus terror ciuitatē tenuit.Itaq; præter:quā quod ambo cōſules profecti ad bellum erāt:cum quattuor legionibus & magno equitatu romano campaniſq; mille equitibus delectis ad id bellum miſſis:& ſociorū nominiſq; latini maiore exercitu quam romani: alii duo exercitus haud procul urbe Ethruriæ oppoſiti; unus in faliſco alter in uaticano agro.Gn.Fuluius:&.L.Poſthumius Megillus proprætores ambo ſtatiua in eis locis habe-

Camarſolis olim clauſium

Atť.cōſulū cōcordiam

te iussi. Cōsules ad hostes trāsgresso appēnino in agrū sentinatē peruenerunt: ibi quattuormillia ferme interuallo castra posita. Inter hostes deinde cōsultatiōes habitæ: atq; ita cōuenit: ut ne unis castris miscerent oēs: ne ue in aciem descenderent simul samnitibus galli ethrusci umbri adiecti. dies indicta pugnæ samnitibus gallisq; delegata pugna inter ipsum certamē ethrusci umbriq; iussi castra romana oppugnare. Hæc cōsilia turbarūt trāsfugæ clusini tres clā nocte ad Fabiū consulū trāsgressi: qui editis hostiū consiliis: dimissi cū donis ut subinde: ut quæq; res noua decreta eēt: exploratā pferrēt. Cōsules Fuluio: ut ex falisco. Posthumio: ut ex uaticāo exercitū ad Clusiū admoueāt: sūmaq; ui fines hostiū depopulent: scribūt. Huius populatiōis fama ethruscos ex agro sentinate ad suos fines tuēdos mouit.



INSTARE INDE CONSVLES VT ABSENTIbus iis pugnaret: per biduū lacessiere prælio hostē: biduo nihil dignū dictu actum: pauci utrinq; cecidere magisq; irritati sūt ad iustum certamē animi: q̄ ad discrimen sūma rerū adducta: tertio die descēsum in cāpum oībus copiis est. Cū instructæ acies starēt: cerua fugiens lupū e montibus acta per cāpos inter duas acies decurrit: inde diuersæ ferę cerua ad gallos: lupus ad romanos cursum deflexit. Lupo data inter ordines uia. ceruā galli cōfixere. Tum ex antesignanis romanus miles: illac fuga: inquit: & cædes uertit: ubi sacrā Dianæ feram iacentē uidetis: hinc uictor martius lupus integer & intactus gētis nos martiæ & conditoris nostri admonuit. Dextero cornu galli siniſtro samnites cōstiterunt. aduersus sānites Fabius primā ac tertiam legionē pro dextero cornu: aduersus gallos pro siniſtro Decius quintā & sextā instruxit: secūda & quarta cū. L. Volūmo procōsule in sānio gerebat bellū. Primo cōcursu adeo equis uiribus gesta res est: ut si affuissent ethrusci & umbri. aut in acie: aut in castris: quocūq; se inclinassent: ac cipiēda clades fuerit: cæteræ q̄q̄ cōis adhuc mars belli erat: nec dū discrimen fortuna fecerat qua datura uires esset. Haud quaq̄ similis pugna in dextero leuoq; cornu erat. romani apud Fabium arcebant magis: q̄ inferebāt pugnā extrahebaturq; in quā maxime sęr diei certamen: quia ita persuasum erat duci & sānites: & gallos primo ipetu feroces: esse quos sustineri satis sit lōgiore certamine sensim residere samnitiū aios: gallorū quidē etiam corpora intolerātissima laboris atq; æstus fluere primaq; eorū prælia, plusq; uirorū: postrema minus q̄ fœminarū esse. In id tps igitur: quo uinci solebat hostis: quā integerrimas uires militi seruabat. Ferocior Decius & ætate & uigore animi: q̄tūcunq; uiriū habuit: certamine primo effudit: & quia lētior uidebat: pedestris pugna: equitatū in pugnā cōcitat & ipse fortissime iuuenum turmæ imixtus orat, pceres iuuētutis ut secū in hostē impetū faciant: duplicē illorū gloriā fore: si ab leuo cornu: & ab equite uictoria incipiat. Bis auertere gallicū equitatum: iterū longius euectos & iā inter media equitum agmina prælio cientes nouū pugnæ cōterruit genus: essedis carrisq; superstans armatus hostis ingenti sonitu equorū rotarūq; aduenit: & insolitos eius tumultus romanorū conterruit equos. Ita uictorē equitatum uelut lymphaticus pauor dissipat: sternit inde equos ruentes uirosq; i prouida fuga. turbata etiā hinc signa legionū: multiq; impetu equorū ac uehiculorū raptorū per agmen obtriti antesignani: & insecuta: simul territos hostes uidit: gallica acies: nullū spacium respirādi recipiē diq; se dedit. Vociferare Decius quo fugerent: quāue in fuga spē haberent: obsistere cedentibus ac reuocare fusos: deinde: ut nulla ui perculsos sustinere poterat: patrē. P. Decium noīe cōpellans: qd ultra moror: inquit: familiare fatū datū hoc nostro generi ē: ut luendis periculis publicis piacula simus. iam ego mecū legiones hostiū mactādas Telluri ac diis manibus dabo. Hæc locutus. M. Liuiū pontificem: quē descendēs in aciē digredi uetuerat ab se: preire iussit uerba quibus se legiōesq; hostiū pro exercitu populi romani quiritū deuoueret: deuotus inde eadē precatione eodēq; habitu: quo pater Decius ad Veserim bello latino se iusserat: deuoueri: cū secūdū solēnes præcatiōes adiecisset præse agere sese formidinē ac fugā cædēq; ac cruorē cælestiū: infernorū iras cōtractus funebribus diris: signa: tela arma hostiū: locūq; eundē suæ pestis & gallorū ac samnitiū fore. Hæc execratus in se hosteſq; qua confertissimā cernebat gallorū aciē: concitat equū: inferensq; se ipse infestis telis interfectus est. Vix humāæ idē opis uideri pugna potuit: romani: duce amisso: quæq; res terrori alias esse solet: sistere fugam: ac nouā deinde integro uelle instaurare pugnam. Galli & maxime globus circunstans cōsulis corpus: uelut alienata mente uana in cassum iactare tela: torpere quidam: nec pugnæ meminisse: nec fugæ. At ex parte altera pontifex Liuius: cui lictores Decius tradiderat: iusseratq; proprætorē esse: uociferari uicisse romanos defunctos consulis fato: gallos samniteſq; Telluris matris ac deorū manium esse: rapere ad se ac uocare Decium deuotam secū aciem: furiarumq; ac formidinis plena omnia ad hostes esse Superueniunt deinde his restituentibus pugnam Cornelius Scipio: & Gaius Martius cum subsidiis ex nouissima acie iussu. Quinti Fabii consulis ad præsidium collegæ missi. ibi auditur Publii Decii euentus ingens hortamen ad oīa pro republica audenda. itaq; cū galli structis ante se scutis conferti starent: nec facilis pe-

Att. prodigium

Gallorum natura

Att. Decii cōsulis uerba in acie

Decius filius se deuouet

de collato uideretur pugna: iussu legatoꝝ collecta humi pila: quæ strata inter duas acies iacebant: atq; in testudinem hostium coniecta. quibus plærisq; in scuta: plærisq; uerutis in corpora ipsa fixis sternit cuneus ita ut magna pars integris corporibus attoniti cõciderent. hæc in sinistro cornu romanorum fortuna uariauerat. Fabius in dextero cornu primo: ut ante dictũ est cunctando extraxerat diem: dein de posteaq̃ nec clamor hostium: nec impetus: nec tela missa eandem uim habere uisa: præfectis equitum iussis ad latus samnitiũ circũducere alas: ut signo dato in transuersos: q̃to maximo possent ipetu: incurrerent: sensim suos signa inferre iussit & cõmouere hostem. Posteaq̃ non resisti uidit & haud dubiam lassitudinẽ esse: tũ collectis oĩbus subsidiis quæ ad id tẽpus reseruauerat: & legiones cõcitauit: & signũ ad inuadendos hostes equitibus dedit. Nec sustinuerũt samnites impetũ: præterq; aciem ipsam galloꝝ relictis in dimicatione sociis ad castra effuso cursu ferebantur. galli testudine facta conferti stabant. Tũ Fabius audita morte collegæ campanoꝝ alam quingẽtos fere equites excedere iubet acie: & circũuectos a tergo gallicã inuadere aciem: tertiæ deinde legiõis subsequi principes: & qua turbatum agmen hostiũ uiderent impetu equitum instare ac territos cædere. Ipse ædem Ioui uictori spoliaq; hostium cũ uouisset: ad castra samnitiũ perrexit: quo multitudo oĩs consternata agebatur sub ipso uallo: quia tantam multitudinẽ portæ non recepere: tentata ab exclusis turba suoꝝ pugna est: ibi Gelius imperator samnitiũ cecidit: cõpulsi deide intra uallum samnites: paruoq; certamine capta castra & galli a tergo circũuenti. Cæsa eo die hostiũ. xxiiii. millia octo capta: nec incruẽta uictoria fuit: nam ex. P. Decii exercitu cæsa septẽmillia: ex Fabii mille ac trecenti. Fabius dimissis ad quærendũ collegæ corpus spolia hostium coniecta in aceruũ Ioui uictori cremauit: consulis corpus eo die: quia obrutũ super stratis galloꝝ cumulis erat: inueniri non potuit postero die inuẽtum relatumq; est cũ multis militum lachrymis. Intermissa inde oĩum aliaꝝ reꝝ cura Fabius collegæ funus omni honore laudibusq; meritis celebrat & in Ethruria per eos dies ab. Gn. Fuluio ꝓprætore res ex sentẽtia gesta: & præter in gentẽ illatã populationibus agroꝝ hosti cladem pugnatũ ẽt egregie ẽ: perusinorũq; & clusinoꝝ cæsa amplius tria millia: & signa militaria ad uiginti capta. Samnitiũ agmen: cũ per pelignũ agrũ fugeret: circũuentũ a pelignis est: ex millibus quinq; ad mille cæsi. Magna eius diei quo insentinati agro bellatũ fama est: etiã uero stanti: sed superiecere quidã augendo fidẽ: qui in hostiũ exercitu peditũ millia quadraginta & trecentũ triginta: equitũ sex: & quadraginta mille carpentoꝝ scripsere fuisse. ſ. cum umbris tusciq; quos & ipsos pugnæ affuisse. Et ut romanoꝝ quoq; augerent copias. L. Volũnium proconsulẽ ducem consulibus exercitũq; eius legionibus consulum adiiciunt. In pluribus annalibus duoꝝ ea cõsulum propria uictoria est. Volũnius in Samnio interim res gerit: samnitiũq; exercitum in Tifernũ mõtem compulsum non deterritus iniquitate loci fundit fugatq;. Fabius deciano exercitu relicto in Ethruscis: suis legionibus deductis ad urbem: de gallis ethruscisq; ac samnitibus triũphauit. milites triumphantẽ secuti sũt. celebrata incõditis carminibus militaribus nõ magis uictoria. Qu. Fabii: quã præclara mors P. Decii est: excitataq; memoria parentis: æquata euentu publico priuatoq; filii laudibus. Data expræda militibus æris octogeni bini sagaq; & tunicæ: præmia illa tempestate militiæ haud quaq̃ spernenda. His ita rebus gestis nec in samnitibus adhuc: nec in ethruria pax erat: nam & perusinis auctoribus post deductum ab consule exercitũ rebellatum fuerat: & samnites prædatũ in agrũ uestinum formianumq;: & partẽ aliam in eserniacum quoq;: quæ uulturno adiacet flumini: descendere. A duersus eos. Ap. Claudius prætor cũ exercitu deciano missus. Fabius in Ethruria rebellante denuo quattuormillia & quingentos perusinoꝝ occidit: cepit ad mille septingẽtos quadragĩta: qui redempti singuli æris trecentis decẽ: præda alia oĩs militibus concessa. Sãnitium legiões cum partim Appius prætor: partim L. Volũnius proconsul sequeret: in agrũ stellatem conuenerũt. ibi & samnitiũ legiones oẽs considũt: & Appius Volũniusq; castra coniũgunt. pugnatũ infestissimis aĩs hinc ira stimulante aduersus rebellantes totiens: illinc ab ultima iam dimicãtibus spe. Cæsa ergo samnitiũ. xyi. millia trecenti: capta duo millia septingenti. Felix annus bellicis rebus pestilẽtia grauis prodigiisq; sollicitus: nam & terrã multifariam pluisse: & in exercitu Appii Claudii pleroscq; fulmine ictos nunciatum est: libriq; ob hæc aditi. Eo anno: Qu. Fabius Gurges consulis filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctauit: ex quo multatitio ære ueneris ædem. quæ ꝓpe circũ est faciendã curauit. Supersunt ẽt nunc samnitiũ bella: quæ continua per quartũ iam uolumẽ annũq; sextum & quadragessimũ a. M. Valerio. A. Cornelio consulibus: qui primi Sãnio arma intulerunt: agimus: & ne tot annoꝝ cladẽ utriusq; gentis laboresq; actos nunc referã: quibus nequiuerunt tamẽ dura illa pectora uinci: ꝓximo anno samnites insentinati agro pelignis ad Tifernũ stellatibus campis suis ipsi legionibus mixti alienis: ab quattuor exercitibus: quattuor ducibus romanis cæsi fuerant imperatorẽ clarissimũ gentis suæ amiserãt: socios belli ethruscos: umbros: gallos in eadẽ fortuna uidebãt: qua ipsi erãt: nec suis nec externis uiribus iam stare poterãt: tamen bello non abstinebãt: adeo ne infœliciter quidẽ defensæ libertatis tedebat: & uinci: q̃ non tẽtare uictoriã malebãt. qui sit ille: quẽ nõ pigeat longinquitatis belloꝝ scribendo legendoq;: quæ gerentes non fatigauerunt? Qu. Fabiũ. P. Deciũ. M. Posthumius Megellus &. M. Attilius Regulus consules secuti sunt. Samniũ ambobus decreta ꝓuincia est: quia tres scriptos hostium exercitus uno Ethruriam: altero populationẽ Campaniæ repeti: tertium tuẽdis parari finibus fama erat. Posthumium ualitudo aduersa Romæ tenuit: Attilius extemplo profectus ut in Samnio ho

Ab esernia q̃ Sãnitiũ fuit esserniacũ est

Sãnitium cedes

M. Posthumius. M. Attilius consl.

ſtes (ita enim placuerat patribus) nondū egreſſos opprimeret: uelut excompoſito ibi obuiū habuere hoſtē ubi & intrare nedū uaſtare ipſi ſamnitiū agrū prohiberētur: & regredi inde in pacata ſociorumq; populo romano fines ſamnites ꝓhiberent: cū caſtra caſtris collata eſſent: qd' uix romanus totiēs uictor auderet auſi ſamnites ſunt: tantū deſperatio ultima temeritatis facit: caſtra romana oppugnare: & quā q̄ nō uenit ad finē tam audax inceptū: tamē haud omnino uanū fuit. Nebula erat ad multum diei den ſa adeo: ut lucis uſum eriperet: non ꝓſpectu mō extra uallum adēpto: ſed ꝓpinquo etiā cōgredientiū inter ſe conſpectu. hac uelut latebra inſidiarū fræti ſamnites uix dū ſatis certa luce & eā ipſam premēte caligine: ad ſtationē romanā in portā ſegniter agentē uigilias perueniūt. Improuiſo oppreſſis nec animi ſatis ad reſiſtendū nec uiriū fuit: ab tergo caſtroꝝ decumana porta impetus factus. itaq; captū quæſtorium quæſtorq; ibi. L. Opimius Panſa occiſus. conclamatū inde ad arma. cōſul tumultu excitus cohortes duas ſociorū lucanā ſueſſanāq; quæ ꝓximæ forte erant: tueri pretoriū iubet: manipulos legionū principali uia inducit: uix dū ſatis armis aptatis in ordines eunt: & clamore magis: q̄ oculis hoſtem noſcunt: nec quātus numerus ſit: æſtimare poteſt cedūt primo incerti fortunæ ſuæ & hoſtē introrſum in media caſtra accipiūt: inde cū cōſul uociferaret: expulſi ne extra uallū: caſtra deinde ſua oppugnatum ri eſſent rogitans: clamore ſublato cōmixi primo reſiſtunt: deinde inferunt pedē: urgētq;: & impulſos ſemel terrore eodē agūt: quo cōperūt expellūt extra portā uallūq;: inde pergere ac ꝓſequi: q̄a turbida lux metum circa inſidias faciebat. nō auſi liberatis caſtris cōtēti receperūt ſe intra uallū trecētis ferme hoſtiū occiſis romanoꝝ ſtatiōis primæ uigilum & eoꝝ: qui circa quæſtoriū oppreſſi periere ad. ccxxx. Aīos inde ſamnitibus non infelix audatia auxit: & non mō ꝓferre inde caſtra romanū: ſed ne pabulari quidē per agros ſuos patiebant: retro in pacatū ſoranum agrū pabulatores ibāt. Quaꝝ reꝝ fama tumultuoſior etiā: q̄ res erant: perlata Romā: coegit. L. poſthumiū cōſulem uix dum ualidū proficiſci ex urbe: prius tamē: q̄ exiret: militibus edicto Soram iuſſis cōuenire. Ipſe ædem Victoriæ: q̄ ædilis curulis ex mulctatitia pecunia faciēdam curauerat: dedicauit. Ita ad exercitum ꝓfectus ad Sora in Samniū ad caſtra collegæ perrexit. Inde poſteaq; ſamnites diffiſi duobus exercitibus reſiſti poſſe receſſerunt: diuerſi cōſules ad uaſtādos agros urbeſq; oppugnādas diſcedunt. Poſthumius Miloniā oppugnare adortus ui primo atq; impetu: deinde poſteaq; ea paꝝ procedebāt opere ac uineis demū iniectis muro cepit. ibi capta iam urbe ab hora quarta uſq; ad octauā fere horam oībus partibus diu incerto euentu pugnatū eſt. poſtremo potiꝝ oppido romanus. ſamnitiū cæſi triamillia trecēti: capti quattuormillia ac dcc. præter prædā aliam. Inde Ferentinū ductæ legiōes: unde oppidani cū oībus rebus: quæ ferri agiq; potuerūt: nocte per auerſam portā ſilentio exceſſerunt. Igitur ſimul aduenit conſul primo ita cōpoſitus inſtructuſq; mœnibus ſucceſſit: tanq̄ idē: quod ad Miloniā fuerat certaminis foret: deinde ut ſilē tium uaſtū in urbe nec arma: nec uiros in turribus ac muris uidit: auidū inuadēdi deſerta mœnia militem detinet: neq̄ occultā in fraudem īcautus rueret duas turmas ſocioꝝ noīs latini circūequitate mœnia atq; explorare oīa iubet. equites portā unam alteraq; eadē regione in propinquo patētes cōſpiciūt itineribuſq; iis nocturnæ hoſtiū fugæ ueſtigia: adequitāt deinde ſenſim pontis: urbēq; ex tuto rectis itineribus per uiā cōſpiciunt & cōſul referunt exceſſum urbe: ſolitudine haud dubia id proſpicuū eſſe ex recētibus ueſtigiis fugæ ac ſtrage reꝝ in trepidatione nocturna paſſim relictaꝝ: His auditis conſul ad eam partē urbis. q̄ adierant equites circūducit agmē: conſtitutiſq; haud ꝓcul porta ſignis: quiq; eqtes iubet intrare urbē: & modicū ſpatium ꝓgreſſos tris manere eode loco: ſi tuta uideant: duos explorata ad ſe referre. Qui ubi redierūt: rettulerūtq; eo ſe ꝓgreſſos: unde in oīs partes circūſpectus eēt: longe lateq; ſilentiū ac ſolitudinē uidiſſe: extemplo cōſul cohortes expeditas in urbē eduxit: cæteros interim caſtra cōmunire iuſſit. Ingreſſiq; milites refractis foribus paucos graues ætate aut īualidos īuenīunt: relictaq; quæ migratu difficilia eſſent: ea direpta: & cognitū ex captiuis eſt cōmuni cōſilio aliquot circa urbes cōſciſſe fugā: ſuos prima uigilia profectos credere eandē in aliis urbibus ſolitudinē īuēturos. Dictis captiuoꝝ fides extitit: deſertis oppidis conſul potitur. Alteri cōſuli. M. Attilio nequaquam tam facile bellū fuit. cū ad Luceriam duceret legiōes. q̄ oppugnari ab ſamnitibus audierat: ad finē luce rinū ei hoſtis obuius fuit: ibi ira uires æquauit: prælium uariū: & anceps fuit: triſtius tamen euentu romanis & qa inſueti erant uinci: & qd' digrediētes magis: q̄ in ipſo certamine ſenſerunt: quantū ī ſua pte plus uulneꝝ ac cædis fuiſſet. Itaq; is terror in caſtris ortus: qui ſi pugnātes cepiſſet: inſignis accepta clades: foret tum quoq; ſollicita nox fuit iam inuaſuꝝ caſtra ſamnitē credentibus: aut prima luce cū uictoribus cōſerendas manus. Minus cladis: cæteꝝ nō plus aīoꝝ ad hoſtes erat. ubi primū illuxit: abire ſine certamine cupiūt. Sed uia una & ea ipſa præter hoſtes erat: quā ingreſſi præbuere ſpeciē recta tēdētium ad caſtra oppugnāda. Conſul arma capere milites iubet: & ſequi extra uallū legatis tribunis præfectis ſocioꝝ impat: qd' apud quēq; facto opus ē. Oēs affirmant ſe quidē oīa facturos: ſed militū iacere aīos: tota nocte inter uulnera & gemitus moriētiū uigilatū eſſe. Si ante lucē ad caſtra uentū foret: tantū pauoris fuiſſe ut relicturi ſigna fuerīt: nūc pudore ac fuga cōtineri: alioquin, p uictis eē. Quæ ubi cōſul accepit ſibimetipſi circūeundos alloquēdoſq; milites ratus: ut ad quoſq; uenerat: cunctātes arma capere īcrepabat: qd ceſſarēt. tergiuerſarenturq; hoſtē in caſtra uētuꝝ: niſi illi extra caſtra exiſſent: ꝓtento iis ſuis pugnaturos: ſi ꝓ uallo nollent. armatis ac dimicātibus dubiā uictoriā eē: q nudus atq; inermis hoſtē maneat: ei aut mortē: aut ſeruitutē patiendā. Hæc iurgāti īcrepātiq; reſpōdebant confectos ſe pu

Samnitiū audacia

Ferētinū deſeritur

Plura ſamnitiū oppida deſtituta

Conſulis hortatio

gna hesterna:nec uirium quicq̃:nec sanguinis supereſſe:maiorem multitudinẽ hostium apparere: q̃ pridie fuerit:Inter hæc appropinquabat agmẽ: & iã breuiore interuallo certiora intuẽtes uallũ secum portare samnitẽ affirmant:nec dubiũ esse quin castra circũuallaturi sint. Tunc eñ uero cõsul indignũ facinus esse uociferari tantã cõtumeliã ignominiãq; ab ignauissimo accipi hoste:ẽt ne circũsedebimur inquit:in castris:ut fame potius per ignominiã q̃ ferro si necesse est:p uirtutẽ moriamur? Dii bene uerterent:facerẽtq; qd' se dignũ quisq; ducerẽt:consulẽ. M. Attiliũ uel solum:si nemo alius sequat' ituq; ad uersus hostes:casurũq; inter signa samnitiũ potius:q̃ circũuallari castra romana uideat. Dicta cõsulis legati tribuniq; oẽs turmæ equitũ & cẽturiones primoq; ordinũ approbauere:tũ pudore uictus miles segniter arma capit:& segniter e castris egredit' longo agmine:nec continenti mœsti ac prope uicti procedunt aduersus hostem:nec spe:nec aĩo certiorẽ. Itaq; simul conspecta sunt romana signa extemplo a primo samnitiũ agmine ad nouissimũ fremitus perfert': exire id:qd' timuerũt ad impediẽdũ iter romanos:nullã inde ne fugæ qdẽ patere uiã:illo loco aut cadendũ eẽt:ut stratis hostibus p corpa eoq; euadẽdum. ĩ medio sarcinas cõiiciunt:armatis suis quisq; ordinibus instruũt aciẽ. Iam exiguũ inter duas acies erat spaciũ:& stabãt expectãtes:dum ab hostibus prius ĩpetus prius clamor incipet. neutris aĩus est ad pugnandũ. Diuersi integri atq; intacti abissent:ni cedenti ĩstatuq; alteq; timuissent:sua spõte ĩter inuitos tergiuersantesq; segnis pugna clamore incerto atq; ĩpari cæpit:nec uestigio quisquã mouebat'. Tũ cõsul romanus:ut rẽ excitaret:equitũ paucas turmas extra ordinẽ ĩmisit quoq; cũ plericq; delapsi ex equis eẽnt:& alii turbati & ab Sãnitiũ acie ad opprimẽdos eos:qui ceciderãt & ad suos tuẽdos ad romanis ꝓcursum ẽ. Inde paululũ irritata pugna ẽ:sed aliquãto & ĩpigre magis:& plures ꝓcurrebant samnites & turbatus eques sua ipsa subsidia territis equis ꝓculcauit. hinc fuga cœpta totã auertit aciẽ romanã. Iãq; interga fugiẽtiũ samnites pugnabãt:cũ cõsul equo præuectus ad portã castroq; ac statiõe equitum ibi oppositã:edictoq; ut quicũq; ad uallũ tẽderet:siue ille romanus:siue samnis:eẽt:ꝓ hoste habere'. hæc ipsa minitãs obstitit ꝓfuse cedẽtibus suis in castra quo pergis:inqt:miles? & hic arma & uiros iuenies:nec uiuo cõsule tuo:nisi uictor castra ĩtrabis:ꝓinde elige cũ ciue:an hoste pugnare malis. Hæc dicẽte cõsule equites ĩfestis cuspidibus circũfundunt':ac pedites in pugnã redire iubẽt. Nõ uirtus solũ cõsulis:sed sors ẽt adiuuit:qd' nõ institerũt samnites spatiũq; circũagẽdi signa reuertẽdiq; aciẽ a castris in hostẽ fuit. Tũ alii alios hortari ut repeterẽt pugnã:centuriões ab signiferis rapta signa inferre: & oñ dere suis paucos & ordinibus incõpositis effuse uenire hostes. Inter hæc cõsul manus ad cælũ attollẽs uoce clara ita:ut exaudiret':templũ Iouii Satori uouet:si constitisset a fuga romana acies:reditegratoq; prælio cecidisset:uicisset q; legiões samnitiũ. oẽs undiq; annissi ad restituẽdã pugnã duces milites pedi tum equitũq; uis. numẽ ẽt deoq; respexisse nomen romanũ uisũ. adeo facile inclinata res:repulsiq; a castris hostes:mox & iã redacti ad eũ locũ:in quo cõmissa pugna erat. Ibi obiacẽte sarcinaq; cumulo quas coniecerãt in mediũ hæsere ĩpediti:deinde ne diriperent' res: orbẽ armatoq; sarcinis circũdãt. Tũ uero eos a frõte urgere pedites abtergo circũuecti equites. ita in medio cæsi captiq;. Captiuoq; numerus fuit. yii. milla ac. dcc. qui oẽs nudi sub iugũ missi. cæsos rettulere ad. iiii. millia octingẽtos. Nec romanis q̃dem læta uictoria fuit. recẽsente cõsule biduo acceptã cladẽ amissoq; militũ numerus relatus. yii. millia ac. ccc. Dũ hæc in Appuliã gerebãtur:altero exercitu samnites Interamnẽ coloniã romanã:quæ uia lata est:occupare conati urbẽ non tenuerũt:agros depopulati:cũ prædam aliã ĩde mixtã hoĩum atq; pecudũ colonosq; captos agerẽt:in uictorẽ incidũt cõsulem ab Luceria redeuntẽ: nec prædã solũ amittũt sed ipsi longo atq; impedito agmine incõpositi cædũtur. Consul Interamnẽ edicto dominis ad res suas noscẽdas recipiendasq; reuocatis:& exercitu ibi relicto:comitioq; causa Romã ẽ ꝓfectus. Cui de triũpho agenti negatus honos:& ob amissa tot millia militũ:& quod captiuos sine pactiõe sub iugũ mississet. Cõsul alter Posthumius:qa in samnitibus materia belli deerat. in Ethruriam traducto exercitu primũ peruastauerat uolsiniẽsem agrũ:deinde tum egressis ad tuendos fines haud procul mœnibus ipsorũ depugnat. duomillia trecenti ethruscoq; cæsi cæteros ꝓpinquitas urbis tutata est. In rosellanũ aũt agrũ exercitus traductus:ibi non agri tãtum uastati:sed oppidũ etiam expugnatũ:capta amplius duo millia hoĩum:minus duomillia circa muros cæsa. Pax tamẽ clarior maioriq; bellũ in ethruria eo anno fuerat:parata est. tres ualidissimæ urbes Ethruriæ capita Volsini Perusia Arretiũ pacẽ petiere:& uestimẽtis militũ frumentoq; pactis cũ consule:ut mitti Romã oratores liceret:inducias in. xl. annos impetrauerũt. mulcta præsens quingẽtũ milliũ æris in singulas ciuitates ĩposita. Ob hasce res gestas consul cũ triũphũ ab senatu moris magis causa:q̃ spe ĩpetrandi petisset:uideretq; alios:qd' tardius ab urbe exisset:alios qd' iniussu senatus ex Sãnio in Ethruriã transissetꝫ ptim suos inimicos ptim collegæ amicos:ad solatiũ æquatæ repulsæ sibi quoq; negare triumphũ:nõ ita:inquit:patres cõscripti uestræ maiestatis meminero:ut me consulẽ esse obliuiscar:eodem iure ĩperii:quo bella gessi bellis fœliciter gestis Sãnio atq; Ethruria subactis uictoria & pace parta triũphabo. ita senatum reliquit. Inde inter tribunos plebis cõtentio orta est:pars intercessuros ne nouo exẽplo triũpharet:aiebant:pars auxilio se aduersus collegas triumphanti futuros. Iactata res est ad populũ:uocatusq; eo cõsul cũ. L. Horatium Marcũ Valerium cõsules. G. Martium Rutiliũ nuper patrẽ eius:qui tũc censor esset:nõ ex auctoritate senatus sed iussu populi triũphasse diceret:adiiciebat se quoq; latuq; fuisse ad populũ:ni sciret mancipia nobilium tribunos plebis legem impedituros: uoluntatẽ sibi ac fauorem consentientis populi pro oĩbus

iussis affuturam. Postero die auxilio tribunoꝝ plebis aduersus triũ intercessionẽ. vi. tribunoꝝ & consensum senatus celebrante populo diẽ triũphauit. Et huius anni paꝛ cõstans memoria est. Posthumium auctor ẽ Claudius in Samnio captis aliquot urbibus in Appuliá fusum fugatũq; : saucium ipsũ cũ paucis Luceriam cõpulsum: ab Attilio in Ethruria res gestas: eumq; triũphasse. Fabius ambos cõsules in Sãnio & ad Luceriã res gessisse scribit: traductũq; in Ethruriã exercitũ: sed ab utro cõsule nõ adiecit: & ad Luceriã utrinq; multos occisos: in eaq; pugna Iouis Statoris ædẽ uotam ut Romulus ante uouerat: sed fanum tm̃: id est locus templo iá sacratus : effatus fuerat. Cæteꝝ hoc demũ annum ut ædẽ etiá fieri senatus iuberet: bis eiusdem uoti damnata resp. in religionem uenit.

M. posthumius iuito senatu triũphat



SEQVITVR HVNC ANNVM ET CONSVL insignis. L. Papyrius Cursor tã paterna gloria: q̃ sua & bellũ ingens uictoriaq; quantã de samnitibus nemo ad eã diem præter. L. Papyriũ patrẽ consulis pepererat & forte eodẽ conatu apparatuq; omni opulentia insigniũ armoꝝ bellũ adornauerant: & deorũ ẽt adhibuerãt opes ritu quodã sacramẽti uetusto ut lustratis militibus: delectu per omne Sãniũ habito noua lege: ut qui iunioꝝ non cõueniisset: ad ĩperatorem quiq; iniussu abisset: caput Ioui sacratũ erat. Tũ exercitus ois Aquiloniã est indictus: ad. xl. millia militũ: quod roboris in Sãnio erat cõuenerũt. Ibi medijs fere castris locus est conseptus cratibus: pluteisq;: & linteis cõtectus: patẽs ducẽtos maxime pedes ĩ oẽs pariter partes Ibi ex libro uetere linteo lecto sacrificatũ sacerdote Ouio Paccio quodã hoĩe magno natu: qui se id sacrũ petere affirmabat ex uetusta samnitiũ religiõe: quã quondã usi maiores eoꝝ fuissent cũ adimendæ ethruscis Capuæ clandestinum cepissent cõsiliũ: Sacrificio perfecto: per uiatorẽ imperator acciri iubebat nobilissimũ quẽq; genere factisq; singuli introducebant. erat tũ alius apparatus sacri: qui pfundere religiõe aĩum posset tũ in loco circa oĩ contecto aræ in medio uictimæq; circa cæsæ: & circũstantes cẽturiones strictis gladiis admouebãt altaribus miles magis ut uictima: q̃ ut sacri particeps: adigebaturq; iureiurãdo: quæ uisa auditaq; in eo loco essent nõ enunciaturꝝ: dein iurare cogebant diro quodã carmĩe in execrationẽ capitis familiæq; & stirpis cõposito. nisi isset ĩ prælijũ: quo imperatores duxissent: & si aut ipse ex acie fugisset: aut si quẽ fugientẽ uidisset: nõ extẽplo occidisset. Id primo quidam abnuẽtes iuraturos se obtrũcati circa altaria sunt: iacentes deinde inter stragẽ uictimaꝝ documento cæteris fuere: ne abnuerent. Primoribus samnitiũ ea detestatione obstrictis decẽ noĩatis ab ĩperatore: eis dictũ: ut uir uiꝝ legeret: donec sexdecimillium numeꝝ cõfecissent: ea legio linteata ab integumẽto consepti: quo sacrata nobilitas erat: appellata est: his arma insignia data: & cristatæ galeæ: ut inter cæteros eminerẽt. Paulo plus uiginti milium aliꝰ exercitus fuit: nec corpoꝝ specie: nec gloria belli: nec apparatu linteatæ legiõi dispar. hic hostium numerus: q̃d roboris erat: ad Aquiloniã cõsedit. Cõsules profecti ab urbe prior. Sp. Caruilius cui ueteres legiões: quas. M. Attilius superioris anni cõsul in agro ĩteramnati reliquerat decretæ erãt: minum numerus: q̃d roboris erat: ad Aquiloniã cõsedit. Cõsules profecti ab urbe prior. Sp. Caruilius cui ueteres legiões: quas. M. Attilius superioris anni cõsul in agro ĩteramnati reliquerat decretæ erãt: cũ eis in Samniũ ,pfectus: dũ hostes opati superstitiõibus cõcilia secreta agunt: Amiternũ oppidũ de sãnitijs ui cepit: cæsa ibi millia hoĩum duo ferme atq; octingẽti: capta quattuormillia ducẽti septuagi nitibus ui cepit: cæsa ibi millia hoĩum duo ferme atq; octingẽti: capta quattuormillia ducẽti septuagi ta. Papyrius nouo exercitu (ita uero decretũ erat) scripto: Duroniã urbẽ expugnauit minus : q̃ collega cepit: hoĩum plus aliquãto occidit: præda opulenta utrobiq; ẽ parta. Inde peruagati Sãniũ cõsules maxime depopulato Atinate agro: Caruilius ad Cominium: Papyrius ad Aquiloniã ubi summa rei samnitiũ erat: peruenit. ibi aliquãdiu nec cessatum ab armis est: nec grauiter pugnatũ: lacessendo quietos resistentibus cedẽdo: cõminandoq; magis quã inferẽdo pugnã dies absumebat. quod cũ inciperet: remitteretur q; hoĩum reꝝ etiã paruaꝝ euẽtus proferebat in dies. Altera romana castra uigintimilliũ spatio aberãt: & absentis collegæ cõsilia oĩbus gerẽdis intererãt rebus: intentiorq; Caruilius: quo maiore discrimine res uertebat in Aquiloniã: q̃ ad Cominium: qd obsidebat: erat. L. Papyrius iam p oĩa ad dimicandũ satis paratus nunciũ eo ad collegã mittit: sibi in aĩo esse postero die: si per auspicia liceret: cõfligere cũ hoste: opus esse & illũ: q̃ta maxima ui posset: Cominiũ oppugnare: ne quid laxaměti sit sanitibus ad subsidia Aquiloniã mittẽda. diẽ ad ,pficiscendũ nũcius habuit: nocte rediit approbare collegam cõsulta referẽs. Papyrius nuncio misso extẽplo concionẽ habuit: multa de uniuersõ genere belli multa de præsenti hostiũ apparatu uana magis specie: q̃ efficaci ad euẽtũ differuit. Nõ. n. cristas uulnera facere: & per picta atq; aurata scuta trãsire romanũ pilũ: & cãdore tunicaꝝ fulgentẽ aciẽ ubi res ferro geratur: cruẽtari: Aureã olim atq; argenteã samnitiũ aciẽ a parẽte suo occidiõe occisam: spoliaq; ea honestiora uictori hosti: q̃ ipsis arma fuisse. Datũ hoc forsan nomini familiæq; suæ : ut aduersus maximos conatus samnitiũ opponerent duces: spoliaq; ea referrẽt: quæ insignia etiã publicis locis decorãdis essent. Deos imortales adesse ,ppter toties petita fœdera: toties rupta: tũ siqua cõiectura mentis diuinæ fit: nulli unquã exercitui fuisse infestiores: q̃ qui nefando sacro mixta hoĩum pecudũq; cæde respsus an

L. Papyriꝰ Sp. Caruilius cons.

Attꝰ. Cõiurationis genus in samnio

Legio. Sacrata

Amiternũ Sãnitiũ oppidum

Amiternũ ubi

Papyrius suos ad pugnã hortat

cipiti deum iræ deuotus: hinc fœdeꝛ cũ romanis ictoꝛ testes deos: hinc iurisiurandi aduersus fœdera suscepti execratiões horrens inuitus iurauerit: oderit sacramentum: uno tpe deos: ciues hostes: metuat. Hæc cõperta perfugaꝛ indiciis cũ apud infensos iam sua spõte milites differuisset: simul diuinæ humanæq; spei pleni clamore consentiẽti pugnã poscunt: pœnitet in posteꝛ diem dilatũ certamẽ: mora diei noctisq; oderunt. Tertia uigilia noctis iã relatis litteris a collega Papyrius silẽtio surgit: & pullarium in auspiciũ mittit: Nullũ erat genus hominũ in castris intactũ cupiditate pugnæ: summi infimiq; æque intẽti erãt: dux militũ miles ducis ardoꝛẽ spectabat. Is ardor oĩum etiã ad eos: q auspicio intererãt: peruenit: nã cũ pulli nõ pascerent: pullarius auspiciũ mentiri ausus tripudiũ solliſtinũ consuli nũciauit. Cõsul lætus auspiciũ egregiũ esse: & deis auctoribus rẽ gesturos ꝓnunciat: signũq; pugnæ ꝓponit. Exeunti iã forte in aciẽ nũciat perfuga uiginti cohortes samnitiũ quadrigenariæ ferme erant: Cominiũ profectas: qđ ne ignoraret collega: extẽplo nunciũ mittit: ipse signa ocius ꝓferri iubet: subsidiaq; suis quæq; locis & præfectos subsidiis attribuerat. Dextero cornu. L. Volumniũ sinistro. L. Scipionẽ eq̃tibus legatos alios. C. Ceditiũ: & Treboniũ præfecit. Sp. Nautiũ mulos detractis clitellis cũ cohortibus alariis in tumulũ conspectũ ꝓpere circũducere iubet: atq; inde inter ipsam dimicationẽ: quãto maxime posset: moto puluere ostẽdere Dum his intẽtus imperator erat: altercatio inter pullarios orta de ausspicio eius diei: auditaq; ab equitibus romanis: qui rẽ haud spernandã rati. Sp. Papyrio fratris filio cõsulis ambigi de auspicio nunciauerũt: Iuuenis ante doctrinã deos spernentẽ natus rem inquisitã ne quid incõpertũ deferret ad consulẽ detulit. cui ille: tu quidẽ macte uirtute diligẽtiaq; esto: cæteꝛ: q auspicio adest: siquid falsi nũciat in semetipsum religionẽ recipit: mihi quidẽ tripudiũ nunciatũ populo romano exercituiq; egregiũ auspiciũ est. cẽturionibus deinde iperauit: ut pullarios inter prima signa cõstituerent. Promouent & samnites signa: insequit acies ornata armataq; ut hostiũ quoq; magnificũ spectaculum esset: priusq̃ clamor tolleret cõcurreretur q; : emisso temere pilo: ictus pullarius ante signa cecidit: qđ ubi cõsuli nunciatũ est: dii in prælio sunt: inquit: habet pœnã noxiũ caput. Ante cõsulẽ hæc dicentẽ coruus uoce clara occinuit: quo lætus augurio cõsul affirmans nunquã humanis rebus magis ꝓsentes affuisse deos signa canere & clamorẽ tolli iussit. Prælũ cõmissum atrox: cæteꝛ longe disparibus aĩs romano ira: spes: ardor certaminis auidos hostiũ sanguinis in prælũ rapit: samnitiũ magnã partẽ necessitas ac religio inuitos magis resistere: q̃ inferre pugnã coegit nec sustinuissent primum clamorem atq; impetũ romanoꝛ per aliquot iam annos uinci assueti: ni potẽtior alius metus insidẽs pectoribus a fuga retineret: quippe in oculis erat oĩs ille occulti paratus sacri: & armati sacerdotes: & promiscua hoĩum pecudũq; strages: & respersæ fando nefandoq; sanguine aræ: & dira execratio: ac furiale carmẽ detestandæ familiæ stirpiq; cõpositũ. his uinculis fugæ obstricti obstabant ciuẽ magis: q̃ hostem timentes. Instare romanus cornu utroq; a media acie: & cædere deoꝛ hominũq; attonitos metu repugnãt segniter: ut ab his: quos timor moraretur a fuga: Iam prope ad signa cædes puenerat: cum extrãsuerso puluis uelut ingẽtis agminis incessu motus apparuit. Sp. Nautius: Octauiũ Metium quidam eũ tradunt: dux alaribus cohortibus erat: puluerẽ maiorẽ: quam ꝓ numero excitabãt: insidentes mulis calones frondosos ramos per terrã trahebant: arma signaq; per turbidã lucem in primo apparebant: post altior densiorq; puluis equitũ speciẽ cogentiũ agmen dabat: fefellitq; non samnites mõ: sed etiam romanos: & consul affirmauit erroꝛẽ clamitans inter prima signa ita: ut uox etiã ad hostes acceꝛ deret: captũ Cominiũ uictorem collegã adesse: anniterent uincere: priusquã gloria alterius exercitus fieret. hæc insidẽs equo: inde tribunis cẽturionibusq; imperat: ut uiã equitibus patefaciãt. ipse Trebonio ceditioq; prædixerat: ut ubi se cuspidẽ erectam quatientẽ uidissent: quãta maxima ui possent: concitarent equites in hostẽ. Ad nutũ oĩa: ut ex ante præparato: fiũt pandũtur inter ordines uiæ: prouolat eques: atq; infestis cuspidibus in mediũ agmen hostium ruit: perrumpitq; ordines: quacunq; impetũ dedit. instant Volũnius: & Scipio: & perculsos sternunt. Tum iam deoꝛ hominũq; uicta uis fundũtur linteatæ cohortes: pariter iurati iniuratiq; fugiunt: nec quenquẽ præter hostes metuũt. Peditũ agmẽ: quod superfuit pugnæ in castra ad Aquiloniã cõpulsum est. nobilitas equitesq; Bouianũ profugerũt equites eques sequit: peditem pedes ac diuersa cornua dexteꝛ ad castra samnitiũ: leuum ad urbẽ terret. Prior aliquanto Volũnius castra cepit. ad urbem Scipioni maiore resistitur ui: nõ quia plus animi uictis est: sed melius muri: q̃ uallum armatos arcent: idẽ lapidibus propulsant hostẽ. Scipio nisi in primo pauore: priusquã colligerentur animi: transacta res esset lentioꝛẽ fore munitæ armis urbis oppugnationem ratus. interrogat milites. satin æquo animo paterẽtur ab altero cornu castra capta esset: se uictores pelli a portis urbis? Reclamãtibus uniuersis primus ipse scuto super caput elato pergit ad portam secuti alii testudine facta in urbem perrũpunt: deturbatisq; samnitibus: qui circa portam erãt: muros occupauere: penetrauere interiora urbis: quia pauci admodũ erant: non audent. Hæc primo ignoꝛare consul: & intentus recipiẽdo exercitui esse: iam enim præceps in occasum sol erat: & appetẽs noxia periculosa. & suspecta omnia etiam uictoribus faciebat: progressus longius ab dexteꝛa castra capta uidet: ab leua clamoꝛem in urbe mixtum pugnantium ac pauentium fremitum esse. & tum forte certamen ad portam erat. aduectus deinde æquo ꝓpius: ut suos in muris uidet: nec iam integri quicq̃ esse quin temeritate paucoꝛ magnæ rei parta occasio esset: acciri quas receperat copias: signaq; in urbem ferri iussit. ingressi ex parte ꝓxima: qa nox appropinquabat: quieuere. nocte oppidũ ab hostibus de-

Atť. pullatii exitũ

Iurati iniuratiq;

fertum.cæsa illo die ad Aquiloniam samnitiũ millia.xxx.cccxl.capta quattuormillia.yiii.&lxx.signa militaria.xc.yii. Cæteꝝ illud memoriæ traditur non ferme alium ducem lætiorem in acie uisum seu suopte ingenio seu fiducia bene gerendæ rei. Ab eodem robore animi neqꝫ cõtrouerso auspicio reuocari a prælio potuit & in ipso discrimine: quo templa diis imortalibus uoueri mos erat: uouerat Ioui Victori: si legiones hostium fudisset: pauxilum mulsi prius: qꝫ temetum biberet: sese factuꝝ. id uotum diis cordi fuit: & auspicia in bonum uerterunt. Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res prima luce ad mœnia oĩbus copiis admotis corona cinxit urbem: subsidiaqꝫ firma: nequa eruptio fieret: portis opposuit. Iam signũ dantem cum nuncius a collega trepidus de uiginti cohortiũ aduentu & ab impetu moratus est: & partem copiaꝝ reuocare instructam intentamqꝫ ad oppugnandũ coegit. D. Brutum Scæuam legatum cum legiõe prima & uiginti cohortibus alariis equitatuqꝫ ire aduersus subsidium hostiũ iussit: quocunqꝫ in loco fuisset obuius: obsisteret ac moraretur: manumqꝫ: si forte ita res posceret: conferret: modo ne ad Cominium eæ copiæ admoueri possent. ipse scalas ferri ad muros ab omni parte urbis iussit: ac testudine ad portas successit. simul & refringebantur portæ: & uis undiqꝫ in muros fiebat. Samnites: sicut anteꝙ in muris uiderent armatos: satis animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hostes: ita posteaꝙ iam non ex interuallo: nec missilibus: sed cõminus gerebantur res: & quia ægre successerant ex plano in muros: loco: qꝫ magis timuerant: uicto: facile in hoste imparem ex æquo pugnabant: relictis turribus muriscꝫ: in foꝝ oẽs compulsi paulisper inde tentauerunt extremã pugnæ fortunam. deinde abiectis armis: ad. xi. millia hominum & trecenti in fidẽ cõsulis uenerunt cæsa ad quattuormillia ac. cccl xxx. sic ad Cominium: sic ad Aquiloniã gesta res. In medio inter duas urbes spatio: ubi tertia expectata erat pugna: hostes nõ inuenti: septẽmillia passuum cũ abessent a Cominio: reuocati ab suis: neutri prælio occurrerunt. primis ferme tenebris cum in conspectu iã castra ad Aquiloniam habuissent: clamor eos utrinqꝫ par accidens sustinuit: deinde regione castrorum quæ incensa ab romanis erant: flama late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit. Eo ipso loco prope temere sub armis strati passim inquietum omne tẽpus noctis expectando timendoqꝫ lucem egere. prima luce incerti quam in partem intenderent iter: repente in fugam consternantur cõspecti ab equitibus: qui egressos nocte ab oppido samnites persecuti: uiderant multitudinem nõ ualo: non stationibus firmatam: conspecta & ex muris Aquiloniæ ea multitudo erat. iamqꝫ etiam legionariæ cohortes sequebantur: cæterum nec pedes fugientes persequi potuit: ab equite nouissimi agminis ducẽti ferme & octoginta interfecti: arma multa pauidi ac signa militaria duodeuiginti reliquere: alio agmine incolumi ex tanta trepidatione Bouianũ peruentum est. Lætitiã utriusqꝫ exercitus romani auxit: & ab altera parte fœliciter gesta res: uterqꝫ ex alterius sententia consul captum oppidũ diripiendum militi dedit: ex haustis deinde tectis ignem iniecit: eodemqꝫ die Aquilonia & Cominium deflagrauere: & consules cũ gratulatione mutua legionum suaqꝫ castra coniunxere. In conspectu duorum exercituũ & Caruilius suos pro cuiusqꝫ merito laudauit: donauitqꝫ: & Papyrius: apud quẽ multiplex in acie circa castra circa urbem fuerat certamen. Sp. Nautium. Sp. Papyriũ fratris filium & quattuor centuriones manipulũqꝫ hastatoꝝ armillis aureisqꝫ coronis donauit. Nautium ꝓpter expeditionẽ quia magni agminis modo terruerat hostes: iuuenẽ Papyrium propter nauatam cũ equitatu & in prælio operam & nocte quia fugam infestã samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit: centuriões militesqꝫ quia primi portam murũqꝫ Aquiloniæ ceperant. equites oẽs ob insignem multis locis operã coniculiis armillisqꝫ argenteis donat. Consilium inde habitũ cum iam tempus esset deducendi ab Sãnio exercitus aut utriusqꝫ aut certe alterius: optimum uisum: quo magis fractæ res samnitiũ essent eo pertinatius & infestius agere cætera & persequi: ut perdomitũ Samnium insequentibus cõsulibus tradi posset: quando iã nullus esset hostium exercitus: qui signis collatis dimicaturus uideret: unũ superesse belli genus urbium expugnationes quaꝝ per excidia militẽ locupletare præda: & hostẽ pro aris ac focis dimicantẽ conficere possent. Itaqꝫ litteris missis ad senatũ populumqꝫ romanũ de rebus ab se gestis diuersi Papyrius ad Sepinũ. Caruilius ad Volanam oppugnandã legiones ducunt. Litteræ consulum ingenti lætitia & in curia: & in conciõe auditæ: & quatridui supplicatione publicũ gaudiũ priuatis studiis celebratũ est: neqꝫ po. ro. magna solũ: sed peropportuna ẽt ea uictoria fuit quia per idẽ forte tps rebellasse ethruscos allatũ est. Subibat cogitatio aĩum quonam modo tolerabilis futura Ethruria fuisset: siquid in Samnio aduersi euenisset: quæ cõiuratione samnitium erecta quoniã ambo cõsules: omnisqꝫ romana uis uersa in Samniũ esset: occupationẽ po. romani pro occasiõe rebellandi habuisset. Legatiões socioꝝ a. M. Attilio prætore in senatũ introductæ: querebãtur uri & uastari agros a finitimis ethruscis: quod descisceret a populo romano nollent: obtestabanturqꝫ patres conscriptos: ut se a ui atqꝫ iniuria cõmuniũ hostium tutarent. Responsum legatis curæ senatui futuꝝ: ne socios fidei suæ pœniteret: ethruscoꝝ ꝓpediem eandẽ fortunam: qꝫ samnitiũ fore. Segnius tamẽ quod ad Ethruriam attinebat: acta res esset: ni faliscos quoqꝫ qui per multos annos in amicitia fuerant: allatũ foret: arma ethruscis iunxisse. Huius ꝓpinquitas populi acuit curã patribus: ut fœciales mittendos ad res repetendas censerent qbus non redditis ex auctoritate patrũ iussu populi bellũ falisci indictum est: iussiqꝫ consules sortiri uter ex Sãnio in Ethruriã cum exercitu transiret. Iã Caruilius Volanã: & Palumbinũ: & Herculaneũ ex samnitibus ceperat. Volanã intra paucos dies: Palumbinum eodẽ: quo ad muros accessit

xxx. Samnitiũ uno die cæsa ccexl.

Aquilonia capitur

Cominiũ capitur

Samnitiũ fuga

Attꝰ dona militaria

Falisciorũ defectio

ad Herculaneum bis etiam signis collatis ancipiti prælio:& cum maiore sua: q̃ hostiũ iactura dimicauit:castris deinde positis mœnibus hostem inclusit:oppugnatum oppidũ captumq;.In his tribus urbibus capta aut cæsa ad decemmillia hominum:ita ut pauore admodum plures caperentur.Sortientibus prouincias consulibus Ethruria Caruilio euenit:secundum uota militum:qui uim frigoris iam in Samnio non patiebantur.Papyrio ad Sepinum maiorubis hostium restitit:sæpe in acie:sæpe in agmine:sæpe circa ipsam urbem aduersus eruptiões hostium pugnatum:neq; obsidio:neq; bellũ ex æquo erat:non enim muris magis se samnites:q̃ armis ac uiris mœnia tutabantur.tandem pugnando in obsidionem iustam coegit hostes:obsidendoq; ui atq; operibus urbem expugnauit.Itaq; ab ira plus cædis æditum:capta urbe septẽmillia.ccc.cæsi:capta minus triamillia hominum:prædæ:quæ plurima fuit:congestis samnitium rebus in urbes paucas militi concessa est.Niues iam omnia oppleuerant: nec habitari extra tecta poterat:itaq; consul de Sãnio exercitũ eduxit.Venienti Romã triũphus oium consensu est delatus.triumphauit in magistratu insigni:ut illorum tempo; habitus erat triumpho:pedites equitesq; insignes donis trãsiere ac transuecti:multæ ciuicæ coronæ uallaresq;:ac murales conspectæ.inspecta spolia samnitium:& decore ac pulchritudine paternis spoliis:quæ nota publico; frequẽti ornatu locorum erant:comparabantur:nobiles aliquot captiui clari suis patrumq; factis ducti. æris grauis transuecta uicies centũmillia:& auri trigintatriamillia:id.n.redactum ex captiuis dicebatur:argenti:quod captum ex urbibus erat:ad trecenta.xxx.millia.omne æs argentumq; in ærarium conditum:militibus nihil datum ex præda est:auctaq; inuidia est ea ad plebem:quod tributum etiam in stipendium militum collatum est.cum si spreta gloria fuisset:captiuæ pecuniæ in ærarium illatæ: & militi tum dari ex præda & stipendium militare præstari potuisset.Aedem Quirini dedicauit:q̃ in ipsa dimicatione uotam apud neminem auctorẽ ueterem inuenio:neq; hercules tam exiguo tẽpore perficere potuisset.ab dictatore patre uotam filius consul dedicauit:exornauitq; hostium spoliis: quo; tanta multitudo fuit:ut non templum tantum forumq; his ornaretur:sed sociis etiam coloniscq; finitimis ad templorũ locorumq; publicorum ornatum diuiderentur.A triumpho exercitum in agrum uestinum:quia regio ea infesta ab samnitibus erat:hybernatum duxit.Inter hæc Caruilius cõsul in Ethruria primũ Troilium oppugnare adortus trecentos septuaginta ditissimos:pecunia grandi pactos: ut abire inde liceret:dimisit:cæteram multitudinem oppidumq; ipsum ui cepit.inde quinq; castella locis sita munitis expugnauit.cæsa ibi hostium duomillia quadringenti: minus duomillia capti & falisci pacem petentibus annuas inducias dedit pactus centũmillia grauis æris:& stipendium eius anni militibus.His rebus actis ad triumphum decessit:ut minus clarum de samnitibus:q̃ collegæ triumphus fuerat:ita cumulo ethrusci belli æquato:æris grauis tulit in ærarium trecenta nonagintamillia: de reliquo ære ædem fortis.Fortunæ de manubiis faciendã locauit:prope ædem eidem deæ ab rege Seruio Tullio dedicatam.& militibus ex præda centenos binos asses:& alteq; tantum centurionibus atq; equitibus malignitate collegæ gratius accipientibus munus diuisit.Fauor consulis tutatus ad populum est.L.Posthumiũ legatum eius:qui dicta die a.M.Cancio tribuno plebis fugerat in legationem ut fama ferebat populi iudicium:iactariq; magis:q̃ peragi accusatio eius poterat.



EXACTO IAM ANNO NOVI TRIBVNI PLEbis magistratum inierant:iisq; ipsis:quia uitio creati erant duos post dies alii suffecti.Lustrum conditum eo anno est a.P.Cornelio Aruina.G.Martio Rutulio censoribus censa capitum millia.cclii.ccc.xx.Censores uicesimi sexti a primis censoribus:lustrum undeuicesimum fuit.Eodem anno coronati primũ ob res bello bene gestas ludos romanos spectauerunt. palmæq;:tum primum translato e Græcia more:uictoribus datæ.Eodem anno ab ædilibus curulibus: qui eos ludos fecerunt damnatis aliquot pecuariis:uia a Martis silice ad bouillas perstrata est.Comitia consularia.L.Papyrius habuit: creauit consules. Qu.Fabium Maximi filium Gurgitem: Iuniũ Brutum Scæuam. ipse Papyrius prætor factus. Multis rebus lætus annus uix ad solatiũ unius mali pestilentiæ urentis simul urbem atq; agros suffecit: portentoq; iam similis clades erat & libri aditi:qui nam finis:aut quod remedium eius mali ab diis daretur.inuentum in libris Aesculapium ab Epidauro Romam accersendum:neq; eo anno quia bello occupati consules erant:quicquam de ea re actum:præter quam:quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

Papirius Triumphat in Vrbem

Præda samnitica

Aedes quirini

Vide ne trosulci sit legendum

Census

Iudi romani

Qu.fabius Iuniusbrutus cons.

De Esculapio ex Epidauro Romam Accersendo

FINIS PRIMAE DECADIS



T. LIVII PATAVINI HISTORICI TERTIAE DECADIS.

PRAEFATIO.

IN PARTE OPERIS MEI LICET PRAEFARI MIHI Quod in principio summæ totius professi sunt plærique rerum scriptores: bellum maxime memorabile omnium: quæ unq̃ gesta sint: me scripturum: Quod Annibale duce carthaginenses cũ populo romano gessere: Nam neq; ualidiores opibus ullæ inter se ciuitates: gentesq; cõtulerunt arma: Neq; iis ipsis tantum unq̃ uirium: aut roboris fuit: & haud ignotas belli artes inter sese: sed exptas primo punico conferebant bello: & adeo uaria belli fortuna: ancepsq; Mars fuit: ut propius periculo fuerint qui uicere. Odiis etiam prope maioribus certarunt: q̃ uiribus: Romanis indignantibus: quod uictoribus uicti ultro inferrẽt arma: pœnisq; quod superbe auareq; crederẽt imperitatum: uictis esse. Fama etiam est Annibalem annorum ferme nouem pueriliter blandientem patri Amilcari: ut duceretur in Hispaniam: cum perfecto africo bello exercitum eo traiecturus sacrificaret: altaribus admotum tactis sacris iureiurando adactum se: cum primum posset hostem fore po.ro. Angebant ingentis spiritus uirum Sicilia Sardiniaq; amissæ. Nam & Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam: & Sardiniam inter motum Africæ fraude romanorum stipẽdio etiam superimposito interceptam. His anxius curis: ita se africo bello: quod fuit sub recentem romanam pacem per.y. annos: ita deinde no-

Bellū afri-
cū inter pri
mū & secū-
dē bellum
punicū ui-
de polibiū
Polybyus
ait q̄rto an
no finitū
belliū afri
cum

uem annis in Hispania augendo punico imperio gessit. ut appareret maius: eum: q̄ quod gereret: agi tare in animo bellum: & si diutius uixisset Amilcare duce pœnos arma Italiæ illaturos fuisse: qui Anni balis ductu intulerunt. Mors Amilcaris peroportuna: & pueritia Annibalis distulerunt bellum. Me dius Asdrubal inter patrem & filium octo ferme annos imperium obtinuit: flore ætatis: uti ferunt: pri mo amilcari conciliatus: genere: inde ob altam indolem profecti animi ascitus: & quia genere erat factio nis barchinæ: opibus: quæ apud milites: plebē q̄ pluſquam modicæ erant haud sane uoluntate princi pum imperio potitus. Is plura consilio: q̄ ui gerens: auspiciis regulorum magis conciliandisq̄ per ami citiam principum imperio potitus. Is plura consilio: q̄ ui gerens: auspicus regulorum magis concilian disq̄ per amicitiam principum nouis gentibus: q̄ bello: aut armis rem carthaginensem auxit. Cæterū nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus eum quidam ob iram palam interfecti ab eo domini obtrūcauit. cō

Asdrubal ætate
fuit Amilcare

Amilcar regnauit
Barchinonidi fa
me barchinon
Senū primus Vbi
Amilcar Interfectus

prehensusq̄ a circunstantibus: haud alio: q̄ si euasisset uultu: tormentis quoq̄: cum laceraretur: eo fu it habitu oris: ut superante lætitia dolores ridentis etiam speciem præbuerit. Cum hoc asdrubale: quia miræ artis in sollicitandis gentibus imperioq̄ iungendis suo fuerat: fœdus renouauerat po.ro. ut finis utriusq̄ imperii esset amnis Iberus: Saguntinisq̄ medius inter imperia duorū populorum libertas ser uaretur. In asdrubalis locum haud dubia res fuit: quin prærogatiuam militarem: qua extemplo iuue nis ānibal intra prætorium delatus imperatorq̄ ingenti omnium clamore atq̄ assensu appellatus erat: Fauor etiam plebis sequeretur. Hunc uix dum puberē asdrubal ad se accersierat: actaq̄ res in senatu ēt fuerat: barchinis nitentibus: ut assuesceret militiæ annibal: atq̄ in paternas succederet opes. Hānio al terius factionis princeps: & æquum postulare uidetur: inquit asdrubal: & ego tamen non cēseo: quod petit: tribuendum. Cum admiratione tam ancipitis sententiæ in se omnes conuertisset: Florem ætatis

Atq. hāno
nis ābigu
am finiam

inquit asdrubal: quem ipsi patri annibalis fruendum præbuit: iusto iure eum a filio repeti censet: nos tamen minime decet iuuentutem nostram pro militari rudimento assuefacere libidini prætorum. an hoc timemus: ne amilcaris filius nimis sero imperia immodica: & regni paterni spem uideat? Et cuius regis genero hereditarii sint relicti exercitus nostri eius filio parum mature seruiamus. Ego istum iu uenem domi tenendum sub legibus: sub magistratibus docendum uiuere equo iure cum cæteris cen seo: ne quandoq̄ paruus hic ignis incendium ingens excitet. Pauci ac ferme optimus quiq̄ Hāno ni assentiebantur. Sed: ut plērūq̄ fit: maior pars meliorem uicit.

T. LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO DECADIS TERTIAE

LIBER PRIMVS

Hannibal Vbi In Impe
raturem Creatus est
Qualis fuerit Hannibal



ISSVS ANNIBAL IN HISPANIAM PRIMO STATIM ADVEMTV omnem exercitum in se conuertit. amilcarem uiuentem redditum sibi ueteres milites credere. eundem uigorem in uultu: uimq̄ in oculis: habitum oris: linia mentaq̄ intueri: deinde breui effecit: ut pater in se minimum momentum ad fauorem conciliandum esset Nunquam ingenium idem ad res diuersissimas parendum atq̄ imperandum habilius fuit. Itaq̄ haud facile discerneres utrum imperatori: an exercitui carior esset: neque milites alio duce plus confidere aut audere: plurimum audaciæ ad pericula capessenda: plurimum consilii: inter ip sa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari: aut animus uinci poterat. Ca loris ac frigoris patientia par. cibi potioniſq̄ desiderio naturali: non uoluptate

patro

Virtutes
annibalis

modus finitus: uigiliarum somniq̄ nec die nec nocte discriminata tempora. Id quod gerendis rebus supetasset: quieti datum. Ea neq̄ molli strato: neq̄ silentio accersita. Multi sæpe militari sagulo opertū humi iacentem inter custodias: stationesq̄ militum conspexerunt. Vestitus nihil inter æquales excel lens: arma atq̄ eq conspiciebantur. eqtum peditumq̄ idem longe primus erat. Princeps pliū inibat. Vlti mus conserto plio excedebat: Has tātas uiri uirtutes igētia uitia æq̄bant. Inhumana crudelitas: pfidia pluſq̄ punica. nihil ueri: nihil sancti: nullius dei metus: nullū iusiurādū: nulla religio. Cū hac idole uir tutū ac uitioq̄ triēnio sub asdrubale iperatore militauit: nulla re: q̄ agenda audendaq̄ magno futuro

Vitia anni
balis

duci esset: ptermissa. Cæteq̄ ex quo die dux est declaratus: uelut Italia ei puincia decreta: bellumq̄ ro manū mādatū esset: Nihil platādū ratus: ne se quoq̄ ut patrē amilcarē: deide asdrubalem cunctante ca sus aliquis opprimeret: Saguntinis iferre bellū statuit. Quibus expugnādis: qa haud dubie Romana arma mouebant: i olcadū fines: prius ultra Iberū ea gens i parte magis: q̄ i ditione Carthaginea fuit erat induxit exercitū: ut nō petisse sagūtinos: sed req̄ serie finitimis domitis gentibus: iungēdoq̄ tractus

Strabo car
tei ā eē exi
stimat q̄ oli
tarte ssus ē
dicta

ad id bellū uideri posset. Carteiā urbē opulentā caput eius gentis expugnat: diripitq̄. quo metu pcul sæ minores ciuitates: stipēdio ipposito iperiū acceperūt. uictor exercitus: opulētusq̄ præda Carthagiem nouam i hiberna est deductus. Ibi large partiendo pdam præterita cū fide exoluēdo: cunctis ciuiū suo rū sociorūq̄ ais i se firmatis: uere prīo i uacceos motum bellū. Hermādica & arbacala carthorum urbes ui captæ. arbacala & uirtute: & multitudie oppidanorum diu defensa ab Hermādica profugi exulibus olcadū ptiore æstate domitæ gentis cū se iunxissent: cōcitant Carpentanos: adortiq̄ annibalem regres

fum ex uacceis procul Tago flumine agmen graue præda turbauere. Annibal prælio abstinuit castrisq; super ripam positis: cum prima quies silentiumq; ab hostibus fuit: agmen uado traiecit: uallocq; ita producto ut locū ad transgrediēdum hostes haberēt. Inuadere eos transeuntes statuit: equitibus præcepit ut cū ingressos aquā uiderēt: adorirētur: Peditū agmen ī ripa elephātes q̄draginta disposuit. Carpentanoq; cum appēditibus olcadum uacceorūq; centūmillia fuere. Inuicta acies si æquo dimicaretur, campo. Itaq; & ingenio feroces: & multitudine freti: & qd metu cessisse credebant hostem id morari uictoriam rati: qd interesset amnis: clamore sublato passim sine ullius imperio: qua cuiq; proximū erat: ī amnē ruunt. Et ex parte altera ripæ uis ingens equitū in flumen imissa: medioq; alueo haud quaq̄ pari certamine concursum. Quippe ubi pedes instabilis: ac uix uado fidens uel inermi equite equo temere acto peruerti posset: Eques corpore armisq; liber: equo uel per medios gurgites stabili comminus eminusq; rē gereret. Pars magna flumīe absumpta: quidā uerticoso amni delati in hostes ab elephātis obtriti sunt: Postremi: quibus ingressus in suā ripam tutior fuit: ex uaria trepidatione cū in unū colligerentur: priusquā tanto pauore reciperent aīos. Annibal agmine quadrato amnē īgressus fugam ex ripa fecit. Vastatisq; agris intra paucos dies Carpētanos quoq; in deditionem accepit. Et iam oīa transIbeq; præter saguntinos carthaginensiū erant. Cum saguntinis bellū nōdū erat. Cæteq; belli causa certamina cum finitimis serebant: maxime turdetanis: quibus cum adesset idem: qui litis erat sator: nec certamen iuris: sed uim quæri appareret: legati a saguntinis Romā missi auxilium ad bellum iā haud dubie iminens orantes. Cōsules tunc Romæ erant. P. Cornelius Scipio: & T. Sempronius Longus q cum Legatis in senatū introductis de rep. rettulissent placuissetq; mitti legatos in Hispaniā ad res sociosq; inspiciendas: quibus: si uideretur digna causa: & Annibali denūciarent: ut a saguntinis sociis populo. ro. abstineret: & Carthaginē in Africam traiicerent: ac sociosq; populi ro. querimonias deferrēt. Hac legatione decreta: nec dum missa: oīum spe celerius saguntū oppugnari allatum est. tunc delata ex integro res ad senatum: & alii Prouincias consulibus Hispaniam atq; Africā decernentes terra mariq; remgerēdam censebant. Alii totum in Hispaniam Annibalēq; intendebant bellum. Erant qui non temere mouēdam rem tantā: expectandosq; ex Hispania legatos censerent. Hæc sententia: quæ tutissima uidebatur uicit. Legatiq; eo maturius missi. P. Valerius Flaccus: &. Qu. Fabius Pamphilus sagūtum ad Annibalem atq; inde Carthaginē: si non absisteretur bello: ad ducem ipsum ī pœnā fœderis rupti deposcendū. Dum ea romani parant: cōsultantq;: iam saguntū summa ui oppugnabat: ciuitas ea longe opulentissima ultra Ibeq; fuit sita passus mille ferme a mari oriundi a Zacyntho Insula dicunt. Mixtiq; etiā ab Ardea Rutuloq; quidā generis. Cæteq; in tātas breui creuerant opes seu maritimis: seu terrestribus fructibus seu multitudinis incremēto: seu sanctitate disciplinæ: qua fidē socialē usq; ad perniciē coluerunt: Annibal infesto exercitu ingressus fines: peruastatis passim agris: urbem tripartito aggreditur. Angulus muri erat in planiorē patentioremq; quā cætera circa uallē uergens: aduersus eū uineas agere instituit: per quas aries mœnibus admoueri posset. Sed ut locus, pcul muros satis æquus agēdis uineis fuit: ita haud quaq̄ prospere: posteaq̄ ad effectū uentum est operis: cœptis succedebat: & turris ingēs īminebat & murus: ut ī suspecto loco supra ceteræ modū altitudinis emunitus erat. Et iuuētus delecta ubi plurimū periculi ac laboris ostendebat: ibi ui maiore obsistebant: ac primo missilibus sūmouere hostem: nec quicquā satis tutum muniētibus pati. Deinde iam nō, p mœnibus mō: atq; turri tela micare: sed ad erumpendū etiā in stationes operaq; hostium aīus erat. Quibus tumultuariis certaminibus aut ferme plures saguntini cadebant: q̄ Pœni ut uero Annibal ipse: dum mugē icautius subit aduersum femur tragula grauiter ictus cecidit: tanta circa fuga atq; trepidatio fuit: ut non multū abesset: quin opera ac uineæ desererent: obsidio deinde per paucos dies magis q̄ oppugnatio fuit. Dū nullus ducis curaret: per quod tps ut quies certaminū erat: ita ab apparatu opeē: ac munitionū nihil cessatū. Itaq; acrius deintegro obortū est bellum pluribusq; partibus uix accipientibus quibusdā operā locis. uineæ cœptæ agi. admoueriq; aries. Abundabat multitudine hoīum pœnus: ad cētum. n. quinquaginta millia habuisse in armis creditur. Oppidani ad oīa tuenda obeundaq; multimoda arte deineri cœpti sunt: & non sufficiebant. Iam. n. feriebāt arietibus muri: quassatæ quoq; multæ partes erāt. Vna continentibus ruinis nudauerat urbē Tres deinceps turres: quantūq; inter eas muri erat: cū fragore ingenti procidērāt: captūq; oppidum ea ruina crediderant pœni. Qua uelut si pariter utroq; murus texissetita utrinq; in pugnā procursum est. Nihil tumultuariæ pugnæ simile erat: quales ī oppugnationibus urbiū per occasionē partis alterius conseri solēt. Sed iunctæ acies uelut patenti campo: inter ruinas muri tectaq; urbis modico distantia interuallo cōstiterant. Hinc spes: hinc desperatio aīos iritat pœno cepisse iam se urbem: si paululū adnitat: credente. Sagūtinis, p nudata mœnibus patria corpora opponentibus: nec ullo pedē referente: ne relicto a se loco hostē imitteret. Itaq; quo acrius: & cōfertim magis utrinq; pugnabat: eo plures uulnerabant. Nulloq; inter arma corporaq; uano ītercidē te telo. Falarica erat Saguntinis missile telum hastali abligneo: & cætero tereti præterq̄ ad extremū unde ferrū extabat: Id sicut in pilo quadratum stuppa circūligabant: linebantq; pice. Ferrū aūt tres in longum habebat pedes: ut cū armis transfigere corpus posset. sed id maxime etiā: si hæsisset in scuto: nec penetrasset in corpus: pauorem faciebat: quod cū medium accēsum mitteret: conceptumq; ipso motu multo maiorē ignem ferret: arma omitti cogebat: nudumq; militē ad insequētes ictus præbebat. Cū

Annibalis uictoria ad Tagum

Saguntini opem ro. implorant

P. Cornelius. T. Sempronius cōs.

Saguntū opulentissima

Hannibal ir Rū passus

Tragula

Saguntū in armis Hannī. pro rebus habuerat

Muro Turris Vrbs q armis munierabat

Falarica qd sit

ergo diu anceps fuisset certamen:& saguntinis quia præter spē resisterēt:creuissent animi:pœnus: qa non uicisset pro uicto esset:Clamorē repente oppidani tollunt:hostemq; in ruinas muri expellunt in de impeditū trepidantēq; exturbant.Postremo fusum fugatūq; in castra redigunt.Interim a Romale gatos uenisse nūciatū est:quibus obuiā:ad mare missi ab Annibale qui dicerēt:nec tuto eos adituros i ter tot tam efferatasq; gentiū arma:nec Annibali in tāto discrimine req; opere esse legatiōes audire.Ap parebatq; nō admissos ptinus Carthaginē ituros.Litteras igitur nuncioscq; ad principes factioins bar chinæ præmittit:ut præparēt suoq; aīos:nequid pars altera gratificari pro romanis posset.Itaq; præter quā quod admissi:auditiq; sunt:ea quoq; uana atq; irrita legatio fuit.Hāno unus aduerso Senatu cām fœderis rupti magno silentio ,ppter auctoritatē suam cū assensu audientiū egit.Per deos fœderū arbi tros ac testes monuisse:prædixisse ne Amilcaris progeniē ad exercitū mitterent:non manes:non stir pem eius conquiscere uiri.nec unquā donec sanguinis noiscq; barchini quisquā supersit:quietura Ro mana fœdera.Iuuenē flagrantem cupidine regni utiq; unam ad id cernētem: si ex bellis bella serēdo succinctus armis legionibusq; uiuat:uelut materiā igni præbentes ad exercitus misistis:Aluistis ergo hoc incendiū:quo nunc ardetis.Saguntum uestri circūsedēt exercitus:unde arcent fœdere.mox Car thaginem circūsedebunt romanæ legiones ducibus diis iisdē:per quos priore bello rupta fœdera sūt ulti.Vtrum hostem:an uos:an fortunā utriusq; populi ignoratis?Legatos a sociis:& pro sociis uenien tes bonus iperator uester in castra admisit.Ius gentiū sustulit.Hi tamē unde ne hostiū quidē legati ar centur pulsi ad uos ueniūt.res ex fœdere repetūtur.publica fraus absit.auctorē culpæ: & reū criminis deposcunt:quo lenius agunt:segnius incipiūt:eo cum cœperunt:uereor:ne perseuerātius sæuiant.

Eguſam in ſulam poly bius uocat

Aegades insulas:erycemq; ante oculos ,pponite.quæ terra mariq; per quattuor & uiginti annos passi sitis:nec puer hic dux erat.sed pater ipse Amilcar Mars alter:ut isti uolūt:Sed Tarēto tum in Italia nō abstinueramus ex fœdere:sicut nunc sagunto nō abstinemus.Vicerunt ergo dii hoiesq;: & id de quo uerbis:ambigebatur:uter populus fœdus rupisset.euentus belli uelut æquus iudex: unde ius stabat ei uictoriā dedit.Carthagini nunc Annibal uineas turresq; admouit Carthaginis mœnia quatit arie te.Sagunti ruinæ:falsus utinā uates sim:nostris capitibus incidēt.Susceptum cū saguntinis bellū habē dum cū romanis est.Dedemus ergo Annibalē:dicet aliquis:scio meā leuem esse in eo auctoritatē pro pter paternas inimicitias.Sed & Amilcarē eo perisse lætatus sum:qd':si ille uiueret:bellū iam cū roma nis haberemus:& hunc iuuenē tāquā furiam facēq; huius belli odi ac detestor:nec dedēdū solū id pia culum rupti fœderis:sed si nemo deposcat deuehendū in ultimas maris terrarūq; oras ablegādūq; eo: unde nec ad nos nomē famaq; eius accedere:nec sollicitare quietæ ciuitatis statum possit.Ego autē ita censeo legatos extemplo Romā mittendos:qui senatui satisfaciant:alios:qui Annibali nunciēt:ut ex ercitum a Sagunto abducat:Ipsumq; Annibalē ex fœdere romanis dedāt.Tertiā legationem ad res sa guntinas reddendas decerno.Cū Hanno peroraſſet:nemini oīum certare oratione cū eo necesse fuit: adeo ,ppe oīs senatus Annibalis erat infestiusq; locutum arcuebāt Hannonē:q̄ Flaccū Valerium legat tum romanū.Responsū inde romanis legatis est:Bellū ortum a saguntinis nō ab Annibale esse.popu lum romanū iniuste facere:si saguntinos uetustissimæ Carthaginēsium societati præponat.Dum ro mani tps terunt legatiōibus mittēdis:Annibal quia fessum militē prœliis operibusq; habebat: pauco rum iis dieq; quietē dedit.statōibus ad custodiā uineaq;:aliorūq; opeq; dispositis Interim aīos eoq; nūc ira in hostes stimulādo:nunc spe præmioq; accēdit:ut uero ,p conciōe ꝑdam captæ urbis edixit militū fore.Adeo accensi oēs sunt:ut si extemplo signum datū esset nulla ui resisti uideretur posse.Saguntini ut a prœliis quietem habuerant:nec lacescētes:nec lacessiti per aliquot dies:ita non nocte non die un quam cessauerāt ab opere:ut nouum mur ab ea parte:qua patefactum oppidum ruinis erat:reficerēt: Inde oppugnatio eos aliquāto atrocior:q̄ ante adorta est.nec qua primū:aut potissimum parte ferrent opem cum omnia uariis clamoribus streperēt:satis scire poterant.Ipse Annibal:qua turris mobilis oīa munimenta urbis superans altitudine agebatur:hortator aderat.quæ cum admota catapultis:balistis q; per omnia tabulata dispositis:muros custodibus nudasset:Tum Annibal occasionē ratus:quingen tos ferme afros cum dolabris ad subruēdum ab imo murq; mittit.Nec erat difficile opus:quod cemen ta nō calce durata erāt:sed interlita luto structuræ antiquæ genere.Itaq;:antequam cæderetur: ruebat perq; patentia ruinis agmina armatorq; in urbem uadebant:Locū quoq; editum capiūt. Collatis eo ca tapultis balistisq;:ut castellum in ipsa urbe:uelut arcem iminentē haberēt:muro circundāt.Et sagunti ni murū interiorem a nōdum capta urbis parte ducunt.Vtrinq; summa ui:& muniūt:& pugnāt. Sed interiora tuendo:minorē in dies urbē saguntini faciunt.Simul crescit inopia oīum longa obsidiōe:& minuitur expectatio externæ opis.Cum tam procul romani unica spes:circa oīa hostium essent: pau lisper tamen affectos aīos recreauit repentina profectio Annibalis in oretanos carpētanosq;: qui duo populi delectus acerbitate consternati retentis cōquisitoribus metū defectionis cum præbuissent:op pressi celeritate Annibalis:omiserunt mota arma.Nec Sagunti oppugnatio segnior erat. Maharbale Himilconis filio:quem præfecerat Annibal:ita impigre rem agente:ut ducē abesse:nec ciues: nec ho stes sentirent.Is & prœlia aliqnot secunda fecit:& tribus arietibus aliquantulum muri discussit stratasq; oīa recētibus ruinis aduenienti Annibali ostendit. Itaq; ad ipsam arcem extemplo ductus exercitus: atroxq; prœlium cum multorq; utrinq; cæde initum:& pars arcis capta est.Tentata deide per duos exi

Saguntinoꝝ Sna Hannibali

Saguntinoꝝ ergo hoc fidē

Hanni: Maximo Viribꝰ Sa guntū expugnē

Saguti par tē pœnus occupat

Tētatæ pa cis condi tiones

gua pacis spes Alconem saguntinum:& Alorcum Hispanum.Alcon inconsciis sagũtinis precibus ali quid moturum ratus cum ad Annibalẽ noctu transisset:Posteaq̃ nihil lachrymæ mouebant conditio nesq; tristes:ut ab irato uictore ferebantur:transfuga ex oratore factus apud hostem mansit moritur affirmans:qui sub conditionibus his de pace agere.Postulabatur aũt redderent res Turdetanis:tradi toq; omni auro atq; argento:egressi urbe cum singulis uestimentis ibi habitarẽt:ubi Pœnus iussisset. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos saguntinos: Alorcus uinci animos ubi alia uincantur affirmans:se pacis eius interpretem fore pollicetur.Erat autem tum miles Annibalis: cæterum publi cæ saguntinis amicus:atq; hospes.Tradito palam telo custodibus hostium transgressus munimenta ad prætorem saguntinum:& ipse ita iubebat:est deductus.Quo cum extemplo concursus hominum omnis generis esset factus:summota cætera multitudine senatus Alorco datus est. Cuius talis oratio fuit Si ciuis ipse Alcon:sicuti ad pacem petendam ad annibalem uenit:ita pacis conditiones ab Anni bale ad uos retulisset:superuacaneum hoc mihi fuisset iter:quo nec Orator Annibalis :nec transfuga ad uos uenissem.Cum uero ille aut uestra:aut sua culpa manserit apud hostem.si metũ simulauit sua: uestra si periculum est ad uos ueꝛ referrentibus:ego ne ignoraretis esse aliquas & salutis & pacis uo bis conditiones pro uetusto hospitio:quod mihi uobiscum est:ad uos ueni:Vestra autẽ causa me nec ullius alterius loqui:quæ loquor apud uos:uel ea fides sit:quod neq; dũ uestris uiribus restitistis :ne q; dum auxilia a romanis speratis:pacis unq̃ apud uos mentionem feci:Posteaq̃ nec a romanis uobis ulla spes est:nec uestra iam aut arma uos:aut mœnia satis defendunt:pacem afferro ad uos magis ne cessariam:q̃ æquã:cuius ita aliqua spes est:si eam:quemadmodum uictor fert Annibal:sic uos ut uicti audiatis.Si non id:quod amittitur:in damno cum omnia uictoris sint:sed quicquid relinquitur: pro munere habituri estis.Vrbem uobis:q̃ ex magna iam parte dirutam captam fere totam habet: adimit agros relinquit locũ assignaturus:in quo nouum oppidũ ædificetis:Auꝛ argentumq; omne publicũ & priuatum ad se iubet deferri.coniugum uestraq; corpora:ac liberoꝛ uestroꝛ seruat inuiolata:si iner mes cum binis uestimentis a Sagunto uelitis exire.Hæc uictor hostis imperat:Hæc quãquam sint gra uia atq; acerba:fortuna uestra uobis suadet.Equidem haud despero:cum oĩum potestas ei a uobis fa cta sit:aliquid ex his rebus remissuꝛ.Sed hæc patienda censeo potius:q̃ trucidari corpora uestra: rapi trahiq; ante ora uestra coniuges ac liberos belli iure sinatis.

Alorci uer ba ad Sagũtinos



AD HEC AVDIENDA CVM CIRCVNFVSA paulati multitudine permixtũ senatui esset populi consilium:repente primores:secessione facta:priuꝰ quã responsum daretur:argentum aurũq; omne ex publico priuatoq; in foꝛ collatum:in ignẽ ad id rap tim factũ coniiciẽtes:eodẽ plæriq; semetipsos præci pitauerũt.Cum ex eo pauor ac trepidatio totam ur bem peruasisset.Alius insuper tumultus ex arce au ditur.Turris diu quassata prociderat:perq; ruinam eius cohors pœnoꝛ impetu facto:cum signũ impe ratori dedisset:nudatam stationibus: custodiisq; so litis hostium esse urbẽ non cunctandum in tali occa sione ratus annibal:totis uiribus aggressus: urbem momento cepit:signo dato:ut oẽs puberes interfice rentur:quod imperiũ crudele cæteꝛ prope necessa rium cognitũ in ipso euentu est.Cui.n.parci potuit ex iis:q aut incluſi cũ cõiugibus ac liberis domos sup seipsos cõcremauerũt?aut armati nullũ ante finẽ pugnæ quã moriẽtes fecerunt? Captũ oppidũ cũ ingẽti pda quãquã plæraq; a dominis de industria corrupta erãt:& in cædibus uix ullũ discrimẽ ætatis ira fecerat:& captiui militũ pda fuerãt:tamẽ ex pretio reꝛ uẽditaꝛ aliquantũ pecuniæ redactũ esse con stat & multã pretiosã suppellectilẽ:uestẽq; missam Carthaginẽ:octauo mẽse:q̃ cœptum oppugnari:ca ptũ saguntũ quidam scripsere:ide Carthaginẽ nouã in hyberna annibalẽ cõcessisse.Quinto deide mẽ se:q̃ a Carthagine ,pfectus sit:in Italiã pueniſſe.quæ si ita sunt:fieri non potuit:ut.P.Cornelius.V.Sem pronius cõsules fuerint:ad quos in principio oppugnationis legati sagũtini missi sunt:& qui i suo ma gistratu cũ annibale alter ad Ticiniũ amnem:ambo aliquãto post ad Trebiã pugnauerint:aut oĩa bre uiora aliquãto fuere:aut Saguntũ principio anni:quo.P.Cornelius.T.Sẽpronius consules fuerũt: nõ cœptum oppugnari:sed captũ est:nã excessisse pugna ad Trebiã.T.Sempronius in annũ.M.Seruili & G.Flaminii:nõ potest:qa Flaminius Arimini cõsulatũ iniit creatus ab.T.Sẽpronio cõsule:qui post pu gnã ad Trebiã:ad creandos cõsules Romã cũ uenisset:comitiis perfectis ad exercitũ in hyberna rediit Subidẽ fere tps:& legati:qui redierãt a Carthagine Romã rettulerũt oĩa hostilia esse:& Sagũti excidiũ nunciatũ est:tantusq; mœror misericordiaq; pereptoꝛ socioꝛ indigne:& pudor nõ lati auxilii:& ira in carthaginẽsem:metusq; de summa reꝛ cœpit:uelut si iam ad portas hostis esset:ut tot uno tẽpore mo tibus animi turbati trepidarẽt magis:q̃ cõsulerent.Nãq; neq; hostẽ acrioꝛẽ:bellicosioꝛẽq; secũ congres sum:nec rem romanã tam desidem unquã fuisse atq; imbellẽ.Sardos:corsosq;:& histros: atq; illyricos

Atꝛ.Sagũ tinoꝛ de sperationẽ

Sagũtino rum cædes

laceſſiſſe magis: q̃ exercuiſſe romana arma:& cum gallis tumultuatum magis:q̃ belligeratum. pœnũ hoſtem ueteranũ trium & uiginti annoꝝ militia duriſſima inter hiſpanas gẽtes ſemper uictorem primũ Amilcare:deinde Aſdrubale:nunc Annibale duce accerrimo aſſuetum:recentem ab excidio opulentiſſimæ urbis:Iberum tranſire:trahere ſecum tot excitos hiſpanorum populos. cõcitarum auidas ſemper armorum gallicas gentes cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia:ac pro mœnibus romanis eſſe. Nominatæ iam antea conſulibus prouinciæ erant. Tum ſortiri iuſſi. Cornelio Hiſpania Sempronio Africa cum Sicilia euenit. Sex in eum annum decretæ legiones:& ſocioꝝ: quantum ipſis uideretur:& claſſis quantum parari poſſet quattuor & uiginti peditum romanoꝝ milia ſunt ſcripta: & octingenti equites ſocioꝝ. xliiii. peditum:&. iiii. equitum: naues. ccxx. quinqueremes: celoces uiginti deductæ. Latum inde ad populum uellent: iuberent populo carthaginenſi bellum indici: eiuſq; belli cauſa ſupplicatio per urbem habita:atq; adorati dii:ut bene:ac fœliciter eueniret: quod bellũ populus romanus iuſſiſſet: inter conſules ita copiæ diuiſæ. Sempronio datæ legiones duæ: ea quaterna milia erant peditũ:& trecenti equites:& ſocioꝝ ſexdecim millia peditũ: equites mille octingẽti naues lõgæ. clx. celoces duodecim cũ his terreſtribus maritimiſq; copiis. L. Sempronius miſſus in Siciliã: ita in Africã tranſmiſſurus: ſi at arcendum Italia pœnũ conſul alter ſatis eſſet: Cornelio minus copiaꝝ datũ quia. T. Mãlius prætor:& ipſe cum haud mualido præſidio in Galliã mittebat: nauium maxime Cornelio numerus diminutus. lxy. quinqueremes datæ: neq; n. mari uentuꝝ: aut ea parte belli dimicaturum hoſtẽ putabant:& duæ romanæ legiones cũ ſuo iuſto equitatu:& quattuordecim millibus ſociorum peditũ: equitibus ſexcẽtis. duas legiones romanas: quattuordecim millia & quadringentos quinquaginta ſocioꝝ peditũ: mille equites ſocios. dc. romanos Gallia prouincia eodẽ uerſa in punicũ bellũ habuit his ita comparatis: ut oĩa iuſta ante bellum fierẽt: legatos maiores natu. Qu. Fabium. M. Liuiũ. L. Aemylium. G. Licinium. Qu. Bebiũ in Africã mittunt ad percunctandos carthaginẽſes: publico ne cõſilio Annibal Sagũtũ oppugnaſſet: & ſi id: quod facturi uidebant: fateretur: ac defenderẽt: publico cõſilio factũ: ut indicerẽt populo carthaginẽſi bellũ. Romani poſteaq; Carthaginẽ uenerũt: cũ ſenatus datus eſſet: &. Qu. Fabius nihil ultra quã unum: qd' mandatũ erat: percũctatus eẽt: Tũ ex Carthaginẽbus unus princeps ueſtra romani: inquit: & prior legatio fuit: cũ Annibalẽ tanq̃ ſuo conſilio Sagunti oppugnantẽ depoſcebatis. Cæteꝝ hæc legatio uerbis adhuc lenior: re aſperior. tunc. n. Annibal & inſimulabat: & depoſcebat: nũc a nobis & confeſſio culpæ exprimit: & ut a confeſſis res extẽplo repetũtur: ego aũt nõ publico priuatoue cõſilio Saguntũ oppidũ oppugnatũ ſit: quærendũ cenſeã. Sed utrum iure an iniuria: noſtra. n. hæc quæſtio atq; aiaduerſio in ciuẽ noſtrum ẽ: noſtro an ſuo fecerit arbitrio: uobiſcũ una diſceptatio eſt: licueritne p fœdus fieri. Itaq; qm̃ diſcerni placet: quid publico cõſilio: quid ſua ſpõte imperatores faciãt: nobis uobiſcũ fœdus eſt a Luctatio cõſule ictum: in quo cauet utrorumq; ſociis: nihil de ſaguntinis: nec dum. n. erant ſocii ueſtri: cautum eſt: at. n. fœdere: quod cum Aſdrubale ictum eſt: ſaguntini excipiunt: aduerſus quod nihil ego dicturus ſum: niſi quod a uobis didici. uos. n. quod. C. Luctatius conſul primo nobiſcũ fœdus icit: quia neq; auctoritate patrũ: nec populi iuſſu ictũ erat: negaſtis uos eo teneri: itaq; aliud deintegro fœdus publico cõſilio ictum ẽ: ſi uos non tenent ueſtra fœdera: niſi ex auctoritate aut iuſſu ueſtro icta: nec nos quidẽ Aſdrubalis fœdus: qd' nobis inſciis icit obligare potuit. Proinde omitte Sagunti atq; Iberi mẽtionem facere:& quod diu parturit animus ueſter: aliquãdo pariat. Tum romanus ſinu ex toga facto: hic: inquit: uobis bellũ & pacem portamus. Vtrum placet ſumite. Sub hãc uocem: haud minus ferociter: daret utrum uellet ſucclamatũ eſt. Et cum is ſinu iteꝝ effuſo bellum dare dixiſſet: accipere ſe oẽs reſponderunt: & quibus acciperẽt animis iiſdẽ le geſturos. Hæc directa percunctatio: ac denũciatio belli magis ex dignitate populi romani uiſa eſt: q̃ de fœdeꝝ iure uerbis diſceptare cum ante tũ maxime Sagunto exciſa. Nam ſi uerboꝝ diſceptationis res eſſet: quod fœdus Aſdrubalis cũ Luctatii priore fœdere permutatũ eſt: comparandũ nõ erat: cũ in Luctatii fœdere diſerte additũ eſſet: ita id ratũ fore: ſi populus cenſuiſſet: in Aſdrubalis fœdere: nec exceptum tale quicquã fuerit:& tot annoꝝ ſilentio ita uiuo eo cõprobatũ ſit fœdus: ut ne mortuo quidem auctore quicquã mutaretur: Quãquã:& ſi priore fœdere ſtaretur: ſatis cautũ erat ſaguntinis ſociis utroꝝq; exceptis. Nam neq; aditum erat iis: qui tunc eſſẽt nec ne qui poſtea aſſumerẽtur:& cum aſſumere nouos liceret ſocios quis æquum cenſeret: aut ob nulla quẽquam merita in amicitiam recipit aut recepto in fidem non defendi: tãtum ne carthaginenſiũ ſocii aut ſollicitarentur ad defectionem: aut ſua ſpõte deſciſcentes reciperentur.



LEGATI ROMANI A CARTHAGINE: Sicut his Romæ imperatum erat: ĩ Hiſpaniã ut adirẽt ciuitates: ut in ſocietatem pellicerent: aut auerterent a pœnis traiecerunt: ad barguſios primũ peruenere:

aquibus benigne excepti:quia tædebat imperii punici multos trans Iberum populos ad cupidinem nouæ fortunæ erexerunt ad uoltianos inde est uentum:quorum celebre per Hispaniam responsum cæteros populos a societate romana auertit:Ita enim maximus natu ex iis in consilio respondit:Quæ uerecundia est:uos romani postulare:ut uestram carthaginensium præponamus amicitiæ? cum qui: id fecerunt saguntinos:crudelius quam pœnus hostis perdidit:uos socii prodideritis:ibi quæratis so cios censeo:ubi saguntina clades ignota est:hispanis populis sicut lugubre ita insigne documentum Sagunti ruinæ erunt:ne quis fidei romanæ aut societati confidat:inde extemplo abire finibus uolcia: norum iussi a nullo deinde concilio Hispaniæ benigniora uerba tulere: Itaq; nequicquam peragrata Hispania in Galliam transeunt in his noua terribilisq; species uisa est quod armati (ita mos gẽtis erat) in concilium uenerunt:cum uerbis extollentes uirtutem gloriamq; populi romani ac magnitudinẽ imperii petissent:ne pœno bellum Italiæ inferenti per agros:urbesq; suas transitum darent. Tãtus cũ fremitu risus dicitur ortus:ut uix a magistratibus maioribusq; natu iuuentus sedaretur: adeo stolida impudensq; postulatio uisa est censere ne in italiã transmittant galli bellũ.ipsos id auertere in se:agros q; suos pro alienis populandos obiicere.Sedato tandem fremitu responsum legatis est:neq; romano: rum in se meritum esse:neq; carthaginensiũ iniuriam:ob quæ aut pro romanis: aut aduersus pœnos sumant arma.Contra audire sese gentis suæ hoĩes agris finibusq; Italiæ pelli a populo romano stipen diumq; facere:& cætera indigna pati.Eadem ferme in cæteris Galliæ conciliis dicta auditaq;:nec hos: pitale quicquã.pacatumue satis prius auditum:q̃ Massiliam uenerunt.ibi oĩa a sociis inquisita cũ cura ac fide cognita:præoccupatos iam ab Annibale gallo q animos esse:sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentem fore:adeo ferocia:atq; indomita ingenia esse:ni subinde auro:cuius auidissima gens est:prin cipum animi concilientur.Ita peragratis Hispaniæ & Galliæ populis legati romam redeunt: haud ita multo posteaquã consules in prouincias profecti erant:ciuitatẽ omnem in expectationẽ belli erectam inuerunt:satis constante fama:iam Ibe q pœnos transisse.Annibal Sagunto capto:Carthaginem no: uam in hyberna concesserat:ibiq; auditis:quæ Romæ quæq; Carthagine acta:decretaq; forent. se nõ ducem solum:sed causam esse belli:partitis diuænditis reliquiis prædæ:nihil differendum ratus. Hi: spani generis milites conuocar.Credo ego uos:inquit:socii:& ipsos cernere:pacatis omnibus Hispa: niæ populis:aut finiendam uobis militiam:exercitusq; dimittendos esse:aut in alias terras transferen dum bellum:ita.n.hæ gentes non pacis solum:sed etiam uictoriæ bonis florebunt: si ex aliis gẽtibus prædam & gloriam quæremus:itaq; cum longinqua a domo instet militia:incertumq; sit quando do mos nostras:& quæcunq; ibi sunt cara:uisuri sitis:siquis uestrum suos uisere uult:cõmeatum do:pri: mo uere:edico:adsitis:ut diis bene iuuantibus bellum ingentis gloriæ: prædæq; futuræ incipiamus. Omnibus fere uisendi domos oblata ultro potestas grata erat:& iam desiderantibus suos:& longius ãn futuræ prouidẽtibus desiderium:per totum tps hyemis quies:inter labores aut iam exhaustos: aut mox exhauriendos renouauit corpora aĩosq; ad oĩa de integro patienda:uere primo ad edictum con uenere.Annibal:cum recensuisset oĩum auxilia gentiũ:Gadis profectus Herculi uota exoluit:nouis: q se obligat uotis.si cætera ꝓspera euenissent:inde partiens curas:simul inferẽdi atq; arcendi belli:ne dum ipse terrestri per Hispaniã Galliasq; itinere Italiam peteret:nuda apertaq; romanis Africa:ab Sici lia esset:ualido præsidio eam firmare statuit:pro eo supplementum ipse ex Africa maxime iaculator q leuium armis petiit:ut afri ĩ Hispania:hispani ĩ Africa:melior procul a domo futurus uterq; miles:ue lut mutuis:pignoribus obligati:stipẽdia facerent.Tredecim millia octingentos quinquaginta pedi: tes cetratos misit in Africam:& funditores baleares octingentos septuaginta:equites mixtos ex mul tis gentibus mille:& has copias partim Carthagini præsidio esse:partim distribui per Africam iubet. Simul conquisitoribus in ciuitates missis quattuor millia descripta delectæ iuuentutis:præsidiũ eos: dem & obsides Carthaginẽ duci iubet:neq; Hispaniam negligẽdã ratus:atq; ideo haud minus: quod haud ignarus erat circuitam a romanis eam legatis ad sollicitãdos principum aĩos.Asdrubali fratri ui ro impigro eam prouinciam destinat.firmatq; eum africis maxime præsidiis peditum atro q.x. milli: bus octingentis quinquaginta ligu ribus: trecẽtis balearibus.ad hæc peditum auxilia additi equites libyphœnices mixtum punicum afris genus trecenti & numidæ mauriq; accolæ Oceani ad mille oc: tingenti:& parua uergetum manus ex Hispania ducenti equites:& ne quod terrestris deesset auxilii genus:elephanti.xiiii.classis præterea parata ad tuendã maritimã oram:quia qua parte belli uicerant ea tum quoq; rem gesturos romanos credi poterat:quinquaginta quinqueremes:quadriremes duæ triremes quinq;:sed aptæ instructæq; remigio:triginta & duæ quinqueremes erant:& triremes quin q;:a Gadibus carthaginem ad hyberna exercitus rediit atq; inde ꝓfectus præter omssam urbẽ ad Ibe tũ maritimã oram ducit.Ibi fama est:inquiete uisum ab eo iuuenem diuina specie:qui se a Ioue dice: ret ducem in Italiã Annibali missum:ꝓinde sequeretur:neq; usquã a se deflecteret oculos.pauidũ pri: mo nusquã circũspicientẽ aut respicientẽ se secutũ:deinde cura hũani ingenii:cũ quidnã id eẽt:qd respi cere uetitus esset:agitaret aĩo:tẽperare oculis nequiuisse.Tũ uidisse post se serpentẽ mira magnitudi: ne cũ ingenti arbo r:ac uirgulto r strage ferri: ac post insequi cũ fragore cæli nimbum tũ quæ moles ea:quidue ꝓdigii esset:quærẽtem:audiuisse uastitatem Italiæ esse:pergeret porro ire:nec ultra inqui: reret:sineretq; fata in occulto esse.Hoc uisu lætus tripartito Ibe q copias traiecit.præmissis:qui gallo q

Quãtis copiis Annibal iberũ traiecerit

aĩos:qua traducendus exercitus erat:donis conciliarẽt.alpiumq; trãſitus ſpecularent. nonaginta millia peditum duodecim millia equitum Ibeꝛ traduxit:ilergetes inde:barguntoſq;:& auſenatos & aquitaniã quæ ſubiecta eſt Pyreneis mõtibus:ſubegit:oræq; huic omni præfecit Hannonẽ:ut fauces:quæ Hiſpanias Galliis iungunt:in poteſtate eſſent.x.millia peditũ Hannoni ad præſidiũ obtinendæ regionis data:& mille equites.Poſteaquã per pyreneũ ſaltum traduci exercitus cœptus eſt:rumorq; per barbaros manauit:certior de bello romano tria millia inde carpentanoꝛ peditum iter auerterunt. Cõſtabat non tã bello motos:q̃ longiquitate uiæ inſuperabiliq; alpiũ tranſitu.Annibal:quia reuocare aut ui retinere eos anceps erat ne cæteroꝛ etiam feroces animi irritarentur:ſupra ſeptẽ millia hominum domos remiſit.Quos & ipſe grauari militia ſenſerat.Carpentanos quoq; a ſe dimiſſos aſſimulans: inde ne mora atq; otium aĩos ſollicitaret cũ reliquis copiis Pyreneũ tranſgreditur & ad oppidum Illibeꝛ caſtra locat.Galli quãquam Italiæ bellum inferri audiebãt:tamen quia ui ſubactos tranſpyreneos hiſpanos fama erat:præſidiaq; ualida ĩpoſita:metu ſeruitutis ad arma conſternati Ruſcinonẽ aliquot populi conueniũt:qd' ubi Annibali nunciatũ eſt morã magis:q̃ bellum metuẽs oratores ad regulos eoꝛ miſit colloqui ſemetipſum uelle cũ iis:& uel illi propius Illiberũ accederent:uel ſe Ruſcinonẽ proceſſuꝛ ut ex ꝓpinquo congreſſus facilior eſſet:nã & acceptuꝛ eos in caſtra ſua ſe lætũ: nec cũctanter ſeipſũ ad eos uentuꝛ hoſpitẽ.n.ſe Galliæ non hoſtem adueniſſe:nec ſtrictuꝛ ante gladium: ſi per gallos liceat: q̃ in Italiam ueniſſet:& per nũcios quidem hæc.Vt uero reguli galloꝛ caſtris ad Illibeꝛ extẽplo motis haud grauate ad pœnũ uenerunt:capti donis:cũ bona pace exercitum per fines ſuos:præter Ruſcinonem oppidũ tranſmiſerunt in Italiam:interim nihil ultra quã Iberum tranſiſſe Annibalẽ a maſſilienſium legatis Romã perlatum erat:cũ perinde ac ſi alpes iam tranſiſſet:Boii ſollicitatis inſubribus defecerunt.neq; tam ob ueteres imperii iras:q̃ quod nuper circa Padũ:Placentiã:Cremonamq; colonias i agrũ gallicum deductas ægre patiebãtur.Itaq; armis repẽte arreptis:in eũ ipſum agrũ impetu facto tã

Boii a Romanis deſiciunt

tũ terroris ac tumultus fecerunt:ut non agreſtis mõ multitudo ſed ipſi triũuiri romani qui ad agrũ uenerant aſſignandũ:diffiſi Placẽtiæ mœnibus:Mutinã cõfugerint.C.Luctatius.A.Seruilius.M.Annius Luctatii nomen haud dubiũ eſt pro.A.Seruilio:&.M.Annio.Qu.Accilium:&.G.Herẽnium habẽt quidã annales:alii.P.Cornelium Aſinã:&.G.Papyrium Naſonẽ.Id quoq; dubium eſt:legati ad expoſtulandum miſſi ad boios uiolati ſint:incertum an in triũuiros agrum mutãtes impetus ſit factus.Mutinæ cum obſideretur:& gens ad oppugnandaꝛ urbium artes rudis pigerrima eadẽ ad militaria opera:ſegnis intactis aſſideret muris:ſimulari cœptum de pace agi:euocatq; ab gallorum principibus legati ad colloquium non contra ius modo gentium:ſed uiolata etiam:quæ data in id tempus fide erat comprehenduntur: negantibus gallis niſi obſides ſibi redderentur: eos ſe dimiſſuros: Cum hæc de legatis nunciata eſſent:& Mutina ꝓſidiumq; in periculo eſſet.L.Manlius imperator ira accenſus effuſum agmen ad Mutinã ducit.ſiluæ tunc circa uiã erãt plærisq; incultis.Ibi inexplorato profectus in inſidias ꝓcipitatus multa cum cæde ſuorũ ægre in apertos campos emerſit.Ibi caſtra cõmunita:& quia gallis ad tentanda ea defuit ſpes:refecti ſunt militum animi:quãq; acciſas res ſatis conſtabat.Iter deide de integro cœptum:nec dum per patentia loca ducebatur agmen:cum apparuit hoſtis:ubi rurſus ſiluæ i

Bis Mãliuſ in inſidias præcipitat

tratæ:tum poſtremos adorti cum magna trepidatione:ac pauore oĩum octingẽtos milites occiderũt. Sex ſigna ademere.finis & gallis territandi & pauendi romanis fuit:ut ex ſaltu i uio:atq; impedito cuneatim ſere.Inde apertis locis facile tutantes agmẽ romani Cannetũ uicum propinquum Pado contendere. Ibi ſe munimento ad tempus:cõmeatibuſq; fluminis:& brixianoꝛ gallorum auxilio aduerſus creſcentem indies multitudinẽ hoſtium tutabantur.Qui tumultus repẽs poſteaq̃ eſt Romam perlatus:& punicum inſuper gallico bello auctũ patres percepere.C.Attilium prætorem cũ una legione romana & quinq; millibus ſocioꝛ delectu nouo a conſule conſcriptis:auxilium ferre Manlio iubent.Qui ſine ullo certamine(abſceſſerant.n.hoſtes) Cannetũ peruenit:&.P.Cornelius in locum eius:quæ miſſa cum ꝓtore fuerat:tranſcripta legione noua profectus ab urbe.lx.longis nauibus ꝓter oram ethruriæ:Liguꝛumq; & inde Saluiũ mox peruenit Maſſiliam:& ad proximum oſtium Rhodani(Pluribus.n.diuiſus amnis in mare decurrit)caſtra locat:uix dum ſatis credens Annibalẽ ſuperaſſe Pyraneos montis.Quẽ

Vulgares circa Rhodanum

ut de Rhodani quoq; tranſitu agitare aĩaduertit:incertus quonam ei loco occurreret:nec dum ſatis refectis ab iactatione maritima millitibus:trecentos interim delectos equites:ducibus maſſilienſibus:& auxiliaribus gallis ad exploranda oĩa:uiſendoſq; ex tuto hoſtes:ꝓmittit.Annibal cæteris metu pacatis aut pretio:iam in uulgaꝛ peruenerat agrum gentis ualidæ.Colunt aũt circa utrãq; ripam Rhodani & diffiſi citeriore agro arceri pœnum poſſe:ut flumen pro munimento haberent oĩbus ferme ſuis transRhodanum traiectis:ulteriorem ripam annis obtinebant.Cæteros accolas fluminis Annibal:& eos ipſos:qui ipſas ſedes tenuerant:ſimul plicit donis ad naues undiq; contrahendas fabricãdaſq;. Simul & ipſi traiici exercitum leuariq; quãprimũ regionẽ ſuam tanta hoĩum urgente turba cupiebãt. Itaq; ingens coacta uis nauiũ eſt lintriũq; temere ad uicinalem uſum paratarũ.Nouaſq; alias primum galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus:deinde & ipſi milites ſimul copia materiæ:ſimul facilitate operis inducti:alueos informes:nihil dũmodo innare aquæ & capere onera poſſent:curãtes raptim faciebant quibus ſe ſuaq; trãſueherent.Iamq; oĩbus ſatis paratis ad traiiciendũ:timebant ex aduerſo hoſtis oẽm ripã eqs uiriſq; obtinẽtes quos:ut auerteret:Hannonẽ Bomilcaris filiũ uigilia prima noctis cũ

parte copiarū:maxime hiſpanis:aduerſo flumine ire iter unius diei iubet.& ubi primo poſſit:quamoc
cultiſſime traiecto amni circūducere agmē:ut cum facto opus ſit:adoriat a tergo hoſtem:ad id dati du
ces galli educunt inde millia quinq; &.xx.ferme ſupra paruæ inſulæ circūfuſum amnē latiorem ubi di Atſ.Anni
uidebatur:eoq; minus alto alueo tranſitū oſtendere:ibi raptim cæſa materia:rateſq; fabricatæ:i quibuſ balis conſi
equi uiriq; & alia onera traiicerent.hiſpani ſine ulla mole in utres ueſtimentis coniectis ipſi cæteris ſu lium
perpoſitis incubantes flumen tranſnatauere:& alius exercitus:ratibus iunctis:tranſuectus caſtris,ppe
flumē poſitis:nocturno itinere:atq; operis labore feſſus quiete unius diei:reficitur:intento duce ad cō
ſilium opportune exequendū.Poſtero die,pfecti:ex loco prodito fumo ſignificante tranſiſſe:& haud,p
cul abeſſe.quod ubi accepit Annibal.ne tpi deeſſet:dat ſignum ad traiciendū:iā paratas aptaſq; habe
bat pedes lintres:eques fere pp equos nantes nauiū agmen ad excipiendū aduerſi impetū fluminis:
parte ſupiore tranſmittens:trāquilitatē infra traiicientibus lintribus præbebat:equoq; pars magna nā
tes loris a puppibus trahebant:pter eos:quos inſtructos frænatoſq; ut extēplo egreſſo in ripā equiti
uſui eſſent:iposuerunt in naues.Galli occurſant in ripam cū uariis ululatibus cantuq; moris ſui: qua- Gallorū mores
tientes ſcuta ſuper capita uibrantesq; dextris tela:quāq; & ex aduerſo terrebat tanta uis nauium: cū in
genti ſono fluminis & clamore uario nautaq; militum & qui nitebant prumpere impetū fluminis: &
q ex altera ripa traiicientes ſuos hortabant.Iam ſatis pauentes aduerſo tumultu terribilior a tergo ad
ortus clamor caſtris ab Hānone captis:mox & ipſe aderat ancepſq; terror circūſtabat:& e nauibus tāta
uis armatoq; in terrā euadens:& a tergo iprouiſa pmebat acies.Galli poſteaq; uim facere conati ſunt:ul
tro pellebant.qua parte reniſum maxime iter prumpunt:trepidiq; in uicos paſſim ſuos diffugiunt.



ANNIBAL:CAETERIS COPIIS PER OTI Gallorum
um traiectis:ſpernēs iam gallicos tumultus caſtra lo fuga
cat:elephantoq; traiiciendoq; uaria cōſilia fuiſſe cre
do:certo uariata memoria eſt actæ rei:qdam:cōgre Quando Elephantes ſta
gatis ad ripā elephantis: tradunt ferociſſimū ex iis trauerſi
irritatū a rectore ſuo:cū refugientem in aquā nātem
ſequeretur traxiſſe gregem:ut quēq; timentē altitu
dinē deſtituerat uado:impetu ipſo fluminis in alte
ram ripā rapiente.Cæteq; magis conſtat ratibus tra
iectos:id:ut tutius conſiliū ante rem foret:ita acta re
ad fidē pronius eſt. ratē unā.cc.longam pedes.l.latā
a terra in amnē porrexerunt:q;ne ſecunda aqua de
ferretur:pluribus retinaculis ualidis parte ſuperio
re ripæ religatam pontis imodum humo coniecta
conſtrauerant:ut bælluæ audacter uelut per ſolum Cōſilium
ingrederentur.Altera ratis æque lata longa pedes.c.ad traiiciendum flumē apta huic copulata eſt: ut traiiciēdo
cum elephanti per ſtabilem ratem:tanquam uiam progredientibus fœminis acti:ubi in minorem ap rū Eleph
plicatam tranſgreſſi ſunt:ut extemplo reſolutis:quibus leuiter annexa erat:uinculis: ab actuariis ali torum
quod nauibus ad alteram ripam pertrahitur.Ita primis expoſitis:alii deinde repetiti ac traiecti ſūt. ni
hil ſane trepidabant:donec continenti uelut ponte agerentur:primis erat pauor:cum ſoluta a cæteris
rate:in altum raperentur:ibi urgentes inter ſe cedentibus extremis ab aqua trepidationem aliquantū
edebant donec,quietem ipſe timor circunſpicientibus aquam feciſſet.Excidere etiam ſcæuientes qui
dam in flumen.Sed pondere ipſo ſtabiles:deiectis rectoribus quærendis pederentim uadis:in terram
euaſere.Dum elephanti traiicintur:interim Annibal numidas equites quingentos ad caſtra romana
miſerat ſpeculatum:ubi & quantæ copiæ eſſent:& quid pararent: huic alæ equitum miſſi:ut ante di Romani Vir fortes
ctum eſt:ab oſtio Rhodani trecenti romanorum equites occurrunt:prælium atrocius:q; pro numero
pugnantium editur:nam præter multa uulnera cædes etiam prope par utrinq; fuit: fugaq; & pauor
numidaq; romanis iam admodum feſſis:uictoriam dedit.Victores ad.clx.nec omnes romani ſed parſ
gallorum:uicti amplius ducentis ceciderunt. Hoc principium ſimulq; omen belli: ut ſummæ rerum
proſperum euentum:ita haud ſane incruentam ancipitiſq; certaminis uictoriam romanis portendit.
Re ita geſta ad utrunq; ducem ſui redierunt:nec Scipionis ſtare ſententia poterat:niſi ut ex cōſiliis cœ Atſ.omen
ptiſq; hoſtis & ipſe conatus caperet:& Annibalem incertum:utrum cœptum in Italiam intēderet iter: futuri ſuc
an cum eo qui primus ſe obtuliſſet romanus exercitus:manus conſereret auertit a præſenti certami ceſſus im
ne boiorum Legatio Regulique Matali aduentus qui ſe duces itinerum:ſocios periculi fore affirmā pugna
tes:integro bello nuſquam ante libatis uiribus Italiam aggrediendam cenſent. Multitudo timebat
quidem hoſtem nondum oblitterata memoria ſuperioris belli: ſed magis iter immenſum:alpeſque Hannibalis Comes Vbi
rem fama utique inexpertis horrendam metuebat:Itaque Annibal: poſteaquam ipſi ſententia ſtetit milites adhortatur
pergere ire:atque Italiam petere:aduocata concione uarie militum nerſat animos caſtigando: adhor
tandoq;.Mirari ſe quiſnam pectora ſemper impauida repens terror inuaſerit.per tot annos uincentis
eos ſtipendia facere:neq; ante Hiſpania exceſſiſſe:quam omnes gentes:& terræ:quas duo diuerſa ma
ria amplectantur:carthaginenſium eſſent:indignatos deinde quod quicunq; Saguntum,obſediſſent

uelut obnoxam ſibi dedi: poſtularet populus romanus: Iberum traieciſſe ad delendum nomen roma
norum: liberandũq; orbem terrarũ. tum nemini uiſum id longum: cũ ab occaſu ſolis ad exortus inten
derent iter: nunc poſteaq̃ multo maiorẽ partem itineris emenſam cernant: Pyreneũ ſaltum inter fero
ciſſimas gentes ſuperatũ: Rhodanũ tantum amnẽ: tot millibus gallorũ prohibẽtibus: domita ẽt ipſius
fluminis ui: traiectũ in conſpectu alpes habeant: quarũ alterum latus Italiæ ſit: in ipſis portis hoſtiũ fati
gatos ſubſiſtere: Quid aliud alpes eſſe credentes: quã montium altitudines? fingerent altiores Pyrene
is iugis: nullas profecto terras cælũ contingere: nec inexuperabiles humano generi eſſe. Alpes quidẽ
habitari: coli: gignere: atq; alere animantes: peruias paucis eſſe exercitibus: eos ipſos: quos cernãt: lega
tos non pẽnis ſublime elatos alpes tranſgreſſos: nec maiores quidem eorũ indigenas: ſed aduenas Ita
liæ cultores has ipſas alpes ingentibus ſæpe agminibus cũ liberis: ac coniugibus migrantiũ modo tu
to tranſmiſiſſe. Militi quidẽ armato nihil ſecum præter inſtrumenta belli portanti: qd inuiũ aut inexu
perabile eſt? Saguntum ut caperetur. quid p octo menſes periculi: qd laboris exhauſtum eſt? Romã or
bis terrarum caput petentibus: quicq̃ adeo aſperũ atq; arduum uideri: quod incœptũ moretur: cepiſſe
quondã gallos ea: quæ adiri poſſe pœnus diſperet: Proinde aut cederent aĩo atq; uirtute genti: per eos
dies totiens ab ſe uictæ: aut itineris finẽ ſperent campũ interiacentẽ Tyberi: ac mœnibus romanis. His
exhortationibus incitatos corpora curare: atq; ad iter ſe parare iubet. Poſtero die profectus aduerſa ri
pa Rhodani mediterranea Galliæ petit: non quia rectior ad alpes uia eẽt: ſed quantũ a mari receſſiſſet:
minus obuiã fore romanũ credens. cum quo: priuſq̃ in Italiã uentum foret: non erat in aĩo manus con
ſerere. Quartis caſtris ad inſulã peruenit. ubi Arar Rhodanuſq; amnis diuerſis ex alpibus decurrentes
agri aliquantulum amplexi confluunt in unũ. mediis campis inſulæ nomen inditũ accolunt prope al
lobroges gens iam inde nulla gallica gente opibus aut fama inferior. Tum diſcors erat. Regni certa
mine ambigebant fratres. maior: & qui prius ĩperitarat Brancus noĩe minore a fratre & cœtu iunioꝝ:
qui iure minus ui plus poterat: pellebatur. huius ſeditionis popportuna diſceptatio cũ ad Annibalem
deiecta eſſet: arbiter regni factus: quod erat ſenatus principũq; ſententia: futurũ imperium maiori reſti
tuit: ob id meritũ commeatu. copiaq; rerum oĩum & ueſtis eſt adiutus: quod infames frigoribus alpes
præparare cogebant. Sedatis certaminibus allobrogũ: cum iam alpes peteret: non recta regione iter in
ſtituit: ſed ad leuam in tricaſtinos flexit: inde per extremam orã uocontiorũ agri tetendit in trigorios
haud uſq̃ impedita uia: priuſq̃ ad Druentiam flumen puenit. Is & ipſe alpinus amnis longe oĩum Gal
liæ fluminũ difficilimus tranſitu eſt. Nam cũ aquæ uim uehat ingentem: non tñ nauium patiens ẽ: qa
nullis coercitibus ripis: pluribus ſimul. neq; iiſdem alueis fluẽs: noua ſp uada nouoſq; gurgites faciẽs:
& ob eadem pediti quoq; incerta uia eſt. Ad hæc ſaxa globoſa uoluens nihil ſtabile: nec tutum ingre
dienti præbet: & tum forte imbribus auctus ingentẽ tranſgredientibus tumultũ fecit: cum ſuper cæte
ra trepidatione ipſi ſua: atq; incertis clamoribus turbarentur. P. Cornelius conſul triduo fere: poſteaq̃
Annibal ab ripa Rhodani mouit: quadrato agmine ad caſtra hoſtium uenerat nullam dimicandi mo
ram facturus. Cæterũ ubi deſerta munimenta: nec facile ſe tantũ progreſſos aſſecuturum uidet ad ma
re ac naues rediit tutius faciliuſq; ita deſcendenti ab alpibus Annibali occurſurus: ne tñ nuda auxiliis
romanis Hiſpania eſſet: quam prouinciam ſortitus erat: Gn. Scipionem fratrẽ cum maxima parte co
piarum aduerſus Aſdrubalem miſit: non ad tutandos tantũmodo ueteres ſocios: cõciliandoſq; nouos
ſed ẽt ad pellendum Hiſpania Aſdrubalẽ. ipſe cum admodũ exiguis copiis Placentiam repetit: eo qui
circa Padũ erat exercitu Italiam defenſurus. Annibal ab Druentia campeſtri maxime itinere cum bo
na pace ad alpes incolentium ea loca gallorũ peruenit. Tum quanq̃ fama prius: qua quidẽ incerta ĩma
ius uero ferri ſolent: percepta res erat: tñ ex propinquo uiſa montium altitudo: niueſq; cælo prope im
mixtæ: tecta informia impoſita rupibus: pecora iumentaq; torrida frigore: hoĩes intonſi & inculti: aĩa
lia inanimaq; oĩa rigentia gelu: cætera uiſu: q̃ dictu fœdiora terrorem renouauere. Erigentibus in pri
mos agmẽ cliuos apparuerunt imminentes tumulos inſidentes montani. Qui: ſi ualles occultiores in
ſediſſent: coorti in pugnam repente ingentem fugam: ſtragẽq; dediſſent: Annibal conſiſtere ſigna iu
bet: galliſq; ad uiſenda loca p̃miſſis: poſteaq̃ comperit tranſitũ ea non eſſe: caſtra inter confragoſa oĩa p̃
rupta q; quam extentiſſima poteſt ualle: locat. Tum per eoſdem gallos haud ſane multum lingua mo
ribuſq; abhorrentes cum ſe immiſcuiſſent: colloquiis montanorum edoctus interdiu tantum obſide
ri ſaltum: nocte in ſua quẽq; dilabi tecta: luce prima ſubiit tumulos: ut ex aperto: atq; interdiu uiam
per anguſtias facturus: die deinde ſimulando aliud quam quod parabatur conſumpto: cum eodem
quo conſtiterant loco: caſtra communiſſent. ubi primum digreſſos tumulis montanos: laxataſq; ſen
ſit cuſtodias: pluribus ignibus: q̃ pro numero manentium in ſpeciem factis: impedimentiſque cum
equite relictis: & maxima parte peditum: ipſe cum expeditis accerrimo quoq; uiro: raptim anguſti
as euadit. Liſq; ipſis tumulis: quos hoſtes tenuerant: conſedit. Prima deinde luce caſtra mota & agmẽ
reliquum incedere cœpit: Iam montani: ſigno dato ex caſtellis ad ſtationem ſolitam conueniebant:
cum repente conſpiciunt alios arce occupata ſua ſuper caput imminentis: alios uia tranſire hoſtes
utraque ſimul obiecta res oculis: animiſq; immobiles parumper eos defixit. Deinde: ut trepidatio
nem in anguſtiis ſuoq; ipſo tumultu Annibalis miſceri agmen uidere: equis maxime conſternatis q
bus quicq̃d adiecciſſent ipſi terroris ſatis ad pernicie fore rati: puerſis rupibus: iuxta inuia: ac deuia al

Annibalis hortatõ ad ſuos

Arar Rhodanus

Diruentia flu.

Scipiõis cõſulis cõſiliũ

Atq; tumultũ & ſtragẽ in alpibus

ſueti decurrũt. Tum uero ſimul ab hoſtibus ſimul ab iniquitate locorum pœni oppugnabant: pluſq; inter ipſos ſibi cuiq; tendenti: ut periculo prius euaderet: quam cum hoſtibus certaminis erat. Eq maxime infeſtum agmen faciebant: qui & clamoribus diſſonis: quos nemora ẽt: repercuſſæq; ualles augebant: territi trepidabant: & icti forte aut uulnerati adeo conſternati ſunt: ut ſtragem ingẽtem ſimul hoĩum ac ſarcinarũ omnis generis facerent. multoſq; turba: cum p̃cipites diruptæq; utrinq; anguſtiæ eſſent in immenſum altitudinis deiecit: quoſdam' & armatos. inde ruinæ maximæ modo iumenta cum oneribus deuoluebantur. Quæ quãq; fœda uiſu erant: ſtetit parumper tñ Annibal: ac ſuos continuit: ne tumultum ac trepidationem augeret. Deinde poſteaq; interrumpi agmen uidit: periculumq; eẽ: ne exutẽ impedimentis exercitum nequicq; incolumẽ traduxiſſet: decurrit ex ſuperiore loco. Et cũ impetu ipſo fudiſſet hoſtem: ſuis tumultum auxit. Sed iis tumultus momento tpis: poſteaq; liberata itinera fuga montanorũ erant: ſedatur: nec per otium modo: ſed prope ſilentio mox oẽs traducti. Caſtellum inde: quod caput eius regionis erat: uicoſq; circũiectos capit: & captiuorum pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis primo perculſis nec loco magnopere impediebantur: aliquãtulum eo triduo uiæ confecit. Peruentum inde ad frequentẽ cultoribus alium: ut inter montana: populũ: ibi non bello aperto: ſed ſuis artibus: fraude: deinde inſidiis: eſt prope circũuentus. Magno natu principes caſtellorum oratores ad pœnũ ueniunt: alienis malis utili exemplo doctos memorantes amicitiã malle: q̃uim experiri pœnorum: itaq; obediẽter imperata facturos: commeatũ itineriſq; duces & ad fidem promiſſorum obſides acciperet. Annibal nec temere credendo: nec aſpernando: ne repudiati apte hoſtes fierent: benigne cum reſpondiſſet obſidibus: quos dabant acceptis: cõmeatu: quem in uia ipſi detulerant: uſus nequaq; ut inter pacatos incompoſito agmine duces eorũ ſequitur. Primum agmen elephanti: & equites erant: ipſe poſt cum robore peditum circũſpectans ſollicitus oĩa incedebat: ubi in anguſtiorem uiã ex parte altera ſubiectam iugo inſuper imminenti uentũ eſt: undiq; ex inſidiis Barbari a fronte: & a tergo coorti cõminus eminuſq; petunt: ſaxa ingentia in agmen deuoluunt: maxima a tergo uis hoĩum urgebat: in eos uerſa peditum acies haud dubium fecit: quin niſi firmata extrema agmina fuiſſent. ingens in eo ſaltu accipienda clades fuerit. Tunc quoq; ad extremum periculi ac prope perniciem uentum eſt. Nã dum cunctaretur Annibal dimittere in anguſtias agmen: quia non ut ipſe eqtibus p̃ſidio erat: ita peditibus quicq; abtergo auxilii reliquerat: occurſantes per obliqua montani erupto medio agmine uiam inſedere. Noxq; una Annibali ſine equitibus ac impedimentis acta eſt. Poſtero die iam ſegnius intercuſantibus barbaris: iunctæ copiæ ſaltuſq; haud ſine clade maiore tñ iumento rum: q̃ hoĩum pernicie ſuperatus. inde mõtani pauciores iam & latrocinii magis: quam belli more cõcurſabant: modo in primũ: modo in nouiſſimum agmẽ. ut cuiq; aut locus opportunitatem daret: aut progreſſi moratiue aliquã occaſionem feciſſent. Elephanti ſicut p̃cipites p arctas uias magna mora agebantur: ita tutum ab hoſtibus: quacũq; incederent: quia inſuetis adeundi propius metus erat: agmen p̃cedebant. Nono die in iugũ alpium peruentum eſt p inuia plæraq; & terrores: quos aut ducentiũ fratres: aut ubi fides iis non eſſet: temere initæ ualles a coniectantibus iter faciebant. Biduum in iugis ſtatiua habita: feſſiſq; labore ac pugnando quies data militibus: iumentaq; aliquot: quæ prolapſa in rupibus erant: ſequendo ueſtigia agminis in caſtra peruenere. Feſſis tædio tot malorum: niuis ẽt caſus: occidente iam ſydere uergiliarum: ingentem terrorem adiecit per oĩa niue completa. Cum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet: pigritiaq; & deſperatio in oĩum uultu emineret: p̃greſſus ſigna Annibal in promontorio quodam: unde longe ac late proſpectus erat: conſiſtere iuſſis militibus Italiã oſtentat: ſubiectoſq; alpinis montibus circũ padanos campos: mœniaq; eos tum tranſcendere: nõ Italiæ modo: ſed ẽt urbis Romæ. Cætera plana procliuia fore uno: aut ad ſummũ altero p̃lio: arcem & capput Italiæ in manu habituros. Procedere inde agmẽ cœpit: iam nihil ne hoſtibus quidem p̃ter parua furta per occaſionem tentantibus: cæterum iter multo quam in aſcẽſu fuerat: ut plæraq; alpium ab Italia ſicut breuiora ita arrectiora ſunt: difficilius fuit. Omnis. n. ferme uia p̃ceps: anguſta: lubrica erat: ut neq; ſuſtinere ſe a lapſu poſſent: nec ſi qui paulum titubaſſent hærere afflicti ueſtigio ſuo: aliiq; ſuper alios: & iumenta & homines occiderent. Ventum deinde ad multo anguſtiorem rupẽ. atq; ita rectis ſaxis ut ægre expeditus miles tentabundus: manibuſq; retinens uirgulta: ac ſtirpes circa eminentes dimittere ſeſe poſſet. Natura locus iam ante præceps recenti terræ lapſu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat. Ibi ueluti cum ad finem uiæ equites conſtitiſſent: miranti Annibali: quæ res moraretur agmen: nunciatur rupem in uiam eſſe. Digreſſus deinde ipſe ad locum uiſendum haud dubia res uiſa quin per inuia circa nec trita antea: quãuis longo ambitu circunduceret agmen. Ea uero uia inſuperabilis fuit: Nam cum ſuper ueterem niuem ĩtactam noua modicæ altitudinis eſſet: molli nec prealtæ niui facile pedes ingredientium inſiſtebant. Vt uero tot hominum iumentorumq; incceſſu dilapſa eſt: pernudam infra glaciem fluentemq; tabem liqueſcentis niuis ingrediebantur: tetra ibi luctatio erat: ut a lubrica glacie non recipiente ueſtigium: & in prono citius pede ſe fallente: ut ſeu manibus in aſſurgendo: ſeu genu ſe adiuuiſſent: ipſis adminiculis prolapſi ſi iterum corruiſſent: nec ſtirpes circa radiceſue ad quas pede: aut manu quiſquã eniti poſſet erant. itaque in leui tantum glacie: tabidaque niue uolutabantur iumenta: ſecabantur interdum: & iam tum: infirmam ingredientia niuem: & prolapſa iactandis grauius in continendo ungulis penitus perfringebant: ut plæraque

Excipitur pœnus inſidiis

Nono die uentũ i iugũ alpium

De matutino occaſu intellige q eſt inter eq noctiũ autũni & brumã.

uelut pedica capta hærerent in dura & alta concreta glacie. Tandem nequicq̃ iumentis atq; hoibus fa-
Castra pur tigatis: castra in iugo posita. Egerrime ad idipsum loco purgato tantũ niuis fodiendum: atq; egerendũ
gato prius fuit: inde ad rupem minuendam per quã uia una esse poterat: milites ducti: cum cedendũ esset saxum
niuibus lo arboribus circa immanibus deiectis detruncatisq; struem ingentẽ lignoꝝ faciunt eamq; cum & uis uẽ
co fiunt ti apta faciendo igni coorta esset: succenduunt: ardentiaq; saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridam i
cẽdio rupem ferro pandunt: molliũtq; anfractibus modicis cliuos: ut non iumenta solũ: sed elephan
ti ẽt deduci possent. Quadriduum super rupem consumptum: iumenta prope fame absumebãtur. Nu
da. n. fere cacumina sunt: & si quid est pabuli: obruunt niues. ĩferiora uallis apricos quosdam colles ha
bent: riuosq; prope siluas ẽt humano cultu digniora loca: ibi iumenta in pabulum missa: & quies mu
niendo fessis hoibus data triduo. Inde ad planum descensum est: ẽt locis mollioribus & acolaꝝ inge
niis. Hoc maxime modo peruentum est in Italiã Quinto mense a Carthagine noua: ut quidam aucto
Quito mẽ res sunt. Quinto decimo die alpibus superatis. Quantæ copiæ trãsgresso in Italiam Annibali fuerint:
se a cartha nequaq̃ inter auctores constat: qui plurimũ centum millia peditum: uiginti equitũ fuisse scribunt: qui
gine noua minimũ uiginti millia peditũ sex equitum. L. Cinnius Alimentius: qui captum se ab Annibale scribit
in italiã ue maxime auctor moueret me: nisi cõfunderet numeꝝ gallis Liguribusq; additis. cum his scribit. lxxx.
nit pœnus millia peditũ. x. equitum adducta in Italiã: magis affluxisse uerisimile est: & ita quidam auctores sunt.
Ex ipso ãt audiuisse Annibale: posteaq̃ Rhodanum transierunt. xxxvi. millia hoium. ingentemq; nu
merum equoꝝ & aliorum iumentorum amisisse: in taurinis quæ gallis proxima gens erat in Italiã di
gresso. Id cum inter oẽs constet: eo magis miror ambigi: q̃ nam alpes transierit & uulgo credere Penni
Copiæ an no: atq; inde nomen & iugo alpiũ inditum. Transgressum Celius p Cremonis iugum dicit transisse: q
nibalis ambo saltus eum non in taurinos sed p saltus montanos ad libuos gallos deduxissent. Nec uerisimile
Vide ne cẽ est: ea tum ad Galliam patuisse itinera: utiq; cum: quæ ad Penninũ ferant: obsepta gentibus semiger-
trõis sit po manis fuissent: neq; Hercule montibus his: si quem forte id mouet: a transitu pœnoꝝ ullo: sed ab uno
tius legẽdũ uel acri incola iugi eius norunt nomen inditum: Peropportune ad principium reꝝ taurinis proxime
genti aduersus insubres motum bellum erat: sed armare exercitũ Annibal: ut parti alteri auxilio esset
in reficiendo maxime sentientem contracta ante mala non poterat: otium &. n. ex labore: copia ex ino
pia: cultus ex illuuie tabeq;: squalida & prope efferata corpora uarie mouebant. Ea. P. Cornelio consu
li cã fuit: cum Pisas nauibus uenisset: exercitus a Manlio Attilioq; accepto tyrone & in nouis ignomi
niis trepido ad Padum festinandi: ut cum hoste nondum refecto manũ consereret. Sed cum Placentiã
consul uenit: iam ex statiuis mouerat Annibal. taurinorũq; unam urbem caput gentis eius: quia uolẽ
tis in amicitiã non ueniebat: ui expugnauit. Iunxisset sibi: non metu solum: sed ẽt uoluntate gallos ac
colas Padi: ni eos circũspectantes defectionis tps subito aduentus cõsulis oppressisset: & Annibal mo
uit ex taurinis incertus quæ pars sequenda esset. gallos præsentem se secuturos ratus. Iam prope in cõ
spectu erant exercitus: conuenerantq; duces: sicut uterq; inter se nondum satis noti: ita iam imbutus
uterq; quadam admiratione alterius. Nã Annibalis & apud romanos iam ante Sagunti excidium cele
berrimũ nomen erat: & Scipionem Annibal eo ipso. quod aduersus se dux potissimũ lectus esset: pstã
tem uirũ credebat: & auxerant inter se opinionem Scipio quod relictus in Gallia obuius fuerat in Ita
liam transgresso Annibali: & annibal conatu tam audaci traiiciendarũ alpium: & effectu occupauit. tũ
Scipio Padum traiecit: & ad Ticinum amnẽ motis castris: priusq̃ educeret in aciem: adhortandorũ mi
litum causa talem orationem exorsus est. Si eum exercitum milites educerem in aciem: quem i Gallia
mecum habui: supersedissem loqui apud uos. Quid. n. adhortari referret: aut eos equites qui equitatũ
Scipionis hostium ad Rhodanum flumen uicissent egregie: aut has legiones: cum quibus fugientem hũc ipm
hortatio hostem secutus confessionem cedentis ac detrectantis certamen pro uictoria habui: nũc quia ille exer
ad suos citus Hispaniæ prouinciæ scriptus: ibi cum fratre. Gn. Scipione meis auspiciis rem gerit: ubi eum gere
re senatus populusq; romanus uoluit: ego: ut consulem ducem aduersus annibalem ac pœnos habere
tis: ipse me huic uoluntario certamini obtuli: nouo imperatori apud nouos milites pauca uerba facẽ
da sunt: ne genus belli: ne ue hostem ignoretis: cum iis est uobis milites pugnandum: quos terra ma
riq; priore bello uicistis: a quibus stipendium per. xx. annos exegistis: a quibus capta belli præmia Si
ciliam: ac Sardiniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is uobis: illisq; aĩus: qui uictoribus & uictis
esse solet. Nec nunc illi: quia audent: sed quia necesse est: pugnaturi sunt: nisi creditis: qui exercitu inco
lumi pugnam detrectauere eos duabus partibus peditum equitũq; in transitu alpium amissis: qui plu
res pœne perierint: q̃ supersint plus spei nactos esse. At enim pauci quidem sunt: sed ingentes aĩs cor
poribusq;: quorum robora: ac uires sustinere uis ulla uix possit. effigies immo umbræ hoium: famæ:
frigore: illuuie: squallore enecti: contusi ac debilitati inter saxa rupesq;: ad hæc perusti artus niue rigen
tes nerui: membra torrida gelu. quassata fractaq; arma: claudi debiles equi cum hoc equite: cum hoc
pedite pugnaturi estis: reliquias extremas hostium nõ hostes habebitis. Ac nihil magis uereor: ne an
te quam uos cum hoste pugnaueritis: annibalem alpes uicisse uideantur. sed ita forsitã decuit cum fœ
derum ruptore duce ac populo deos ipsos sine ulla humana ope committere ac profligare bellũ: nos
aũt: qui secundum deos uiolati sumus: commissum ac profligatum conficere. Non uereor: ne quis me
hoc uestri adhortandi cã magnifice loqui existimet: ipsum aliter animo affectum esse. Licuit in Hispa-

niam prouinciã meam ire: quo iã profectus eram cum exercitu meo: ubi & fratrem consilii participem ac periculi socium haberem: & Asdrubalem potius: quã Annibalem hostem: & minorem haud dubie molẽ belli: tñ cum præterueherer nauibus Galliæ oram: ad famã huius hostis in terra egressus: p̃missō equitatu ad Rhodanum moui castra. Equestri prælio: qua parte copiaꝝ conserendi manũ fortuna data est: hostem fudi. peditum agmen: quod in modũ fugientiũ raptim agebat: quia assequi terra nõ poteram: neq; regressus ad naues erat: quanta maxime celeritate potui: tanto maris terrarũq; circuitu in radicibus alpium obuius fui. huic timendo hosti: utrũ cum declinarem certamen: improuisus uideor incidisse: an occurrere in uestigiis eius: lacessere: ac trahere ad decernendum? Experiri iuuat: utrum alios certe repente carthaginenses p̃ uiginti annos terra ediderit: an iidem sint: qui ad Egades pugnauere insulam: & quos ab Eryce duo de uigenis denariis æstimatos emistis. Et utrũ Annibal hic sit æmulus itineꝝ Herculis: ut ipse fert: an uectigalis stipendiariusq; & seruus populi romani a patre relictus. Quem nisi saguntinũ scelus agitaret: respiceret profecto si non patriã uictam domũ certe: patrẽq; & fœdera Amilcaris scripta manu: q iussus a consule nostro præsidium deduxit ab Eryce: qui graues impositas uictis carthaginensibus leges fremens mœrensq; accepit. Qui decedere Sicilia: qui stipẽdium populo romano dare pactus est: itaq; uos ego milites: non eo solum aĩo: quo aduersus alios hostes soletis pugnare uelim: sed cũ indignatione quadã: atq; ira uelut si seruos uideatis uestros arma repente contra uos ferentes. Licuit: si uoluissemus: ad Erycẽ clausos ultimo supplicio humanoꝝ fame interficere. licuit classem uictricẽ in Africam traiicere: atq; intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginẽ delere. ueniã dedimus p̃cantibus: emisimusq; ex obsidione: pacẽ cum uictis fecimus: tutelæ nostræ deide duximus cũ africo bello urgerent. Pro his ĩpartitis furiosum iuuenẽ sequentes oppugnatũ patriam nostram ueniunt. atq; utinã pro decore nobis hoc tantum & non pro salute esset certamẽ. Non de possessione Siciliæ ac Sardiniæ: de quibus quondã agebatur: sed pro Italia uobis est pugnandũ. Nec est alius a tergo exercitus: qui nisi nos uincimus: hosti obsistat. nec alpes aliæ sunt: quas dum supererat: cõparari noua possint præsidia: hic est obstandũ milites: uelut si ante romana mœnia pugnemus. unusquisq; se nõ corpus suum: sed coniugẽ ac liberos paruos armis protegere putet. Nec domesticas solum agitet curas: sed idẽtidem hoc aĩo reputet: nostras nunc intueri manus senatũ populumq; romanũ: qualis nostra uis uirtusq; fuerit: talem deinde fortunam illius urbis: ac romani imperii fore. Hæc apud romanos consul. Annibal rebus prius: q̃ uerbis adhortandos milites ratus: circũdato ad spectaculum exercitu captiuos montanos uinctos in medio constituit: armisq; gallicis ante pedes eoꝝ proiectis: interrogare interpretẽ iussit: quis si uinculis leuaretur: armaq; & equum uictor acciperet: decertare ferro uellet: cũ ad unũ oẽs ferrum pugnamq; poscerent: & deiecta esset in id sors: se quisq; eũ optabat: quẽ fortuna in id certamen eligeret. Vt cuiusq; sors exciderat. alacer inter gratulãtes gaudio exultans cũ sui moris tripudiis arma raptim capiebat. Vbi uero dimicarent: is habitus aĩoꝝ non inter eiusdẽ modo conditiõis hoĩes erat: sed ẽt inter spectantes uulgo ut non uincentiũ magis: q̃ bene morientium fortuna laudaretur. dum sic aliquot spectatis paribus affectos dimisisset: concione inde aduocata: ita apud eos locutus fertur. Si: quẽ aĩum in alienæ sortis exemplo pauloante habuistis: eundẽ mox in æstimãda fortuna uestra habueritis: uicimus milites: neq; n. spectaculum mõ illud: sed q̃dam uelut imago uestræ conditionis erat: ac nescio an maiora uincula: maioresq; necessitates uobis. q̃ captiuis uestris fortuna circũdedit: dextera: leuaq; duo maria claudunt: nullã ne ad effugiũ quidem nauẽ habentibus. circa Padus amnis maior ac uiolentior Rhodano: a tergo Alpes urgent: uix ĩtegris uobis: ac uigentibus transitæ: hic uincendũ aut moriendũ milites est. Vbi primũ hosti occurristis: & eadẽ fortuna: quæ necessitatem pugnandi imposuit: præmia uobis ea uictoribus proponit: qbus ampliora hoĩes ne a diis quidem ĩmortalibus optare solent. Si Siciliam tantũ ac Sardiniam parentibus nostris ereptas nostra uirtute recuperaturi essemus: satis tñ ampla pretia essent. Quicquid romani tot triumphis partũ congestumq; possident: id omne cũ ipsis dominis nostrũ futurum est: in hanc tam optimã mercædẽ agite cũ diis bene iuuantibus: arma capite. Satis adhuc in uastis Lusitaniæ Celtiberiæq; collibus pecora cõsectando nullũ emolumentũ tot laborum periculorũq; uestroꝝ uidistis. Tempus est opulenta uos ac ditia stipẽdia facere: & magna operæ pretia mereri. Tantũ itineris per tot mõtes fluminaq;: & tot armatas gentes emẽsos: hic uobis terminũ laborum fortuna dedit. hic dignã mercædem emeritis stipẽdiis dabit: nec q̃ magni nois bellum est: tam difficilẽ existimaueritis uictoriã fore. Sæpe & contẽptus hostis cruentum certamen edidit: & inclyti populi regesq; perleui momento uicti sunt. Vnde adẽpto hoc uno fulgure nominis romani: quid est: quod illi uobis comparandi sint ut uiginti annoꝝ militiam uestram cum illa uirtute: cum illa fortuna taceã: ab Herculis columnis: ab Oceano terminisq; ultimis terraꝝ. per tot ferocissimos Hispaniæ & Galliæ populos uincẽtes huc peruenistis. pugnabitis cum exercitu tyrone hac ipsa ætate cæso: uicto: circũsesso a gallis: ignoto adhuc duci suo ignorantiq; ducem: An me ĩ prætorio patris clarissimi imperatoris prope natum certe educatum domitorem Hispaniæ Galliæq; uictorem eundẽ non alpinaꝝ modo gentiũ: ipsarum: quod multo maius est alpiũ: cum semestri hoc conferã duce desertore exercitus sui. Cui siquis: demptis signis: pœnos romanosq; hodie ostendat: ignoraturum certũ habeo utrius exercitus sit consul. Non ergo illud parui æstimo milites: quod nemo uestrũ: est cuius nõ ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus: cui nõ idem ego uirtutis spectator: ac

Atr. pulchrã hortationem

Cõsilium Annibalis in suis hortandis

testis notata tpibus locisq; referre sua possim decora. Tum laudastis me milites: donastis: alumnus pri
us oium uestrum: q impator procedam acie aduersus ignotos inter se: ignorantesq;. Quocũq; circũtuli
oculos: plena oia uideo aiorum ac roboris: ueteranum peditẽ: generosissimaq; gentium equites: fræ
natos & in frænatos: uos socios fidelissimos fortissimosq; uos carthaginẽses cum ob patriam tum ob
iram iustissimã pugnaturos: inferimus bellum: infestisq; signis descendimus in Italiã tanto audacius
fortiusq; pugnaturi: quãto maior spes: maiorq; aius inferentis est uim: q arcentis. Accendit pterea aios
& stimulat dolor iniuria indignitas ad supplicũ depoposcere me ducem primũ: deinde uos oẽs: qui Sa
guntum oppugnassetis: deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere. crudelissima gens sua oia fuiq; ar
bitrii facere: cũ quibus bellum: cũ quibus pacẽ habeamus: se modũ imponere æquum censet. Circũscri
bit: includitq; nos terminis montiũ fluminumq;: quos ne excedamus: neq; eos: quod statuit terminos
obseruat. Ne transieris Iberum ne quid rei tibi sit cũ saguntinis: ad Ibeq; ẽ saguntum: nusq; te uestigio
moueris paq; est: quod ueterrimas prouincias nostras Siciliã ac sardiniã adimit ẽt Hispaniam: si ide cef
sero: in Africam transcendet. Transcendisse aũt dico: duos consules huius anni: unũ in Africam alterũ
in Hispaniam misere. Nihil usq; nobis relictum est: nisi quod armis uidicauerimus. Illis timidis & igna
uis licet esse: qui respectũ habent quod suus ager q; sua terra per tuta ac pacata itinera fugientes: acci
pient: Vobis necesse est fortibus uiris esse & oibus inter uictoriam mortẽue certa desperatione abru
ptis: aut uincere: aut si fortuna dubitabit: in ꝑlio potius: quam in fuga mortẽ oppetere. Si hoc benefixũ
oibus destinatumq; in aio est: iterum dicam: uicistis nullum incitamentum ad uincendum homini a
diis immortalibus acrius datum est.



HIS ADHORTATIONIBVS CVM VTRIN
q ad certamen accensi militũ animi essent: romani
ponte Ticinũ iungunt: tutandiq; pontis causa castel
lum sup imponunt. pœnus ope occupatis hostibus
Maharbalẽ cum ala numidaq; equitibus quingẽtis
ad depopulandos socioq; populi romani agros mit
tit: gallis parci quãmaxime iubet: Principumq; aios
sollicitare ad defectionẽ. Ponte perfecto: traductus
romanus exercitus in agrũ insubrium quiq; millia
passuum a uico tumulis consedit: ibi Annibal castra
habebat. Reuocatoq; propere Maharbale atq; equi
tibus: cũ instare certamen cerneret: nihil unq; satis di
ctum monitũq; ad cohortandos milites ratus: uoca
tis ad concionẽ certa præmia pronunciat: in quorũ
spem pugnarent: agrum sese daturum in Italia esse:

Præmia ab Annibale militi proposita

Africa Hispania: ubi quisq; uelit ĩmunem ipsi: q accepisset: liberisq; qui pecuniã quam agrũ maluisset:
ei se argento satisfactuq; qui socioq; ciues carthaginenses fieri uellent: potestatẽ facturum. Qui domos
redire mallent: datuq; se operam ne cuius suoq; popularium mutatã secum fortunã esse uellent: seruis
quoq; dños prosecutis libertatem proponit: binaq; pro his mancipia dominis se redditurq;. Eaq; ut ra
ta scirent fore: agnũ leua manu. dextera sublicem retinens: si falleret: louẽ cæteroq; præcatus deos: ita se
mactarent: quẽadmodum ipse agnũ mactasset: & secundum ꝑcationem caput pecudis saxo elisit. Tum
uero uelut diis auctoribus oẽs in spẽ suam quisq; acceptis: id moræ: quod nondũ pugnarent: ad potiẽ
da sperata rati prælium uno aio & una uoce poscunt. Apud romanos haud quaq; tanta alacritas erat: tu
per cætera recentibus ẽt territos prodigiis: nã & lupus intrauerat castra: laniatisq; obuiis: ipse intactus
euaserat. Examen apum arbore in ꝓtorio ĩminente consederat. Quibus procuratis Scipio cũ equitatu
iaculatoribusq; expeditis profectus ad castra hostiũ exquo ꝓpinquo copias quantæ: & cuius generis
essent speculãdas: obuius fit Annibali: & ipsi cũ equitibus ad exploranda circa loca ꝓgresso. Neutri alte
ros primo cernebant. Densior deinde incessu tot hoĩum: equorũq; oriens puluis signũ propinquantiũ
hostiũ fuit. Constitit utrũq; agmen: & ꝑlio sese expediebant. Scipio iaculatores & gallos equites in frõ
te locat. romanos sociorũq; quod roboris fuit: in subsidiis. Annibal frænatos equites in mediũ accepit
Cornua numidis firmat. uix dũ clamore sublato: iaculatores fugere inter subsidia ad secundã aciem.

Equestre ꝑlium

Inde equitũ certamen erat aliquãdiu anceps: Deinde: quia turbabant equos pedites intermixti: mul
tis labentibus ex eqs: aut disilientibus: ubi suos premi circũuentos uidissent: iam magna ex parte an
ceps erat: donec numidæ: q in cornibus erant: circũuecti paululum a tergo se ostendere. Is pauor pcu
lit romanos: auxitq; pauorẽ consulis uulnus: piculumq; inter cursu tum primũ pubescentis filii ꝓ pul
satũ: hic erat iuuenis: penes quẽ perfecti huiusce belli laus est: Africanus ob egregiã uictoriam de anni

Consulis uulnus

bale & de pœnis appellatus. Fuga tñ effusa iaculatoq; maxime fuit: quos primos numidæ inuaserunt.
Alius consertus eqtatus consulẽ in medio acceptũ: non armis modo: sed ẽt corporibus suis ꝓtegens in
castra nusq; trepide neq; effuse cedendo reduxit: seruati consulis decus Cælius ad seruum natione Li
gurẽ delegat: malim equidẽ de filio ueq; esse: quod & plures tradidere auctores: seruũ fama obtinuit.
Hoc primum cum ãnibale ꝑlium fuit: quo facile apparuit: & equitatu meliorem pœnum esse: & ob id

campos patentes:quales sunt inter Padum Alpesq; bello gerendo romanis aptos non esse. Itaq; proxima nocte:iussis militibus:uasa silentio colligere:castra ab Ticino mota: festinatumq; ad Padum est: ut ratibus:quibus iunxerat flumen:nondum resolutis:sine tumultu:atq; insectatiõe hostis copias traiiceret. Prius placentiam peruenere:quam satis sciret Annibal ab Ticino profectos. Tamẽ aliquot moratorum in citeriore ripa segniter ratem soluentes cepit. transire nõ potuit pontem:ut extrema resolута erant:tota rate in secundam aquam labente. Cælius auctor est Magonem cum equitatu & hispanis peditibus flumen extẽplo trãsnatasse:ipsum Annibalem per superiora Padi uada exercitum traduxisse. Elephantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis:ea periti amnis eius uix fecerint. Nãq; equites:armis equisq; saluis:tantam uim fluminis superasse non uerisimile est:ut iam hispanos omnis inflati transuexerint utres:sed multorum dierum circuitu Padi uada petenda fuerint:qua exercitus grauis impedimentis traduci posset. Potiores apud me auctores sunt qui biduo uix locum rate iungendo flumini inuentum tradunt:eo cum Magone equites hispanorum expeditos præmissos. Dum Annibal circa flumen legationibus gallorum audiendis moratus traiicit grauius peditum agmen interim Mago:equitesq; ab transitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hostes contendunt. Annibal paucis post diebus sex millia a Placentia castra communiuit:& postero die in cõspectu hostium acie directa:potestatem pugnæ fecit. In sequenti nocte cædes i castris romanis tumultu tamẽ q̃re maior ab auxiliaribus gallis facta est. ad duo milia peditum:& ducenti equites:uigilibus ad portas trucidatis:ad Annibalem transfugiunt. Quos pœnus benigne allocutus:& spe ingentium donoꝝ accensos:in ciuitates quẽq; suas ad sollicitandum populariumanimos dimisit. Scipio cædem eam signum defectionis omnium gallorum esse ratus:cõtactosq; eo scelere uelut iniecta rabie ad arma ituros:quãquam grauis adhuc uulnere erat:tamen quarta uigilia noctis insequentis: tacito agmine profectus ad Trebiam fluuium:in loca altiora collesq; impeditiores equiti castra mouet. Minus quam ad Ticinum fefellit. missisq; Annibal primum numidis:deinde omni equitatu turbasset utiq; nouissimũ agmen:ni auiditate prædæ in uacua romana castra diuertissent. Ibi dum perscrutantes loca omnia castrorum nullo satis digno moræ prætio tempus terunt:emissus est hostis de manibus. Et cum iam trãsgressos Trebiam romanos metanteſq; castra conspexissent: paucos moratorum occiderũt circa flumẽ interceptos. Scipio nec uexationem uulneris in uia iactantis ultra patiens & collegam (iam enim reuocatum ex Sicilia audierat) iratus expectandum:locum:qui prope flumen tutissimus statiuis est uisus. delectum communiuit. Nec procul inde Annibal:cum consedisset:quantum uictoria equestri elatus: tantum anxius inopia:quæ per hostium agros euntem nusq̃ præparatis commeatibus maior in dies excipiebat:ad Clastidium uicum:quo magnum frumẽti numerum congesserãt romani:mittit. Ibi:cũ uim pararent:spes facta proditionis:nec sane magno pretio nũmis aureis quadringentis datis. P. Brũdusino præfecto præsidii corrupto traditur Annibali Clastidium:id horreum fuit pœnis sedentibus ad Trebiam. In captiuos ex tradito præsidio:ut fama clæmentiæ in principio rerum colligeretur:nihil sæuitum est. Cum ad Trebiam terrestre constitisset bellum:interim circa Siciliam insulasq; Italiæ imminentes:& a Sempronio consule:& ante aduentum eius terra mariq; res gestæ Viginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram Italiæ a carthaginensibus missæ;nouem liparas: octo ad insulam Vulcani tenuerunt. tres in fretum auertit æstus. Ad eas conspectas a Messanana duodecim naues ab Hierone rege syracusanorum missæ:qui tum forte Messanæ erat:consulem romanum opperiens:nullo repugnante:captas naues Messanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captiuis pter uiginti naues:cuius ipsi classis eẽnt:in Italiã missas qnq; & triginta alias qnqueremes Siciliã petere ad sollicitandos ueteres socios: Lilybæi occupandi præcipuã curã esse:credere eadẽ tempestate:q̃ ipi discesserãt forent:eã quoq; classẽ ad Aegadis insulã deiectã. Hæc sicut audita erãt:rex Messanæ æmilio prætori:cuius Sicilia erat,puicia:pscribit:mõetq; Lilybæũ firmo teneret psidio. extẽplo & circa prætorem a ciuitate missi legati tribuniq; qui suos ad curã custodiæ intenderẽt: ante oĩa lilybæum teneri ad appatũ belli. Edicto proposito:ut socii nauales. x. dierum cocta cibaria ad naues deferrent:& ubi signum datũ esset:nequid morã cõscendendi faceret:pq; oẽm orã q erãt:ex speculis cõspicerẽt aduentantem hostiũ classẽ. Simul itaq;:q̃q̃ ad industria morati cursum nauiũ erãt carthaginenses:ut ante lucẽ accederent:Lilybæum:psensum tamẽ ẽ:qa & luna pnox erat:& sublatis armamentis ueniebãt:extẽplo datũ est signũ e speculis & in opido ad arma cõclamatũ est:& in naues cõscensũ:ps militũ in muris portarũq; stationibus:pars in nauibus erãt:& carthaginenses:quia rẽ fore haud cũ in patis cernebãt usq; ad lucem portu se abstinuerunt. demẽdis armamẽtis eo tpe aptandaq; ad pugnã classe absũpto. ubi illuxit: recepere classẽ in altũ:ut spatiũ pugnæ esset:exitũq; libeꝝ e portu naues hostiũ haberẽt. Nec romani detrectaue re pugnam:& memoria circa ea ipsa loca gestaꝝ reꝝ fræti:& militũ multitudine ac uirtute: ubi i altum euecti sunt:romanus:cõserere pugnam:& exppinquo uires cõferre uelle. Cõtra eludere pœnus & arte: nõ ui rẽ gerere:nauiũ:q̃ uiroꝝ. aut armoꝝ malle certamẽ facere: Nã:ut sociis naualibus affatim instructam classem:ita inopẽ milite habebãt:& sic ubi cõserta manus esset: haud q̃q̃ par numerus armatorũ ex ea pugnabat. Quod ubi aĩaduersum est:& romãis multitudo sua auxit aĩum: & paucitas illis minuit:extemplo septẽ naues punicæ circũuentæ:fugã cæteræ ceperunt. Mille &. dcc. fuere in nauibus capti uales milites:nautæq;,in iis tres nobiles carthaginẽsiũ. classis romana icolumis:una tm̃ pforata naui: sed ea pugna ro-

Defectio auxiliariũ gallorũ a ro.

Clastidiũ traditur pœnis.

Prosperi

Hieronimi in hominem humanissimum

quoq; ipsa reduce.in portũ rediit.Secũdũ hãc pugnã nondũ gnaris eis:q̃ Messanæ erãt.L.Sempronius cõ
sul Messanã uenit:& fretũ intranti rex Hiero classem ornatã obuiã duxit.Trãsgressusq; ex regia in præ
toriã nauem gratulatus sospitẽ cũ exercitu & nauibus aduenisse:p̃catusq; p̃spe: ac fœlicem i Siciliã trã
situm:statum deinde insulæ:& carthaginensiũ conata exposuit:pollicitusq; est:quo animo priore bel-
lo populum romanum iuuenis adiuuisset:eo senem adiuturum:frumenta:uestimentaq; se legiõibus
consulis:sociisq; naualibus gratis præbiturum:grande periculũ lilybæorũ maritimisq; ciuitatibus esse
quibusdam uolentibus nouas res fore:ob hoc consuli nihil conctandũ uisum: quin Lilybæum classe
peteret.Et rex regiaq; classis una profecti:nauigantes inde pugnatũ ad lilybæum: fusasq; & captas ho
stium naues accepere: A lilybeo consul:Hieronẽ cum classe regia dimisso:relictoq; prætore ad tuendã
Siciliæ oram:ipse insulam Melitam:q̃ a carthaginensibus tenebatur:traiecit aduenienti Amilcar Gis-
gonis filius præfectus præsidii cum paulominus duobus millibus militum oppidũq; cum insula tra-
ditur:inde post paucos dies reditũ Lilybæum:captiuiq; & a consule:& a prætore:præter insignes nobi
litate uiros:sub corona uenierunt.posteaq̃ ab ea parte satis tutam.Siciliã censebat consul: ad insulas Vul
cani:quia fama erat stare ibi punicam classem:traiecit:nec quisq̃ hostium circa eas insulas inuentus:iã
forte transmiserant ad uastandam Italiæ oram:depopulatoq; uibonensi agro urbem etiam terrebant.
Repetenti Siciliam consul excurlio hostium in agrũ uibonensem facta nunciatur:litteræq; a senatu de
situ in Italiam Annibalis:& ut primo quoq; tempore collegæ ferret auxiliũ:missæ tradũtur.multis si-
mul anxius curis exercitum ex templo in naues impositũ ariminũ supero mari misit.Sex. Pomponio
legato cum uigintiquinq; longis nauibus uibonensem agrum:maritimamq; oram Italiæ tuendam at
tribuit.M.æmylio prætori quinquaginta nauium classem expleuit.Ipse compositis Siciliæ rebus:decẽ
nauium classe oram.Italiæ legens:ariminum peruenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam
flumen collegæ coniungitur:Iam ambo consules:& quicquid romanarum uirium erat annibali oppo
situm:aut illis copiis defendi posse romanum imperium aut spem nullam aliam esse satis declarabat.
Tamen consul alter equestri p̃lio uno:& uulnere suo minutus trahi rẽ malebat.Recentis animi alter:
eoq; ferocior nullam dilationem patiebatur.Quod inter Trebiam Padumq; agri:est galli tum incole
bant in duorũ præpotentium populorum certamine per ambiguum fauorem haud dubie gratiam
uictoris spectantes.id romani nequid modo mouerent:æquo satis:pœnus periniquo animo ferebat:
a gallis accitum se uenisse ad liberandum eos dictitans. Ob eam iram simul ut præda militem aleret:
duomilia peditũ:& mille equites numidas plæroscq; mixtos:quosdam & gallos populari omnem dei-
ceps agrũ usq; ad padi ripas iussit.Egentes ope galli.cum ad id dubios seruassent animos:coacti ab au
ctoribus iniuriæ ad uindices futuros declinãt. Legatisq; ad consulem missis: auxiliũ romanorũ terræ
ob nimiam cultoq; fidem in romanos laborãti orant.Cornelio nec cã:nec tps agendæ rei placebat: su-
spectaq; ei gens erat:tũ ob infida multa facinora:tũ ut alia uetustate obsoleuissent ob recentem boioq;
perfidiam sempronius contra:continendis in fide sociis:maximũ uinculũ esse:primosq;: qui coisseot:
ope defensos censebat:tũ collega cũctante:eqtatũ suũ mille peditũ:iaculatoribus ferme admixtis:ad de
fendẽdũ gallicũ agq; trans Trebiam mittit.li sparsos:& incompositos:oneratosq; præda plæroscq; cum
opinantes inuasissent ingentem terrorem cædemq; ac fugam usq; ad castra stationesque hostiũ fecerẽt
unde multitudine effusa pulsi:rursus subsidio suorũ preliũ restituere.Varia inde pugna sequentes:q̃
cũq; ad extremũ æq̃ssent certamen:maior tamen hostiũ romanis fama uictoriæ fuit.Cæterum nem:ini
omniũ maior iustiorq; quam ipsi consuli uideri:gaudio efferri. Qua parte copiarũ alter consul uictus
foret:ea se uicisse restitutos ac refectos militũ animos:nec quẽq̃ esse:præter collegam:qui dilatam di-
micationem uellet.Eum animo magis:q̃ corpore ægrum: memoria uulneris acciem: ac tela hort re-
sed non esse cum ægro senescendum. Quid enĩ ultra differri: ac teri tps tertiũ cõsulẽ quẽ aliũ exercitũ
expectari?castra carthaginensium in Italia:ac prope in conspectu urbis esse.nõ Siciliam: ac Sardiniam
uictis ademptas:nec cis Iberum Hispaniam peti:sed solo patrio terraq;:in qua geniti forẽt:pelli roma-
nos.Quantum ingemiscant:inquit patres nostri circa mœnia Carthaginis bellare soliti: si uideãt nos
progeniem suam duos consules consulareſq; exercitus in media Italia pauentes intra castra:pœnum:
quod inter alpes appeninumq; agri sit:suæ ditionis feciſſe?Hæc assidens ægro collegæ:hæc in prætorio
rio prope concionabundus agere.Stimulabat & tempus propinquum comitioq;:ne in nouos cõsules
bellũ differet:& occasio i se unũ uertendæ gloriæ:dum æger collega erat.Itaq; neq̃q̃ dissentiente Cor
nelio parari ad p̃pinquũ certamẽ milites iubet.annibal:cum quid optimum foret hosti:cerneret: uix
ullã spem habebat temere: atq; iprouide qcq̃ cõsules acturos.Sed cum alterius ingenium fama prius:
deinde re cognitum:percitum ac ferox sciret eẽ:ferociusq; factum ex p̃spo cum prædatoribus suis cer
tamine crederet:adesse gerendæ rei fortunã haud diffidebat.Cuius:ne qd̃ p̃termitteret tempus: solli
tusq; & intentus erat:dũ tyro hostium eẽt miles:dũ meliorẽ ex ducibus inutilẽ uulnus faceret:dũ gallo
rũ animi uigerent:quoq; ingentẽ multitudinẽ sciebat segnius secuturã:quanto longius a domo trahe
rentur.Cũ ob hæc taliaq; speraret p̃pinquũ certemẽ:& facere:si cessaret:cuperet:speculatoresq; galli ad
ea exploranda:quæ uellet:tutiores:quia in utriusq; castris militabant paratos pugnæ esse romanos re-
tulissent:locum insidiis circunspectare pœnus cœpit:Erat in medio riuus utrinq; peraltis clausus ripis
& circa obsitus palustribus herbis:& quibus inculta ferme uestiuntur uirgultis:uepribusque.Quem

Sempronij Verba in Scipionem

Sẽpronius consul ad trebiam,cõtendunt

Vane sempronii consulis elatio

Stratagema Annibalis

ubi ad equites quoq; tegendos satis latebrosum locum circũuectus ipse oculis perlustrauit. Hic erit locus Magoni fratri ait:quẽ teneas. Delige cẽtenos uiros ex omni equite: ac pedite:cum quibus ad me uigilia prima uenias. Nunc corpora curare tps est:ita præconiũ missum. Mox cũ delectis Mago aderat Robora uirorum cerno:inquit:Annibal:sed ut & numero ẽt non animis modo ualeat:singulis uobis nouenos ex turmis:manipulisq; uestris similes eligite. Mago locum monstrabit:quẽ insideatis. hostẽ cæcum ad has belli artes habetis. Ita mille eqtibus Magoni:mille peditibus dimissis: Annibal prima luce numidas equites transgressos Trebiam flumẽ obequitare iubet hostium portis. iaculandoq; ista tiones:elicere ad pugnam hostem:iniecto deinde certamine:cedendo sensim circa flumẽ pertrahere. Hæc mandata numidis. Cæteris peditum ducibus equitumq; præceptũ:ut prandere oẽs iuberent armatos deinde instratisq; equis signũ expectare. Sempronius ad tumultum numidaꝝ primum omnẽ equitatum ferox ea parte uirium. deinde sex millia peditum:postremo oẽs copias ad destinatum locum iam ante consilio auidus certaminis eduxit. Erat forte brumæ tps:& niualis dies in locis alpibus Appæninoq; interiectis:propinquitate ẽt fluminum ac paludũ prægelidis:ad hæc raptim eductis hominibus:atq; equis:non capto ante cibo:non ope ulla ad arcendũ frigus adhibita:nihil caloris inerat. &quicquid auræ fluminis appropinquabat:afflabat acrior frigoris uis:ut uero refugientes numidas insequentes aquã ingressi sunt:& erat pectoribus tenus aucta:nocturno imbri tum utiq; egressis rigere oĩbus corpora:ut uix armorum tenendorum potentia esset: & simul procedente iam die fame etiã deficere. Annibalis interim miles:ignibus ante tentoria factis:oleoq; per manipulos:ut mollirent artus:misso:& cibo per otium capto:ubi transgressos flumẽ nunciatum est hostes:alacer animis: corporibusq; arma capit:in aciemq; procedit. Baleares locat ante signa:leuem armaturam:octo ferme millia hominum:deinde grauiorem armis peditem. Quod uirium:quod roboris erat: in cornibus circũfudit. decem millia equitum & a cornibus in utranq; partem diuersos elephantos statuit. Consul effusos sequentes equites:eum ab resistentibus subito numidis incauti exciperentur:signo receptui dato reuocatos:circundedit peditibus. Duo de uiginti millia romana erant:sociũ nominis latini. xx. auxilia pterea cenomanorum:ea sola in fide gallica manserat gens:his copiis concursum est:plium a balearibus ortum est. Quibus cum maiore robore legiones obsisterent:deductæ propere in cornua leuis armaturæ sunt. Quæ res effecit:ut equitatus romanus extemplo urgeretur. Nã cum uix iam per se resisterent decem millibus equitum quattuormillia:& fessi romani:plærisq; integris pœnis:obruti sunt insup uelut nube iaculorum a balearibus coniecta:ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus:eqs maxime non uisu modo:sed odore in solito territis fugam late faciebant. pedestris pugna par animis magis:q̃ uiribus erat:quas recentes pœnus pauloante curatis corporibus in plium attulerat. contra ieiuna fessaq; corpora romanis & rigentia gelu torpebãt. Restitissent tñ animis:si cum pedite solum foret pugnatum:sed & baleares:pulso equite:iaculabantur in latera:& elephãti iam in mediã peditum aciẽ sese tulerant:& Mago:numidæq; simul latebris eorum improuida pterlata acies est:exorti a tergo ingentem tumultum:ac terrorem fecere. Tamen in tot circunstantibus malis mansit aliquãdiu immota acies maxime. Præter spem oĩum aduersus elephantos eos pedites ad idipsum locati:uerutis cõiectis: & auertere:& insecuti auersos sub caudis:qua maxime molli cute uulnera accipiunt:fodiebant. Trepidantisq; prope iam in suos consternatos media acie in extremam ad sinistrũ cornu aduersus gallos auxiliares agi iussit Annibal:extemplo haud dubiam fecere fugam:additus quoq; nouus terror romanis:ut fusa auxilia sua uiderunt. Itaq; cũ iam in orbem utrinq; pugnarent:decẽ millia ferme hoĩum:cũ alii euadere nequiuissent:media aforum acie:qua gallicis auxiliis firmata erat:cum ingenti cæde hostium prupere. Et cum neq; in castra reditus esset:flumine interclusis:neq; p imbri satis decernere possent qua suis opem ferrent. Placentiã recto itinere perrexere. Plures deinde in oẽs partis eruptiões factæ. & qui flumen petiere:aut gurgitibus absumpti sunt:aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus oppressi. Qui passim per agros fuga sparsi erant:uestigia cedentis sequentes agminis:Placentiam cõtendedere. Aliis timor hostium audaciã ingredi flumen fecit: transgressiq; in castra puenere: imbre niue mixtus:& in toleranda uis frigoris:& hoies multos:& iumenta:& elephantos prope oĩs consumpsit. Finis insequendi hostis pœnis flumen Trebia fuit:& ita torpentes gelu in castra rediere:ut uix lætitiam uictoriæ sentirent. Itaq; noctem insequenti cum præsidiũ romanorum castroꝝ:& quod reliquũ ex magna parte militum erat:ratibus Trebiã traiicerent:aut nihil sensere pœni obstrepescente pluuia aut quia iam moueri præ lassitudine nequibant:ac uulneribus sese sentire dissimularẽt. Quietisq; pœnis:tacito agmine a Scipione consule exercitus Placentiã est perductus. Inde Pado traiectus Cremonã ne duoꝝ exercituum hybernis una colonia pmeretur. Romã tantus terror ex hac clade latus est: ut iam ad urbem Romam crederent infestis signis hostem uentuꝝ:nec qcq; spei aut auxilii esse:quo portis mœnibusq; uim arcerent:uno consule ad Ticinum uicto:altero ex Sicilia reuocato:duobus consulibus:duobus consularibus exercitibus uictis:quos alios duces:quas alias legiones esse:quæ accerserentur:ita territis Sempronius consul aduenit ingenti periculo:per effusos passim ad prædandum hostium equites:audacia magis:quam consilio:aut spe fallendi:resistendiue. si non falleret:transgressus. Id quod unum maxime in psentia desiderabatur:Comitiis consularibus habitis: in hyberna rediit. Creati consules. Cn. Seruilius:&. C. Flaminius. Cæterum ne hyberna quidem romanis quieta erant;

Nunciaq; tñ admota hostes sunt ad pugnam hostes ipsos lacessere ac elicere

Cõsilium pœni ducis ĩ copiis ad pugnã cõparãdis

Equestre plium

Elephas sub cauda mollis

Cn. Seruilius. C. Flaminius consules.

uagantibus passim numidis equitibus:& quæ his impeditiora erant celtiberis lusitanisq;. Oēs igitur clausi undiq; cōmeatus erant:nisi quos Pado naues subueherent. Emporium Prope Placentiā fuit & opere ualido munitū:& magno munitum præsidio. Eius castelli oppugnandi spe.cū equitibus ac leui armatura profectus Annibal:cum plurimū in celando incœpto ad effectum spei habuisset:nocte adortus non fefellit uigiles. Tantus repente clamor est sublatus:ut Placentiæ quoq; audiretur. Itaq; sub lucem cum equitatu consul aderat:iussis quadrato agmine legionibus sequi. Equestre prælium interim cōmissum:in quo:quia Annibal saucius pugna excessit:pauore hostibus iniecto:defensum egregie p̄sidium est. Paucoꝝ inde dierum quiete sumpta:& uxdū satis percurato uulnere:ad Vicunuias ire pergit oppugnandas. Id emporium a romanis gallico bello fuerat munitū:inde locum frequentauerant accolæ mixti undiq; ex finitimis populis:& tunc populationū terror eo plærosq; ex agris compulerat: Huius generis multitudo fama impigre defensi ad placentiam præsidii accensi:armis arreptis: obuiā Annibali procedit magis agmine:quam acie:in uia concurrerunt. Et cū ex altera parte nihil p̄ter incōditam turbam esset:in altera & dux militi:& duci miles fidens:ad triginta quinq; millia hoīum a pauc̄is fusa:postero die:deditione facta:præsidium inter mœnia accepere:iussiq; arma tradere: cum dicto paruissent:signum repente uictoribus datur:ut tanq̄ ui captam urbē diriperent. Neq; ulla: quæ in tali rememorabilis scribentibus uideri solet:prætermissa clades est:adeo oīs libidinis crudelitatisq; inhumanæ superbiæ editum in miseros est exemplum. Hæ fuerunt hyberne expeditiones Annibalis. Haud longis inde tpibus:dum intolerabilia frigora erant:quies militi data est:& ad prima ac dubia signa ueris profectus ex hybernis in Ethruriam ducit:eā quoq; gentem sicut gallos:Ligures q; aut ui:aut uoluntate adiuncturus. Transeuntem Appænninū adeo atrox tempestas adorta est:ut alpiū feritatē prope superauerit. Vēto mixtus imber cum ferretur in ipsa ora prima:quia aut arma omittenda erāt: aut contra enitentes uertice intorti affligebantur:constitere. Deinde cū iam spiritum includeret: nec recreare aīam sineret:auersi a uento:parumper consedere:tum uero ingenti sono cælū strepere:& inter horrendos fragores micare ignes:captī auribus & oculis metu oēs torpere. Tandem effuso imbre: cū eo magis accensa uis uenti esset:ipso illo:quo deprehensi erant:loco castra ponere necessarium uisum est. Id uero laboris uelut deintegro initium fuit. Nā nec explicare quicq̄ nec statuere poterant:nec:quæ statutum esset:manebat:oīa perscindente uento:& rapiente:& mox aqua:leuato uento:cum super gelida montiū cacumina concreta esset:tantū niuosæ grandinis deiecit:ut oibus omissis: procumberent hoīes tegminibus suis magis obruti:q̄ tecti. Tantaq; uis frigoris insecuta ē:ut ex illa miserabili hoīum iumentorumq; strage cū se quisq; attollere:ac leuare uellet:diu nequiret:quia torpentibus rigore neruis:uix,flectere artus poterant:deinde ut tandē agitando sese mouere:ac recipe aīos:& raris locis ignis fieri est cœptus:ad alienā opem quisq; inops tendere. Biduum eo loco uelut obsessi mansere.multi hominēs:multa iumenta:elephanti quoq; ex his:qui prælio ad Trebiā facto superfuerant:septē absūpti. Digressus Appænnino retro ad placentiam castra mouit:& ad decē millia progressus consedit. Postero die.xii.millia peditum:quinq; equitum aduersus hostem ducit. Nec Sempronius consul:iam.n.redierat ab Roma:detrectauit certamen:atq; eo die tria millia passuū inter bina castra fuere. Postero die ingentibus aīs:uario euentu pugnatum est. primo concursu adeo res romana superior fuit:ut nō acie uinceret solū:sed perculsos hostes in castra persequerentur:mox castra quoq; oppugnarent. Annibal paucis propugnatoribus in uallo:portisq; positis:cæteros confertos in media ualle recepit. Intentosq; signum ad erumpendū spectare iubet. Iam nona ferme diei hora erat cum romanus nequicq̄ fatigato milite:posteaq̄ nulla spes erat potiundi castris:signum receptui dedit. Quod ubi Annibal accepit:laxatamq; pugnā:& recessum a castris uidit:extemplo equitibus dextera leuaq; emissis in hostē:ipse cū peditum robore de iis castris erupit. Pugna raro ulla magis scæua:& cum utriusq; partis pernicie clarior fuisset:si extendi a die in longum spatiū quiuisset:nox accensum ingentibus aīs p̄lium diremit:itaque acrior concursus fuit:q̄ cædes:& sicut æquata ferme pugna erat:ita clade pari discessum est:& ab utraq; parte sexcentis plus peditibus:& dimidiū eius equitum cecidit. Sed maior romanis:q̄ pro numero iactura fuit:quia equestris ordinis aliquot:& tribuni militū quinq;:& præfecti sociorꝝ tres sunt interfecti. Secundū eam pugnam Annibal in ligures:Sempronius Lucā concessit. Veniēti in ligures Annibali p̄ insidias intercepti duo questores romani. C. Fuluius:&. L. Lucretius cū duobus tribunis militū & quinq; equestris ordinis senatorum ferme liberis:quo magis ratam fore cum his pacē:societatemq; crederet:traduntur. Dum hæc in Italia geruntur. Cn. Scipio in Hispaniā cum classe:& exercitu missus:cū ostio Rhodani profectus pyreneosq; montes circūuectus:emporiis appulisset classe:expositoibi exercitu:orsus a lacetanis usq; ad Iberum flumen partim renouandis societatibus:partim nouis instituendis romanæ ditionis fecit:inde conciliata clæmentiæ fama:non ad maritimos modo populos: sed in mediterraneis quoq; ac montanis ad ferociores iam gentes ualuit. Nec pax modo apud eos:sed societas & armorum parata est:ualidæq; aliquot auxiliorum cohortes ex iis conscriptæ sunt. Hānonis cis Iberum prouincia erat. eum reliquerat Annibal ad regionis eius p̄sidium. Itaq; priusq̄ alienarētur oīa obuiam eundum ratus:castris in conspectu hostium positis in aciem eduxit. Nec romano differendū certamē uisum:quippe qui sciret cum Hānone:& Asdrubale sibi dimicandum esse:malletq; aduersus singulos seperatim:q̄ aduersus duos simul rē gerere. nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex mil

Annibal Sauciatus Vicunuias

p̄sidia pœ.

Annibalis motus in ethruriam

Sæua i apē nino tēpestas pœnos affligit

Ferox pugnā ad placentiam

lia hostium cæsa:duo capta cum præsidio castrorum:Nã & castra expugnata sunt:& ipse dux militũ cũ aliquot pſidiis capitur:& Scissum propinquũ castris oppidum expugnat'.Cæterum ꝑda oppidi parui pretii reꝫ fuit:supellex barbarica:ac uilium mancipioꝫ Castra milite ditauere:non eius modo exercitus:qui uictus erat:sed & eius:qui cũ Annibale in Italia militabat:oĩbus fere caris rebus:ne grauia impedimenta ferentibus essent circa Pyreneũ relictis.Priusq̃ certa huius cladis fama accederet:transgressus Iberũ Asdrubal cũ octo millibus peditum:mille equitibus:tanq̃ ad primũ aduentum romanorum occursurus:posteaq̃ ꝑditas res:amissaq; castra accepit:iter ad mare conuertit.Haud procul Tarracone classicos milites naualesq; socios uagos palantisq; per agros:quod ferme fit:ut secundæ res creent negligentiam:equite passim dimisso:cum magna cæde:maiore fuga ad naues compellit.Nec diutius circa ea loca morari ausus ne a Scipione opprimeretur:trans Ibeꝫ sese recepit:& Scipio raptim ad famam nouoꝫ hostium agmine acto:cũ in paucos ꝑfectos paululũ aĩaduertisset:pſidio Tarracone modico relicto:emporia cũ classe rediit:uix dum digresso eo Asdrubal aderat:& Ilergetum populo: qui obsides Scipioni dederat:ad defectionẽ impulso cum eoꝫ ipsorum iuuentute agros fideliũ romanis sociorum uastat.Excito deinde Scipione:hybernis stoicosis Tarracone Iberũ rursus cedit. Agros Scipio relictos ab auctore defectionis: & ilergetiã gentem cũ in festo exercitu inuasisset:compulsis oĩbus:Athanagiã urbem:quæ caput eius populi erat:circũsedit:ĩtraq; dies paucos pluribus:q̃ ante obsidibus imperatis: ilergetes pecunia ẽt mulctatos i ius dicionẽq; recepit.Inde in ausetanos prope Iberũ socios & ipsos pœnorũ procedit:atq; urbem eoꝫ obsessa lasetanos auxiliũ finitimis ferentes nocte:haud procul iam urbem cum intrare uellent:excepit insidiis:Cæsa ad.xii.millia.exuti pœnæ oẽs armis: domos palantes passim p agros diffugere.Nec obsessos alia ulla res:q̃ iniqua oppugnãtibus hyems tutabat'.xxx.dies obsidio fuit: p quos raro unq̃ nix minus quattuor pedes alta iacuit: adeoq; pluteos:ac uineas romanorum operuerat:ut ea sola:ignibus aliquotiens coniectis:abhoste etiam tutamentum fuerit.Postremo cum Amusitus principes eorum ad Asdrubalem profugisset.xx.argenti talentis pactis deduntur. Tarracone in hyberna reditum est.

Prima.ro. pugna in hiſpania

uide ne ho sticosis sit legendum ab eo qđ hosticũ dicimus qđ non sit patratum



ROMAE AVTEM CIRCA VRBEM MULta ea hyeme prodigia facta:aut quod euenire solet motis semel in religionem aĩs: multa nunciata: & credita temere sunt:in quis ingenuũ infantẽ semestrem in foro olitorio triumphum clamasse:& foro boario bouem in tertiã contignationem sua sponte scandisse:atq; inde tumultu habitatoꝫ territũ sese deiecisse:& nauium speciem de cælo affulsisse: & ædem spei:quæ in foro olitorio fulmine ictam: & Lanuuii hostiam se cõmouisse: & coruum ĩ ædem Iunonis deuolasse:atq; in ipso puluinario cõsedisse & in agro amiternino multis locis hoĩum specie ꝑcul candida ueste uisos:nec tñ illos congressos: & ĩ Piceno lapidibus pluuisse:& cæræ sortes extenuatas & in Gallia lupum uigili gladiũ euagina raptũ abstulisse.Ob cætera prodigia libros adire decem uiri iussi sunt:quod aũt lapidibus pluuisset in Piceno:nouẽdiale sacrum edictũ:& subinde aliis procurandis prope tota ciuitas operata fuit.Iam primum oĩum urbs lustrata est:hostiæq; maiores:quibus edictũ est:diis cæsæ:& donum ex auri põdo.xl.Januium Iunoni portatũ est:& signum æneum matronæ Iunoni in auentino ædificauerunt. & lectisterniũm cære:ubi sortes extenuatæ erant:imperatũ:& supplicatio Fortunæ in Algido:Romæ quoq; & lectisternium iuuentuti:& supplicatio ad ædẽ Herculis:noiatim deide uniuerso populo circa oia puluinaria indicta:& Genio maiores hostiæ cesæ.V.&.C.Attilius Seranus ꝓtor uota susciꝑere iussus:si in.x. annos romanus po.eodem stetisset loco.Hæc procurata uota:quæ ex libris sibyllinis magna ex parte leuauerant aĩum religione.Consulum designatoꝫ.Alter Flaminus:cui eæ legiones:quæ Placẽtiæ hybernabant:sorte euenerant:edictũ & litteras ad consulem misit:ut is exercitus idibus martiis Arimini esset in castris.Huic in prouincia consulatum inire consiliũ erat memori ueteꝫ certaminum cum patribus:quæ tribunus ple.postea consul:prius de consulatu:qui abrogabat':deinde triumpho habuerat: iuisus ẽt senatui ob nouam legem:quam iniq;.Qu.Claudius tribunus ple.aduersus senatum uno patrum adiuuante.C.Flaminio tulerat:nequis senator:quiue senatoris pater fuisset:maritimam nauem quæ pluſq̃ trecentaꝫ amphorarum esset:haberet:id satis habitum ad fructus ex agris uectãdos. Quæ stus oĩs patribus indecorus uisus est.Res per summã contentionem acta inuidiam apud nobilitatem fuasori legis.Flaminio fauorem apud plebem:alterũq; inde consulatum peperit.Ob hoc ratus auspiciis ementiendis:latinarumq; feriarum mora:& consularibus aliis impedimentis retenturos se in urbe:simulato itinere:priuatus clam in prouinciam abiit.Ea res:ubi palam facta est: nouam ĩsuper iram infestis iam patribus mouit.Non cum senatu modo:sed cum diis immortalibus.C.Flaminiũ bellum gerere,Consulem ante inauspicato factum reuocantibus ex ipsa acie diis:atq; hoĩbus non paruisse:&

Vide ne hastã ꝑ hostiã sit legendũ

Atť.legem

nunc conſcientias prætoꝝ & Capitolium:& ſolẽnem uotorum nuncupationẽ fugiſſe:ne die initi magiſtratus Iouis omne templũ adiret:nec ſenatũ inuiſus & ſibiipſi uni inuiſum uideret:conſuleretq; ne latinas indiceret:Iouiq; Latiali ſoléne ſacrũ in monte faceret:ne auſpicato profectus in Capitolium ad uota nuncupanda paludatus inde ad prouinciã iret:lixæ modo ſine inſignibus:ſine lictoribus profectus clã furtim haud aliter:q̃ ſi exilii cauſa ſolũ uertiſſet:magis pro maieſtate uidelicet ĩperii Ariminiq̃ Romæ magiſtratum inituꝝ:& in diuerſorio hoſpitali:q̃ apud pœnates ſuos ptextam ſumpturũ: reuocandum uniuerſi:retrahendũq; cenſuerunt:& cogendum oĩbus prius pſentem in deos hoieſq; fungi officiis:q̃ ad exercitum:& in prouinciã iret.In eam legationem legatos.n.mitti placuit.Qu.Terentius: &.M.Antiſtius profecti nihilo magis eum mouere:quam priori conſulatu litteræ mouerant a ſenatu miſſæ:paucos poſt dies magiſtratum iniit immolanti q; ei:uitulus iam ictus e manibus ſacrificantium cum ſeſe proripuiſſet:multos circunſtantes cruore reſperſit. Fuga procul etiam maior apud ignaros: quid trepidaretur:& concurſatio fuit.Id a plæriſq; in omnẽ magni terroris acceptum: legionibus ĩde duabus a Sempronio prioris anni conſule:duabus a.C.Attilio acceptis ptore ĩ Ethruriam iam per Appænnini tramites exercitus duci eſt cœptus.

LIBER SECVNDVS.

IAM VER APPETEBAT:CVM ANNIBAL EX HYBERNIS MOVIT ET nequicq̃ ante conatus tranſcendere Appænninum intolerãdis frigoribus:& cum ingenti piculo moratus ac metu.Galli:quos prædæ populationumq; conciuerat ſpes: poſteaq̃ pro eo:ut ipſi ex alieno agro raperent:agerentq; ſuas tertas ſedẽ belli eſſe: premiq; utriuſq; partis exercituum uiderunt hybernis:uerterunt retro ad Annibalem ab romanis odia:petituſq; eſt ſæpæ principum iſidiis:ipſorumq; inter ſe fraudẽ eadem leuitate:qua conſenſerant:conſenſu indicantium ſeruatus erat: & mutando nunc ueſtẽ:nunc tegumenta capitis errore ẽt ſeſe ab iſidiis munierat.Cæteꝝ hic quoq; ei timor cã fuit maturius mouẽdi ex hybernis.Per idẽ tps.Gn.Seruilius Romæ idibus martiis magiſtratũ iniit. Ibi cũ de rep.retuliſſet:reditegrata in.C.Flaminiũ inuidia ẽ:duos ſe cõſules creaſſe:unũ hſe.Quod.n.illi iuſtũ ĩperiũ:qd auſpiciũ eſſet magiſtratus:id a domo:publicis:priuatiſq; penatibꝰ latinis feriis actis:ſacrificio i mõte pfecto uotis rite in Capitolio nũcupatis:ſecũ ferre:nec priuatũ auſpicia ſeq;:nec ſine auſpiciis pfectum in externo ea ſolo noua atq; integra cõcipere poſſe.Augebant metũ prodigia ſimul ex multis locis nunciata.In Sicilia militibus aliquot ſpicula.In Sardinia aũt in muro circũeunti uigilias equiti Scipionem:quẽ manu tenuerat:arſiſſe.Et littora crebris ignibus fulſiſſe.Et ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe. Et milites quoſdam ictos fulminibus.Et ſolis orbẽ minui uiſum.Et pneſte ardentes lapides cælo cecidiſſe.Et Arpis palmas in cælo uiſa.Pugnantẽq; cum luna ſolẽ.Et Capenæ duas ĩterdiu lunas ortas:& aquas Ceretæ ſanguine mixtas fluxiſſe.Fontẽq; ipſum Herculis cruentis manaſſe ſpſum maculis.Et Antii metentibus cruentas in corbẽ ſpicas cecidiſſe.Et Faleriis cælũ findi uiſum uelut magno hiatu:q̃ q; patuerit ingens lumen effulſiſſe.Sortes ſua ſponte attenuatas:unãq; excidiſſe ita ſcriptã:Mauors telum ſuũ concutit.Et p idem tps Romæ ſignũ Martis Appia uia ad ſimulacra lupoꝝ ſudaſſe. Et capuæ ſpẽm cæli ardẽtis fuiſſe:lunæq; inter imbrẽ cadẽtis.Inde minoribus ẽt dictu prodigiis fides habita.Capras lanatas qbuſdã factas.Et gallinã in marẽ:gallum in fœminã ſeſe uertiſſe.His:ſicut erant nunciata expoſitis auctoribuſq; in curiã introductis cõſul de religione patres conſulit Decretũ eſt ut ea pdigia ptim maioribus hoſtiis:ptim lactẽtibus pcurarent:& uti ſupplicatio p triduũ ad oĩa puluinaria haberetur.Cætera:cũ decẽuiri libros inſpexiſſent:ut ita fierent:quẽadmodũ cordi eſſe diuinis carminibus pfarent.Id decẽuiroꝝ monitu decretũ eſt:Ioui primum donũ fulmen aureũ pondo qnquaginta fieret. Iunoni:Mineruæq; ex argẽto daret:& Iunoni reginæ in Auentino.Iunoniq; Soſpitæ Ianuuii maioribus hoſtiis ſacrificaret: Matronæq; pecunia collata q̃tum cõferre cuiq; cõmodum eſſet:donũ Iunoni reginæ in Auentinum ferrent.Lectiſterniũq; fieret:qn ut libertinæ & ipſæ:unde Feroniæ donũ daretur:pecuniã pro facultatibus ſuis cõferrent. Hæc ubi facta decẽuiri ardeæ in foro maioribus hoſtiis ſacrificarũt poſtremo libero.x.iã menſe ad ædẽ Saturni Romæ immolatũ eſt:lectiſterniũq; ĩperatum:& eũ lectũ ſenatores ſtrauerunt:& conuiuiũ publicum:ac p urbẽ ſaturnalia:die ac nocte clamatũ: populuſq; eum diẽ feſtũ habere:ac ſeruare in perpetuum iuſſus.



DVM CONSVL PLACANDIS ROMAE DIis:trahendoq; delectu dat operã:Annibal profectus ex hybernis: quia iam Flaminiũ conſulem Arretiũ peruenifſe fama erat:cũ aliud longius:cæteꝝ cõmo

Vide ſecũdũ Pliniũ nec dixerit prodigiũ ſcipiõis & ſpiculorũ ſumitates ardere

hoſtiarum aliæ maiores Aliæ lactentes

Feronia ab equorea lactioe ut dionyſius ait

dius ostenderet iter: propiorē uiam p paludē petit: qua fluuius Arnus p eos dies solito magis inundauerat. hispāos & afros & oē: quod ueterani erat robur exercitus: admixtis ipsoꝝ impedimētis necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent: primos ire iussit: seq gallos: ut id agminis mediū esset no uissimos ire equites: Magonē inde cū expeditis numidis cogere agmē: maxime gallos: si tædio laboris longæq uiæ (ut ē mollis ad talia gens) dilaberent: aut subsisterent: cohibentē. Primi: qua mō pirent duces: per paltas fluuii ac profundas uoragines: hausti pœne limo: iimergentesq se tñ signa sequebant. Galli neq sustinere se prolapsi: neq assurgere ex uoraginibus poterant: aut corpa ais: aut aios spe susti nebant. Alii fessa ægre trahentes mēbra: alii: ubi semel uictis tædio ais procubuissent: inter iumenta & ipsa iacentia passim morientes. Maximeq oium uigiliæ conficiebāt: p quatriduū iam & tres noctes toleratæ: cum oia obtinentibus aqs nihil: ubi in sicco fessa sternerent corpora: inueniri posset: cumulatis in aquas sarcinis insup incūbabant. Iumentoꝝ itinere toto prostratoꝝ: passim acerui tm: quod extaret aqua: quærentibus ad qetem parui tps necessariū cubile dabāt ipse Annibal æger oculis ex uerna primū in sicco potuit: castra locat certūq per pmissos exploratores habuit: exercitū romanum circa Arretii mœnia esse: consulis deinde consilia: atq aium: & situm regionū: itineraq: & copias atq commeatus expediendos: & cætera: quæ cognoscenda in re erant: sūma oia cum cura inquirendo exeq̄bat. Regio erat in primis Italiæ fertilis ethrusci cāpi: q Fesulas inter: Arretiūq iacent: frumenti ac pecoris & oi um copia reꝝ opulenti. Consul ferox a consulatu priore & non mō legum aut patꝝ maiestatis: sed deoꝝ quidē satis metuens: hāc insitā ingenio eius temeritatē fortuna prospo ciuilibus bellicisq rebus succesſu aluerat: itaq satis appebat nec deos: nec hoies cōsulentē ferociter oia ac p̄prope actuꝝ. Quoq pronior esset in uitia sua: agitare eū: atq irritare pœnus pat: & leua relicto hoste Fesulas petens: Ethruriæ agros p̄datum profectus: q̄tam maximā uastitatem pōt: cædibus: incendiisq consuli procul ostendit. Flaminius: qui nec quieto quidē hoste ipse quieturus erat: tū uero posteaq̄ res sociorum ante oculos prope suos ferri agiq uidit suū id dedecus ratus: p mediam iā Italiam uagari pœnū: atq obsistente nullo: adipsa romana mœnia oppugnanda ire: cæteris oībus in concilio salutaria magis: quā specioſa suadentibus: collegā expectandum: ut coniunctis exercitibus cōi aio consilioq rem gererent: interim eqtatu: auxiliisq leuium armoꝝ ab effusa p̄dandi licentia hostē cohibendum: iratus se ex concilio pripuit: signūq simul itineris: pugnæq proposuit. Quinimo Arretii ante mœnia sedeamus: inquit: hic. n. p̄ria: & penates sunt. Annibal emissus e manibus populetur Italiā: uastandoq & urendo oia ad romana mœnia perueniat: nec ante nos hinc mouerimus: q̄ sicut olim Camillū ab Veiis. C. Flaminiū ab Arretio patres acciuerint. Hæc simul increpans: cū ocius signa conuelli iuberet & ipse in æquū insiluisset. equus repente corruit: consulēq lapsum sup caput effudit: Territis oībus: qui circa erant: uelut fœdo omine incipiendæ rei: insuper nunciat: signum oi ui moliente signifero conuelli nequire. Conuersus ad nunciū. Num litteras quoq: inquit: a senatu affers: Quæ me rē gerere uetant? Abi nuncia: signū effodiant: si ad conuellendū manus præ metu obtorpuerint. Incedere inde agmē cœpit. Primoribus sup quā quod discesserant a concilio territis: ēt duplici p̄digio: milite in uulgus læto: ferocia ducis cū spem magis ipsam: quam cām spei intueret. Annibal: qd agri est iter Cortonā urbem: Trasimenūq lacum: oi clade belli p̄uastat: quo magis irā hosti ad uindicandas iniurias socioꝝ acuat. Et iam pueneratad lucā isidiis nata: ubi maxime montes cortonēses Trasimenus subit: uia tñ interest p angusta: uel ad ipsū de industria relicto spatio: deinde paulo latior patescit cāpus: inde colles assurgunt: ibi castra in apto locat: ubi ipse cū afris modo hispanisq consideret. Baleares cæterāq leuem armaturā post montes circūducit: equites ad ipsas fauces saltus tumulis apte tegentibus locat: ut ubi itrassent romani: obiecto eq tatu clausa oīa lacu ac montibus essent. Flaminius cū pridie solis occasu ad lacum pueniſſet: inexplorato postero die: uix dū satis certa luce angustiis supatis: posteaq̄ in patentiorē campum pandi agmē cœpit: id tm̄ hostium: quod ex aduerso erat aspexit: a tergo ac sup caput detectæ isidiæ. Pœnus ubi id: qd petierat: clausum lacu montibusq: & circūfusum suis copiis habuit hostē: signum oībus dat inuadēdi. Qui ubi qua cuiq pximū fuit decurrere: eo magis romanis subita atq iprouisa res fuit: quod orta ex lacu nebula cāpo: q̄ montibus densior sederat: agminaq hostiū ex pluribus uallibus ipsa inter se satis conspecta: eoq magis pariter decurrerunt. Romanus clamore prius undiq orto: q̄ satis cerneret: se circūuentū esse sensit: & ante frontē lateraq pugnare cœptū est: qua satis struereť acies: aut expediri arma: stringiq gladii possent. Consul pculsis oībus: ipse satis: ut in trepida re ipauidus: turbatos ordines uertentesq se quoq ad dissonos clamores instruit: ut tps locusq patitur: & quacūq potest adhortatur: ac stare: & pugnare iubet: Nec. n. inde uotis: aut iploratione deū: sed ui: ac uirtute euadendū esse p medias acies ferro uiam fieri: & quo timoris minus sit: eo minus ferme periculi esse. Cæteꝝ præ strepitu ac tumultu nec consiliū nec imperiū accipi poterat. Tantūq aberat: ut sua signa: atq ordinē: & locū nosceret: ut uix ad arma capienda: aptandaq pugnæ competeret aius: opprimerēturq quidā onerati magis his: q̄ tecti. Et erat in tanta caligine maior usus auriū: quam oculoꝝ. ad gemitus uulneꝝ ictusq corporum: aut aiorum & mixto strepentium pauentiūq clamore circūferebant ora oculosq. Alii fugiētes

Principes Hastati i acie in triarii

pugnantium globo illati hærebant: alios redeuntes in pugnã auertebat fugientium agmen. Deinde ubi in oĩs partes nequicq̃ impetus facti: & ab lateribus montes: ac lacus a fronte: & a tergo hostiũ acies claudebat: apparuitq; nullam nisi in dextra: ferroq; salutis spem esse. Tum sibi unusquisq; dux adhortatorq; factus ad rem gerendã: & noua de integro pugna exorta est. Nõ illa ordinata p principes: hastatosq; ac triarios: nec ut pro signis antesignanus: post signa alia pugnaret acies: nec ut in sua legione miles aut cohorte: aut manipulo esset: sors conglobabat: & aĩus suus cuiq; ante: aut post pugnandi ordinem dabat. Tantusq; fuit ardor aĩorum: adeo intentus pugnæ aĩus: ut cum terræmotus: qui multarũ urbium Italiæ magnas partes prostrauit: auertitq; cursu rapido amnes: mare fluminibus inuexit: mõtes lapsu ingenti ꝓruit: nemo pugnantiũ senserit: Tres ferme horas pugnatũ est & ubiq; atrociter: circa consulem tñ acrior infestiorq; pugna est. Eum & robora uiroꝝ sequebant̃: & ipse quacũq; in parte ꝑmi ad laborem senserat suos: impigre ferebat opẽ: insigniq; armis & hostẽ summa ui petebat: & tuebatur suos ciues: donec insuber equas: Ducario nomen erat faciẽq; noscitans. Consul: inqt hic est populatoribus suis: qui legiones nostras cecidit: agrosq; & urbẽ est depopulatus: iã ego hãc uictimã manibus pemptorum fœde ciuiũ dabo: subditisq; calcaribus equo per confertissimã hostium turbã impetũ fecit: obtruncatoq; prius armigero: qui se infesto uenienti obiecerat: consulem lancea transfixit. Spoliare cupientẽ triarii obiectis scutis arcuere: magnæ partis fuga inde primũ cœpit: & iam nec lacus: nec montes obstabant pauori: ꝑ oĩa arcta: ꝑruptaq; uelut cæci euadunt. armaq; & uiri super aliũ alii ꝑcipitantur Pars magna ubi locus fugæ deest: ꝑ prima uada paludis ĩ aquã progressi. quoad capitibus: humerisq; extare possunt: sese ĩmergunt. fuere: quos inconsultus pauor nando ẽt capescere fugam ĩpulerit. Quæ ubi ĩmensa: ac sine spe erat: aut deficientibus aĩs hauriebant̃ gurgitibus: aut ubi nequicq̃ festinauerãt: retro egerrime terrã repetebant: atq; ibi ab ingressis aquã hostium equitibus passim trucidabant̃. Sex millia ferme primi agminis per aduersos hostis eruptione ĩpigre facta ignari oĩum: quæ post se agerẽtur: ex saltu euasere. Et cum in tumulo quodã constitissent: clamorem mõ ac sonũ armorum audiẽtes: quæ fortuna pugnæ esset: nec perspicere præ caligine poterant: neq; scire. Inclinata ad inqua re cũ cadescente sole depulsa nebula apuisset diem: tũ liquida iam luce montes cãpiq; perditas res stratãq; ostẽdere fœde romanam aciẽ: itaq; ne in conspectos procul immitteret̃ eques: sublatis partim signis: quã citissimo poterant agmine. sese abripuerunt. Postero die cũ super cætera extrema fames ẽt instaret: fidem dante Maharbale: qui cũ oĩbus equestribus copiis nocte consecutus erat: si arma tradidissent: abire cum singulis uestimentis passurum: sese dediderunt. Quæ punica religione seruata est fides ab Annibale: atq; in uincula oẽs coniecti. Hæc est nobilis ad trasimenum pugna: atq; intra paucas memorata populi romani clades: quindecim millia romanoꝝ in acie cæsa sunt: decẽ millia sparsa fuga per omnẽ Ethruriã diuersis itineribus Romã petiere. Mille & quingenti hostium in acie: multi postea utriq; ex uulneribus periere. Multiplex cædes utriq; facta traditur ab aliis: ego ꝑterq̃ quod nihil haustum ex uano uelim: quo minus inclinant ferme scribentiũ animi: Fabiũ æqualem tpibus huiusce belli potissimum auctorem habui. Annibal captiuorum: qui latini nominis essent: sine ꝑcio dimissis: romanis in uincula datis: segregata ex hostium coacernatorum tumulis corpora suorum cum sepeliri iussisset: Flaminii quoq; corpus funeris causa: magna cum cura inquisitum: non inuenit.

Flaminius ✶ altero consulatu

Flaminii ĩteritus

xy. ro. cæsa



ROMAE AD PRIMVM NVNCIVM CLAdis eius cum ingenti terrore ac tumultu concursus in foꝝ populi est factus: Matronæ uagæ per uicos: quæ repens clades allata quæue fortuna esset exercitus: obuios percunctant̃: & cũ frequentis cõcionis mõ turba ĩ comitium & curiã nersa magistratus uocaret: tandẽ haud multo ante solis occasum. M. Põponius ꝓtor pugna: inquit: magna uicti ꝑsumus. & ꝙꝙ nihil certius ex eo auditum ẽ: tñ alius ab alio impleti rumoribus domos referunt consulẽ cũ magna parte copiaꝝ cæsum: supereſſe paucos: aut fugã passim per Ethruriã sparsos: aut captos ab hoste. Quot casus exercitus uicti fuerant: tot in curas dispartiti eoꝝ animi erant: quoꝝ propinqui sub. C. Flaminio consule meruerant: ignorantiũ quæ cuiusq; suorum fortuna esset: nec quisq̃ satis certũ habet: quid aut speret. aut timeat. Postero die: ac deinceps aliquot diebus ad portas maior mulieꝝ prope: quã uirorum multitudo fuit: aut suoꝝ aliquem. aut nuncium de his opperiens. circunfundebanturq; obuiis sciscitantes: neq; auelli utiq; a notis: priusq̃ ordine oĩa ĩquisissent: poterant. Inde uarios uultus digredientiũ ab nunciis cerneres: ut cuiq; aut læta: aut tristia nunciabantur gratulantisq;: aut consolantis redeuntibus domos circunfusos. Fœminarum ꝑcipue: & gaudia insignia erant: & luctus: unam in ipsa porta: sospite filio repente oblato: in conspectu eius expirasse ferunt: Alteram: cui mors filii falso nunciata erat: mœstam sedentẽ domi ad primum cõspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatã. Senatum ꝑtores per dies aliquot ab ortu usq; ad occidentem

solem in curia retinent consultantes quonã duce aut quibus copiis resisti uictoribus pœnis posset. Pri usq; satis certa consilia essent: repens alia nunciat clades: quattuor millia equitũ cum. C. Centonio p prætore missa ad collegam: a Seruilio cõsule in Vmbria: quo post pugnã ad Trasimenum auditã auerterant iter: ab Annibale circũuenta. Eius rei fama uarie hoies affecit: pars occupatis maiore ægritudie ais leuem ex cõparatione priorum ducebant recentẽ equitum iacturã. pars non id: quod acciderat: p se æstimare: sed ut in affecto corpore: q̃uis leuis cã magis: quam ualido Grauior sentiretur. ita tum ægræ & affectæ ciuitati quodcũq; aduersi inciderit: non re magnitudine: sed uiribus extenuatis: quæ nihil quod aggrauaret: pati possent: æstimandũ esse. Itaq; ad remedium iamdiu desideratum: nec adhibitũ dictatorẽ dicendum ciuitas confugit: & quia & consul aberat: a quo dici posse uidebatur: nec per occupatam armis punicis Italiã facile erat aut nunciũ: aut litteras mitti: nec dictatorem populus creare potuerat: quod nunq; ante eam diẽ factum erat: dictatorẽ populus creauit. Qu. Fabiũ Maximum: & magistrũ equitum. M. Rufum Minutium. Hisq; negociũ ab senatu datum ut muros: turresq; urbis firmarent: & p̃sidia disponerent: quibus locis uideretur: pontesq; rescinderent fluminũ: ac cum pœnis pro urbe dimicandũ esse: q̃ Italiam tueri nequiuissent. Annibal interim recto itinere per Vmbriam usq; ad Spoletum uenit inde: cũ perpopulato agro: urbẽ adortus esset oppugnare: cum magna cæde suoꝝ repulsus: & coniectans ex unius coloniæ: haud nimis prospere tentatæ uiribus: quanta moles romanæ urbis esset: in agrũ picenum auertit iter: non copia solum oĩs generis frugũ abundantem: sed refertum p̃da: quam effusæ auidæq; gentes rapiebant. ibi p dies aliquot statiua habita refectusq; miles hybernis itineribus: ac palustri uia: plioq; magis ad euentum secundo: q̃ leui ac facili affectus. Vbi satis quieti data tum: p̃da ac populationibus magis: quã otio aut requie gaudentibus: profectus p̃putianum adrianum agrũ: marsos inde: marrucinosq;: & pelignos deuastat: circaq; Apros: & Luceriã proximam Apuliæ regionem. G. Seruilius consul: leuibus p̃liis cum gallis actis: & uno oppido ignobili expugnato: posteaq; de collega: & exercitus cæde audiuit: iam mœnibus patriæ metuens: ne abesset in discrimine extremo ad urbem iter intendit. Qu. Fabius Maximus dictator iterum: quo die magistratum iniit: uocato senatu: a diis orsus: cum edocuisset patres plus negligentia cerimoniarũ: auspiciorumq; temeritate: atq; inscitia peccatum a. C. Flaminio consule esse: quæq; piacula iræ deum essent: ipsos deos consulendos eẽ peruicit: ut quod non ferme decernitur: nisi cum tetra prodigia nunciata sunt: decẽuiri libros sibyllios adire iuberentur: qui: inspectis fatalibus libris: rettulerũt patribus: quod eius belli cã uotum Marti foret: id nõ rite factum: deintegro atq; amplius faciendũ esse: & Ioui ludos magnos: & ædes Veneri Erycinæ ac deæ Menti uouendas esse: & supplicationẽ: lectisterniumq; habendũ: & uer sacrũ uouendum: si bellatũ prospere esset: resq; publica in eodem: quo erat ante bellũ: statu permansisset. Senatus quoniã Fabium belli cura occupatura esset. M. Aemyliũ p̃torem ex collegii pontificũ sententia: oĩa ea: ut mature fiant: curare iubet. his senatusconsultis p̃fectis. L. Cornelius Lentulus pontifex maximus: consulente collegio p̃torum: oĩum primum populũ consulendum de uere sacro censet: iniussu populi uouere non posse. Rogatus in hæc uerba populus uelitis: iubeatisne hoc sic fieri: si res populi romani quiritium romanoꝝ ad quinquẽnium proximũ: sicut uelim: eam saluã seruauerit: hisce duellis datũ donum fuit populus romanus quiritiũ: quod duellũ populo ro. cum carthaginensi est: quæq; duella cũ gallis sunt: qui cis alpes sunt: quod uer attulerit ex suillo: ouillo: caprino grege: quæq; prophana erunt: Ioui fieri: ex qua die senatus populusq; iusserit. Qui faciet: q̃ uolet: quaq; lege uolet: facito: quomodo faxit: probe factum esto: si id moratur: quod fieri oportebit: prophanũ esto: neq; scelus esto: siquis rũpet occidetue insciens: ne fraus esto. si quis clepsit: ne populo scelus esto: neue cui cleptum erit: si atro die faxit insciens: probe factum esto: si nocte siue luce: si seruus: siue liber faxit: probe factum esto: si ãte id ea senatus populusq; iusserit fieri: ac faxit: eo populus solutus liber esto. Eiusdem rei causa ludi magni uoti: æris. ccxxxiii. millibus triente: p̃terea bubus ioui. ccc. multis aliis diuitiis bubus albis atq; cæteris hostiis. Votis rite nũcupatis: supplicatio edicta: supplicatumq; cum coniugibus regum: ac liberis. non urbana multitudo tantum: sed agrestium ẽt: quos in aliqua sua fortuna publica quoq; contingebat. Cu ratum lectisternium: & per triduum habitum: decem uiris sacroꝝ curantibus: & puluinaria in conspectu fuere. Ioui: & iunoni unum. Alterum Neptuno: & Mineruæ. Tertium Marti: ac Veneri: Quartum Apollini: ac Dianæ. Quintum Vulcano: ac Vestæ. Sextum Mercurio: & Cereri. Tum ædes uotæ Veneri Ericinæ ædemq; Fabius Max. Dictator uouit: quia ita ex fatalibus libris edictum erat: ut is uoueret: cuius maximum imperium in ciuitate esset. Menti ædem Attilius p̃tor uouit: Ita rebus diuinis pactis: tum de bello req; p. dictator rettulit: quibus quot ue legionibus uictori hosti obuiam eundem eẽt: patres: censerent. Decretum. ut a Gn. Seruilio consule exercitum acciperet: scriberet p̃terea ex ciuibus socĩisq; quantum equitum: ac peditum uideretur: cætera oĩa ageret: faceretq;: ut e republica duceret. Fabius duas legiones se adiecturum ad seruilianum exercitum dixit. his per magistrum equitum scriptis: Tybur diem ad conueniendum edixit. Edictoq; proposito: ut quibus oppida castellaq; immunita essent: ut in loca tuta commigrarent. ex agris quoq; uti demigrarent omnes regionis eius: qua Annibal iturus esset: tectis prius incensis: ac frugibus corruptis: ne cuius rei copia esset: ipse uia Flaminia profectus obuiam consuli exercituiq;: cum ad Tyberim circa Otriculum prospexisset agmen: consulemq; cum equitibus ad se progredientem: uiatorem misit: qui consuli nunciaret: ut sine lictoribus ad

Repẽtina mors nimio gaudio obortа

Fabius maximus dictator

Veneri erycinæ & mẽti ædes uotæ

Ver sacrũ uotum

Lectisterniũ quũ lecti in tẽplis sternebant ad discũbẽdũ aut cenandum

dictatorem ueniret. Qui cum dicto paruisset: congressusq; eorum: ingentem speciem dictaturæ apud socios: ciuesq; uetustate iam prope oblitos eius imperii fecisset: litteræ ab urbe allatæ sunt: naues onerarias commeatum ab Hostia in Hispaniam ad exercitum portantes a classe punica circa portum Cossanum captas esse: itaq; extemplo consul Hostiam proficisci iussus: nauibus: quæ ad urbem romanam aut Hostiæ essent: completis: milite ac naualibus sociis persequi hostium classem: ac littora Italiæ tutari. Magna uis hominum conscripta Romæ erat. Libertini etiam: quibus liberi essent: ita ætas militaris in uerba iurauerant: ex hoc urbano exercitu: qui minores quinq; & triginta annis erãt: in nauibus impositi. Alii ut urbi p̃siderent: relicti. Dictator exercitu consulis accepto a Fuluio Flacco legato per agrũ sabinum Tybur: quo diem ad conueniendum edixerat nouis militibus: uenit. inde Prænestẽ: transuersis tramitibus: in uiam Latinam est regressus: unde: itineribus summa cum cura exploratis: ad hostem ducit. Nullo loco: nisi quantum necessitas cogeret: fortunæ se commissurus. Quo primum die haud procul arpis in conspectu hostium posuit castra: nulla mora facta: quin pœnus educeret in aciem: copiamq; pugnandi faceret. Sed ubi quieta omnia apud hostes: nec castra ullo tumultu mota uidet: increpans quidem uictos tãdem martios animos romanorum: quia debellatum atq; concessum eis proce haudquaq̃ Flaminio Semproniocq; simili futura sibi res eẽt ac tum demum edocti malis romani parem Annibali ducem quæsissent: & prudentiam quidem non uim dictatoris extemplo timuit: cõstantiamq; eius haud dum exptus agitare: ac tentare animum: mouendo crebo castra: populandoq; in oculis eius agros sociorum cœpit: & modo cito agmine e conspectu abibat: modo repente in aliquo flexu uiæ: si excipere digressum in æquum posset: occultus obsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat: modico ab hoste interuallo: ut neq; omitteret eum neq; congrederetur: castris: nisi quantum usus necessario cogeret: tenebatur miles pabulum: & ligna: nec pauci petebant: nec passim. Equitum leuisque armaturæ statio composita instructaq; in subitos tumultus: & suo militi tuta omnia: & ifesta effusis hostium populatoribus p̃bebat: neq; uniuerso periculo summa rerum committebatur: & parua momenta leuium certaminum ex tuto cœptorum finitimorum receptu assuefaciebant territum pristinis cladibus militem minus iam tandem: aut uirtutis: aut fortunæ pœnitere suæ. Sed non Annibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat quam magistrum equitum: qui nihil aliud: quam quod non impabat: moræ ad remp. præcipitandam habebat. ferox rapiduscq; in cõsiliis: ac lingua immodicus: primo inter paucos: deinde propalam in uulgus pro cunctatore segnem: pro cauto timidum affingẽs uicina uirtutibus uitia compellabat. premendorum superiorum: quæ pessima ars nimis prosperis multorum successibus creuit: sese extollebat. Annibal ex arpis in Samnium transit: beneuentanum depopulatur agrum Telesiam urbem capit: irritat etiam de industria ducem: si forte accensum tot indignitatibus: cladibusq; sociorum trahere ad æquum certamen possit. Inter multitudinem sociorum italici generis: qui ad Trasimenum capti ab Annibale: dimissiq; fuerant: tres campani equites erant: multis iam illecti donis: promissisq; Annibalis ad conciliandos popularium animos. hi nunciantes: si in Campaniam exercitum admouisset: Capuæ potiendæ copiam fore. Cum res maior: q̃ auctores essent: dubium Annibalem alternisq; fidentem: ac dissidentem tamen: ut campanos ex Samnio peteret: mouerunt. Monitos ut etiam atq; etiam promissa rebus confirmarẽt: iussosq; cum popularibus & aliquibus principum redire ad se dimisit.

Tacita Annibalis opinio de fabio

Minutii insolentia

Stellatẽ cãpania cicepartẽ cãpani agri esse



IMPERAT DVCI: VT SE IN AGRVM CASInatem ducat: edoctus a peritis regionum: si eum saltum circuisset: exercitum romanum ad opem ferendam sociis intercluſurum. Sed punicum abhorrens ab latino nomen: Casilinum pro Casino ducem accipere fecit: auersusq; ab itinere per alifanum: calatinumq;: & calenum agrum in campum Stellatem descendit: ubi cum mõtibus: fluminibusq; clausam regionem circũspexisset: uocatum ducem percunctatur: ubi terrarum esset: cum is Casilini eo die mãsurum esse dixisset: tum demum cognitus est error: & Casinum longe inde alia regione esse: uirgisq; cæso duce & ad reliquorum terrorem in crucem sublato castris cõmunitis Maharbalem cũ equitibus in agrum falernum p̃datum dimisit: usq; ad aq̃s sinuessanas populatio ea puenit. Ingentem cladẽ: fugam tñ: terroremq; latius numidæ fecerunt. nec tñ terror: cum oĩa bello flagrarent: fide socios dimouit: uidelicet qa iusto: & moderato regebant imperio. nec abnuebant: quod unũ uinculum fidei est: melioribus pere: ut uero ad Vulturnũ flumen castra sũt posita: exurebatur q; amœnissimus Italiæ ager: uillæq; passim incendiis fumabant: p iuga Massici montis Fabio ducente: ppe deintegro est orta seditio: ac duces seditionis accẽsi quidã. fuerat. n. silentium per paucos

dies:quia:cum celerius solito ductum agmen fuisset:festinari ad prohibendã populationibus Cãpaniã crediderant.ut uero in extrema iuga Massici mõtis uentũ est:hostesq; sub oculis erãt:falerni agri colonorũq; Sinuessæ tecta urẽtes:nec ulla erat mẽtio pugnæ:Spectatũ ne huc inqt Minutius ad rẽ frumendã oculis sociorũ cædes:& incendia uenimus?Nec si nullius alterius nos:nec ciuium quidẽ horũ puget:quos in Sinuessam colonos patres nr̃i miserunt:ut ab samnite hoste tuta hæc ora esset:q̃ nõ uicinus samnis urit:sed pœnus aduena ab extremis orbis terrarũ terminis nostra cunctatiõe:& secordia iam huc ꝓgressus:Tantũ proh dolor degeneramus a parentibus nostris:ut prætereq̃:qd' per oram illi suã punicas uagari classes dedecus esse ꝑperii sui duxerint eam nos nũc plenã numidarũ hostiũ:ac mauros iam factã uideamus.Qui mõ Sagũtum oppugnari indignãdo non hoies tantũ:sed fœdera:& deos ciebamus:tendentẽ ad mœnia romanæ coloniæ Annibalẽ læti spectamus.fumus ex incẽdiis ulla rũ:agrorũq; in oculos atq; ora uenit.Strepunt aures clamoribus plorantiũ sociorũ sæpius nos quã deo tũ inuocantiũ opem.Nos hic pecorũ more p æstiuos saltus:deuiosq; colles exercitũ ducimus:conditi nubibus siluisq;.Si hoc mõ pagrãdo cacumina:saltusq; Furius recipere urbem a gallis uoluisset:quo hic nouus Camillus nobis dictator unicus in rebus afflictis quæsitus Italiam ab Annibale recuperare parat gallorũ Roma esset:quã:uereor:ne sic cunctãtibus nobis Annibali:ac pœnis totiens seruauerint maiores nostri.Sed uir:ac uere romanus:quo die dictatorẽ eum ex auctoritate patrum iussuq; populi dictũ ueios allatus est nuncius:cum esset satis altum Ianiculũ:ubi sedens ꝓspectaret hostem descẽdit in equũ atq; illo ipso die media in urbe quæ nunc busta gallorũ sunt:& postero die citra gabios cecidit gallorũ legiones.Quid post multos annos cũ ad furcas Caudinas ab samnite hoste sub iugũ missi sumus.Vtrũ tandẽ.L.Papyrius Cursor iuga samnii perlustrãdo:an Luceriã premens obsidendo:& lacessendo uictorẽ hostẽ:depulsum ab romanis ceruicibus iugũ superbo samniti imposuit?mõ consuli Luctatio quæ alia:res quã celeritas uictoriã:dedit:quod postero die:quã hostem uidit:classem grauẽ cõmeatibus:impeditã suo & ipsam instrumẽto atq; apparatu oppressit.Stulticia ẽ sedẽdo:aut uotis debellari credere posse:armari copias oportet:& deducendas in æquũ:ut uir cũ uiro congrediat:audẽdo agendoq; res romana creuit non his sensibus consiliisue:quæ timidi cauta uocant.Hæc uelut concionãti Minutio circũfundebat tribunorũ equitũq; romanorũ multitudo:& ad aures quoq; militũ dicta ferocia uoluebant:ac si militaris suffragii esset res:haud dubie ferebãt Minutiũ Fabio duci præla turos.Fabius pariter inter suos haud minus:q̃ in hostes intentus:prius ab aliis inuictũ animũ præstãs quãq̃ prope scit:nõ in castris modo suis:sed iam etiã Romæ suam cunctationẽ infamẽ esse:obstinatus tñ eodem cõsilio:& tenore æstatis reliquũ extraxit:ut Annibal destitutus ab spe sũma apetiti certaminis iam hybernis locũ spectaret:quia ea regio præsentis erat copiæ nõ ppetuæ:arbusta:uineæq;:& cõciliata oĩa magis amœnis:quam necessariis fructibus.Hac per exploratores relata fama Fabio:cũ satis sciret per easdẽ angustias:quibus intrauerat falernũ agrũ:redituꝝ:Gallicanũ montẽ & Casilinũ occupat modicis præsidiis.Quæ urbs Vulturno flumine dirẽpta:falernum a cãpano agro diuidit:ipse iugis iisdem exercitũ reduxit:misso exploratũ cum.cccc.equitibus sociorũ.L.Hostilio Mãcino:qui ex turba iuuenũ audientiũ sæpe ferociter cõcionantẽ magistrũ equitũ ꝓgressus:primo exploratoris modo ut ex tuto exploraret hostẽ:ubi uagos per uias passim numidas p occasionẽ etiam paucos occidit:extẽplo occupatus certamine est aĩus:exciderũtq; ꝑcepta dictatoris:qui ẽtum tuto posset ꝓgressum priusq; ad castra ꝓpe ipsum cũ satigatione equorũ:atq; hoĩum pertraxere.Inde Cartalo:penes quẽ sũma equestris imperii erat:concitatis equis:inuectus:cum priusq; ad coniectũ teli ueniret:auertisset hostẽ:teseq; ad castra ꝓpe ipsum cũ satigatione equorũ:atq; hoĩum pertraxere.Inde Cartalo:penes quẽ sũma equestris imperii erat:concitatis equis:inuectus:cum priusq; ad coniectũ teli ueniret:auertisset hostẽ:quoq; millia ferme cõtinenti cursu secutus est fugientes.Mancinus:posteaq̃ nec hostẽ desistere seq:nec ipem uidit fugiendi esse:cohortatus suos in præliũ rediit:oĩ parte uiriũ impar itaq; ipse:& delecti equitum circũuenti occidunt:cæteri effuso rursus cursu colles primũ:inde ꝓpe inuiis collibus ad dictatorem refugerunt.Eo forte die Minutius se coniunxerat Fabio missus ad firmãdum præsidio saltũ:quisuper Tarracinã in arctas coactus fauces ĩminet mari:ne ĩmunito Appiæ limite pœnus puenire in agrũ romanũ posset.Coniunctis exercitibus dictator:ac magister equitũ castra in uiam deferunt:qua Annibal ducturus erat:duo inde millia hostes aberant.Postero die pœni:qd' uiæ inter bina castra erat:agmine compleuere:Cũ romani sub ipso cõstitissent uallo:haud dubie æquiore loco:successit tamẽ pœnus cũ expeditis equitibus atq; ad lacessendũ hostẽ raptim & ꝓcursando:recipiendoq; sese pugnauere restitit suo loco romana acies lenta pugna:& ex dictatoris magis:quã Annibalis fuit uoluntate.



NCLVSVS INDE VIDERI ANNIBAL:ET ad Casilinum obsessus cũ Capua & Samniũ:& tantum a tergo diuitum sociorũ romanis commeatus

Ferox Minutii cõcio

Fabii cõsilium ĩ Annibale intercludendo

L.Hostilius cum suo eqtatu occiditur

ſubueheret:pœnus contra intra fortunæ minas ſaxa:ac Linterni harenas:ſtagnaq; perhorrida ſitu hy
bernaturus eſſet.Nec Annibal fefellit ſuis ſe artibus peti.Itaq; cum per Caſilinum euadere non poſſet
Vide ne formiana ſaxa ſit legẽdũ pro fortunæ mias ſaxa
petendumq; montes:& iugum Calliculæ ſuperandum eſſet:necubi romanus incluſum uallibus ag-
men aggrederetur:ludibrium oculoꝝ ſpecie terribile ad fruſtrandum hoſtem commentus principio
noctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit.Fallacis cõſilii talis apparatus fuit faces undiq; ex agris col-
lectæ:faſceſq; uirgarum:atq; arida ſarmenta præligantur cornibus boum:quos domitos indomitoſq;
multos inter cæteram agreſtem prædam agebat.Ad duo millia ferme boũ effecta.Aſdrubaliq; nego-
tium datum:ut primis tenebris noctis ad armentum:accenſis cornibus:ad montes:ageret maxime:ſi
poſſet ſuper ſaltus ab hoſte inſeſſos.Primis tenebris ſilentio mota caſtra:boues aliquanto ante ſigna
acti:ubi ad radices montium:uiaſq; anguſtas uentum eſt:ſignum extemplo datur:ut accenſis cornib⁹
armenta in aduerſos concitentur montes:& metus ipſe relucentis flamæ ex capitæ:calorque iam ad
Atꝯ.cõmẽtũ Annibalis
uium adimaq; cornuum aduenies uelut ſtimulatos furore agebat boues.Quo repẽte diſcurſu: haud
ſecus quam ſiluis.montibuſq; accenſis:omnia circum uirgulta ardere:capitumq; inquietatio excitans
flamam hominum paſſim dicurrentium ſpeciem præbebat.qui ad tranſitus ſaltus inſidendos locati
erant ubi in ſummis montibus:ac ſuper ſe quoſdam ignes conſpexerunt:circũuentos ſe eſſe rati:præ-
ſidio exceſſere:qua ingens emicabat flama:uelut tutiſſimum iter:petentes ſumma montium iuga:tũ
in quoſdam boues palantes a ſuis gregibus inciderunt:& primo cum procul cernerent:ueluti flamas
ſpirantium miraculo attoniti:conſtiterunt:deinde:ut humana apparuit fraus:tum uero inſidias rati
eſſe:cum multo maximoq; ſtrepitu concitant ſe in fugam:leuiq; armaturæ hoſtium incurrere.Cæte-
nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit.Interea toto Agmine Annibal tra-
ducto per ſaltum:& quibuſdam in ipſo ſaltu hoſtium oppreſſis:in agro alifano poſuit caſtra.Hunc tu
multum ſenſit Fabius:cæterum & inſidias eſſe ratus a nocturno utiq; abhorrẽs certamine:ſuos muni
mento tenuit.luce prima ſub iugo montis prælium fuit:quo intercluſam a ſuis leuem armaturam fa
cile(& enim numero aliquantulum præſtabant)romani ſupereſſẽt:niſi hiſpanorum cohors ad idipſũ
remiſſa ab Annibale peruenisſet:ea aſſuetiot montibus & ad concurſandum inter ſaxa rupeſq; aptior
ac leuior:tum uelocitate corpoꝝ:tum armorum habitu campeſtrem hoſtem grauem armis ſtatariũq;
pugnæ genere facile eluſit.Ita haudquaq; pari certamine digreſſi:hiſpani fere oẽs incolumes:romani
aliquot ſuis amiſſis in caſtra contenderunt.Fabius quoq; mouit caſtra:tranſgreſſuſque ſaltum ſuper
Fabius minutiũ monet ut pugna abſtineat
Alifas loco alto ac munito conſedit.Tum per Samnium Romam ſe petere ſimulans Annibal.uſq; in
pelignos populabnndus rediit.Fabius mediis intra hoſtium agmen:urbemq; Romã iugis ducebat:
nec abſiſtens nec congrediens.Ex pelignis pœnus flexit iter:retroq; Apuliam repetens Glerenum p
uenit ad urbem metu:quia collapſa pars mœnium erãt:a ſuis deſertam.Dictator i larinati agro caſtra
cõmunit.inde ſacrorum cauſa Romam reuocatus non imperio modo:ſed cõſilio etiam ac prope præ-
cibus agens cũ magiſtro equitum:ut plus conſilio quam fortunæ confidat:& ſe potius ducem:q̃ Sem
pronium flaminiũq; imitetur:ne nihil actum cenſeret:exacta prope æſtate per ludificationem hoſtis:
modicos quoq; plus interdum quiete quam mouendo atq; agendo proficere:haud paruam rem eſſe
a totiens uictore hoſte uinci deſiſſe:& a continuis cladibus reſpiraſſe Hoc nequicq̃ prænonito magio
Armatorꝝ Nauiũ mẽ
equitum Romã eſt profectus.Principio æſtatis:quo hæc gerebantur in Hiſpania quoq; terra mariq;
cœptum bellum eſt.Aſdrubal ad eũ nauium numeꝝ:quem a fratre inſtructum paratumq; acceperat:
decẽ adiecit.Quadraginta nauium claſſem Himilconi tradit:atq; ita Carthagine profectus nauibus p
pe terrã exercitum in littore ducebat:paratus confligere.quacũq; parte copiaꝝ hoſtis occurriſſet.Gn.
Scipioni:poſteaq̃ mouiſſe ex hybernis hoſtẽ audiuit:primo idẽ conſilii fuit:deinde minus terra pro-
pter ingẽtem famã nouoꝝ auxilioꝝ concurrere auſus:delecto milite in naues ipoſito:quinq; & trigin
ta nauium claſſe ire obuiam hoſti pergit.Altero a Taracone die ad ſtationem.xx.millia paſſuum diſtã
tem ab oſtio peruenit amnis Iberi:inde duæ maſſilienſium ſpeculatoriæ miſſæ rettulerunt claſſem pu
nicam ſtare in oſtio fluminis:caſtraq; in ripa poſita:itaq; ut inprouidos incautoſq; uniuerſo ſimul effu
ſo terrore opprimeret.ſublatis anchoris ad hoſtem uadit:Multas & locis altis poſitas turres Hiſpania
habet:quibus & ſpeculis:& propugnaculis aduerſus latrones utuntur.Inde primo conſpectis hoſtiũ
nauibus datum ſignũ Aſdrubali eſt tumultuſq; prius in terra & caſtris:quam ad mare & ad naues eo
tus:nõdum aut pulſu remoꝝ ſtrepituq; alio nautico exaudito:aut aperientibus claſſem promõtoriis:
cum repente alius ſuper alium ab Aſdrubale miſſus:quietos uagoſq; in litiore:in tentoriis ſuis nihil
minuſq̃ hoſtem:aut præliũ eo die expectãtes:conſcẽdere naues ꝓpere:atq; arma capere iubet:claſſem
romanã iam haud ꝓcul a portu eſſe.Hoc equites dimiſſi paſſim imperabant.Mox Aſdrubal ipſe cũ oi
exercitu aderat:uarioq; oĩa tumultu ſtrepunt:ruentibus in naues ſimul remigibus militibuſq; fugiẽ
tium magis terra:q̃ in pugnã euntium modo.Vixdum oẽs conſcenderãt:cum alii reſolutis loris:ut an
chorã euellerent:alii:nequid teneat anchora:lora incidunt.raptimq; oĩa præpropere agendo:militum
apparatu:nautica miniſteria impediunt:trepidatione nautaꝝ capere:& aptare arma miles prohibeba
tur.Et iam romanus nõ appropinquabat mõ:ſed direxerat etiam in pugnã naues:itaq; non ab hoſte
& prælio magis pœni quã ſuometipſi tumultu turbabãtur:& tentata uerius pugna:q̃ inita in fugam
auerterunt claſſem:& cũ diuerſi:ac diuerſo late agmine a tam multis ſimul uenientibus haud ſane pe-

netrabiles essent:in littus passim naues egerunt:atq; alii uadis:alii sicco littore excepti partim armati: partim inermes ad instructam per littus aciem suorum perfugere. Duæ tamen primo concursu captæ erant punicæ naues:quattuor suppressæ. Romani:q̃q̃ terra hostium erat: armatamq; aciem toto præ-tentam in littore cernebant:haud cunctanter tamen insecuti trepidam hostiũ classem:naues oẽs: quæ non aut perfregerant proras littore illisas:aut carinas fixerant uadis:religatas puppibus in altũ extra-xere:ad.y.&.xx.naues ex.xxx.cepere. Neq; id pulcherrimum eius uictoriæ fuit:sed quod una leui pu gna toto eius oræ mari potiti erant:itaq; ad onustam classe profecti:ascensu a nauibus in terram facto cum urbem ui cepissent:captamq; diripuissent:Carthaginem inde petũt:atq; oẽm agr̃ circa depopu-lati:postremo tecta quoq; coniuncta muro portisq; incenderunt. inde iam p̃da grauis ad Longunticã peruenit classis. Vbi uis magna sparti fuit ad rem nauticã collecta ab Asdrubale:quod satis in usum fu it sublato:cæter̃ omne incensum est:nec continentis modo proiectas oras præteruecta: sed in Ebusiũ insulam transmissum:ubi urbe:quæ caput insulæ est:biduum nequicq sumo labore oppugnata: ubi i spem irritam frustrari tempus animaduersum est:ad populationem agri uersi:direptis aliquot incen-sisq; uicis:maiore quam ex continenti præda parta:cum in naues sese recepissent:ex Balearibus insu-lis legati pacem petentes ad Scipionem uenerunt. inde flexa retro classis:reditumq; in citeriora prouin ciæ:quo omnium populorum:qui Iberum incolunt:multorum & ultimæ Hispaniæ legati concurre-runt. Sed qui uere ditionis imperiiq; romani facti sunt:obsidibus datis:amplius populi fuerunt centũ uiginti. Igitur terrestribus quoq; copiis satis fidens romanus usq; ad saltum castulonẽsem est progres-sus. Asdrubal in Lusitaniam ac propius Oceanum concessit. Quietum inde fore uidebatur reliquum æstatis tempus:fuissetq; per pœnum hostem:sed præterquam quod ipsorum hispanor̃ inquieta:aui-daque in nouas res sunt ingenia. Mandonius uir nobilis:qui antea Ilergetum regulus fuerat: postea quam romani a saltu recessere:ad maritimam oram:cõcitis popularibus:in agrum pacatum romano-rum sociorum ad populandum uenere: Aduersus eos tribus millibus cum expeditis auxiliis a Scipio ne missis:leui certamine: ut tumultuariam manum fudere multis occisis:quibusdam captis: magna pars armis exuta.

Romani in bello nauali pugnando palmã hũere

Mãdoniuſ



HIC TAMEN TVMVLTVS CEDENTEM ad Oceanũ Asdrubalem cis Iber̃ ad socios tutãdos retraxit. Castra punicam in agro Ilergauonensiũ:ca-stra romana ad nouam classem erant:cũ fama repẽs alio uertit bellũ: Celtiberi principes:qui regiõis suæ legatos obsidesq; dederãt romanis: nuncio misso a Scipiõe exciti arma capiũt:puinciamq; carthaginen sium ualido exercitu inuadunt:tria oppida ui expu gnant:inde cũ ipso Asdrubale duobus præliis egre gie pugnãtes. xy. millia hostiũ occiderunt:quattuor millia cũ multis militaribus signis capiunt. Hoc sta-tu rer̃ in Hispania. P. Scipio in ,puinciã uenit:proro gato post cõsulatũ imperio a senatu:missus cũ. xxx. longius nauibus.& octo millibus militũ: magnoq; cõmeatu adiecto. Ea classis ingẽs agmine onerariar̃ pcul uisa:cum magna lætitia ciuiũ sociorũq; portũ Tarraconis ex alto tenuit. Ibi milite exposito:profe ctus Scipio fratri coniungit̃:ac deinde cõi aio consilioq; gerebant bellũ. Occupatis igitur carthaginẽsi-bus celtiberico bello:haud cunctanter. Iber̃ transgrediũtur. nec ullo uiso hoste Saguntũ pergunt ire: quod ibi obsides totius Hispaniæ custodiæ traditos ab Annibale fama erat modico in arce custodiri præsidio. id unũ pignus inclinatos ad romanã societatem oĩum Hispaniæ populor̃ aĩos morabat̃: ne sanguĩe liberor̃ suor̃ culpa defectiõis lueret̃. Eo uinculo Hispaniã uir unus solertia magis:q̃ fideli cõ-silio exoluit. Accedux erat Sagũti nobilis hispanus fidus ante pœnis:tum:qualia plæraq; sunt barba-ror̃ ingenia:cũ fortuna mutauerat fidẽ cæter̃ transfugã sine magnæ rei ,pditione uenientẽ ad hostes: nihil aliud:q̃ unum uile atq; infame corpus esse ratus:id agebat:ut quãmaximum emolumentũ neluti nouis sociis esset. circũspectis igitur oĩbus:quæ fortuna ptãtis eius poterat facere:obsidibus potissimũ tradendis aĩum adiecit:eam unã rẽ maxime ratus conciliaturã romanis principũ Hispaniæ amicitiam. Sed cũ iniussu Bostaris præfecti sciret nihil obsidum custodes facturos esse:Bostarẽ ipsum arte aggre-ditur. castra extra urbẽ in ipso littore habebat Bostar:ut aditum intercluderet ex portu romanis ibi eũ in secretũ abductu uelut ignorantẽ monet:in quo statu sit res:metũ continuisse ad eam diẽ hispanor̃ aĩos:quia ,pcul romani abessent:nũc cis Iber̃ castra romana esse:arcẽ tutã perfugiũq; nouas uolẽtibus res:Itaq; quos metus non teneat:beneficio & gratia deuinciẽdos esse:miráti Bostari percunctãtiq; qd nã id subitũ tantæ rei donũ possit esse. Obsides:inquit:ĩ ciuitates remitte. id priuatim parẽtibus:quo-rum maximũ nomẽ in ciuitatibus est:suis:& publice populis gratũ erit:uult sibi quisq; reddi:& habita fides ipsam plærũq; obligat fidẽ. ministerium restituendor̃ domos obsidũ mihimet deposco: ipse: ut opera quoq; impensa consiliũ adiuuẽ meũ: & rei suapte natura gratæ:quantã insup gratiã possim:adii

Ilercaonẽsi-um potius legẽdũ iler-caões pto-ponit

Obſeſſerũt. 15. milia Car-thaginenſium Celtiberi

Prorogatur Scipioni im-perium &c. multa armator

Accedux

Notã cuadam Hiſpani fraudẽ & pro-ditionem

Hiſpanoꝝ obſides ro. tradũtur

ciam Homini non ad cætera punica ingenia callido ut perſuaſit:nocte clam progreſſus ad hoſtium ſta tiones:conuentis quibuſdam auxiliaribus hiſpanis:& ab iis ad Scipionem perductus quid afferret:ex primit.fide accepta dataq;:ac loco & tempore conſtituto ad obſides tradendos Saguntum redit.Diem inſequentem abſumpſit cum Boſtare:mandatis ad rem gerendam accipiendis dimiſſus: cum ſe no cte iturum ut cuſtodias hoſtium falleret:conſtituiſſet:ad compoſitam cum iis horam: excitatis cuſto dibus puerorum:profectus ueluti ignarus:in præparatas ſua fraude inſidias ducit. In caſtra romana perducti:cætera omnia de reddendis obſidibus:ſicut cum Boſtare conſtitutum erat: acta: per eũdem ordinem quaſi carthaginenſium nomine ſic ageretur. Maior aliquanto romanorum gratia fuit in re pari:q̃ quanta futura carthagineuſium fuerat.Illos enim graues ſuperboſq; in rebus ſecundis exper tos fortuna & timor mitigaſſe uideri poterat.Romanus primo aduentu incognitus ante a re clæmẽ ti liberaliq; initium fecerat.Et Acedux uir prudens haud fruſtra uidebatur ſocios mutaſſe. Itaq; ingẽ ti conſenſu ad defectionem omnes ſpectare:armaq; extemplo mota forent:ni hyems: quæ romanos quoq; & carthaginenſes concedere in tecta coegit:interueniſſet.Hæc in Hiſpania quoq; ſecunda æſta te punici belli geſta:cum in Italia paululum interualli cladibus romanis ſolers cunctatio Fabii feciſſet quæ ut Annibalem non mediocri ſollicitum cura habebat:tandem eum militiæ magiſtrum delegiſſe romanos cernentem:qui bellum ratione.non fortuna gereret:ita contempta erat inter ciues armatos tos pariter togatoſq;:utiq; poſteaquam abſẽte eo temeritati magiſtri equitum læto: ut prius dixerim

Hãnibalis fraus in ſer uãdo fabii agro

q̃ proſpero euentu pugnatum fuerat.Acceſſerant duæ res ad augẽdam inuidiam dictatoris: una frau de ac dolo Annibalis:quod cũ a profugis ei mõſtratus ager dictatoris eſſet:omnibus circa ſolo æqua tis ab eo uno ferrum ignemq; & uim omnem hoſtiũ abſtineri iuſſit:ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet.Altera ipſius facto primo forſitan dubio quia non expectata in eo ſenatus auctoritas eſt ad extremum haud ambigue in maximam laudem uerſo in permutandis captiuis:quod ſicut primo punico bello factum erat:conuenerat inter duces romanos pœnumq; ut quæ pars plus reciperet:q̃ da ret:argenti pondo bina:& ſelibras in milite præſtaret.cc.xlvii.cum plures romanus: q̃ pœnus recepiſ ſet argentumq; pro eis pro eis debitum ſæpe iactata in ſenatu re quoniam non conſuluiſſet patres:tar dius rogaretur:inuiolatum ab hoſte agrum miſſo Romam filio uendidit:fidemq; publicam impen dio priuato exoluit.Annibal pro Gerionis mœnibus:cuius urbis captæ atq; incenſæ a ſe in uſum hor reorum pauca reliquærat tecta ſtatiua habebat inde frumentum duas exercitus partes mittebat:cum tertia ipſe expedita in ſtatione erat ſimul caſtris præſidio & circunſpectans necũde impetus in frumẽ mentatores fieret.Romanus tũc exercitus in agro larinati erat:præerat Minutius magiſter equitum profecto:ſicut ante dictum eſt:ad urbem dictatore.Cæterum caſtra:quæ in mõte alto ac tuto loco po ſita fuerunt:iam in planum deferuntur.agitabanturq; pro ingenio ducis conſilia callidiora: ut impe tus aut in frumentatores palantes:aut in caſtra relicta cum leui manu præſidioq; fieret. Nec Anniba lem fefellit:cum duce mutatam eſſe belli rationem:& ferocius quam conſultius rem hoſtes geſturos. Ipſe aũt quod minime quis crederet:cum hoſtis propius eſſet:tertiam partem militum frumentatum duabus retentis in caſtris:dimiſit:deinde caſtra ipſa propius hoſtẽ mouit duo ferme a Geryõe millia in tumulum hoſti conſpectum:ut intentum ſciret eſſe ad frumentatores:ſi qua uis fieret tutãdos.Pro pior inde ei atq; ipſis iminens romanoꝝ caſtris tumulus apparuit:ad quem capiendum:ſi luce palam iretur:quia haud dubie hoſtibus breuiore uia præuentus eſſet:nocte clã miſſi numidæ ceperũt: quos tenentis locũ contempta paucitate Romani poſtero die cum eieciſſent:ipſi eo tranſferunt caſtra:Tum itaq; exiguum ſpatii uallum a uallo aberat & idipſum tota prope cõpleuerat romana acies ſimul & per aduerſa caſtra a caſtris Annibalis equitatus cũ leui armatura emiſſus in frumentatores late cædem fu gamq; hoſtiũ palantiũ fecit.Nec acie certare Annibal auſus:quia tãta paucitate uix caſtra:ſi oppugna rent:tutari poterant:iamq; artibus Fabii pars exercitus aberat:iam fame ſedendo & cunctando bellũ gerebat:receperatq; ſuos in priora caſtra:quæ pro Geryonis mœnibus erãt:iuſta quoq; acie & collatis ſignis dimicatum quidã auctores:ſunt primo concurſu pœnum uſq; ad caſtra fuſum: inde eruptione facta repente uerſum terrorem in romanos.Numeri Decimi ſamnitis deinde aduentu prælium reſti

Poſpere in Annibalẽ pugnat mi nutius

tutum.hunc principem genere ac diuitiis nõ Bouiani mõ unde erat:ſed toto ſamnio iuſſu dictatoris octo millia peditum & equites ducentos adducentem in caſtra:abtergo cũ apparuiſſet Annibali ſpeci em partis utriuſq; tribuiſſe noui ſubſidii:cumq; Fabio ab Roma ueniente Annibalem inſidiaꝝ quoq; aliquid timentem recepiſſe ſuos Romanum inſecutum adiuuante ſamnite: duo caſtella eo die expu gnaſſe:ſex millia hoſtium cæſa:quinq; admodum romanoꝝ nunciatum eſt.Tamen in tam pari pro pe clade fama egregiæ uictoriæ cum uanioribus litteris magiſtri equitum Romam perlata: de iis re bus perſæpe & in ſenatu:& in concione actum eſt:cum læta ciuitate dictator unus nihil nec famæ:nec litteris crederet:Vt uera omnia eſſent:ſecunda ſe magis quam aduerſa timere diceret.Tum.M.Metel lus tribunus plebis:id unum enim uero ferendum eſſe negat:non præſentem ſolum dictatoꝝ obſti tiſſe rei benegerendæ:ſed abſentem etiã geſtæ obſtare:& inducendo bello ac ſedulo tẽpus terere:quo diutius in magiſtratu ſit:ſoluſq; & romæ & in exercitu imperium habeat: quippe conſulum alterum in acie cecidiſſe.alteꝝ ſpecie claſſis punicæ perſequendæ procul ab Italia ablegatum:duos prætores Si cilia atq; Sardinia occupatos:quoꝝ neutra hoc tempore prouincia prætore egeat.M. Minutium ma-

giſtrum equitum ne hoſtem uideret:nequid reip.gereret:prope in cuſtodiam habitum.Itaq; hercule non Samnũ modo:quo iam tanq̃ trans Ibe;x agro pœnis conceſſum ſit:ſed campanũ calenũq; & falernum peruaſtatos eſſe.ſedente Caſilini dictatore & legionibus populi romani agrũ ſuum tutãte:exercitum cupientẽ pugnare:& magiſtrũ equitũ clauſos prope intra uallũ retentos:tanq̃ hoſtibus captiuis arma adempta:tandẽ ut abſceſſerit inde dictator:ut obſidione liberatos extra uallum egreſſos fudiſſe ac fugaſſe hoſtes:quas ob res:ſi antiquus aius plebi romanæ eſſet:audacter ſe latu;x fuiſſe de Fabii ipe rio.Nunc modicã rogationem promulgatu;x de æquando magiſtri equitũ & dictatoris iure:nec tñ ne ita quidẽ prius dimittendũ ad exercitum.Qu.Fabiũ:q̃ cõſulem in locum.C.Flaminii ſuffeciſſet.Dictator cõcionibus ſe abſtinuit in actiõe minime popularis:nec inde ſenatu quidẽ ſatis æquis auribus audiebaf:hunc cũ hoſtem extolleret uerbis:bienniq; clades per temeritatẽ atq; inſcitiam ducũ acceptas referret:magiſtroq; equitũ quod:cõtra dictũ ſuum pugnaſſet:rationẽ diceret reddendã eſſe:ſi penes ſe ſũma imperii conſiliiq; ſit:ꝓpediem effectu;x ut ſciant hoſtes bono imperatori haud magni fortunã momenti eſſe:mentẽ rationẽq; dominari ſe ſcæuo tpe:& ſine ignominia ſeruaſſe exercitũ q̃ multa milia hoſtium occidiſſe ducere maiorẽ gloriam eſſe:Huius generis orationibus fruſtra habitis & conſule creato.M.Attilio Regulo:ne præſens de iure imperii dimicaret:pridie:q̃ rogationis ferẽdæ dies adeſſet:nocte ad exercitũ abiit.Luce orta:cum plebis concilĩ eſſet:magis tacita inuidia dictatoris fauorq; magiſtri equitũ aios uerſabat:q̃ ſatis audebant hoſtes ad ſuadendũ:quod uulgo placebat:prodire:& fauore ſuperante:auctoritas tñ deerat rogationi.Vnus inuentus ẽ ſuaſor legis.C.Terentius Varro:qui priore anno prætor fuerat:loco nõ humili ſolum:ſed etiã ſordido ortus:patrẽ lanium fuiſſe ferũt:ipſũ inſtitorẽ mercis filioq; hoc ipſo in ſeruili eius artis miniſterio uſum.is iuuenis utrũ ex eo genere quæſtus pecunia a patre relicta:aium ad ſpẽ liberalioris fortunæ iecit:togaq; & fo;x placuere proclamando pro ſordidis hoſtibus:cauſiſq; aduerſus rem & famã bono;x:primũ in notitiã populi:deinde ad honorẽ peruenit.Quæſtura quoq; & duabus ædilitatibus plebeia & curuli.poſtremo & prætura perfunctus iã ad conſulatus ſpẽ cum attolleret aios:haud pa;x callide aurã fauorabilis populi ex dictatoria inuidia petit:ſicq; plebis unus gratiam tulit.Oés eam rogationẽ:quiq; Romæ:quiq; in exercitu erant:æqui atq; iniqui præter ipſum dictatorẽ in contumeliam eius latam acceperũt:ipſe:qua grauitate animi criminantes ſe ad multitudinẽ inimicos tulerat:eadẽ & populi in ſe ſcæuientẽ iniuriam tulit.acceptiſq; iipſo itinere litteris ſenatus con.de æquato imperio:ſatis fidens haud quaquã cum imperii iure artem imperandi æquatam cumq; inuicto a ciuibus hoſtibuſq; animo ad exercitum rediit.Minutius uero cũ iam ante uix tolerabilis fuiſſet:ſecundis rebus ac fauore uulgi tum uti imodice imodeſteq; nõ Annibale magis uicto a ſe:q̃ Fabio gloriari:illũ in rebus aſperis unicũ ac parẽ ducem quæſitum Annibali maiorẽ minori dictatorem magiſtro equitũ quod nulla memoria habeat annaliũ ſuſſu populi æquatum in eadẽ ciuitate i;qua magiſtri equitũ uirgas ac ſecures dictatoris tremere atq; horrere ſoliti ſunt:in tantum ſuam fœlicitatẽ uirtutemq; enituiſſe.Ergo ſecutu;x ſe fortunã ſuam:ſi dictatoris cunctatio in ſegnice deo;x hominũq; iudicio damnata perſtaret.Itaq; quo die primũ congreſſus eſt cum Fabio:ſtatuendũ primum omniũ eſſe ait:quemadmodũ imperio adeæquato utãtur:ſe optimũ ducere aut diebus alternis:aut ſi maiora interualla placerent:partitis temporibus alterius ſummũ ius imperiumq;:eſſe:ut par hoſti non ſolum cõſilio:ſed uiribus etiam eſſet:iniquam occaſionem rei gerendæ habuiſſet.Qu.Fabio haud quaquam id placere:oĩa enim fortunã habituram quæcunq; temeritas collegæ habuiſſet:ſibi cõmunicatum cum illo:non adẽptum imperium eſſe.Itaq; ſe nunquam uolentem parte qua poſſet re;x conſilio gerenda;x ceſſurum:nec ſe tempora aut dies imperii cum eo exercitus diuiſurum fuiſq; conſiliis:quoniam oĩa non liceret:quæ poſſet ſeruatu;x.Ita obtinuit:ut legiones:ſicut cõſulibus mos eſſet:inter ſe diuiderent.Prima & quarta Minutio:Secunda & tertia Fabio euenerunt.Item equites pari numero ſociumq; & latini nominis auxilium diuiſerunt.Caſtris ſe quoq; ſeparari magiſter equitum uoluit.Duplex inde Annibali gaudium fuit:neq; enim quicquam eo;x:quæ apud hoſtes gerebantur eum fallebat:& profugis multa indicantibus & perſuos explorantem:Nam & liberam Minutii temeritatem ſe ſuo modo capturũ:& ſolertiæ Fabii dimidium uirium deceſſiſſe.Tumulus erat inter caſtra minutii & pœnorum:qui eũ occupaſſet:haud dubie iniquiorem erat hoſti locum facturus eum nõ tam capere ſine certamine uolebat Annibal:quamquam id operæ pretium erat:q̃ cauſam certaminis cum Minutio:quem ſemper occurſurum ad obliſtendum ſatis ſciebat.& contra iturum.Ager omnis medius erat prima ſpecie inutilis inſidiatori:quia nõ modo ſilueſtre quicquam:ſed ne uepribus quidem ueſtitum habebat:re ipſa natus detegendis inſidiis:eo magis quod in nuda ualle nulla talis fraus timeri poterat:& erãt in anfractibus cauæ rupes:ut quædam earum ducenos armatos poſſent capere.in has latebras:quot quemq; locum apte inſidere poterant.quinq; millia conduntur pedi tum equitumque.necubi tamen aut motus alicuius temere egreſſi:aut fulgor armorum fraudem in ualle tam aperta detegeret:miſſis paucis prima luce ad capiendum:quem antediximus tumulum:auertit oculos hoſtium:Primo ſtatim conſpectu contempta paucitas:ac ſibi quiſq; depoſcere pellendos inde hoſtis:ad locum capiendum. Dux ipſe inter ſtolidiſſimos ferociſſimoſque ad arma uocat:& uanis animis:& minis increpat hoſtem.Principio leuem armaturam dimittit deinde conferto agmine mittit, equites. Poſtremo cum omnibus ſubſidia quoque itura mitti iubet:inſtructiſque le-

M.Attilĩ regulus cõſul.

C.Teren. Varro

Dictatorii & Magiſtri equitũ ius equatũ

Fabius & partiunt copias Minutius

Conſiliũ Annibalis i capiẽdo Minutio

Atť.fabii dictatoris uerba

Heſiodi ſẽtentia

Atť.gratiſſima minutii uerba ad fabiũ

Quid Annibal de fabio

gionibus procedit. Et Annibal laborantibus ſuis: alia atq; alia creſcente certamine mittens auxilia peditum equitumq; iam iuſtam explicuerat aciem: ac totis utrinq; uiribus certabatur. Prima leuis armatura romanoꝝ præoccupatum inferiore loco ſuccedens tumulũ pulſa: detruſoſq; terrorem in ſuccedẽtem intulit equitem: & ad ſigna legionũ refugit. peditum acies iter perculſos impauida ſola erat: uidebaturq; ſi iuſta aut recta pugna eſſet: haud quaquã impar futura: tantum animoꝝ fecerat proſpere ante paucos dies res geſta: ſed exorti repente inſidiatores eum tumultũ terroremq; in latera utrinq; ab tergoq; incurſantes fecerunt: ut neq; animus ad pugnam: neq; ad fugam cuiquam ſpes ſupereſſet. Tunc Fabius primo clamore pauentium audito: deinde conſpecta procul turbata acie ita eſt: inquit: non celerius quam timui depræhendit fortuna temeritatem: Fabio æquatus imperio Annibalem & uirtute & fortuna ſuperiorem uidet: ſed aliud iurgandi ſuccenſendiq; tempus erit: nunc ſigna extra uallũ proferre: uictoriã hoſti extorq̃amus confeſſionẽ erroris ciuibus: lã magna ex parte aliis cæſis aliis circũſpectantibus fugam: fabiana ſe acies repente, uelut cælo demiſſa ad auxilium oſtendit. Itaq; priuſquã ad coniectum teli ueniret: aut manum conſereret: ſuos a fuga effuſa & a feroci pugna hoſtis continuit: q; ſolutis ordinibus uage diſſipati erant: undiq; confugerunt ad integram aciem: qui plures ſimul tergadederant: conuerſi in hoſtem uoluenteſq; orbem: nunc ſenſim referre pedem: nunc conglobatim reſtare: ac iam prope una acies facta erat uicti atq; integri exercitus: inferebãtq; ſigna in hoſtem cum pœnus receptui cecinit: palam ferente Annibale ab ſe Minutium: ſe a Fabio uictum. Itaq; per uariam fortunam diei maiore parte exacta: cum in caſtris reditũ eſſet: Minutius conuocatis militibus. Sæpe ego: inquit: audiui milites: eum primum eſſe uirum: qui ipſe conſulat quid in re ſit: ſecundum eum: qui bene monenti obediat qui nec ipſe conſulere: nec alteri parere ſcit: eum extremi ingenii eſſe: nobis quoniam prima animi ingeniiq; negata ſors eſt: ſecundam ac mediã teneamus: & dum imperare diſcimus parere prudenti in animum inducamus: caſtra cum Fabio iungamus: ad prætorium eius ſigna cũ tuleritimus: ubi ego eum parentem appellauero: quod beneficio eius erga nos ac maieſtate eius dignuũ eſt uos milites eos: quoꝝ uos modo arma dextræq; texerunt: patronos ſalutabitis: & ſi nihil aliud: gratorum certe nobis animoꝝ gloriam dies hæc dederit. Signo dato: conclamatur inde ut colligantur uaſa. Profecti agmine incedentes ad dictatoris caſtra in admirationem & ipſum & oẽs: qui circa erant: conuerterunt: ut conſtituta ſunt ante tribunal ſigna progreſſus ante alios magiſter equitum cum patrem Fabium appellaſſet: circunfuſoſq; militum eius patronos totum agmen conſalutaſſet: Parentibus inquit dictator meis: quibus te modo nomine: quo fando poſſum: æquaui uitam tantum debeo: tibi cũ meam ſalutem: tum oĩum hoꝝ. Itãq; plebiſcitum quo oneratus magis: q̃ honoratus ſum: primus anti quo abrogoq;: & quod tibi mihiq; quod exercituiq; tuo conſeruato: ac cõſeruatori ſit fœlix. ſub imperium auſpiciumq; tuum redeo: & ſigna hæc legioneſq; reſtituo. Tu quæſo placatus me magiſtrũ equitum hos ordinibus ſuis quemq; teneri iubeas. Tum dextræ inertiunctæ militeſq; concione dimiſſa: a notis ignotiſq; benigne atq; hoſpitaliter inuitati: lætuſq; dies ex admodum triſti pauloante ac prope execrabili factus. Romæ ut eſt perlata fama rei geſtæ: deinde litteris non magis ipſorum imperatorũ: q̃ uulgo militum ex utroq; exercitu affirmata: pro ſe quiſq; maximũ laudibus in cælum ferre: Par gloria apud Annibalem: hoſtiſq; pœnos erat: ac tum demum ſentire cum romanis: atq; Italia bellum eſſe: nam biennio antea adeo & duces romanos & milites ſpreuerant: ut uix cũ eadem gente bellũ eſſe crederent: cuius terribilem eam famã a patribus accepiſſent. Annibalem quoq; ex acie redeuntem dixiſſe ferunt: tandem eam nubẽ: quæ ſederet in iugiſ montium ſollicitatã procellæ hymbrẽ dediſſe. Dum hæc geruntur in Italia. Gn. Seruilius Geminus conſul cum claſſe nauium circũuertit Sardiniæ & Corſicæ oram: & obſidibus utrinq; acceptis in Africam trãſmiſit: & priuſquã in continentem deſcenſiones faceret. Menice inſula uaſtata & ab incolentibus circa eam: ne & ipſoꝝ ureret diripereturq; ager. x. talẽtis argenti acceptis ad littora Africæ acceſſit: copiaſq; expoſuit: inde ad populãdum agꝝ ducti milites: nauales q; ſocii iuxta effuſi ac ſi inſulas cultoꝝ egentis prædarentur: itaq; in inſidias temere illati: cum a frequentibus palantes & locoꝝ ignari circũuenirẽtur: cum multa cæde ac fœda fuga retro ad naues compulſi ſunt. Ad mille hoĩum cum his Sempronio Bleſo quæſtore amiſſo claſſis a littoribus hoſtiũ plenis trepide ſoluta ĩ Siciliam curſum tenuit: traditaq; lilybei tota Attilio prætori: ut a legato eius. P. Sura Romã reduceretur. Ipſe per Siciliam pedibus profectus freto in Italiam traiecit. Litteriſq; Fabii accitus: & ipſe & collega eius. M. Attilius ut exercitum a ſe exacto iam prope ſemeſtri imperio acciperent. Oĩum propẽ annales Fabiũ dictatorem aduerſus Annibalẽ rem geſſiſſe tradunt Celius ẽt eũ primum a populo creatum dictatorẽ ſcribit. Sed & Celium & cæteros fugit uni conſuli. Gn. Seruilio: qui tunc ꝓcul in Gallia ꝓuincia aberat: ius fuiſſe dicendi dictatoris. Quã moram: qa expectare ciuitas iam territa clade nõ poterat: eo decurſum ẽ: ut a populo crearet: qui ꝓdictator eẽt: res inde geſtas gloriãq; inſignẽ ducis & augẽdæ titulum imaginis poſteris: ut dictator ꝓ ꝓdictatore diceret: facile obtinuiſſe. Adeoq; inopia eſt coactus Annibal: ut niſi tũ fugæ ſpeciẽ abeundo timuiſſet: Galliã repetiturus fuerit nulla relicta ſpe alendi exercitus in eis locis: ſi iſequẽtes cõſules eiſdẽ artibuſ bellũ gereret. Cõſules. M. Attilius Fabianus: Geminus Seruilius Muſitanus exercitu accepto hybernaculis mature cõmunitis (tum autũni erat tẽpus) Fabii artibus cũ ſumma ĩter ſe cõcordia bellũ geſſerũt. Frumẽtatũ exeũti Annibali diuerſis locis opportune aderãt carpẽtes agmẽ: palãteſq; excipiẽtes. In caſum uniuerſæ dimicatio

nis:q̃ oĩbus artibus petebat hostis non ueniebant. Cum ad Geryonẽ iam hyeme impendẽte constitiſ set bellum:neapolitani legati Romã uenere:ab iis quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curi am illatæ:atq; ita uerba facta:ut dicerent:ſcire ſe romani populi ærarium bello exhauriri:& cum iuxta pro urbibus agriſq; ſocioꝝ:ac p capite:atq; arce Italiæ urbe romana:atq; imperio geraſ:æquũ cenſuiſſe neapolitanos qd' auri ſibi cum ad ipſoꝝ ornatũ:tum ad ſubſidiũ fortunæ a maioribus relictũ foret:eo iuuare populũ romanum:ſiquã opem ĩ ſeſe crederẽt:eodẽ ſtudio fuiſſe oblaturos. gratũ ſibi patres ro manos populũq; factuꝝ ſi oẽs res neapolitanoꝝ ſuas duxiſſent:dignoſq; iudicauerint. a quibus donũ aĩo ac uoluntate eoꝝ:qui libenter darent:q̃ re maius ampliuſq; acciperẽt. Legatis gratiæ actæ pro mu nificentia curaq;:Patera:quæ ponderis minimi fuit:accepta.

Libertus Neapolitanoꝝ legatus



PER EOSDEM DIES SPECTATOR CAR thaginenſis:qui p bienniũ fefellerat:Romæ depræ hẽſus preciſis mãibus dimittiſ. Et ſerui quinq; & ui ginti in crucẽ acti:qd' ĩ cãpo martio cõiuraſſent. indi ci data libertas & æris grauis. xx. millia. Legati & ad Philippũ macedonũ regem miſſi ad depoſcendum Demetriũ Phaleriũ:qui bello uictus ad eũ fugiſſet: & alii in ligures ad expoſtulandũ:qd' pœnũ opibus auxiliiſq; ſuis iuuiſſent:ſimul ad uiſendũ ex propin quo quæ in boiis atq; inſubribus gererẽtur. Ad Pi neum quoq; regẽ in illyricos legati miſſi ad ſtipẽdi um p eos dies accipiendũ. Adeo & ſi bellũ eſſet igẽs in ceruicibus nullius uſquã terraꝝ rei cura romãos ne longiuqua quidẽ effugiebat: in religionẽ etiam uenit ædem Cõcordiæ:q̃ per ſeditionẽ militarẽ biẽ nio ante. L. Manlius prætor in Gallia uouiſſet:locatã ad id tps nõ eſſe itaq; duũuiri ad eam rẽ creati ab Aemylio prætore urbis. Gn. Pupius & Ceſo Quintius Flaminius ædẽ in arce faciendã locauerũt. Ab eodẽ prætore ex ſenatuſcõſulto litteræ ad cõſules miſſæ:ut ſi iis uideret alter eoꝝ ad conſules creãdos Romã ueniret. ſe ĩ eam diẽ:qua iuſſiſſent:comitia edictuꝝ. Ad hæc a cõſulibus reſcriptũ:ſine detrimẽto reip. abſcedi nõ poſſe ab hoſte:itaq; per ĩterregẽ comitia habẽda eſſe potius: q̃ conſulũ alter a bello uocaret. Patribus rectius uiſum eſt dictatorẽ a conſule dici comitioꝝ habendoꝝ cauſa dictus. L. Ve turius Philo. M. Pomponiũ Mathonem magiſtrũ equitũ dixit. his uitio creatis:iuſſiſq; die quartodeci mo ſe magiſtratu abdicare:ad interregnũ res rediit:Conſulibus propagatũ in annũ imperiũ: in terre ges proditi a patribus. Gn. Claudius:Appii Filius Cẽto:inde. P. Cornelius Aſina:in eius iterregno co mitia habita magno certamine plebis ac patrũ. C. Terentiũ Varronẽ:quẽ ſui generis hoĩem plebs in ſectatiõe principũ popularibuſq; artibus conciliatũ ab. Qu. Fabii opibus ex dictatorio imperio cõcuſſi aliena inuidia ſplendentẽ:uulgus etiã extrahere ad conſulatũ nitebaſ. Patres ſũma ope obſtabãt:ne ſe inſectãdo ſibi æquari aſſueſcerẽt hoĩes. Bebius Herẽnius tribunus pl. cognatus. C. Terentii criminan do non ſenatũ mõ:ſed etiã augures:qd' dictatorẽ ,phibuiſſent comitia perficere per inuidiã eoꝝ: fauo rem cãdidato ſuo cõciliabat. Ab hoĩbus nobilibus per multos annos bellũ quærentibus: Annibalẽ in Italiã adductum:ab iiſdẽ:cũ debellari poſſit:fraude id bellũ trahi:cũ quattuor militũ legiõibus uniuerſis pugnari poſſet apperuiſſe eo qd'. M. minutius abſente Fabio ,pſpere pugnaſſet. duas legiões hoſti ab eodẽ obiectas:deinde ex ipſa cæde ereptas:ut pater patronuſq; appellareſ:qui prius uicere ,phibu iſſet romanos:q̃ uinci Cõſules,deinde fabianis artibus cũ debellari poſſet:bellũ traxiſſe:id fœdus iter oẽs nobiles ictũ:nec finẽ ante belli habituros quã cõſulẽ uere plebeiũ:ldeſt hoĩem nouũ feciſſent:Nam Plebeios nobiles iã eiſdẽ imitiatos eſſe ſacris:& cõtẽnere plebem: ex quo cõtemni deſierint a patribus cœpiſſe:cui nõ id appareret:id actum:& quæſitũ eſſe:ut interregnũ iniretur:ut in patrũ poteſtate comi tia eſſent:id cõſules ambos ad exercitũ morando quæſiſſe:id poſtea:quia inuitis iis dictator eẽt dictuſ comitioꝝ cãm expugnatã eſſe:ut uitioſus dictator p augures fieret. Abhorrere igiť interregnũ eos:cõ ſulatũ unũ certe plebis romanæ eſſe populũ libeꝝ habituꝝ:ac datuꝝ ei:qui magis uincere: quãdiu im perare malit:Cũ his orationibus accẽſa plebes eẽt:tribus patritiis petẽtibus. P. Cornelio Merenda. L. Manlio Volſone. M. Aemylio Lepido:duobus nobilibus iam familiaribus plebei. C. Attilio Serrano & Acilio Peto:quoꝝ alter põtifex:alter augur erat. C. Terẽtius cõſul unus creatur:uti manu eius eẽnt comitia rogando collegæ tũ:cũ experta eẽt nobilitas paꝝ fuiſſe uiriũ in competitoribus eius. L. Aemy lius Paulus:qui cũ. M. Lælio cõſul fuerat:& dãnatiõe collegæ:& ſua prope ambuſtus euaſerat :ifenſus plebi diu ac multũ recuſans ad petitionẽ cõpulſus uiris ,pximo comitiali die cõcedentibus oĩbus: qui cũ Varrone certauerãt parte magis in aduerſa:q̃ collega datur cõſuli Ante prætoriana comitia habita creati. M. Pomponius Matho:&. P. Furius Philo. Romæ urbana ſors iuridicũdo Põponio inter ciues romanos:& peregrinos euenit. Additi duo prætores. M. Claudius Marcellus in Siciliã. L. Poſthumius Albinus in Galliã. oẽs abſentes creati ſunt:nec quiſquã eoꝝ pter Terentiũ cõſulẽ erat:cui iam antea mandatus honos nõ fuiſſet:præteritis aliquot fortibus ac ſtrenuis uiris:qa ĩ tali tẽpore nullus nouus

Demetriũ Pharium Pineus

C. Terẽtio L. Aemylius cõſ.

magiſtratus uidebatur dandus:Exercitus quoq; multiplicati ſunt.Quantæ aũt peditum equitũq; ad/
ditæ ſint copiæ:adeo numero & genere copiaꝝ uariant auctores:ut uix quicquã ſatis certum affirma/
re auſim decem millia nouoꝝ militum alii ſcripta in ſupplementum:alii nouas quattuor legiões qui
q; legionibus additas:ut nouem legionibus rem gererent:numero quoq; peditum equitumq; legio/
nes auctas millibus peditum:& centenis equitibus in ſingulas adiectis:ut quina millia peditũ trecen/
ti equites eſſent:ſociiſq; ut duplicem numeꝝ equitum darent:pedites æquarent.Septem & octogin/
taquinq; millia armatoꝝ &.cc.in caſtris romanis:cum pugnatũ eſſet ad Cannas:quidam auctores ſũt
Illud haud quaquam diſcrepat:maiore conatu atq; impetu rem actam:q̃ prioribus annis:quia ſpẽ poſ
ſe uinci hoſtem dictator præbuerat.Cæteꝝ priuſquam ſigna nouæ legionis ab urbe mouerent:decẽ/
uiri libros adire:ac inſpicere iuſſi propter territos uulgo homines nouis prodigiis:Nam & Romæ in
Auentino:& Ariciæ nunciatum erat ſub idem tempus lapidibus pluuiſſe:& multo cruore ſigna in ſa/
binis cædis:aquas:e fonte calidas manaſſe:id quidem quid ſæpius acciderat:magis terrebat:&
in uia Fornicata:quæ ad campum erat:aliquod homines de cælo tacti exanimatique fuerant.Ea pro
digia ex libris procurata.Legati a Peſto pateras aureas Romã attulere.iis ſicut neapolitanis gratiæ
actæ:aurum non acceptum:Per eoſdem dies ab Hierone claſſis oſtiam cum magno apparatu acceſſit.
legati ſyracuſani in ſenatum introducti nunciarunt cædem.C.Flaminii exercituſq; allatam adeo affe/
ciſſe regem Hieronem:ut nulla ſui propria regniq; ſui clade moueri magis potuerit.itaq; quamquam
probe ſciat magnitudinem populi romani admirabiliorẽ prope aduerſis rebus:q̃ ſecundis eſſe:miſſa
tñ a ſe omnia:quibus a bõis fidelibuſq; ſociis bella iuuari ſoleant:quæ ne accipere abnuãt:magnopere
ſe publice orare.Iam omnium primum ominis cauſa uictoriam aureã pondo.ccc.xx.aſſerre ſeſe.accipe
rent eam:tenerentq;:& haberent propriam:& perpetuã.aduexiſſe etiam trecẽta millia modiorum tri/
ti:ducẽta hordei:ne cõmeatus deeſſent.& quãtũ præterea opus eẽt:quo iuſſiſſent:ſubuecturos.milite
atq; equite ſcire niſi romani latiniq; nominis non uti populum romãum.leuium armatorum auxilia
etiã externa uidiſſe in caſtris romãis:itaq; miſiſſe mille ſagitariorum ac funditoꝝ aptã manum aduer/
ſus funditores ac mauros:pugnaceſq; alias gentes.Ad ea dona conſilium quoq; addebant: ut prætor
cui Sicilia prouincia eſſet:claſſem in africam traiiceret:ut & hoſtes in terra ſua bellum haberẽt:minuſ/
q; laxamenti daretur iis:ad auxilia Annibali ſummittenda.Ab ſenatu ita reſponſum regi eſt.Virũ bo/
num egregiumq; ſocium Hieronẽ eſſe:atq; uno tenore:ex quo in amicitiam populi romani uenerit:fi
dem tenuiſſe:ac rem romanã omni tempore omni loco munifice adiuuiſſe:id perinde ac deberet per
gratum populo romano eſſe.Aurum & a ciuitatibus quibuſdam allatum non accepiſſe:populum ro/
manum gratia regis uictoriã omenq; accipere:ſedemq; ei ſe diuæ dare dicareue Capitolium:templũ
Iouis Optimi Maximi:in ea arce urbis Romæ ſacratam uolentem:propitiamq; firmã ac ſtabilem fore
populo romano.Funditores ſagittariiq; & frumentum traditum conſulibus:quinqueremes ad naui
um claſſem:quæ cum.M.Octacilio proprætore in Sicilia erãt:quinq; & uiginti additæ:permiſſumq;
eſt ut ſi e rep.cenſeret eſſe:in Africam traiiceret.Delectu perfecto:cõſules paucos morati dies:dum ſo/
cii a nomine latino uenirent.Milites tunc:quod nunquã antea factum erat:iureiurãdo a tribunis mi/
litum adacti iuſſu conſulum conuenturos:neq; iniuſſu abituros:nam ad eam diem nihil præter ſacra
mentum fuerat:& ubi ad decuriatum & centuriatum conueniſſent:ſua uolũtate ipſi inter equites de/
curiati centuriati pedites coniurabãt:ſeſe fugæ atq; formidinis cauſa non abituros:neq; ex ordine re/
ceſſuros:niſi teli ſumendi:aut petendi:aut hoſtis feriendi:aut ciuis ſeruandi cauſa:id ex uoluntario i/
ter ipſos fœdere a tribunis ad legitimam iurisiurãdi adactionem tranſlatum.Conciones:priuſquã ab
urbe ſigna mouerentur:conſulis Varronis multæ ac feroces fuerunt:denunciãtes bellum accerſitum
in Italiam a nobilibus:manſurumq; in uiſceribus reipu.ſi plures Fabios imperatores haberet.Se quo
die hoſtem uidiſſet perfecturum.Collegæ eius Pauli una:pridie quam ex urbe proficiſcerentur.con/
cio fuit uerior:q̃ gratior populo quia nihil inclementer in Varronem dictum:niſi id modo:Mirari ſe
quo modo quis dux priuſquam aut ſuum:aut hoſtium exercitum:locoꝝ ſitum:naturã regionis noſ/
ſet:iam nunc locatus in urbe:ſciret quæ ſibi agenda armato forent:& diẽ quoq; prædicere poſſet:qua
cum hoſte ſignis collatis eſſet dimicaturus.ſe quæ conſilia magis res dent hoĩbus:q̃ homies rebus:ea
ante tempus ĩmatura non præceptuꝝ.optare:ut quæ caute atq; cõſulte geſta eſſent:ſatis proſpere eue
nirent:Temeritatem:præterquã quod ſtulta ſit:infelicem etiã ad id locoꝝ fuiſſe:cum ſua ſponte appa/
rebat tuta celeribus conſiliis præpoſituꝝ:& quo id conſtantius perſeueraret:Fabius Maximus ſic eũ
proficiſcentem allocutus fertur.Si aut collegã:id quod mallem tui ſimilem.L.Aemyli haberes:aut tu
collegæ tui ſimilis eſſes:ſuperuacanea eſſet oratio mea:nam & duo boni conſules:etiã me tacente oĩa
rep.fide ueſtra faceretis:& mali nec mea uerba auribus ueſtris:nec conſilia aĩs reciperetis.Nũc & col/
legam tuum:& te talem uirum intuenti mihi tecum oĩs oratio eſt:quem uideo nequicquã & uiꝝ bo/
num:& ciuem fore:ſi altera parte claudicet reſp.malis conſiliis:idem & bonis iuris & poteſtatis erit.Er
ras enim.L.Paule:ſi tibi minus certaminis cum.C.Terentio:q̃ Cum Annibale futuꝝ cẽſes.neſcio an
infeſtior hic aduerſarius:q̃ ille hoſtis maneat:& cum illo in acie tantum:cum hoc oĩbus locis ac tẽpori
bus certaturus es:& aduerſus Annibalem legioneſq; eius tuis equitibus ac peditibus pugnandum ti
bi ſit:Varro dux tuis militibus te ſit oppugnaturus:omni etiam tibi cauſa ądſit.G.Flaminii memoria

Atť.qbus copiis pugnatũ ſit ad cannas

Baleares fũditores legendum puto

Nouũ Militariſſacramẽti gẽus

Atť.uerba fabii ad Aemylium

tum ille consul demum: & in prouincia: & ad exercitum cœpit furere. hic priusquam peteret consulatum: deinde in petendo consulatu: nunc quoq; cõsul priusquã castra uideat aut hostem: insanit: & qui tantas iam nunc procellas: prælia: atq; acies inter togatos ciet: quid inter armatam iuuentutem censes factur⁹? & ubi extemplo uerba res sequitur. Atqui si hic: quod factur⁹ se denunciat: extemplo pugnãuerit: aut ego rem militarem: belli hoc genus: hostem hunc ignoro: aut nobilior alius Trasimeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriãdi tempus aduersus unum est: ut ego contẽnendo potius: q̃ appetendo gloriam modum excesserim. sed ita res habet: una ratio belli gerendi aduersus Annibalem est q̃ ego gessi: euẽtus docet hoc stultor⁹ iste magister est: sed eadem ratio: quæ fuit futura: quæ donec res eædem manebunt: imutabilis erit. In italia bellum gerimus: in sede ac solo nostro oĩa circa plena ciuium: ac socior⁹ sunt armis: uiris: equis: cõmeatibus iuuant: iuuabuntq; id iam fidei documentum in aduersis rebus nostris dederunt. meliores: prudentiores: constantiores nos tempus diesq; facit. Annibal contra in aliena: in hostili est terra: inter oĩa inimica infestaq; procul a domo: procul a patria: neq; illi terra: neq; mari est pax: nullæ eum urbes accipiunt: nulla mœnia: nihil usquã sui uidet: in diem rapto uiuit: partem uix tertiam eius exercitus habet: quo Iber⁹ amnem traiecit: plures fames: q̃ ferrum absumpsit. nec his paucis iam uictum suppeditat. dubitas ergo: quin eum sedendo superaturi simus qui sene scit in dies: non cõmeatus: non supplemẽtum: non pecuniam habet: quãdiu pro Geryõis castelli Apuliæ inopis: tanq̃ pro Carthaginis mœnibus pugnatum est: sed ne aduersus te quidem ego gloriabor. P. Seruilius atq; Acilius proximi consules: uide: quemadmodum eum ludificati sunt: hæc una salutis est uia. L. Paule: q̃ difficilem infestamq; ciues magis: q̃ hostes facient. Idem. n. tui quod hostium militer uolũt: idẽ Varro cõsul rõanus: quod Annibal pœnus iperator cupit: duobus ducibus unus resistat oportet: resistes aũt aduersus famã rumoresq; hoium: si satis firmus steteris. Si te neq; collegæ uana gloria neq; tua falso Infamia mouerit. A ueritate laborare nimis ius sæpe aiunt extingui nũquam. Gloriã qui spreuerit. ueram habebit: sine timidum pro cauto tardum: pro considerato: imbellum pro perito belli uocent. Malo te sapiens hostis metuat: q̃ stulti ciues laudent: oĩa audentem contemnet Annibal. nil temere agentem metuet. Nec ego: ut nihil agatur: sed ut agentem te ratio ducat non fortuna: tuæ potestatis semper: tuaq; oĩa sint: armatus: intentusq; sis: neq; occasioni tuæ desis neq; suam occasionem hosti des: oĩa non properanti clara certaq; erũt festinatio improuida est & cæca: Aduersus ea oratio cõsulis haud sane læta. fuit magis patentis ea: quæ diceret: uera quam facilia actu esse. dictatori magistrũ equitum intolerabilem fuisse. Quid consilii aduersum collegam seditiosum: ac temerarium uirũ: atq; auctoritatis fore? le populare incendiũ priore consulatu semiustum effugisse: optare: ut oĩa prospere euenirent. At siquid aduersi caderet. hostium se telis potius: q̃ suffragiis iratorũ ciuiũ caput obiectur⁹. Ab hoc sermone profectum paulũ tradunt prosequentibus primoribus patrũ. Plebeium consulẽ sua plebs prosecuta: turba quam dignitate conspectior. Vt in castra uenere permixto nouo exercitu ac uetere castris bifariam factis: ut noua minora essent propius Annibali in ueteribus maior pars: & omne robur uirorũ esset. tum anni prioris consulem. M. Aciliũ ætatem excusantem Romam miserũt. Geminium Seruilium in minoribus castris legioni romanæ: & socium peditũ equitumq; duobus millibus præficiũt. Annibal quamquã parte dimidia auctas hostium copias cernebat: tamen aduentu consulũ mire gaudere: non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat: sed ne unde raperet: quidem quicquam reliquerat: omni undiq; frumento posteaquam ager patr⁹ tutus erat: in urbes munitas conuecto: ut uix decem dier⁹: quod compertũ postea est: frumentum supereresset. Hispanor⁹q; obiopiã trãsitio parata fuerit si maturitas tpor⁹ expectata foret. Cæter⁹ temeritati cõsulis ac p̃propo ingenio materiã ẽt fortuna dedit: qd i ꝓhibẽdis p̃datorib⁹ tumultuario⁹ prælio ac ꝓcursu magis militũ quã ex præparato aut iussu iperatorũ orto: haud quaquã par pœnis dimicatio fuit. ad. M. & .cc. cæsis nõ plus romanorum socior⁹ que. c. occisis: cæterum uictoribus effuse sequentibus metu insidiar⁹ obstitit Paulus consul: cuius eo die (nam alternis: imperitabant) imperium erat: Varrone indignante ac uociferãte emissum hostem e manibus debellariq; i cessatũ foret potuisse. Annibal id dãnum haud ægerrime passus: quin potius credere uelut inescatam temeritatem ferocioris consulis ac nouor⁹ militum esse: itaq; locũ & tempus insidiis aptum se habere ratus: nocte proxima nihil præter arma secum ferentis militum ducens castra plena oĩs fortunæ publicæ priuataq; reliquit: transq; ꝓximos montes leua petites instructos condit: dextera equites: impedimenta per cornu in mediũ agmen traducit: ut diripiendis uelut desertis fuga dominor⁹ castris occupatũ: impeditumq; hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes: ut fides fieret dum ipse longius spatium fuga præriperet: falsa imagine castror⁹: sicut Fabiũ priore anno frustratus fuerat: in locis tenere consules uoluisse. Vbi illuxit: subductæ primo stationes deinde propius adeuntibus insolitum silentiũ admirationem fecit. iam satis comperta solitudine i castris: concursus fit ad prætoria consulũ: nunciantium fugam hostiũ adeo trepidam: ut tabernaculis stãtibus castra reliquerint: quoq; fuga obscurior esset. crebros etiam relictos ignes. Clamor inde ortus: ut signa proferri iuberent: ducerentq; ad persequendos hostes: ac protinus castra diripienda. Et consul alter uelut unus turbæ militaris erat. Paulus etiam atq; etiam dicere prouidendũ præcauendumq; esse postremo cum aliter neq; seditionem: neq; ducẽ seditionis sustinere posset. M. Statiliũ præfectũ cum turma lucanor⁹ exploratum misit: qui ubi adequitauit portis: subsistere extra munimenta cæte-

Sentẽtia

Atr. in qua re⁹ angustia res Annibalis site essent

Atr. Annibalis artẽ

ris iubet:ipſe cum duobus equitibus uallum intrauit:ſpeculatuſq; oĩa cum cura renunciat inſidias ꝑfecto eſſe:ignes in parte caſtrorꝝ:quæ uergant in hoſtẽ:relictos:tabernacula aperta:& oĩa cara in promptu relicta:argentum quibuſdã in locis temere per uias obiectum ad prædam uidiſſe.Quæ ad detinẽdos a cupiditate aĩos nunciata erant:ea accenderũt:& clamore ſublato a militibus:niſi ſignũ detur:ſine ducibus ituros:haud quaquã defuit:nam extẽplo Varro ſignũ dedit proficiſcendi.Paulus:cum ei ſua ſponte cunctãti pulli quoq; auſpicio nõ addixiſſent:obnunciari iam efferẽti porta ſigna collegæ iuſſit Quod quamquã Varro ægre eſt paſſus:Flaminii tamẽ recens caſus Claudiiq; conſulis primo punico bello memorata naualis clades religionẽ aĩo ĩcuſſit.Dii prope ipſi eo die magis diſtulere: q̃ ꝑ plũbuere ĩminentẽ peſtem romanis:nã forte ita euenit:ut cum referri ſigna in caſtra iubenti cõſuli milites non parerẽt:ſerui duo Formiani unus:alter Sidicini equitis:qui Seruilio:atq; Acilio cõſulibus inter pabulatores excepti a numidis fuerant:ꝑfugerent eo die ad dominos:qui deducti ad cõſules denũciant oẽm exercitũ Annibalis trans ꝓximos montes ſedere in inſidiis.Horꝝ opportunus aduẽtus conſules ĩperii potentes fecit:cũ ambitio alterius ſuam primũ apud eos praua indulgẽtia maieſtatem ſoluiſſet.Annibal poſteaq̃ motos magis incõſulte romanos:q̃ ad ultimũ temere euectos uidit:nequicquam detecta fraude,in caſtra rediit.Ibi plures dies ꝑpter inopiam frumenti manere nequibat:nouaq; conſilia in dies non apud milites ſolũ mixtos ex colluuione oĩum gẽtiũ:ſed etiã apud ipſum ducem oriebãtur:nã cum initio fremitus,deinde aperta uociferatio fuiſſet expoſcẽtium ſtipendiũ debitum quærentiumq; annonam primo:poſtremo famem:& mercænnarios milites maxime hiſpãi generis de trãſitione cõpiſſe cõſilium fama eſſet:ipſe etiã Annibal interdum de fuga in Galliã dicitur agitaſſe:ita:ut relicto peditatu omni:cum equitatu ſe proriperet.Cũ hæc conſilia:atq; hic habitus aĩorꝝ eſſet in caſtris:mouere inde ſtatuit in calidiora:atq; eo maturiora meſſibus Apuliæ loca.ſimul quo lõgius ab hoſte receſſiſſet tranſfugia impeditiora leuibus ingeniis eſſent.Profectus eſt nocte ignibus ſimiliter factis:tabernaculiſq; paucis relictis in ſpeciẽ:ut inſidiarꝝ par priori metus contineret romanos:ſed per eundem Lucanũ Statilium oĩbus ultra caſtra tranſq; mõtes exploratis:cum relatũ eſſet:uiſum procul hoſtiũ agmen:tũ die ſequenti eius inſequendi conſilia agitari cœpta:cum utriuſq; cõſulis eadem:quæ ſemper ante fuiſſet:ſentẽtia.Cæterꝝ Varroni fere oẽs:Paulo nemo præter Seruilium prioris anni cõſulem aſſentirent:maioris partis ſnĩas ad nobilitandas clade romana Cannas urgente fato ꝑfecti ſunt.Prope eũ uicum Annibal caſtra poſuerat auerſa a Vulturno uento:qui campis torridis ſiccitate nubes puluueris uehit:id cũ ipſis caſtris per cõmodũ fuit:tum ſalutare præcipue futurꝝ erat cum aciẽ dirigerent ipſi auerſi:tergã tãtũ affláte uẽto in occecatã puluere effuſo hoſtem pugnaturi Cõſules ſatis exploratis itineribus ſequentes pœnũ:ut uẽtum ad Cannas eſt:ubi in cõſpectu pœnum habebãt:bina caſtra cõmuniũt:eodem ferme interuallo:quo ad Geryonẽ:ſicut ante copiis diuiſis.Aufidus amnis utriſq; caſtris affluens aditum aquatoribus ex ſua cuiuſq; opportunitate haud ſine certamine dabat.ex minoribus tamẽ caſtris:quæ poſita trans Aufidũ erant:liberius aquabãt romani:quia ripa ulterior nullũ habebat hoſtiũ ꝓſidiũ.Annibal ſpẽ nactus loci ad equeſtrẽ pugnã:qua parte uiriũ iuictus erat:facturus copiam pugnã di conſulibus dirigit aciem:laceſſitq; numidarꝝ procurſatiõe hoſtes.Inde rurſus ſollicitari ſeditiõe militari ac diſcordia cõſulum romana caſtra:cum Paulus Aemylius Sempronii & Flaminii temeritatem Varroni:Varro ſpecioſum timidis ac ſegnibus ducibus exemplũ Fabii obiiceret teſtareturq; deos:& hoĩes:hic nullã penes ſe culpã eſſe:quod Annibal uelut ſuam cepiſſet Italiam:ſe conſtrictũ a collega teneri ferrum atq; arma iratis & pugnare cupiẽtibus adimi militibus.Ille ſiquid proiectis ac proditis ad inconſultam atq; improuidam pugnam legionibus accideret:ſe omnis culpæ exortem:omnis tamen euentus participem fore diceret:uideret:ut quibus lingua prõpta:ac temeraria eſſet:æque impigerent manus.Dum altercationibus magis:q̃ conſiliis tempus teritur:Annibal ex acie:q̃ ad multũ diei tenuerat inſtructam:cũ in caſtra cæteras reciperet copias:numidas ad inuadendos ex minoribus caſtris romanorꝝ aquatores trans flumen mittit.Quam inconditam turbã:cum uixdum in ripã egreſſi clamore ac tumultu fugaſſent:inſtationẽ quoq; pro uallo locatam:atq; ipſas prope portas euecti fũt:id uero indignum uiſum a tumultuario auxilio:iam etiam caſtra romana terreri:ut ea modo una cauſa:ne extemplo tranſirent flumen:dirigerẽtq; aciem:tenuerit romanos:quod ſumma imperii eo die penes Paulum fuerit.Itaq; Varro poſtero die:cuius ſors eius diei imperii erat:nihil conſulto collega:propoſitum ſignum dedit:inſtructiſq; copiis flumẽ tranſiuit:ſequente Paulo:quia magis non probare:q̃ non adiuuare conſilium poterat.Tranſgreſſi flumen eas quoq;:quas in caſtris minoribus habuerant copias ſuis adiungunt atq; ita inſtructa acie in dextero cornu(id erat flumen propius)Romanos equites locant:deinde pedites.Leuum cornu extremi equites ſocioꝝ intra pedites ad medium iuncti legionibus romanis tenuerunt iaculatores.ex cæteris leuium armorꝝ auxiliis prima acies facta:conſules cornua tenent:Terentius leuum:Aemylius dexterum.Geminio Seruilio media pugna tuenda data.Annibal luce prima balearibus leuiq; armatura præmiſſa tranſgreſſus flumen:ut quoſq; traduxerat ita in acie locabat.Gallos Hiſpanoſq; equites prope ripam leuo in cornu aduerſus romanũ equitatum.dexterum cornu numidis equitibus datum.media acie peditibus firmata ita.ut afrorum utraq; cornua eſſent:interponerentur his medii galli atq; hiſpani.afros romanam magna ex parte credebant aciem:ita armati erant armis:& ad Trebiam:cæterum magna ex parte ad Traſimenum captis.Gal

Obnunciari & nõ nũciari ẽ legẽdũ:qd obnũciare ſit cicero & aſconius docet

Cõſilium Annibalis de fuga in galliã

Hodie uernacula lingua Lofantũ uocant

Romana acies ad cãnas

lis hiſpaniſq; ſcuta eiuſdem formæ fere erant. diſpares ac diſſimiles gladii. Gallis prælongi ac ſine mucronibus: hiſpano punctim magis: q̄ cæſim auſſueto petere hoſtem: breuitate habiles: & cum mucronibus. Ante cæteris armati: is gentium harum habitus: tum magnitudine corpor̄: tum ſpecie terribilis erat. Galli ſuper umbilicum erant nudi. Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis candore miro fulgentibus: conſtiterant. Numer̄ omnium: qui tum peditum equitūq; in acie ſtetere: illum ferunt: uide licet quadraginta peditū millia decem equitū. Duces cornibus præerant: ſiniſtrū Aſdrubal: dexterum regebat Maharbal: mediam aciē Annibal ipſe cum fratre Magone tenuit ſolus. ſeu de induſtria ita locatus ſeu quod forte ita ſtando peropportune utriq; parti obliquus erat. Romanis in meridiem: pœnis in ſeptētrionem uerſis: uentus: quem Vulturnū incolæ regionis uocant: aduerſus romanos coortus: multo puluere in ipſa ora uoluendo: proſpectū ademit: clamore ſublato procurſum auxiliis & pugna leuibus primū armis cōmiſa: deinde equitum. Gallor̄ hiſpanorūq; leuum cornu cum dextero romano concurrit minime equeſtris more pugnæ: frontibus enim aduerſis concurrendū erat: quia nullo circa ad euagandū relicto ſpatio: hinc amnis: hinc peditum acies claudebant: in directū utrinq; nitētes: ſtantibus ac conſertis: poſtremo turbatis equis uir uir̄ amplexus detrahebat æquo: pedeſtre magna iam ex parte certamē factū erat: acrius tamen q̄ diutius pugnatū. pulſiq; romani equites terga uertūt. ſub equeſtris finem certaminis coorta eſt peditum pugna. primo & uiribus & animis pares cōſtabant ordines gallis hiſpaniſq;. Tādē romani diu ac ſæpe conſilio agitabāt: qua fronte acieq; denſa īpellerent hoſtiū cuneum nimis tenuē: eoq; pav̄ ualidum a cætera prominente acie impulſis deinde ac trepide referentibus pedem inſiſtere: ac tenore uno per præceps pauore fugientiū agmen in mediā primum aciē illati: poſtremo nullo reſiſtente: ad ſubſidia afror̄ peruenerunt: qui utrinq; reductis alis cōſtiterant mediiq; galli: hiſpaniq; ſteterūt aliquantū prominēte acie. qui cuneus ut pulſus æquauit frōtem primū: deinde nitendo etiam ſinū in medio dedit. Afri circa iam cornua uim fecerant: irruētibuſq; incaute in medium romanis circūdedere alas mox cornua extēdendo clauſere & a tergo hoſtes. hīc romani defuncti nequicquā prælio uno: omiſſis gallis hiſpaniſq;: quor̄ terga ceciderant etiam aduerſus afros pugnam ineunt: non tantū eo iniquam: quod incluſi aduerſus numidas circunfuſos: ſed etiam quod feſſi cum recentibus ac uegetis pugnabant. iam & i ſiniſtro cornu romano: ubi ſocior̄ equites aduerſus numidas ſteterant: conſertū prælium erat: ſegne primo: & a punica cœptum fraude. Qui genti ferme milites numidæ præter conſuera arma telaq; gladios occultos ſub loricis habentes ſpecie tranſfugar̄: cum ab ſuis parmas poſt terga habentes adequitaſſent: repente ex equis deſiliūt: parmiſq; & iaculis ante pedes hoſtium proiectis in mediam aciem accepti: ductiq; ad ultimos conſidere a tergo iubentur: ac dum prælium ab omni parte conſeritur: quieti manſerunt. Poſteaquā omniū oculos: animoſq; occupauerat certamen tum arreptis ſcutis: quæ paſſim inter aceruos cæſorum corpor̄ ſtrata erant: uerſam adoriūtur romanam aciem: tergaq; ferientes: ac poplites cædentes ſtragem ingētem dederunt ac maiorem aliquanto pauorem ac tumultum fecerūt. Cum alibi terror ac fuga: alibi pertinax in mala iam ſpe prælium eſſet: Aſdrubal: qui ea parte præerat: ſubductos ex media acie numidas quia ſegnis eor̄ cum aduerſis pugna erat: ad perſequendos paſſim fugientes mittit. Hiſpanos & gallos pedites: afris iam ꝓpe feſſis: cæde magis quam pugna adiungit. Parte altera pugnæ Paulus quamquā primo ſtatim prælio funda grauiter ictus fuerat: tamen & occurrit ſæpe cum cōſertis Annibali: & aliquot locis prælium reſtituit: protegētibus eum equitibus romāis omiſſis poſtremo equis: quia cōſulem ad regēdum equū uires deficiebant: cū denuncianti cuidam iuſſiſſe conſulem ad pedes deſcēdere equites dixiſſe Annibalem ferunt: quam mallem uinctos mihi traderent equites. Tū pedeſtre prælium: quale iam haud dubia hoſtium uictoria fuit: cum uicti mori in ueſtigio mallent: q̄ fugere: uictores morantibus uictoriam irati trucidarent: quos pellere non poterant: pepulerunt tamē iam paucos ſuperatos & labore ac uulneribus feſſos. inde diſſipati omnes ſunt: equoſq; ad fugam: qui poterāt: repetebant. Gn. Lentulus tribu. militum cum præteruehens equo ſedentem in ſaxo cruore oppletum conſulem uidiſſet. L. Aemyli inquit quem unum inſontem culpæ cladis hodiernæ dii reſpicere debēt cape hunc equum: dum & tibi uiriū aliquid ſupereſt: comes ego te tollere poſſum: ac protegere: ne funeſtam hanc pugnam morte conſulis feceris: etiam ſine hoc lachrymarum ſatis luctuſq; eſt. Ad ea conſul: tu quidem. Gn. Corneli macte uirtute eſto: ſed caue fruſtra miſerando: exiguum tempus e manibus hoſtium euadendi ab ſumas. Abi: nuncia publice patribus urbem Romā muniant: ac priuſquam hoſtis uictor adueniat: præſidiis firment. priuatim q;. Qu. Fabio Aemylium præceptor̄ eius memorē extitiſſe: & uixiſſe: & adhuc mori. & tu me in hac ſtrage militum meor̄ patere expirare: ne ut reus inteream: cauſaq; conſulatus accuſator collegæ exiſtam: ut alieno crimine innocētiam meā protegam. Hæc exigentem prius turba fugientiū ciuium: deinde hoſtes oppreſſere conſulem ignorantes: quis eſſet: obrueruntq; telis. Lentulum abripuit equus: tum inde effuſæ fugiunt. Septem millia hoīum in minora caſtra: decem in maiora: duo ferme in uicum ipſum Cannas perfugerunt: qui extēplo a Carthalone: atq; equitibus nullo munimento tegente uicum circūuenti ſunt. Conſul alter ſeu forte: ſeu cōſilio nulli fugientium infeſtus. agmini cum quinquaginta fere equitibus Venuſiā profugit: quadraginta millia peditum: duo millia ſeptingenti equites: & tanta prope ciuium ſociorumq; pars cæſi dicuntur: in his alter conſulum. Quæſtores. L. Acilius: &. L. Furius Bibaculus. xxi. tri. millia conſulares

pūctim magis q̄ cæſim

Romanus equitatus funditur

Atr. numidarum fraudem

L. Aemyli Gn. Lentuli uerba ad paulū cōſulem

Numerus cæſor̄ ad Cannas

quidam prætoriiq; ædilitii inter eos. Gn. Seruilius: &. C. Minutius Numatius: qui magiſter equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat. lxxx. præterea ſenatores: aut qui eos magiſtratus geſſiſſet: unde in ſenatum legi deberẽt: cũ ſua uoluntate in legiõibus milites facti eſſent. Capta eo prælio tria millia peditum: & equites trecẽti dicũtur. Hæc eſt pugna cãnenſi clade nobilitata: par cætera allienſi utq; illa iis: quæ poſt pugnam accidere: leuior: quia ab hoſte ceſſatum eſt: ſic ſtrage exercitus grauior: fœdiorq; fuit fuga. namque ad Alliam fuga ſicut urbem prodidit: ita exercitum ſeruauit: ad cannas fugientem conſulem uix quinquaginta ſecuti ſunt alterius morientis prope totus exercitus fugit. Binis in caſtris cũ multitudo ſemiermis ſine ducibus eſſet: nunciũ: qui maioribus præerãt: mittũt: dum prælio deinde ex letitia epulis fatigatos quies nocturna hoſtes premeret: ut ad ſe tranſirẽt: uno agmine Cannuſiũ abituros eſſe. eam ſniam alii totã aſpernari: cur. n. illos: qui ad ſe accerſant: ipſos non uenire: cum æque coniugi poſſent: quia uidelicet plena hoſtiũ oĩa in medio eſſent: & alioq; quã ſua periculo corpora tanto mallent obiicere. Aliis non tam ſententia diſplicere: q̃ animus deeſſe. P. Sempronius Tuditanus. tri. militũ Capi ergo mauultis: inquit. ab auariſſimo & crudeliſſimo hoſte: æſtimarique capita ueſtra: & ex quiri prætio ab interrogãtibus romanus ciuis ſis: an latinus ſocius: ut ex tua contumelia: & miſeria alteri honos quæratur nõ tibi nõ uos quidẽ. L. Aemylii qui ſe bene mori q̃ turpiter uiuere maluit: & tot fortiſſimoq; uiroq;: qui circa eum cumulati iacent: ſimiles eſtis: ſed antequam opprimat lux: maioraq; hoſtium agmina obſepiant: iter per hos: qui inordinati atq; incompoſiti obſtrepunt: porta erũpamus: ferroq; atq; audacia iter fiat: quãuis per cõſertos hoſtes cuneo quidẽ hoc laſſum atq; ſolutũ agmen: ut ſi nihil obſtet: trãſibimus. Itaq; ite mecũ qui & uoſmetipſos: & remp. ſaluam uultis. Hæc ubi dicta dedit. ſtringit gladium: cuneoq; facto per medios uadit hoſtes: & cũ ĩ latus dexteræ: quod patebat numidæ iacularẽtur: tranſlatis in dexterã partem ſcutis: in maiora caſtra ad tria millia & ſexcentos euaſerunt: atq; inde ꝓtinus alio magno agmine adiuncto Cannuſium incolumes perueniunt. Hæc apud uictos magis impetu aioq;: quẽ ingenium ſuum cuiq; aut ſors dabat: q̃ ex conſilio ipſoq;: aut imperio cuiuſquã agebantur. Annibali uictori cum cæteri circunfuſi gratularẽtur: ſuaderentq;: ut tanto perfunctus bello: diei quod reliquum eſſet: noctiſq; inſequẽtis quietem & ipſe ſibi ſumeret: & feſſis daret militibus: Maharbal præfectus equitum minime ceſſandum ratus: ĩmo: ut quid hac pugna ſit actum: ſcias: die quinto: inquit: uictor in Capitolio epulaberis. ſequere cum equite. ut prius te ueniſſe: q̃ uenturum ſciant. Præcedant: Annibal inquit. inimici: læta res eſt: ſed uia maior: q̃ ut eam ſtatim capere animo poſſim: itaq; uoluntatem ſe laudare Maharbalis ait: ad conſilium prænſandum tempus opus eſſe. Tum Maharbal: non oĩa eidem dii dedere. Vincere ſcis Annibal: uictoria uti neſcis. Mora eius diei ſatis creditur ſaluti fuiſſe urbi: atq; imperio.

Quot ĩpugna capti

Tuditani nocturna eruptio p hoſtes

Maharbalis uerba ad Hannibalem



POSTERO DIE VBI PRIMVM ILLVXIT AD ſpolia legenda fœdamq; etiã hoſtibus ſpectandam ſtragem inſiſtũt. Iacebãt tot romanoq; millia pedites & equites paſſim: ut quẽ cuiq; ſors aut pugna iunxerat aut fuga. aſſurgentes quidã ex ſtrage media cruẽti: quos ſtricta matutino tẽpore excitauerant uulnera ab hoſte oppreſſi ſunt: quoſdam & iacentis uiuos ſucciſis fœminibus poplitibuſq; inuenerũt nudãtes ceruicem: iugulũq; & reliquum ſanguinẽ inuitantes haurire. Inuenti ſunt quidã: merſis in effoſſam terrã capitibus. quos ſibi ipſos feciſſe foueas: obruentes ora ſubiecta: ſuperq; humo iniecta intercluſiſſe ſpiritum apparebat. Præcipue conuertit oẽs ſubtractus numida mortuo ſuperincũbenti romano uiuus: naſo auribuſq; laceratis: cũ manibus ad capiendũ telũ inutilibus in rabiem ira uerſus: laniando dẽtibus hoſtem expiraſſet. Spoliis ad nutũ delectis Annibal ad minora ducit caſtra oppugnãda: & oĩum primum brachio fluminis obiecto: eos excludit. Cæterũ ab oĩbus labore: uigiliis: uulneribus etiam feſſis maturior ipſoq; ſpe deditio eſt facta: pacti ut arma atq; equos traderent: in capita romana tricenis nũmis quadrigatis: in ſocios ducenis: in ſeruos centenis & eo pretio perſoluto cũ ſingulis abirent ueſtimentis: in caſtra hoſtis acceperunt: traditiq; in cuſtodiã oẽs ſunt: ſed ſeorſum ciues: ſociiq;. Dum ibi tps teritur: interea cũ ex maioribus caſtris: quibus ſatis uirium aut animi fuit: ad quattuormillia hoĩum &. cc. equites: alii agmine alii palantes paſſim per agros quod haud minus tutũ erat. Cãnuſium perfugiſſent: caſtra ipſa a ſauciis & timidis eadem conditione qua altera tradita hoſti. Præda ingẽs parta ẽ: & præter equos uiroſq; ſiquid argẽti: qd̃ plurimũ in faleris equoq; erat: nã ad ueſcẽdũ facto perexiguo utiq; militantes utebantur: omnis cætera præda diripiẽda data eſt. Tum ſepeliendi cauſa in unũ corpora ſuoq; cõferri iuſſit. Ad octo millia dicũtur fuiſſe fortiſſimoq; uirorum. Conſulem conquiſitũ ſepultumq; quidam auctores ſunt. Eos: qui Cãnuſium perfugerant: mulier Paula nomine Buſa genere: clara diuitiiſ: mœnibus tantum: tectiſq; a cannuſinis acceptos frumento ueſte uiatico etiam iuuit. Pro qua ei munificentia poſtea bello perfecto a ſenatu ho-

Atq; fortitudinis exempla ĩ ro.

Octo millia hoſtiũ ad cannas cæſa

Paulæ Cãnuſinæ fœmine i ro. liberalitas

nores habiti sunt. Cæterum cum ibi tribuni militum quattuor essent. Fabius Maximus de legiõe prima: cuius pater priore anno dictator fuerat: & de legione secũda. L. Publius Bibulus: &. P. Cornelius Scipio & de legione tertia. Ap. Claudius Pulcher: qui ꝓxime ædilis fuerat: oĩum cõsensu ad. P. Scipionem admodũ adolescentẽ: & ad Ap. Claudium summa imperii delata est quibus cõsultãtibus iter pauꝯ cos de summa reꝯ nunciat. P. Furius Philus consularis uiri filius: nequicquam eos cõsultare: spẽ perditam fore: destitutã: comploratãq; rẽ esse publicã. Nobiles iuuenes quosdã: quoꝝ principẽ. L. Cecilium Metellum mare ac naues spectare: ut deserta Italia ad regũ aliquẽ transfugiãt. Quod malũ: præterq; atrox super tot clades: ẽt nouũ cũ stupore ac miraculo torpidos defixisset: & qui aderãt: consiliũ aduocãdum de eo censerent. Negat cõsilii rẽ esse Scipio: iuuenis fatalis dux huiusce belli: audendũ atq; agẽdũ nõ consultandũ esse in tanto malo ait. Irent secũ extemplo armati qui rempublicã saluã uellẽt. nusquã uerius: q̃ ubi ea cogitẽtur: hostium castra esse. Pergit deinde ire sequẽtibus paucis ĩ hospitium Metelli. Et cũ cõcilium ibi iuuenũ: de quibus allatũ erat: inuenisset: stricto super capita cõsultantiũ gladio: Ex mei animi sñia: inquit: iuro: ut ego rẽpublicã non deserã: neq; aliũ ciuem romanũ deserere patiar: si sciens fallo: tũ me Iupiter Optime Maxime domũ: familiam: remq; meã pessimus leo afficiat. In hæc uerba. L. Cecili iures: expostulo. cæteriq;: qui adestis: qui nõ iurauerit: in se hunc gladium strictũ esse sciat. Haud secus pauidi: q̃ si uictorem Annibalẽ cernerent: iurant oẽs: custodiendosq; semetipsos cõtra Annibalẽ Scipioni tradunt: Eo tẽpore: quo hæc Cannusii agebant: Venusiã ad consulẽ ad quattuor millia peditũ equitũq;: qui sparsi fuga per agros fuerãt: præuenere. Eos oẽs uenusini per familias benigne accipiẽdos curandosq; cũ diuisissent: in singulos equites togas: & tunicas: & quadrigatos nũmos quinosuicenos: & peditibus denos: & arma: quibus deerant: dederũt. cæteraq; publice ac priuatim hospitaliter facta: certatũq;: ne a muliere cannusina populus uenusinus officiis uinceret. Sed i se grauius onus Bursæ multitudo faciebat: & iam ad decẽ millia hominũ erant. Appiusq; & Scipio: posteaquã incolumẽ esse alteꝝ consulẽ acceperũt: nũcium extẽplo mittunt: quãtæ secũ peditum equitũq; copiæ essent: sciscitatũq; simul utrũ Venusiam adduci exercitũ an manere iuberet Cannusii. Varro ipse copias Cannusiũ traduxit. Et iam aliqua species cõsularis exercitus erat: mœnibusq; secreti & si nõ armis ab hoste uidebãtur defensuri. Romam ne has quidẽ reliquias supereſſe ciuium: sociorũq;: sed occidione occisum cũ duobus exercitibus consulẽ: deletasq; oẽs copias allatũ fuerat. Nunquã salua urbe tantum pauoris tumultusq; intra mœnia romana fuit. Itaq; succumbã oneri: neq; aggrediar narrare: quæ differendo minora uero facio. Consule exercituq; ad Trasimenũ priore ãno amisso: nõ ulnus super uulnus: sed multiplex clades cũ duobus consulibus consulares exercitus amissi nunciabãtur. nec ulla iam castra romana: nec ducem: nec militẽ esse. Annibalis Apuliã: & Samniũ esse: ac iam prope totã Italiã factam. nulla pfecto alia gẽs tanta mole cladis nõ obruta esset: Comparẽ cladẽ ad Egadis insulã carthaginẽsium prælio nauali acceptã: qua fracti Sicilia: ac Sardinia cessere: hinc uectigales: ac stipendiarios fieri se passi sũt aut pugnam aduersam in Africa: cui postea Annibal succubuit: nulla ex parte comparãdæ sunt nisi: qd minore aĩo latæ sunt. P. Furius Philo: &. M. Pomponius prætores senatũ in curiam. Hostiliam uocauerunt: ut de urbis custodia consulerẽt: neq;. n. dubitabant: deletis exercitibus: hostẽ ad oppugnandam Romã: quod unũ opus belli restaret: uentuꝝ. Cum malis sicut ingẽtibus: ita ignotis: nec consiliũ quidem satis expedirẽt: obstreperetq; clamor lamentãtiũ mulieꝝ: & nõdum palam facti. uiui: mortuiq; põẽs pœne domos cõplorarentur promiscue. Tum Fabius Maximus censuit equites expeditos: & Appia & latina uia mittendos: qui obuiã euntes percũctarentur: aliquos profectos ex fuga passim dissipatos forte referant: quæ fortuna consulũ atq; exercituum sit: & siquid dii ĩmortales miseri imperii reliquũ romano nomini fecerint ubi eæ copiæ sint quo se Annibal post prælũ contulerit: quid paret. qd agat: acturusq; sit: hæc exploranda: noscẽdaq; per impigros iuuenes esse. Illud per patres ipsos agẽdũ: quoniam magistratuũ paꝝ sit: ut tumultũ ac trepidationẽ in urbe tollant: matronasq; publico arceant cõtineriq; intra suũ quamq; limen cogant: cõploratus familiaꝝ coerceãt: silentiũ per urbẽ faciant. Nuncios reꝝ oĩum ad prætores deducẽdos curent. suæ quisq; fortunæ domi auctorẽ expectet: Custodes pterea ad portas ponãt: qui ꝓhibeant quemquã egredi urbẽ cogãtq; hoies: nullã nisi urbe salua ac mœnibus salutẽ sperare: ubi cõticuerit tumultus recte tũ in curiam patres reuocãdos: consulendũq; de urbis custodia esse. Cũ in hãc sñiam pedibus oẽs issent: sũmotaq; foret per magistratus turba: patres diuersi ad sedẽdos tumultus discessissent: tũ demũ litteræ a Terentio cõsule allatæ sunt. L. Aemyliũ cõsulem: exercitũq; cæsum: euasumq; se esse reliquias tantæ cladis uelut ex naufragio colligentẽ: ad. x. millia militũ ferme esse in cõpositoꝝ ĩordinatorũq;: Sed Annibalẽ nunc sedere ad Cannas: in captiuoꝝ p

manam aggrederentur.itaq; classe opus esse:si regem socium Siciliamq; tueri uellent. Litteris consu-
lis prætorisq; lectis:Appium Claudiumq;qui classi ad Hostiam stanti præesset Cannusiũ ad exercitũ
mittendum:scribẽdumq; consuli:ut cum prætori exercitum tradidisset:primo quoq; tempore: quan-
tum per cõmodum reip.fieri posset:Romam ueniret.



Opimia & Floronia Vestales incasti dã natæ

TERRITI ETIAM SVPER TANTAS CLA-
des:tum cæteris prodigiis:tũ quod duæ uestales eo
anno Opimia atq; Floronia stupri cõpertæ & altera
sub terrã:ut mos est:ad portã Collinam necata fue-
rat:altera sibimetipsa mortẽ consciuerat. L. Cantili-
us scriba pontificũ:quos nunc minores põtifices ap
pellant:qui cũ Floronia stuprum fecerat:a pontifice
maximo eo usq; uirgis in cõmitio cæsus erat:ut in-
ter uerbera expiraret:hoc nefas cũ inter tot ut fit:cla
des in prodigiũ uersum esset: decẽuiri libros adire
iussi sunt.Et Fabius Pictor Delphos ad oraculũ mis
sus scisciatũ:quibus precibus supplicatiõibusq; de
os possent placare:& quænã futura finis tantis cladi
bus foret.Interi ex fatalibus libris sacrificia aliquot
extra ordinaria facta:iter q̃ gallus & gallina:græcus
& græca in foro Boario sub terra uiui demissi sũt:in locũ saxo cõsectũ ubi ante ostiis hũanis minime ro
mano sacro imbutũ.Placatis satis:ut rebantur deis.M.Claudius Marcellus ab Hostia milites:quos in
classem scriptos habebat:Romã:ut urbi præsidio essent:mittit:ipse legione classis (ea tertia legio erat)
cum tri.mili.Theanũ Sidicinũ præmissa:classe tradita.P.Furio collegæ:paucos post dies Cannusiũ ma
gnis itineribus contendit.Dictator ex auctoritate patrum.D.Iunius:&.T.Sempronius magister equi
tum delectu edicto iuniores ab annis.xvii.& quosdam prætextatos scribũt.Quattuor ex his legiones
& mille equites effecti.item ad socios latinũq; nomen ad milites ex formula accipiẽdos mittunt:arma
tela:alia parari iubent.Et hostiũ spolia uetera detrahunt templis porticibusq;.Et aliã formam noui de
lectus inopia liberoq; capitum ac necessitas dedit:Octo millia iuuenũ ualidoq; ex seruitiis: prius scisci-
tantes singulos uellentne militare.empta publice armauerũt.Hic miles magis placuit cũ prætio mino
re redimi:q̃ captiuoq; copia fieret.Nam Annibal secundũ tam ꝓsperã ad Cannas pugnam uictoris ma
gis:q̃ bellũ gerentis intẽtus curis:cũ captiuis ꝓductis separatisq; ociis eos: sicut ãte ad Trebiam:Trasi-
menũq; lacũ benigne allocutus:sine prætio dimisisset:romanos quoq; uocatos:qd'nunquã alias antea
miti satis sermone alloquit'.Nõ internicione ciuiũ sibi esse cũ romanis bellũ de dignitate atq; imperio
certare & patres uirtuti romanæ cessisse:& se id adniti:ut suæ inuicẽ simul fœlicitati:& uirtuti cedatur:
itaq; redimẽdi se captiuis copiã facere:prætiũ fore in capita equiti quingenos quadrigatos nũmos:tri
cenos pediti:seruo centũ:Quamquã aliquantũ adiiciebat equitibus ad id prætiũ:quod pepigerant de
dentes se:læti tamen quãcunq; conditionẽ pacisc̃di acceperũt.Placuit suffragio eoq; decẽ eligi:q Ro-
mã ad senatũ irent:nec pignus aliud fidei acceptum:q̃ ut iurarẽt se redituros. Missus cũ his Carthalo
nobilis carthaginensis:qui si forte ad pacẽ inclinarent aĩos:conditionẽ ferret.Cum egressi castris cẽnt
unus ex iis minime romani ingenii homo:uelut aliquid oblitus:iurisiurãdi soluẽdi causa:cũ in castra
redisset ante noctem comites assequit'.Vbi eos Romã uenire nunciatũ est:Carthaloni obuiam lictor
missus:qui dictatoris uerbis nunciaret:ut ante noctẽ excederet finibus romanis.Legatis captiuoq; se-
natus ab dictatore datus est.Quoq; princeps.M.Iunius.P.C.inquit:nemo uestrũ ignorat nulli unq̃ ci
uitati uiliores fuisse captiuos:q̃ nostræ:cæteq;:nisi nobis plus iusto nostra placet causa:non alii unquã
minus negligendi uobis:q̃ nos:in hostium potestatẽ uenerunt.nõ.n.in aciem per timorẽ arma tradi
dimus:sed cũ prope ad noctem superstantes tumulis cæsoq; corpoq;.præliũ extraxissemus:in castra re
cepimus nos.diei reliquum ac noctẽ insequentem fessi labore ac uulneribus uallum sumus tutati: po
stero die circumsessi ab exercitu uictore: aqua arcemur:nec ulla alia iam per cõfertos hostes erumpen
di spes erat:nec esse nefas duceremus:quinquaginta millibus hominum ex acie trucidatis nostra:ali-
quẽ ex cannẽsi pugna romanũ militẽ restare:tunc demũ pacti prætiũ:quo redẽpti dimitteremur arma
in quibus nihil iã auxilii erat hosti tradidimus.Maiores nostros quoq; acceperamus se a gallis auro re
demisse:& patres nostros asperimos illos ad conditionẽ pacis:legatos tamen ad captiuoq; redimẽdo-
rum gratiã Tarentũ misisse:itaq; in Italia cum gallis:& ad Heracleã cum Pyrrho,utraq; nõ tam clade in
famis:q̃ pauore & fuga pugna fuit.Cannẽses campos acerui romanoq; corporũ tegunt:nec superstu-
mus pugnæ:nisi in quibus trucidandis ferrũ:& uires hosti defecerunt.Sunt etiã de nostris quidã:qui
nec in acie quidẽ refugerunt:sed præsidio castris relicti:cum castra traderẽtur:in potestatem hostium
uenerunt.Haud equidẽ ullius ciuis:aut cõmilitonis fortunæ :aut conditiõi inuideo. Nec premendo
alium me extulisse uelim uideri:ne illi quidem:nisi uelocitatis pedum & cursus aliquod præmiũ: est
qui plæriq; inermes ex acie fugientes non priusquã Venusiæ:aut Cannusii constiterunt:ie nobis me
rito prætulerunt:gloriatiq; sunt in se plusquam in nobis præsidii reipu.esse:Sed illis ut bonis & forti-

Carthaló Atti.ro.se rociam i re bus etiam afflictis

Oratio ca-ptiuoq; ad senatũ

bus uiris utemini:& nobis iam promptioribus pro patria:quod beneficio uestro redempti atq; in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni ætate & fortuna habetis. octo millia armari seruorum audio:non minor numerus noster est:nec maiori prætio redimi possumus:q̃ hi emuntur: nam si conferam nos cum illis:iniuriam romano nomini faciam. illud etiam in tali consilio uobis animaduertendum. P. C. cẽseram:si tam duriores esse uelitis:quod nullo nostro merito faciatis:cui nos hosti relictu ri sitis. Pyrrho uidelicet:qui nos hospatum numero habuit captiuos:an barbaro ac pœno? qui utrum auarior:an crudelior sit:uix æstimari potest. Si uideatis cathænas squallorem deformitatemq; ciuium uestrorũ nõ minus profecto uos ea species moueat:quam si ex altera parte cernatis stratas cãensibus campis legiones uestras:intueri potestis sollicitudinem:& lachrymas in uestibulo curiæ stantium cognatorum nostrorũ expectantiumq; responsum uestrũ:cum ii pro nobis proq; iis:qui absunt ita suspẽsi ac solliciti sunt:quem censetis aium ipsorũ esse:quorũ in discrimine uita libertasq; est:si mediusfidius ipse in nos mitis. Annibal contra naturam suam esse uelit:nihil tamen nobis uita opus esse cẽseamus cum indigni:ut a uobis redimeremur:uisi simus. Rediere Romã quondam remissi a Pyrrho sine prætio capti:sed rediere cum legatis primoribus ciuitatis ad redimẽdos sese missis. Redeam ego in patriam trecentis nũmis nunc æstimatus ciuis. Suum quisq; habet aium. P. C. Scio in discrimine esse uitam corpusq; meum. magis me famæ periculum mouet:ne a uobis dãnati:ac repulsi abeamus. neq; enim uos hoies prætio pepercisse credent. Vbi is finem fecit:extẽplo ab ea turba:quæ in comitio erat:clamor flebilis est sublatus:manusq; ad curiam tẽdebant orãtes:ut sibi liberos:fratres:cognatos redderẽt. Fœminas quoq; metus:ac necessitas turbæ huic uirorũ in foro imiscuerat. Senatus:summotis arbitris:cõsuli cœpit:ibi cũ sententiis uariaret:& alii redimẽdos de publico alii nullam publicã impẽsam faciendam nec prohibẽdos ex priuato redimi:si quibus argentũ in præsentia deesset:dãdam ex ærario pecuniam mutuam. præsidiis:prædibusq; cauendum populo censerẽt. Tum. T. Manlius Torquatus priscæ ac nimis duræ:ut plærisq; uidebatur:seueritatis:interrogatus sniam ita locutus fertur. Si tãtum mõ postulassent legati pro iis:qui in hostiũ potestate sunt:ut redimerentur:ullius sine insectatiõe eorũ breui sẽtentiam peregissem:quid. n. aliud:q̃ admonendi essetis:ut morem traditũ a patribus: necessario ad rẽ militarẽ exemplo seruaretis? Nunc autem cũ prope gloriati sint:quod se hostibus dediderint:præferri q; non captis mõ in acie ab hostibus:sed ẽt iis qui Venusiam Cãusiumq; peruenerũt:atq; ipsi. C. Terentio consuli æquum censuerint:nihil uos eorũ. P. C. quæ illic acta sunt. ignorare patiar. Atq; utinam hæc:quæ apud uos acturus sum. Cannusii apud ipsum exercitũ agerem. optimũ testẽ ignauiæ cuiusq; & uirtutis:aut unus hic saltẽ adesset. P. C. Sempronius quẽ si isti ducẽ secuti essent milites. hodie in castris romanis non captiui in hostium potestate essent:& cũ fessis pugnãdo hostibus:tum uictoria lætis:& ipsis plerisq; regressis i castra sua. noctẽ ad erumpẽdum liberã habuissent:& septem armatorũ hominũ millia erumpere etiã inter consertos hoies potuissent. Neq; per se ipsi hoc facere conati sunt. neq; alium sequi uoluerunt. Nocte prope tota. P. Sẽpronius Tutidanus non destitit admonere adhortaricq; eos dum paucitas hostium circa castra. dum quies. ac silentiũ esset dum nox incœptum tegeret. se ducẽ sequerentur. ante lucẽ peruenire in tuta loca. in socioꝝ urbes posse. Sicut auoꝝ memoria. P. Decius Trimili. in Samnio. Sicut nobis adolescẽtibus priori punico bello Calphurnius Flama: trecẽtis uoluntariis cum ad tumulũ eos capiendum situm iter medios hostes duceret dixit: Moriamur milites & morte nostra eripiamus ex obsidione circunuẽtas legiones. Si hoc nec. P. Sempronius diceret: nec uos quidẽ: nec romanos uos duceret. Si nemo tantæ uirtutis existeret comes uiam nõ ad gloriã magis q; ad salutem ferentẽ demonstraret:ducẽ se in patriam:ad parentes:ad cõiuges ac liberos facit:ut seruemini:deest uobis aius. Quid si moriendũ p patria esset:faceretis? quinquaginta millia ciuiũ sociorũq; circa uos eo ipso die cæsa iacent:si tot exẽpla uirtutis non mouent:nihil unquã mouebit. si tãta clades uobis uilem uitã non fecit:nulla faciet: & liberi:atq; incolumes desiderate patriã:imo desiderate:dum patria est:dũ ciues eius estis:sero nunc desideratis:diminuti capite abalienati iure ciuium: serui carthaginensium facti:prætio redituri estis eo:unde ignauia:ac nequitia abistis? P. Sempronium ciuẽ nostrum non audistis arma capere:ac se iubente sequi. Annibalẽ paulopost audistis:castra prodi:& arma tradi iubentẽ. Quam ego ignauiã istorũ accuso? cum scelus possim accusare? non. n. mõ sequi recusarũt benemonentem sed obsistere ac retinere conati sunt:ni strictis gladiis fortissimi inertis summouisset. Prius inquam. P. Sempronio per ciuium agmen:q̃ per hostiũ fuit erumpẽdum:hos ciues patria deseruerẽt? Quorũ:si cæteri similes fuissent neminem hodie ex iis:qui ad Cannas pugnauerunt:ciuẽ haberet. Ex millibus septem armatorũ sexcenti extiterunt:qui erumpere auderent. qui in patriam liberi atq; armati redirent. neq; iis tria millia hostium obstitere q̃ tutum iter duarũ prope legionum agmini fuerunt. Ex millibus septem armatorũ sexcenti extiterunt:qui erumpere auderent. qui in patriam liberi atq; armati redirent. neq; iis tria millia hostium obstitere q̃ tutum iter duarũ prope legionum agmini futurum censetis fuisse? haberetis hodie uiginti millia armatorum Cannusii fortia fidelia. P. C. Nũc autem quẽadmodum hi boni fideles q;: nam fortes ne ipsi quidem dixerint:ciues esse possunt: nisi quis credere potest fuisse. qui erũpentibus:quin erumperent:obsistere conati sint:aut non inuidere eos tũ incolumitati:tum gloriæ illorũ per uirtutem partæ:cum sibi timorem ignauiamq; seruitutis ignominiosæ causam esse sciant? maluerunt in tentoriis latentes simul lucem atq; hostem expectare: cum silentio noctis erumpendi occasio esset. Ad erumpendum e castris defuit animus: ad tutanda fortiter castra animum habuerunt. dies ac noctes aliquot obsessi:armati se ipsi tutati uallo sunt: tãdem ultima

T. Manlii Seuera Manlij oratio ad oro uersus Captritos

Præclara Ro. facinora

ausi:passiq;:cum omnia subsidia uitæ desunt:affectisq; fame:uiribus:arma iam sustinere nequirent ne cessitatibus magis humanis:q̃ armis uicti sunt. Orto iole hostis ad uallum accessit:ante secundam horam nullam fortunam certaminis experti tradiderunt arma:ac seipsos. Hæc uobis ipsoꝝ per biduum militia fuit. Cum acie stare ac pugnare decuerit:tum in castra refugerunt. Cum pro uallo pugnãdum erat:castra tradiderunt:neq; in acie:neq; in castris utiles. Quos redimam:cum erumpere castris oportet:cunctamini:ac manetis. Cum manere:& castra tutari armis necesse est:& castra:& arma:& uosipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos. P. C. censeo:q̃ illos dedendos Annibali:qui per medios hostis e castris eruperunt:ac per summã uirtutem se patriæ restituerunt. Posteaquam Mãlius dixit:quanquam patrum quoq; plæroſq; captiui cognatione attingebant:præter:exẽplum ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indulgentis:pecuniæ quoq; summa hoies mouit:quia nec ærarium exhaurire:magna iam summa erogata in seruos ad militiam emẽdos:armandosq;:nec Annibalem maxime huiusce rei:ut fama erat:egentẽ locupletari uolebant. Cũ triste responsum nõ redimi captiuos redditum esset:nouusq; super ueterẽ luctus:tot iactura ciuium:adiectus esset: cũ magnis flætibus questibusq; ad portam legatos prosecuti sunt. Vnus ex iis domũ abiit: quod fallaci redditu in castra iureiurando se exoluisset. Quod ubi innotuit:relatumq; est ad senatum:oẽs censuerunt cõprehendum:& custodibus publice datis deducẽdum ad Annibalẽ. Est & alia de captiuis fama .x. primos ueniſſe de eis cum dubitatum in senatu esset:admitterentur in urbẽ nec ne:ita admissos esse: ne tamẽ iis senatus daretur. Morãtibus deinde longius oĩum ipẽ alios insuper tres legatos uenisse. L. Scribonium:&. C. Calphurnium:&. L. Manliũ: Tum demũ ab cognato Scriboni. Tri. Ple. de redimẽdis captiuis relatum esse. Nec censuisse redimendos senatũ:& nouos legatos tres ad Annibalem reuertisse:decem ueteres remansisse:quod per causam recognoscendi noia captiuoꝝ ad Annibalẽ ex itinere regressi:religione exoluissent seſe. De iis dedendis magna contentione actũ in senatum esse:uictosq; paucis sententiis:qui dedendos censuerint. Cæteꝝ proximis censoribus adeo oĩbus notis ignominiisq; confectos esse:ut quidam eoꝝ mortem sibiipsi cõsciuerint. Cæteri non foro solum omni deĩde uita: sed prope luce a publico caruerint. Mirari magis adeo discrepare inter auctores:q̃ quid ueri sit:discernere queas. Quanto autẽ maior hæc clades superioribus cladibus fuerit:uel ea res indicio est qui socioꝝ ad eam diem firmi steterant:tum labare cœperunt:nulla profecto alia de re: q̃ quod desperare cœperant de imperio. Defecere autem ad pœnos hi populi:attellani:calatini:hirpini:appuloꝝ pars: sãnites præter pennos:brutii omnes:lucani:præter hos iurrentini:& græcoꝝ omnis ferme ora:tarentini:metapõtini:crotonenses:locriq;:& cisalpini omnes galli. Nec tamen hæ clades defectionesq; sociorum mouerunt:ut pacis unquam mentio apud romanos fieret:neq; ante consulis romani aduentum:nec postea quã is rediit:renouauitq; memoriam acceptæ cladis. Quo in tempore ipso adeo magno aĩo ciuitas fuit:ut consuli Varroni ex tanta clade:cuius ipse maxima causa fuisset:redeunti & obuiam itum frequẽter ab oĩbus ordinibus sit:& gratiæ actæ:quod de rep. non desperasset. Qui si carthaginẽsium ductor fuisset:nihil recusandum supplicii foret.

Manlii p oratio

Nota pulẽ mãrauando Senatum Vide gell: lib. 7. ca: 18.

populi q ad pœnos post cãnen sẽ pugnã defecerũt

Varrõi ro. Venienti gratiæ actæ sunt

LIBER TERTIVS

ANNIBAL POST CANNENSEM PVGNAM CASTRA CAPTA AC direpta confestim ex Appulia in Sãnium mouerat. accitus in hiripinos a Statio pollicente se cõsam tradituꝝ. Consanus erat Trebius nobilis inter suos: sed pmebat eum consanoꝝ factio familiæ per gratiã romanoꝝ potẽtis. Post famam cãnensis pugnæ uulgatumq; crebris sermonibus aduẽtum Annibalis:cũ Consam urbem excesisset:sine certamine tradita urbs pœno:præsidiũq; acceptũ est. Ibi præda omni:atq; impedimẽtis relictis:exercitu partito: Magonem regiõis eius urbes aut deficiẽtes a romanis accipere:aut detractãtes cogere ad defectionẽ iubet:ipse per agꝝ campanũ mare infeꝝ petit oppugnaturus Neapolim: ut urbẽ maritimã haberet. Vbi fines neapolitanoꝝ itrauit: numidas partim in insidiis (& plæræq; cauæ sunt uiæ:sinusq; occulti) quacunq; arte poterat:disponit:alios præ se actã prædã ex agris ostẽtantis:obequitare portis iussit:in quos:qa nec multi & incõposĩti uidebãtur:cũ turma eq tum erupisset:a cedentibus cõsulto tracta in isidias ac circunuenta est:nec euasisset quisquã ni mare ppiquũ: & haud pcul littore naues piscatoriæ plæræq; conspectæ peritis nandi dedissent effugium:aliquot tñ eo prælio nobiles iuuenes cæsi sunt:inter quos & Egeas præfectus equitũ intẽperãtius cedẽtes secutus cecidit. Ab urbe oppugnãda pœnũ abstinuere cõspecta mœnia haud quaquã prompta oppugnanti. Inde Capuã flectit iter luxuriantẽ longa fœlicitate:ac indulgentia fortunæ. maximæ tñ iter corrupta oĩa licentia plebis sine mõ libertatẽ exercentis:senatũ & sibi & plebi obnoxium fecerat Pacuuius Calanius nobilis inde ac popularis homo:cæteꝝ malis artibus nactus opes. Is cum eo forte anno quo res male gesta ad Trasimenum est:in summo magistratu esset:iãdiu infestam senatui plebẽ ratus: per occasionẽ nouandi res:magnũ ausuram facinus:ut si in ea loca Annibal cũ exercitu uictore uenisset:trucidato senatu traderet Capuã pœnis improbus homo:sed nõ ad extremũ pditus:cum maller in

Trebius

Neapolis

Egeas

Pacuuius Calanius

Pacuuij Campani Iniqui Consilium

columi:q̃ euersa repu.dñari:nullam autem incolumen esse orbatam publico consilio crederet:rationẽ
iniit:qua & senatum seruaret:& obnoxium sibi:ac plebi faceret. Vocato senatu: cum sibi defectionis a Atť. pacu-
romanis consilium placiturum nullo modo:nisi necessarium fuisset:præfatus esset:quippe qui liberos uii Cãpani
ex Appii Claudii filia haberet:filiam Romam nuptum Liuio dedisset:cæteq; maiorem multo rem ma artem
gisq; timendam instare:non enim per defectionem ad tollendũ ex ciuitate senatum plebẽ spectare:sed
per cædem senatus uacuam remp.tradere Annibali:ac pœnis uelle.eo se periculo posse liberare eos: si
permittant sibi:& certaminum in rep.obliti credant: Cum oẽs uicti metu permitterent: Claudã in cu
ria uos:inquit:& tanquam & ipse cogitati facinoris particeps:approbando consilia:quibus nequicquã
aduersarer:uiam saluti uestræ iueniam:i hoc fidem:quam uultis ipsi: accipite. Fide data egressus clau
di curiam iubet: præsidiumque in uestibulo reliquit: nequis adire curiam iniussu suo: neue inde e-
gredi possit. Tunc uocato ad concionem populo: quod sæpe:inquit: optastis campani:ut supplicii su
mendi uobis ex improbo: ac detestabili senatu potestas esset: eam nunc non per tumultum expu-
gnantes domos singulorum:quas præsidiis clientium seruorumque tuentur cum summo uestro pe-
riculo:sed tutam habetis ac liberam Clausos oẽs in curiam accipite solos inermes: nec quicq̃ raptim:
aut forte temere egeritis.de singulorum capite uobis ius sniæ dicendæ faciam:ut quas:quis emeritus
est:pœnas pendat.Sed ante omnia:ita uos iræ indulgere oportet:ut potiorem ira salutem:atq; utilitatẽ
uestram habeatis.Et enim hos:ut opinor:odistis senatores:nam senatum omnino non habere nõ uul
tis.quippe aut rex quod abominandum:aut quod unum liberæ ciuitatis consilium est:senatus haben
dus est.Itaq; duæ res simul agendæ sunt uobis:ut & ueterem senatum tollatis:& nouum cooptetis. ci
tari singulos senatores iubebo:de quorum capite uos cõsulam:quod de quoq; censueritis fiet:sed pri
us in eius locum uirum fortem:ac strenuum nouum senatorẽ cooptabitis:q̃ de noxio supplicium su
matur.Inde consedit:& nobis in urnam coniectis:citari:quod primum sorte nomen excidit:ipsumq;
e curia produci iussit. Vbi auditum est nomen:malum & improbum pro se quisq; clamare:& supplicio
dignum.Tum Pacuuius:uideo:quæ sentẽtia de hoc sit data:eiicitur pro malo:ac improbo: bonum se
natorem:& iustum eligite.Primo silentium erat inopia potioris subiiciundi.Deinde:cum aliqui omis
sa uerecũdia quẽppiam nominassent:multo maior extemplo clamor oriebatur:cum alii negarent nos
se:alii nunc probra:nunc humilitatem:sordidamq; inopiam:& pudẽdæ artis:aut quæstus genus obii-
cerent.Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore est factum:ut ipsius pœnitere hoies appa
reret.Quẽm autem in eius substituerẽt locum deesse:quia nec eoldem nominari attinebat nihil aliud:
q̃ ad audienda probra nominatos:& multo humiliores:obscurioresq; cæteri erãt eis:qui primi memo Atť. exitũ
tiæ occurrebant.Ita dilabi homines notissimum quodq; malum maxime tolerabile dicentes esse iubẽ pacuuiani
tesq; senatum ex custodia dimitti.Hoc modo Pacuuius cum obnoxium uitæ beneficio senatum mul- consilii
to sibi magis:q̃ plebi fecisset:sine armis iam oĩbus concedentibus dominabatur.Hinc senatores omis
sa dignitatis:libertatisq; memoria plebem affari:salutare:benigne inuitare: apparatis accipere epulis:
eius causas suscipere ei semper parati adesse:secundum eam in litem iudices dare:quæ magis popula
ris aptiorq; in uulgus fauori conciliando esset.Iam uero nihil in senatu actum aliter:q̃ si plebis ibi esset
concilium.Prona semper ciuitas in luxuriam:non ingeniorum modo uitio:sed affluenti copia uolu
ptatum:& illecebris omnis amœnitatis maritimæ:terrestrisq;:tum uero ita obsequio principum: & li
centia plebes lasciuire:ut nec libidini:nec sumptibus modus esset.ad contemptum legum:magistratu
um:senatusq; accessit.tum post cannensem cladem:ut cuius aliqua erat uerecundia:romanum quoq;
imperium spernerent.Id modo erat in mora:ne id extemplo efficerent: quod connubium uetustum
multas familias claras:ac potentes romanis miscuerat:& quod:cum militarent aliquot annos apud ro
manos maximum uinculum erant:trecenti equites nobilissimus quisq; campanorum in præsidia sicu
larum urbium delecti a romanis ac missi.Horum parentes:cognatiq; ægre peruicerunt:ut legati ad cõ
sulem romanum mittentur.missi nondum Cãnusium profectum:sed Venusiæ cum paucis:ac semier-
mibus consulem inuenerunt:q̃ poterat maxime miserabilem bonis sociis:superbis atq; infidelibus:ut.
erant campani:spernendum:& auxit rerum suarum:suiq; contemptum consul nimis detegendo cla-
dem:nudandoq;:Nam cum Legati ægre ferre senatum populumq; campanum:aduersi quicq̃ euenis
se romanis nunciassent:pollicerenturq; omnia:quæ ad bellum opus essent.Morem:inquit:magis lo
quendi cum sociis seruastis campani:iubentes:quæ opus essent ad bellum imperitare: q̃ conuenien
ter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis.Quid enim nobis ad Cannas relictum est:ut qua
si aliquid habeamus:id quod deest expleri a sociis uelimus?pedites uobis imperemus:tanquam equi
tes habeamus?pecuniam deesse dicimus:tanquam ea tantum desit?nihil ne quod suppleremus qui- Verba uar
dem nobis reliquit fortuna:legiones:equitatus:arma:signa:equi:uiriq;:pecunia:cõmeatus aut i acie. ronis ad le
aut i n ruinis postero die amissis castris perierunt.itaq; non iuuetis nos in bello oportet campani: sed gatos cam
cum pœno bellum pro nobis suscipiatis. Veniat in mentem: ut trepidos quondam maiores uestros panos
intra mœnia compulsos: nec samnitem modo hostem: sed sidicinum pauentes receptos in fidem
apud Satriculam defenderimus. Cœptum propter uos cum samnitibus bellum per centum prope
annos uariante fortuna euentum tulerimus: Adiicite ad hæc: quod fœdus æquum dedimus: quod
leges:nostras:quod ad extremum: id quod ante cannensem certe cladem maximum fuit: ciuitatem

nostrã magnæ parti uestrũ dedimus:cõmunicauimusq; uobiscum. Itaq; cõem uos hanc cladem: quæ accepta est credere campani oportet:communem patriam tuendam arbitrari esse.Non cũ samnite aut ethrusco res est:ut cum a nobis ablatum sit:in Italia tñ imperium maneat.Pœnus hostis:ne Africæ quidem indigena ab ultimis terrarum oris:freto Oceani.Herculisq; columnis expertem oĩs iuris: & conditionis & linguæ prope humanæ militem trahit.Hunc natura immitẽ:moribusq; ferum: insup dux ipse efferauit:pontibus ac molibus ex humanoꝝ corporum strue faciendis:& quod proloqui ẽt piget uesci humanis corporibus docendo.hos infandis pastos epulis:quos cõtingere ẽt nefas sit uidere atq; habere dominos:& ex Africa:& a Carthagine iura petere:& Italiam numidaꝝ & maurorum pati prouinciam esse:cui non genito modo ĩ Italia detestabile sitẽ Pulchrũ erit campani prolapsum clade romanum imperiũ uestra fide:uestris uiribus retentum ac recuperatũ esse.Triginta millia peditũ: quattuor equitum arbitror ex Cãpania uos scripsisse:iam pecuniæ affatim esse frumẽtiq;:qui si parem fortunæ uestræ habetis fidem:nec Annibal se uicisse sentiet:nec romani se uictos esse.Hac oratione consulis dimissis redeuntibusq; domum legatis:unus ex iis Virius Subius tps ueniisse ait:quo campani non aggr solum a romanis quõdam p iniuriam ademptum recuperare:sed imperio Italiæ potiri possint.fœdus .n.cum Annibale:quibus uelint legibus facturos neq; cõtrouersiam fore:quin ipse confecto bello Annibal uictor in cã hinc decedat:exercitũq; deportet:Italiæ imperiũ campanis relinquatur.hæc Virio loquenti assensi oẽs:ita renunciant legationẽ:uti deletum oĩbus uideretur nomen romanum.extemplo plebes ad defectionem ac pars maxima senatus spectare.Extracta tñ auctoritatibus senioꝝ per paucos dies est res.postremo uicit snĩa plurium:ut iidẽ legati:qui ad cõsulem romanũ ierant:ad Annibalẽ mitterentur.Quo priusq; iretur:certũq; defectionis consilium esset:Romã legatos missos a campanis in quibusdam annalibus inuenio:postulantes:ut alter consul cãpanus fieret:si rem romanã adiuuari uellent Indignatiõe orta summoueri a curia iussos esse:missumq; lictorẽ:qui ex urbe educeret eos: atq; eo die manere extra fines romanos iuberet.Quia nimis compar latinoꝝ quondã postulationi erat:Cæliusq; & alii quia haud sine causa ptermiserant scriptores:ponere pro certo sum ueritus.Legati ad Annibalẽ uenerunt:pacemq; cũ eo his cõditionibus fecerunt:Nequis iperator magistratusue pœnoꝝ ullum ius in ciuem campanũ haberet:neue ciuis campanus inuitus militaret:munusue faceret:ut suæ leges: sui magistratus campanis essent:ut trecentos ex romanis captiuos pœnus daret campanis:quos ipsi elegissent:cũ quibus equitũ campanoꝝ:qui in Sicilia stipendia facerent:pmutatio fieret.Hæc pacta.Illa insuper:q; quæ pacta essent:facinora cãpani ediderunt:nã præfectos socium:ciuesq; romanos alios partim aliquo militiæ muneræ occupatos:ptim priuatis negotiis iplicitos plebs repente oĩs cõpræhensos: uelut custodiæ cã balneis includi iussit:ubi feruore atq; æstu aĩa intercluſa fœdũ in modũ expirarent.



EA NE FIERENT:NEVE LEGATIO MITTERETUR ad pœnũ summa ope Decius Magius uir: cui ad summã auctoritatem nihil præter sanam ciuium mentem defuit:restiterat.Vt uero pſidium mitti ab Annibale audiuit:Pyrrhi superbam dñationem miserabilemq; tarentinoꝝ seruitutem exẽpla referens primo ne reciperetur pſidium palam uociferatus ẽ: deinde:ut receptum:aut eiiceretur:aut si malum facinus:quod a uetustissimis sociis:consanguineisq; defecissent:forti ac memorabili facinore purgare uellent ut interfecto punico pſidio restituerent se romanis.Hæc(neq; .n.occulte agebant)cum relata Annibali essent:qui uocarent Magiũ ad sese:in castra primo misit.Deinde cum eis ferociter negasset se itur⁹; nec enim Annibali ius esse in ciuem campanum:cõcitatus ira pœnus compræhendi hominem uictumq; attrahi ad se iussit.Veritus deinde nequid interuim tumultus:atq; excitationem animorum inconsulti certaminis oriretur:ipse pmisso nũcio ad Marium Blosium prætorem campanum postero die se Capuæ futurum:proficiscitur e castris cum modico pſidio.Marius concione aduocata edicit:ut freqntes cum coniugibus ac liberis obuiam irent Annibali.Ab uniuersis id non obedienter modo:sed enixe fauore etiam uulgi & studio uisendi tot iam uictoriis clarum imperatorem factum est.Decius Magius nec obuiam egressus est:nec quo timorem alicuem ex conscientia significare posset:priuatim se tenuit.In foro cum filio:clientibusq; paucis otiose ambulauit.Trepidante tota ciuitate ad excipiendum pœnum:uisendum.Annibal ingressus urbem se natum extemplo postulat:præcantibusq; inde primoribus ciuitatis campanorum nequid eo die fere gereret: diemque ut ipse aduentu suo festum lætus ac libens celebraret quãquam præceps ingenio in iram erat:tamen:nequid in principio negaret uisendo urbem: magnam diei partem consumpsit. Diuersatus est apud Munios Celeres: Stenium: pacuuiumque inclytos nobilitate ac diuitiis. Eo Pacuuius Calanius: de quo ante dictum est: princeps factionis eius: quæ attraxerat rem ad pœnos: filium iuuenem adduxit. Abstractumque ab se a Decii ait latere. cum quo ferocissime pro

Virius Subius

Campano rum postulata

Decius magius

Magii constantia

annibal capuam ĩgreditur

romana ſocietate aduerſus punicum fœdus ſteterat: nec eum aut inclinata in partem alteram ciuitas: aut patria maieſtas ſententia depulerat. Huic tum pater iuueni Annibalem magis dep̃cando: q̃ purgã do placauit: uictuſq; patris p̃cibus lachrymiſq; ẽt ad cænam eum cũ patre uocari iuſſit: cui conuiuio ne minem campanũ præterq̃ hoſpites: Iubellium q; Tauream inſignẽ bello uirũ adhibiturus erat. Cœpe runt epulari de die: & conuiuium non ex more punico aut militari diſciplina eſſe: ſed ut ĩ ciuitate: atq; ẽt modo: diu ad uarias oĩum uoluptatum illecebras inſtructũ. Vnus nec dñorum inuitatione: nec ipſi us interdũ Annibalis Calanii filius perolla uinci potuit: ipſiq; ualitudinem excuſans patri: animi quo q; eius mirabilem inter turbationẽ cum quæreret: ante ſolis ferme occaſum patrẽ Calanium ex conui uio egreſſum ſecutus filius: ubi in ſecretũ hortus erat: poſticis ædiũ peruenerunt. Conſiliũ: inquit: affer ro pater: quo non ueniã ſolum peccati: quo defecimus ad Annibalẽ impetrare ab romanis: ſed in mul to maiore dignitate: & gratia ſimus cãpani: q̃ fuimus unq̃. Cum mirabundus pater quidnã id eſſet cõ filii quæreret: toga reiecta ab humero latus ſuccinctum gladio nudat: Iam ego: inquit: ſanguine Anni balis ſanciã romanum fœdus. Te id prius ſcire uolui: ſi forte adeſſe: dum facinus patrat: malles. Quæ ubi uidit: audiuit q; ſenex: uelut ſi iam agendis: quæ audiebat: intereſſet cũ metu. Per ego te: inquit fili: q̃cunq; iura liberos iungunt parentibus: precor: quæſoq; ne ante oculos patris facere: & pati oĩa infan da uelis. paucæ horæ ſunt: intra quas iurantes per quicquid deoꝝ eſt: dextras dextræ iungentes fidem obſtrinximus: ut ſacrata fide manſiſſemus digreſſi a colloquio extemplo in eum armamur: iurgiis: ab hoſpitali menſa: ad quam tertius campanoꝝ adhibitus ab Annibale es: eam ipſam menſam cruentare uis hoſpitis ſanguine: Annibalem pater filio meo potui placare: filiũ Annibali non poſſum? Sed ſi nihil ſanctũ: non fides: non pietas: non religio: audiant̃ infanda ſi non pniciẽ nobis cũ ſcelere afferunt. Vnus aggreſſurus es Annibalem? quid illa turba tot liberorum ſeruorũq;? Quid in unũ intenti oĩum oculi? Quid tot dextræ? torpeſcent ne in amentia illa? uultum ipſius Annibalis: quem armati exercitus tre munt: quẽ horret populus romanus: tu ſuſtinebis Talis auxilia deſunt̃ meipſum ferire. corpus meũ opponentẽ pro corpore Annibalis ſuſtinebis? Atqui p meum pectus petendus ille tibi atq; tranſfigen dus eſt deterreri hic ſine te potius: q̃ illic uinci. ualeant p̃ces apud te meæ: ſicut pro te hodie ualuerunt lachrymantẽ inde iuuenem cernens mediũ complectitur: atq; oſculo hærens: non ante p̃cibus abſtitit: q̃ puicit: ut gladium poneret: fidemq; daret: ni hil factuꝝ tale. Tum iuuenis ego quidẽ: inquit: q̃ patriæ debeo pietatem: exoluã patri. tuam doleo uicẽ. cui ter proditæ patriæ ſuſtinendũ crimen eſt: ſemel cum defectionem iniſti ab romanis: iteꝝ cum pacis cum Annibale fuiſti auctor: tertiũ hodie: cum reſtituen dæ romanis Capuæ mora: atq; impedimentũ tu es. O patria: ferrum quo pro te armatus hanc arcẽ de fendere uolebã: hoſti minime parcens: qñ parens extorquet: recipe. Hæc cum dixiſſet gladium ĩ publi cum tranſmaceriã horti abiecit: & quo minus res ſuſpecta eſſet ſeipſe conuiuio reddidit. Poſtero die ſe natus frequens datus Annibali ubi prima eius oratio pblanda ac benigna fuit: qua gratias egit campa nis: quod amicitiã ſuam romanæ ſocietati p̃poſuiſſent̃: iter cætera promiſſa magnifica pollicitus bre ui caput Italiæ omni Capuam fore: iuraq; inde cum cæteris populis romanum ẽt petiturum. Vnũ eſſe exortẽ punicæ amicitiæ fœderiſq; ſecum facti: quem neq; eſſe campanũ: neq; dici debere. Magium De cium. eum poſtulare ut ſibi dedatur: ac ſe p̃ſente de eo referatur: ſenatuſq; conſultum fiat. Oẽs in eam ſententiam ierunt: quãq̃ magnæ parti & uir indignus ea calamitate: & haud paruo initio mipui uide batur ius libertatis: egreſſus curia in tẽplo magiſtratus conſedit: compræhendiq; Magiũ Decium: atq; ante pedes deſtitutum cãm dicere iuſſit. Qui cum manente ferocia animi: negaret lege fœderis id co gi poſſe tum iniectæ cathenæ: duciq; ante lictorem in caſtra eſt iuſſus. Quoad capite apto eſt ductus: cõ cionabundus inceſſit: ad circunfuſam undiq; multitudinem uociferans: habetis libertatem campani: q̃ petiſtis. foro medio: luce clara: uidentibus uobis: nulli campanorum ſecundus uinctus ad mortẽ ra pior. Quid uiolentius capua capta fieret? Ite obuiam Annibali. exornate urbem: diemq; aduentus eius conſecrate: ut hunc triumphum de ciue ueſtro ſpectetis. Hæc eo uociferante: cum moueri uulguſ uide retur: obuolutum caput eſt otiuſq; rapi extra portam iuſſus eſt. Ita in caſtra perducitur: extemploq; im poſitus in nauim: & Carthaginem miſſus: ne motu aliquo. Capuæ ex indignitate rei orto: ſenatũ quo q; peniteret dediti principis: & legatione miſſa ad repetendum eum: ne aut negando rem: q̃ primum peterent: offendendi ſibi noui ſocii aut tribuendo: habendus Capuæ eſſet ſeditionis ac turbarum au ctor. Nauem Cyrenas detulit tempeſtas: quæ tum in dicione regum erat. Ibi cum Magius ad ſtatuam Ptholomæi regis confugiſſet: deportatus a cuſtodibus Alexandriam ad Ptholomæum. dum eum do cuiſſet contra ius fœderis uinctũ ſe ab Annibale eſſe: uinculis liberat̃. Permiſſumq; ut rediret ſeu Ro mam: ſeu Capuã mallet. Nec Magius Capuã ſibi tutam dicere: & Romã eo tpe: quo inter romanos: cã panoſq; bellũ ſit: tranſfugæ magis: q̃ hoſpitis fore domiciliũ. Nuſq̃ magis malle. q̃ in regno eius uiuere quẽ uindicem atq; auctorem habeat libertatis. Dum hæc gerunt̃. Qu. Fabius Pictor legatus a Delphis Romã rediit. reſponſum q; ex ſcripto recitauit. diuina quoq; in eo erant: quibus quoq; modis ſupplica retur. Tum ſi ita facitis romani: ueſtræ res meliores: fortioreſq; erunt. magiſq; ex ſententia reſpub. ue ſtra uobis procedet. uictoriaq; duelli populi romani erit Phythio Appollini repub. ueſtra bene geſta: ſeruataq; lucris meritis donũ mittote. deq; præda: manubiis. ſpoliiſq; honorem habetote. Hæc ubi ex græco carmine ĩterpretata recitauit: tum dixit: ſe oraculo egreſſum extemplo his omnibus diuis rem

Calanii filio malẽ repug Hannibalẽ mortem

Pater dehortatur filiũ a fo cinore

Quid pe rolla Ta meæ filius paret

Hann. Magii decũ S. ſibi dedi poſtulat

Hãn. Magii uerba ad ciuſum populum

Conſegitur deinde Caput

magiuſ ale xandriæ li beratur per ptolomæum

Reſponſum Adelphis

diuinam thure:ac uino feciſſe.iuſſumq; ab antiſtite:ſicut coronatus laurea corona:& oraculũ adiſſet:& rem diuinã feciſſet:ita coronatũ nauim aſcẽdere:nec ante deponere eam:q̃ Romam pueniſſet.Se quæ/cũq; imperata ſint:cũ ſumma religione ac diligentia executũ:coronam Romæ in ara Apollinis depo/ſuiſſe.Senatus decreuit:ut hæ res diuinæ ſupplicationeſq; primo quoq; tpe cum cura fierẽt. Dum hæc/ Romæ:atq; in Italia geruntur:nuncius uictoriæ ad Cãnas Carthaginem uenerat. Mago Amilcaris fili/us nõ ex ipſa acie a fratre miſſus:ſed retentus aliquot dies in recipiendis ciuitatibus brutioꝝ: quæ de/ficiebant.Is:cum ei ſenatus datus eſſet:res geſtas in Italia a fratre expoſuit.cũ ſex imperatoribus eum: quoꝝ quattuor conſules:duo dictator ac magiſter equitũ fuerint:cũ ſex conſularibus exercitibus con/flixiſſe.occidiſſe ſupra ducenta millia:ſupra.l.millia hoſtium cepiſſe.ex quattuor conſulibus duos occi/diſſe:ex duobus ſaucium alteꝝ:alterum toto exercitu amiſſo:uix cum.l.hoibus effugiſſe: magiſtrum equitũ:qui conſularis poteſtatis ſit:fuſum fugatũq; dictatorẽ quia ſe in aciẽ nunq̃ commiſerit:unicum haberi imperatorẽ.brutios appuloſq;:partẽ ſamnitũ:ac lucanoꝝ defeciſſe ad pœnos.Capuam:quod ca/put non Cãpaniæ modo:ſed poſt afflictã rem romanã cannenſi pugna Italiæ ſit:Annibali ſe tradidiſſe/pro his tot:tantiſq; uictoriis reꝝ ſacrum diis ĩmortalibus agi:haberiq;.Ad fidem deinde tam lætaꝝ re/rum effundi iuſſit in ueſtibulo curiæ annulos aureos:qui tantus aceruus fuit:ut metentibus dimidiũ ſuper tres modios expleſſe:ſint quidã auctores.Fama tenuit:quæ propior uero ẽ:haud plus fuiſſe mo/dio.Adiecit deinde uerbis:quo maioris cladis indiciũ eſſet:neminẽ niſi equitum:atq; ipſoꝝ primores id gerere inſigne.Summa fuit orationis:quo propius ſpes belli perficiendi ſit:eo magis ope iuuãdum Annibalem eſſe.procul.n.a domo militiam eſſe:in media hoſtiũ terra magnam uim frumẽti pecuniæ/q; abſumi:& tot actis:ut hoſtium exercitus deleſſet:ita uictoris ẽt copias parte aliqua minuiſſe.Mitten/dum igitur ſupplementum eſſe:mittendũ in ſtipendium pecuniam: frumentumq; tam benemeritis de nomine punico militibus.Secundum hæc dicta Magonis lætis oĩbus:Himilco uir factionis barchi/næ locum Hannonis increpandi eſſe ratus:Quid eſt Hanno:inquit ẽt nunc pœnitet belli ſuſcepti ad/uerſus romanos:iube dedi Annibalem:ueta in tam proſperis rebus grates diis immortalibus agi.Au/diamus romanum ſenatorem in carthaginenſiũ curia.Tum Hanno tacuiſſem hodie patres conſcripti/nequid in cõi omni gaudio minus lætum:quod eſſet uobis loquerer.Nunc interroganti ſenatori pœ/niteat ne me adhuc ſuſcepti aduerſus romanos belli:ſi reticeam:aut ſuperbus: aut obnoxius uidear: quorum alterum eſt hoĩs alienæ libertatis obliti:alterum ſuæ.Reſpondeã:inquit:Himilconi:non de/fiſſe pœnitere me belli:neq; deſiturum eſſe ante inuictũ noſtrum imperatorẽ incuſare:quam finitũ ali/qua tolerabili conditione bellum uidero.nec mihi pacis antiquæ deſideriũ ulla alia res:quam pax no/ua:finiet.itaq; iſta:quæ modo Mago iactauit:Himilconi cæteriſq; Annibalis ſatellitibus iam læta ſunt: Mihi poſſunt læta eſſe:quia res bello bene geſtæ:ſi uolumus fortuna uti:pacem nobis equiorẽ dabũt: nam ſi ptermittimus hoc tps:quo magis dare:quam accipere poſſumus uideri pacem: uereor ne hæc quoq; lætitia luxuriæ nobis:ac uana euadat.Quæ tñ nunc quoq; qualis eſt?occidi exercitus hoſtium. mittite milites mihi.quid aliud rogares:ſi eſſes uictus?hoſtium cepi bina caſtra:pdæ uidelicet plena:& cõmeatuum:frumentum & pecuniam date.Quid aliud inq̃:ſi ſpoliatus:ſi exutus caſtris eſſes:peteres? Et ne oĩa ipſe mirer:mihi quoq;:qm̃ reſponſi Himilconi:ĩterrogare ius faſq; eſt.uelim ſeu Himilco:ſeu Mago reſpondeat:cũ ad internicionem romani imperii pugnatũ ad Cannas ſit:cõſtetq; in defectionẽ totam Italiam eſſe primũ ecquis latini noĩs populus defecerit ad nos?deĩde ecquis homo ex.y.&.xxx. tribubus ad Annibalem tranſſugerit.Cum utrũq; Mago negaſſet:Hoſtiũ quidem Romæ:inquit:ad/huc multum ſupereſt.Sed multitudo ea:quid aĩorum:quidue ſpei habeat:ſcire uelim.Cum id neſcire ſe Mago diceret.Nihil facilius ſcitu eſt:inquit:Ecquos legatos ad Annibalem romani miſerunt de pa/ce?ecquam deniq; mentionem pacis Romæ factã eſſe allatum ad uos eſt:cum id quoq; negaſſet:Bellũ igitur tam:inquit:integrũ habemus:q̃ habuimus qua die Annibal in Italiam eſt ingreſſus. Quam ua/ria uictoria priore punico bello fuerit:plærique:qui meminerimus:ſuperſumus.nũq̃ terra mariq; ma/gis proſpere res noſtræ uiſæ ſunt:quam ante conſules Luctatium:&.A.Poſthumiũ fuerunt. Luctatio & Poſthumio conſulibus:deuicti ad Egadis inſulam ſumus:quod ſi id:quod dii omen auertant:nunc quoq; fortuna aliquid uariauerit:tum pacem ſperatis:cum uincimur:q̃ nunc cũ uincimus:dat nemo? Ego ſiquis conſultet:ſeu de ferenda hoſtibus pace:ſeu accipienda:habeo quid ſententiæ dicã. Si de iis quæ Mago poſtulat:refertis.Nec uictoribus mitti attinere puto:& fruſtrantibus nos falſa atq; inani ui/ctoria multo minus cenſeo mittenda eſſe.Haud multos mouit Hannonis oratio:nam & ſimultas cum familia Barchina leuiorem auctorẽ faciebat:& occupati animi præſenti lætitia:nihil:quo uanius fieret gaudium ſuũ:auribus admittebant.debellatumq; mox fore:ſi adniti paululum uoluiſſent:rebantur. Itaq; ingenti conſenſu fit ſenatuſconſultum ut Annibali.xl.numidarum millia in ſupplementũ mitte/rentur:&.xl.elephanti:& argenti multa talenta.Dictatorq; cum Magone in Hiſpaniam pmiſſus eſt ad conducenda.xx.millia peditũ:quattuor equitum:quibus exercitus:qui ĩ Italia:quiq; in Hiſpania erãt ſupplerent.Cæteꝝ hæc:ut in ſecundis rebus ſegniter otioſeq; geſta ſunt.Romanos pter in ſitam indu/ſtriam aĩs fortuna ẽt cũctari prohibebat:Nã nec cõſul ulli rei:q̃ per eũ agenda eẽt:deerat:& dictator.M. Iunius rebus diuinis pfectis:latoq; ut ſolet ad populũ:ut equum aſcendere liceret. pter duas urbanas legiones:quæ principio anni a conſulibus conſcriptæ fuerant:& ſeruoꝝ delectum:cohorteſq; ex agro

Atẽ.Vim annulorũ a Magone carth.dela/tam

Atẽ.prudẽ tiſſimũ Hã nonis re/ſponſum

Atẽ ſcdm Hannonis poſtulata

piceno:& gallico collectas:ad ultimū prope desperatæ reip.auxilium:cum honesta utilibus cedunt:de scendit equo:dixitq;.Qui capitalem fraudē ausi:quiq; pecunia iudicati in uinculis essent: q eoꝝ apud se milites fierent:eos noxa pecuniaq; se exolui iussuꝝ.Ea sex millia hoīum gallicis spoliis:quæ triūpho C.Flaminii translata erāt:armauit:itaq; cum.xxy.millibus armatoꝝ ab urbe proficiscitur.Annibal Ga pua recepta cum iteꝝ neapolitanorum aīos partim spe:partim metu nequicq̄ tentasset:in agrū nolanū exercitum traducit & ut non hostiliter statim:qa non desperabat uoluntariā deditionem:ita si morarē tur spē:nihil eorum:q̄ pati aut timere possent:p̄termissurus.Senatus ac maxime primores eius ī socie tate romana pstare.Plebs nouarum:ut solet:reꝝ auida:atq; Annibalis tota esse.metūq; agrorum popu lationis:& patienda in obsidione multa grauia indignaq; proponere aīo.Neq; auctores defectiōis de erant itaq; ubi senatū metus accepit si palā contra tenderent:resisti multitudini concitatæ non posse: clā simulando dilationem mali inueniunt placere.n.sibi defectionē ad Annibalem simulant:qbus aūt conditionibus in fœdus:amicitiāq; nouam transeant paꝝ constare.Ita spatio sumpto:legatos propere ad p̄torem romanū Marcellum Claudiū:qui Casilini cū exercitu erat:mittunt:docentq; q̄to in discri mine sit nolana res:agrū Annibalis esse:& pœnoꝝ urbem extēplo futuram:nisi subueniat.conciliādo plebi senatū:ubi uelint defecturos:senatū se ne deficere p̄festinarent effecisse.Marcellus collaudatis no lanis:eadē simulatione extrahi rem in suū aduentum iussit.Interim celari:quæ secū acta essent:spemq; oēm auxilii romani.Ipse a Casilino Calatiā petit:inde Vulturno amne traiecto:pq; agrum satriculanū trebeianumq; super Suessulam per montes Nolam peruenit.



SVB ADVENTVM PRAETORIS ROMA ni pœnus agro nolano excessit: & ad mare p̄xime Neapolin descendit:cupidus marini oppidi potiū di:quo cursus nauibus tutus ex Africa esset. Cæte rum posteaq̄ Neapolin a p̄fecto romano teneri ac cepit.M.Iunius Syllanus erat:ab ipsis neapolitanis accitus:Neapoli quoq; sicut Nola nō admissus pe tit Nuceriam.Eam cū aliquādiu circūsedisset: sæpe ui:sæpe sollicitandis nequicq̄ nunc plebe:nunc pri cipibus fame demū in deditionem accepit pactus: ut inermes cū singulis abirent uestimentis.Deide: ut qui a principio mitis oībus italicis:præter roma nos uideri uellet:præmia atq; honores iis.q reman sissent ac militare uellent secū.,pposuit. Nec ea spes quēquam tenuit.Dilapsi oēs quocūq; hospitia. aut fortuitus animi impetus tulit per Campaniæ urbes.maxime Nolam.Neapolinq;.Cum ferme trigin ta senatores:ac forte primus quisq; Capuā petisset:excluſi inde:quod portas Annibali clauserunt:Cu mas se cōtulerunt.Nuceriæ p̄da militi data est:urbs direpta atq; incensa.Nolam Marcellus nō sui ma gis fiducia p̄sidii:quā uoluntate principum tenebat.Plebes timebatur:& ante oēs.L.Bantius:quē con sensus attentatæ defectionis:ac metus a p̄tore romano:nunc ad proditionē patriæ:nunc si ea die fortu na defuisset:ad transfugiēdum stimulabat erat iuuenis acer:& socioꝝ ea tēpestate nobilissimus eques. Seminecē eum ad Cānas in aceruo occisoꝝ corporum inuentum:curatūq; benigne ēt cum donis An nibal domum remiserat.Ob eius gratiam meriti rem nolanam in eius dicionemq; dare uoluerat pœ no:Anxiumq; eum & sollicitū cura nouandi res p̄tor cernebat.Cæteꝝ cum aut pœna cohibendus eēt aut beneficio conciliandus sibi assumpsisse:quam hosti ademisse:fortem ac strenuū maluit socium:ac citumq; ad se benigne appellat.Multos eum inuidos inter populares habere inde existimatu facile eē quod nemo ciuis nolanus sibi indicauerit:quāmulta eius egregia facinora militaria essent.Sed qui in romanis militauerit castris:non posse obscurā eius uirtutem esse.multos sibi:qui cū eo stipendia fece rint:referre:qui uir esset ille:quæq; & quotiens pericula pro salute ac dignitate populi ro.adisset.utiq; cannensi pugna non prius p̄lio abstiterit:q̄ prope exanguis ruina sup incidentiū uirorum: equoꝝ:ar morumq; sit oppressus.itaq; macte uirtute esto:inquit:apud me:cui oīs honor:atq; omne p̄mium erit:& quo freq̄ntius mecum fueris:senties eā rem tibi dignitati:atq; emoluméto esse.Lætoq; iuueni promis sis equū eximium ex dono dat.Bigatosq; quingētos quæstorē numerare iubet. Lictoribus imperat: ut se adire:quotiens uelit:patiant.Hac comitate Marcelli ferocis iuuenis aīus adeo est mollitus:ut ne mo inde socioꝝ rem romanā fortius ac fidelius iuuerit.Cum Annibal ad portas esset:(Nolam.n.rur sus a Nuceria mouerat castra)plebes quoq; nolana deintegro ad defectionem spectare.Marcellus sub aduentu hostiū intra muros se recepit:non castris metuens:sed ne prodendæ urbis occasionem nimis multis in eam īminentibus daret:instrui deinde utrinq; acies romanoꝝ cœptæ pro mœnibus Nolæ: pœnoꝝ ante castra sua.p̄lia hinc parua inter urbē castraq; & uario euentu fiebāt:qa duces nec prohibe re paucos temere rogantes:nec signū dare uniuersæ pugnæ uolebant.In hac comitiaria iā duoꝝ exer citū statione principes nolanoꝝ nunciant Marcello nocturna colloquia inter plebē ac pœnos fieri:sta tutūq; esse:ut cū romana acies egressa portis iret:impedimenta eoꝝ ac sarcinas diriperent: clauderēt q;

Annibal Nuceriam fame expugnat.

L.Bantius

Attē.Mar celli īduſtriam in unobātio reip. cōciliando

deinde portas:muroſq; occuparent:ut potentes reꝝ ſuarum:atq; urbis pœnũ inde pro romano accipe rent. Hæc ubi nunciata ſunt Marcello:collaudatis ſenatoribus nolanis:priuſq; aliquis motus in muris oriretur: fortunã pugnæ experiri ſtatuit. Ad tris portas in hoſtes uerſas:tripartito exercitum inſtruxit. impedimenta ſubſequi iuſſit. calones:lixaſq;:& inualidos milites uallũ ferre. media porta robora legio num:& romanos equites duabus circa portis nouos milites:leueq; armaturam:ac ſocioꝝ equites ſta tuit. Nolani muros portaſq; adire uetiti. ſubſidiaq; deſtinata ĩpedimentis data. ne occupatis ꝑlio legiõ nibus:in ea impetus fieret. ita inſtructi intra portas ſtabant. Annibali ſub ſignis:id quod p aliquot dies fecerat:ac multũ diei in acie ſtanti primo miraculo eſſe:qđ nec exercitus romanus porta egrederetur: nec armatus quiſq; in muris eſſet. Ratus deinde ꝑdita colloqa eſſe:metuq; reſides factos: partẽ militũ in caſtra remittit:iuſſos propere apparatũ oẽm oppugnandæ urbis in primam aciẽ afferre:ſatis fidens ſi cũctantibus inſtaret:tumultũ aliquem in urbe plebẽ moturam. mox q; dũ in ſua quiſq; miniſteria diſ curſu trepidat ad prima ſigna:ſuccedit q; ad muros acies:patefacta repente porta:Marcellus ſigna cane re clamoremq; tolli:ac pedites primũ:deinde eqtes q̃to maximo poſſent impetu:in hoſtẽ erumpere iu bet. Satis terroris tumultuſq; in aciẽ mediam intulerunt:cũ duabus circa portis. P. Valerius Flaccus:& G. Aurelius legati ĩ cornua hoſtiũ erupere. Addidere clamorẽ lixæ caloneſq;:& alia turba cuſtodiæ im pedimentoꝝ appoſita:ut paucitatẽ maxime ſpernentibus pœnis:ingentis repente exercitus ſpẽm fe cerit. Vix equidẽ auſim affirmare:quod quidã auctores ſunt:duo millia:&. ccc. hoſtium cæſos:nõ plus uno romanoꝝ amiſiſſe:ſiue tanta:ſiue minor uictoria fuit:ingens eo die res:ac neſcio: an maxima illo bello geſta ſit. Non uinci. n. ab Annibale uincentibus difficilius fuit q̃ poſtea uincere. Annibal ſpe po tiundæ Nolæ adẽpta:cum Acerras receſſiſſet:Marcellus extẽplo clauſis portis cuſtodibuſq; diſpoſitis: ne q̃s egrederet:quæſtionẽ in foro de iis:q clam in colloquiis hoſtiũ fuerant:habuit. Supra. lxx. dãna tos proditionis ſecuri pcuſſit:bonaq; eoꝝ iuſſit publica eſſe:& ſumma reꝝ ſenatui tradita: cũ exercitu oĩ profectus:ſupra Sueſſulã caſtris poſitis conſedit. Pœnus Acerras primũ ad uoluntariam deditionẽ conatus plicere:poſteaq̃ uidit ĩde obſtinatos:obſidere atq; oppugnare parat. Cæteꝝ acerranis plus aĩ: quã uirium erat. itaq; deſperata tutela urbis:ut circũuallari mœnia uiderũt:priuſq; continuarentur ho ſtium opera:ꝑ intermiſſa munimenta:neglectaſq; cuſtodias ſilentio noctis dilapſi:ꝑ uias inuiaq;: qua quẽq;:aut conſiliũ:aut terror tulit:in urbes Cãpaniæ:quas ſatis certum erat:non mutaſſe fidẽ:perfuge runt. Annibal Acerris direptis:atq; incenſis:cũ a Caſilino dictatorem romanũ legioneſq; nuncii accipi nunciaſſent:ne quiſq̃ tam in propinqs hoſtiũ caſtris Capuæ quoq; recurrat:exercitũ ad Caſilinum du cit. Caſilinũ eo tpe pneſtini habebant cũ romanis paucis latiniq; noĩs:quos eodẽ audita cannenſis cla des contulerat. hi nõ confecto Præneſte ad diẽ delectu:ſerius profecti domo cũ Caſilinum ante aduer ſæ pugnæ famã ueniſſent. & aliis aggregarent romanis ſeſe:ſociiſq;:profecti a Caſilino:cũ ſatis magno agmine irent:auertit eos retro Caſilinũ nuncius cannenſis pugnæ. ibi cũ dies aliquot ſuſpecti cãpanis timenteſq; cauendis ac ſtruendis inuicem inſidiis traduxiſſent:iãq; de Capuæ defectione agi:accipiq; Annibalẽ ſatis pro certo habuere:interfectis nocte oppidanis partẽ urbis:quæ citra Vulturnum eſt (eo enim diuidit amni) occupauere:idq; ꝑſidium Caſilini habebãt romãi: Additur & peruſina cohors ho mines. cccc. &. lx. eodẽ nuncio:quo pneſtini paucos ante dies Caſilinũ compulſi:& ſatis ferme armato rum ad tam exigua mœnia:& flumine altera pte cincta tuenda erat. Penuria Frumenti: nimium ẽt ut uideretur hoĩum efficiebat. Annibal cũ iam inde haud procul eſſet:getulos cum ꝑfecto noĩe Iſalca præ mittit. Ac primo:ſi fiat colloquii copia:uerbis benignis ad portas aperiendas:præſidiũq; accipiendum pellicere iubet. Sin in pertinacia perſtent rẽ gerere ac tẽtare:ſiqua pte urbẽ inuadere poſſit. Vbi ad mœ nia acceſſere:quia ſilentiũ erat:ſolitudo uiſa:metuq; conceſſum barbarus ratus moliri portas & feras: clauſtraq; effringere parat. Cũ patefactis repente portis cohortes duæ ad idipſum inſtructæ intus in genti cum tumultu erumpunt:ſtragẽq; hoſtium faciunt. Ita primis repulſis Maharbal cũ maiore robo re uirorum miſſus nec ipſe eruptionẽ cohortium ſuſtinuit. Poſtremo Annibal caſtris ante ipſa mœnia oppoſitis:paruã urbem:paruũq; ꝑſidium:ſumma ui:atq; oĩbus copiis oppugnare parat. Ac dum inſtat laceſſitq; corona undiq; circũdatis mœnibus:aliquot milites:& promptiſſimũ quẽq; e muro:turribuſq; ictos amiſit. Semel ultro erumpentis agmine elephantoꝝ oppoſito prope intercluſit:trepidoſq; cõ pulit in urbẽ ſatis multis:ut ex tanta paucitate interfectis plures cecidiſſent:ni nox ꝑlio interueniſſet. Poſtero die oĩum animi ad oppugnandũ accenduntur. Vtiq; poſteaq̃ corona aurea muralis propoſita eſt:atq; ipſe dux caſtelli plano loco poſiti ſegnẽ oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobra bat:Cannaꝝ Traſimeniq; & Trebiæ ſingulos monens uniuerſoſq;:inde uineæ quoq; cœptæ agi:cuni culiq;. nec ad uarios conatus hoſtium aut uis ulla:aut ars deerat. Socii romanoꝝ propugnacula aduer ſus uineas ſtatuere:tranſuerſis cuniculis hoſtium cuniculos excipere & palã & clam cœptis obuiãre: donec pudor etiã Annibalem ab incœpto auertit. Caſtris communitis ac ꝑſidio modico impoſito. ne omiſſa res uideretur in hyberna Capuam conceſſit. Ibi partem maiorem hyemis exercitum itectis ha buit:aduerſus oĩa humana mala ſæpe ac diu durantem:bonis inexpertum:atq; inſuetum. Itaq; quos nulla mali uicerat uis:perdidere nimia bona:ac uoluptates immodicæ:& eo impenſius: quo auidius ex inſolentia in eas ſe immiſerant. Somnus. n.& uinum:& epulæ:& ſcorta:balneaq;:& otiũ:cõſuetudi ne in dies blandius ita eneruauerunt corpora aĩoſq;:ut magis deinde præteritæ uictoriæ eos:quam ꝑ

Stratage ma marcel li

Caſilini ꝑ ſidium op pugnatur

sentes tutarentur uires. Maiusq; id peccatum ducis apud peritos artium militariū habetur: q̄ quod nō ex cannensi acie protinus ad urbem Romam duxisset. Illa. n. cunctatio distulisse modo uictoriam uideri potuit: hic error uires ademisse ad uincēdum. Itaq; hercule uelut si cum alio exercitu a Capua exiret: nihil usq; pristinæ disciplinæ tenuit: nā & redierunt plærique scortis impliciti: & ubi primū sub pellibus haberi cœpti sunt: uiaq; & alius labor militaris excepit: tyronū modo corporibus aīsq; deficiebant. Et deinde per oē æstiuorum tps magna pars sine comeatibus ab signis dilabebantur: neq; aliæ latebræ: quam Capua desertoribus erant. Cæteq; mitescente iam hyeme ducto ex hybernis milite Casilinū redit. Vbi quāq; ab oppugnatione cessatum erat: obsido tū continuata oppidanos pſidiumq; ad ultimū inopiæ adduxerat. Castris romanis tunc Sēpronius p̄erat: dictatore auspicioq; repetendorum cā profecto Romam. & ipsum cupientē ferre auxilium obsessis Vulturnus amnis inflatus aquis: & pces nolanorum: atq; acerranoq; tenebant cāpanos timentium: si pſidiū romanum abscessisset. Gracchus affidens tantū Casilino: quia p̄dictum erat dictatoris: ne qd absente eo rei gereret: nihil mouebat: q̄q; quæ facile oēm patientiam uincerent: nunciabant̄ a Casilino: nam & p̄cipitasse se quosdā non tolerantes fame cōstabat: & stare inermes in muris: nuda corpora ad missilium teloq; ictus p̄bentes: ea ægre patiēs Gracchus: cum neq; pugnā conferere dictatoris iniussu auderet: pugnandum āt esse: si palā frumētum importare uellet: uideret: neq; clam importandi spes esset: fere ex agris circa undiq; conuecto cum quā plura dolia cōplesset: nuncium ad magistratū Casilinum misit: ut exciperēt dolia: quæ amnis deferret. in sequenti nocte: intentis oībus in flumē: ac spē ab nuncio romano factā: dolia medio amni missa defluxerunt. Aequaliter inter oēs frumentum diuisū. Id postero quoq; die ac tertio factū est: nocte & mittebantur & pueniebant: eo custodias hostium fallebant. imbribus deinde continuis citatior solito amnis transuerso uertice dolia impulit ad ripā: quam hostes seruabant: ibi hærentia inter obnata ripis salicta aspiciuntur: nunciatūq; Annibali est: & deinde intentiore custodia cautū: nequid falleret: Vulturno ad urbē missum. Nauces inde fusæ a romanis castris: cum medio amni ad Casilinum defluerēt: cratibus excipiebantur. Postremo ad id uentū inopiæ est: ut lora detractaq; scutis pelles: ubi feruida mollissent aqua: mandere conarentur. nec muribus: alioue aīali abstinerent. & oē hærbarum radicumq; genus aggeribus infimis muri eruerent. Et cum hostes obarassent: quicquid hærbidi terreni extra murū erat: raparum sæmen iniecerunt. ut Annibal eo ne usq; dum ea nascantur: ad Casilinum sessurus sumē exclamaret. Qui nullam ante pactionem auribus admiserat. tum demū secum agi est passus de redemptione liberoq; capitum. Septūces auri in singulos p̄cium conuenit. fide accepta sese tradiderūt. donec oē aurum persolutum est: in uinculis habiti. Tum remissi Cumas cum fide. Id uerius est: q̄ ab equite in abeuntis immisso interfectos. Prænestini maxima pars fuere: ex quingentis septuaginta: qui in p̄sidio fuerunt: minus dimidium ferrum fameq; absumpsit. Cæteri incolumes Prænestē cū prætore suo Manitio: scriba iis antea fuerat: redierunt. Statua eius indicio fuit Prænestē ī foro statuta: loricata: amicta: toga: uelato capite: & tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto. Manitium pro militibus: q Casilini in p̄sidio fuerint: uotum uouisse. Idem titulus tribus signis in æde Fortunæ positis subiectus. Casilinum oppidum redditum campanis est: firmatum septingentorū militum de exercitu Annibalis p̄sidio: ne ubi pœnus inde abscessisset: romani impugnarēt Prænestinis militibus romanus senatus duplex stipendiū: & qnquennii militiæ uacationē decreuit. Ciuitate cū donarent̄ ob uirtutem: non mutauerunt. Perusinoq; casus obscurior fama est: qa nec ipsoq; monumēto ullo ē illustratus: nec decreto romanoq;. Eodem tpe petellinos: qui uni ex bruttiis manserāt in amicitia romana: nō carthaginenses mō qui regionē obtinebant: sed brutii quoq; cæteri ob separata a se consilia oppugnabant: quibus cū obsistere malis nequirent: petellini legatos Romā ad præsidium petendū miserūt: quoq; p̄ces lachrymæq; (inquestus. n. flæbiles: cū sibimetipsi consulere iussi sunt sese in uestibulo curiæ profuderunt) ingentē misericordiā patribus: ac populo mouerunt. Consultiq; itez a. M. Aemylio p̄tore patres: circūspectis oībus imperii uiribus: fateri coacti: nihil iam longinquis sociis in se p̄sidii esse: redire domū: fideq; ad ultimum expleta: consulere sibimetipsos in præsenti fortuna iusserunt. Hæc posteaq; renunciata legatio petellinis est: tantus repente mœror pauorq; senatū eoz cœpit: ut pars ,pfugiēdi: qua quisq; posset: ac deserendæ urbis auctores essent: pars adiungēdi se: cæteris brutiis: ac p eos dedendi Annibali. Vicit tñ ea pars: q̄ nihil raptim: nec temere agendū: consulendūq; deintegro censuit. Relaxata postero die: per minorē trepidationem retinuerunt optimates: ut cōuectis oībus ex agris urbē ac muros firmarēt. Per idem fere tps litteræ ex Sicilia Sardiniaq; Romā allatæ. Priores ex Sicilia Octacilii, prætoris in senatu recitatæ sunt. L. Furiū prætorem cum classe ex Africa Lilybæū uenisse: ipsum grauiter ictū: saucium in discrimine eē uitæ ultimo. militiæ nauali bus sociis neq; stipendiū: neq; frumētum ad diē dari: neq; undetur: esse magnopere suadere: ut quāprimum ea mittant̄: sibiq; si ita uideat̄: ex nouis p̄toribus successorem mittant. Eadēq; ferme de stipendio: frumentoq; ab. A. Cornelio Mammula proprætore ex Sardinia scripta. Responsum utriq; non eē: unde mitteretur. Iussiq; ipsi classibus ac exercitibus suis cōfulerent. Octacilius ad unicū subsidium populi ro. Hieronem legatos cum misisset: in stipendium quātum argentum opus fuit: & sex mensium frumentum accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates sociæ benigne contulerunt. Et Romæ quoq; pp penuriam argenti triūuiri mensarii rogatione Minutii tribuni pl. facti. L. Aemylius: qui consul censorq; fuerat: &. M. Attilius Regulus: qui bis consul fuerat: &. L.

Corrumpitur Annibalis exercitꝰ capuæ

Magna Casilinoz fames

Doliis secū do flu. missum frumē tū casilinū

ꝓ dira fames

Annibalis uox

Deditio eorū q ad casilinū erant

Petellini

Petellini auxiliū a ho

petitio

Atte. ro. po. inopiam

Liber alter sip. h. rsus historiꝝ regis Syracusanoꝝ

Scribonius Libo:qui tum tribunus pl.erat:& duumuiri creati.M.C.Attilius ædē concordiæ:quam.L. Manlius ptor uouerat:dedicauerunt.Et tres pontifices creati.Qu.Cecilius Metellus:Quintus Fabius Maximus.&.Qu.Fuluius Flaccus in locum.P.Scantinii demortui:&.L. Aemylii Pauli cōsulis:&.Qu. Elii Pæti:qui ceciderunt pugna cannensi.cum cætera:quæ continuis cladibus fortuna minuerat: quā tum consiliis humanis exequi poterant:patres expleſſent:tandem se quoq;:& solitudinem curiæ:pau citatemq; conuenientium ad publicū consilium respexerunt.non.n.post.L.Aemylium:&.G.Flaminiū cēsores senatus lectus fuerat:cū tantum senatorū aduersæ pugnæ:ad hoc sui quēq; casus per quinquē nium absumsissent.Cum de ea re.M.Aemylius ptor:dictatore post Casilinum amissum profecto iam ad exercitum:expoſcentibus cunctis retulisset:tum Sp.Carbilius cum longa oratione non solum ino piam:sed paucitatem ēt ciuium:ex quibus in patres legerentur:conqueſtus esset:explendi senatus cā: & iungendi arctius latini noīs cum pro magna re se suadere dixisset:ut ex singulis populis latinorū bi nis senatoribus:si patres romani censuissent:ciuitas daretur:atq; in demortuoꝝ locum in senatum le gerentur.Eam sententiā haud æquioribus animis:quam ipsoꝝ quondam postulatū latinorum patres audierunt:& cum fremitus indignantium tota curia esset:& præcipue Manlius esse & nūc stirpis eius uirum diceret:qui quondā in Capitolio consul minatus esset:quem latinum in curia uidisset eum sua manu se interfectuꝝ.Qu.Fabius Maximus nūq; alieniore tpe mentionem factam in senatu dixit:q; in ter tam suspensos sociorum aīos:incertamq; fidem:id tantum:quod insuper sollicitaret eos:eam uniuſ hoīs temerariam uocem silentio oīum extinguendam esse:& siquid unq; arcani sanctiue ad silendum in curia fuerit:id oīum maxime tegendum:occulendum:obliuiscendum:pro non dicto habendū esse Ita eius rei oppreſſa mentio est.Dictatorem:qui censor ante fuisset:uetustissimusq; ex iis:qui uiuerent censoriis esset:creari placuit:qui senatum legeret:Acciriq;.C.Terentium ad dictatorē dicendum iusse rūt:qui cum ex Appulia relicto ibi psidio:magnis itineribus Romam rediſſet:nocte proxima:ut mos erat.M.Fabium Buteonem ex.S.C.sine magistro equitū dictatorem in sex menses dixit.Is:ubi cum li ctoribus in rostra ascendit:neq; duos dictatores tpe uno:quod nunq; antea factum esset:probare se di xit:neq; dictatorem se sine magistro equitum:nec censoriam uim permissam uni & eidem iterum:nec dictatori nisi rei gerendæ causa creato in sex menses datum imperium:quæ imoderata sors:tempus: ac necessitas fecerint:iis se modū impositurum:nā neq; senatu quēq; moturum ex iis:quos.C.Flamini us.L.Aemylius censores in senatum legissent.transcribi tantum recitariq; eos iussurum:ne penes unū hoiem iudicium arbitriumq; de fama ac moribus senatoris fuerit:& ita i demortuorum locum subue cturum:ut ordo ordini:non homo homini ptatus uideretur.Recitato uetere senatu:inde primū in de mortuorum locum legit:qui post.L.Aemyliū.G.Flaminium censores curulem magistratū cepissent: necdum in senatu lecti essent ut quisq; eoꝝ senator primus creatus erat:tum legit:qui ædiles:tribuni: ptores:qstoresue fuerant:tum ex iis:qui magistratus cepissent:qui spolia ex romano hoste fixa domi haberent:aut ciuitatem ro.accepissent:ita.clxxyii.cum ingenti approbatione oīum in senatum lectis: extemplo se magistratu abdicauit:priuatusq; de rostris descendit:lictoribus abire iussis:turbæq; se im miscuit priuatas agentium res:tps hoc sedulo terens:ne deducendi sui causa populum de foro abdu ceret.neq; tū elanguit cura hominum ea mora:frequentesq; eum deduxerunt domū. Consul nocte i sequenti ad exercitum rediit:non facto certiore senatu:ne comitioꝝ causa in urbe retineretur. Poste ro die consultus a.M.Pomponio ptore senatus decreuit dictatori scribendū:uti si e rep.censeret esse:ad consules subrogandos ueniret cum magistro equitum:& prætore.M.Marcello:ut ex iis præsentibus noscere patres possent:quo statu resp.esset:consiliaq; ex rebus caperent.Qui acciti erant:oēs uenerunt relictis legatis:qui legionibus præessent.Dictator de se pauca ac modice locutus:in magistrū equitum T.Sempronium Gracchum magnā partem gloriæ uertit.Comitia edixit: quibus.L.Posthumius.iii. absens:qui tum Galliam prouinciā obtinebat:&.T.Sempronius Gracchus:qui tum magister equitū: & eo occurrerat:consules crearentur Prætores ide creati.M.Valerius Leuinus:Ap.Claudius Pulcher: Fuluius Flaccus.Qu.Mutius Scæuola.Dictator:cre atis magistratibus:Theanum in hyberna ad exerci tum rediit: relicto magistro equitum Romæ: q:cū post paucos dies magistratū initurus eēt:de exerciti bus scribendis cōparandisq; in annū pres cōsuleret.



CVM EAE RES MAXIME AGERENTVR: noua clades nunciata: alia super aliam cumulāte in eum annum fortuna.L.Posthumiū consulem desi gnatum in Gallia ipsum:atq; exercitum deletos.Sil ua erat uasta:Litanam galli uocant:qua exercitū tra ducturus erat:eius siluæ dextera leuaq; circa uiā gal li arbores ita inciderant ut immotæ starent: momē to leui impulsæ occiderēt. Legiones duas romanas habebat Posthumius:sociumq; ab supero mari tan tum conscripserat:ut.xxy.millia armatorū in agros

Sp.Carbili us

Duo rōæ dictatores uno tpe

L.Posthu mius.T.Sē pronius consl.

hostium induxisset. Galli oras extremæ siluæ cum circũsedissent: ubi intrauit agmen: saltum: tum extremas arbores succisas impellunt: alia in aliam instabilem per se ac male hærẽtem incidentes ancipiti strage: arma: uiros: equos obruerunt: ut uix decem hoies effugerẽt: Nam cum exanimati plærique essent: arboribus truncis: fragmentisq; armorũ cæteram quoq; multitudinem ĩopinato malo trepidam gali saltum oẽm armati circunsidentes interfecerunt. paucis e tanto numero captis: qui fluminis põtem petentes obsesso ante ab hostibus ponte: intercluſi sunt. Ibi Posthumius: omni ui ne caperetur: occubuit: spolia corporis: caputq; ducis præcisum Boii ouantes templo: quod sanctissimũ est apud eos: ĩtulerunt: purgato inde capite: ut mos est iis: caluam auro cælauerunt: idq; sacrum uas erat: quo solennibus libarent: poculumq; idem sacerdotis esse: ac tẽpli antistibus. Præda quoq; haud minor gallis: quã uictoria fuit: nam & si magna pars aĩalium strage siluæ: oppressa erat: tamen cæteræ res: quia nihil dissipatum fuga est: stratæ per oẽm iacentis agminis ordinem inuentæ sunt. Hac nunciata clade cum per dies multos in tanto pauore fuisset ciuitas: ut tabernis clausis: uelut nocturna solitudine per urbẽ acta senatus ædilibus negotium daret: ut urbem circũirent: apeririq; tabernas: & mæstitiæ publicæ speciẽ urbi demi iuberent. Tum. T. Sempronius senatum habuit: consolatusq; patres est: & adhortatus: ne q cannensi ruinæ non succubuissent: ad minores calamitates animos sũmitterent. Quod ad carthaginenses hostes Annibalemq; attinet prospera mõ esset: sicut speraret: fortuna: gallicum bellum & omnes tuto: & differri posse: ultionemq; eam fraudis in deorũ ac populi romãi potestate fore. De hoste pœno exercitibusq; per quos id bellũ gereretur: consultandũ: atq; agitandum. Ipse primũ quid peditum equitumq; quid ciuium. quid socioru ĩ exercitu esset dictatoris. disseruit: Tum Marcellus suarũ copiarum summam exposuit. Quid in Appulia cum. C. Terentio consule esset: a peritis quæsitum est. duo ne consulares exercitus satis firmati tantum bellum efficerent inibatur ratio. Itaq; Galliam: quãquam stimulabat iusta ira: omitti eo anno placuit. exercitus dictatoris consuli decretus ẽ. De exercitu: qui ex fuga cannensi essent: in Sicilia castra duci: atq; ibi militare: donec in Italia bellum esset: placuit. Eodẽ ex dictatoris legionibus reiici militem: minimi quemq; roboris: nullo præstituto militiæ tẽpore: nisi qd stipendiorũ legitimorũ esset. Duæ legiones urbanæ alteri consuli: quin in locum. L. Posthumii suffectus esset: decretæ sunt Eumq; cum primũ saluis auspiciis posset: creari placuit. Legiones præterea duas primo quoq; tempore ex Sicilia acciri: atq; inde consul: cui legiones urbanæ euenissent: militum sumeret: q̃tum opus esset. C. Terentio consuli propagari in annum imperiũ: neq; de eo exercitu quẽ ad præsidium Appuliæ haberet: quicq̃ minui. Dum hæc geruntur in Italia apparanturq; nihilo segnius in Hispania bellum erat: sed ad eam diem magis prosperorũ romanis. P. &. Gn. Scipiones inter se partitis copiis: ut. Gn. terra. P. mari nauibusq; rem gereret. Asdrubal pœnorũ imperator neutri parti uiriũ satis fidens: procul ab hoste interuallo ac locis tutis tenebat se: cui multum ac diu obtestanti quattuor millia peditum & quingenti equites in supplementũ missi ex Africa sunt. Tum refecta tandem spe castra propius hostem mouit. classemq; & ipse instrui parariq; iubet ad insulas maritimamq; oram tutandum. In ipso impetu mouendarũ deintegro rerũ perculit eum præfectorũ nauium trãsitio: qui post classem ad Iberũ per pauorem desertam grauiter increpiti: nunq̃ deinde satis fidi aut duci: aut carthaginẽsium rebus fuerant. Fecerant ii transfugæ motum in carthesiorũ gentem: desciuerantq; iis auctoribus urbes aliquot: una etiam ab ipsis ni capta fuerat. In eam gentẽ uersum ab romanis bellum est: infestoq; exercitu Asdrubal ingressus agrũ hostium pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus: Calbũ nobilem carthesiorũ ducem cum ualido exercitu castris se detinentem aggredi statuit. Præmissa ergo leui armatura: quæ eliceret hostis ad pugnam: peditũ partem ad depopulãdum per agros passim dimisit: ut palantes exciperent: simul & ad castra tumultus erat: & per agros fugaq; & cædes. Deinde undiq; diuersis itineribus cum in castra se recepissent: adeo repente decessit animis pauor: ut non ad munimenta modo defendenda satis animorũ esset: sed etiam ad lacessendum hostem prælio. Erumpũt igitur agmine e castris tripudiantes more suo: repentinaq; eorũ audacia terrorem hosti pauloãte ultro lacessenti incussit. itaq; & ipse Asdrubal in collem satis arduum: tutumq; flumine etiam obiecto tum copias subducit: & præmissam leuem armaturam: equitesq; palantes eodem recepit: nec aut colli: aut fluminis satis fidens uallo castra premuniit. In hoc alterno pauore certamina aliquot sunt cõtracta: nec numida hispano eques par fuit. nec iaculator maurus cetrato uelocitate pari: robore animi uiriumq; aliquantũ præstanti. Posteaq̃ nec illicere pœnum ad certamen obuersati castris poterant: neq; castrorũ oppugnatio facilis erat: urbem Ascuã: quo finis hostium ingrediens Asdrubal frumentũ: cõmeatusq; alios conuexerat: ui capiunt: oĩq; circa agro potiuntur: nec iam: aut in agmine aut in castris ullo imperio contineri. Quam ubi negligentiã ex re: ut fit: bene gesta oriri senserat Asdrubal cohortatus milites: ut palantes sine signis hostes aggrederẽtur digressus colle pergit ire acie instructa ad castra. Quẽ ut adesse tumultuose nuncii: fugientes ex speculis stationibusq; attulere: ad arma conclamatum. Vt quisq; arma ceperat: sine signo: sine imperio: incomposĩti: inordinati in præliũ ruunt: iam primi conseruerant manus: cum alii cateruatim currerent: alii nondũ e castris exissent: tũ primo ipsa audacia terruere hostem: deinde rari in confertos illati: cũ paucitas paritua esset: respicere alii alios. & undiq; pulsi coire in orbem: & dum corporibus applicant: armaq; armis iungunt: in arctum cõpulsi: cum uix mouẽdis armis satis spatii esset corona militum cincti ad multum diei: cædũtur. Exigua pars eruptiõe facta siluas

Recẽs romana clades ĩ gallia

Carth. metus in carthesiis

Cædũtur carthesii

ac montes petit:pariq; terrore & castra sunt deserta:& uniuersa gens postero die in dedition̄em uenit. Nec diu in pacato mansit:Nam:subinde ab Carthagine allatū est:ut Asdrubal primo quoq; tpe in Italiam exercitū duceret:quæ uulgata res per Hispaniam oium fere aios ad romanos auertit. itaq; Asdrubal extēplo litteras Carthaginem mittit:indicans q̄to fama profectionis suæ dāno fuisset. Si uero inde pergeret:priusq̄ Ibe⁊ transiret:romano⁊ Hispaniam fore:nā præterq̄ quod nec præsidiū: nec ducē haberet quem relinqueret pro se:esse imperatores romanos:quibus uix æquis uiribus resisti posset:itaq; si ulla Hispaniæ cura esset:successorē sibi cum ualido exercitu mitterent:cui:si oia prospere euenirēt non tñ otiosam prouinciā fore. Hæ litteræ q̄q̄ primo admodum mouerūt senatum:tñ:quia Italiæ cura prior erat:nihil de Asdrubale:neq; de copiis eius mutatū est. Himilco cum exercitu iusto & aucta classe ad retinendam terra mariq; ac tuendā Hispaniam est missus:qui ut pedestres naualesq; copias traiecit. castris cōmunitis:nauibusq; subductis:& uallo circūdatis:cum equitibus delectis ipse:quātum maxime accelerare poterat:per dubios infestosq; populos iuxta intentus ad Asdrubalem peruenit. Cum decreta senatus mādataq; exposuisset:atq; edidicisset ipse muicē: quemadmodū tranctandū bellum i Hispania foret:retro in sua castra rediit:nulla re:q̄ celeritate tutior:qd' undiq; abierat:anteq̄ populi cōsentirent. Asdrubal:priusq̄ moueret castra:pecunias imperat populis oibus suæ ditionis satis ignarus Annibalē transitus quosdā prætio mercatū:nec auxilia gallica aliter:quā conducta habuisse īnopē tantum iter ingressum uix penetratu⁊ ad alpes fuisse. Pecuniis igitur exactis:ad Ibe⁊ descendit. Decreta carthaginensiū:& Asdrubalis iter ubi ad romanos sunt perlata:oibus omissis rebus:ambo duces iunctis copiis:ire obuiam cœptis:atq; obsistere parant:rati:si Annibali uix per se ipsi tolerādo Italiæ hosti

Asdrubal iussus parat in italiā trāsire

Asdrubal dux:atq; hispaniensis exercitus esset iunctus illis:romani finem imperii fore. His anxii curis ad Ibe⁊ contrahūt:copias:& transito amne:cū diu consultassent:ut⁊ castra castris cōferrent:an satis haberēt sociis carthaginēsium oppugnandis morari ab itinere ꝓposito hostem:urbē a propinquo flumine Iberam appellatā:opulentissimā ea tempestate regionis eius oppugnare parant. quod ubi sensit Asdrubal:pro ope ferēda socius pergit ipse ire ad urbē deditam nuper in fidē romano⁊ oppugnandā. Ita iam cœpta obsidio omissa a romanis est:& uersum in ipsum Asdrubalem bellū:quinq; milliū interuallo castra distantia habuere paucos dies:nec sine leuibus præliis:nec ut in aciem exirent. Tandem uno eodemq; die uelut ex composito utrinq; signum pugnæ propositum est:atq; oibus copiis in campum descēsum est. Triplex stetit acies romana. peditum pars ante signa locata. pars post signa accepta equites cornua cinxere: Asdrubal mediam aciē hispanis firmat:i cornibus dextero pœnos locat:leuo afros mercenariorūq; auxilia equitum:numidas pœno⁊ peditibus:cæteros afros pro cornibus opponit. Nec oēs numidæ in dextero locati cornu:sed quibus desultor⁊ in modū binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam:in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat tanta uelocitas ipsis:tamq; docile equo⁊ genus est. Cum hoc modo instructæ starent: imperatorū utriusq; partis haud ferme dispares spes erant:nam neq; multum quidem aut numero:aut genere militum hi aut illi præstabant militibus longe dispar aīus. Romanis enim quanq̄ procul a patria pugnarent:facile persuaserant duces pro Italia:atq; urbe Roma eos pugnare. itaq; uelut quibus reditus i patriam: eo discrimine pugnæ uerteretur:obstinauerant aīs uincere:aut mori. Minus pertinaces uiros habebat altera acies:nam maxima pars hispani erant:qui uinci in Hispania:quam uictores in Italiam trahi malebant. primo igitur concursu:cum uix pila coniecta essent:media acies rertulit pedem. inferētibusq; sese magno impetu romanis terga uertit. Nihilo segnius in cornibus prælium fuit. Hinc pœnus:hinc afer urget:& uelut in circunuentos prælio ancipiti pugnant. Sed cum i medium tota iam coisset romana acies:satis uirium ad dimouendum hostium cornua habuit:ita duo diuersa prælia erant:utroq; romani ut qui pulsis tandem mediis:& numero:& robore uiro⁊ præstarent:haud dubie superarunt. Magnus hoium ibi occisa:& nisi hispani:uix dum conserto prælio:tam effuse fugissent:per pauci ex tota superfuissent acie. Equestris pugna nulla admodum fuit quia:simul inclinatā aciem mediam mauri nudiq; uiderunt:extēplo fuga effusa nuda cornua elephantis quoq; præse actis deseruere. Et asdrubal usq; ad ultimū euentum pugnæ moratus e media cæde cum paucis effugit. Castra romani cepere atq; diripuere. Ea pugna:siqua dubia in Hispania erant:romanis adiunxit. Asdrubaliq; non modo in Italiam traducendi exercitus:sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania spē reliquit. Quæ postea quam litteris Scipionum Romæ sunt uulgata:non tam uictoria:quam prohibito Asdrubalis in Italiam transitu lætabantur. Dum hæc in Hispania geruntur: Petilia in brutiis aliquot post mensibus quā cœpta oppugnari erat:ab Himilcone præfecto Annibalis expugnata ē. Multorumq; sanguine ac uulneribus ea pœnis uictoria stetit. Nec ulla magis uis obsessos:quam fames expugnauit:absumptis enim frugum alimentis carnisq; omnis generis quadrupedum:sutrinæq; postremo coriis:hærbisq;:& radicibus & corticibus teneris:structisq; rohis uescebantur uiscereq;. nec anteq̄ uires ad standum in muris ferendaq; arma deerant:expugnati sunt. Recepta Petilia:pœnus ad Cōsentiam copias traducit. Quā minus pertinaciter defensam inter paucos dies in deditionem accepit. Iisdem ferme diebus & brutiorum exercitus Crotonem græcam urbem circunsedit:opulentam quondam armis uirisq;. iam adeo multis magnisq; cladibus afflictam:ut oīs ætatis minus uigīti millia ciuium superessent. itaq; urbe defensoribus uastata facile potiti sunt hostes Arces tantum retentæ:in quibus inter tumultū captæ ur-

Scipiones acrem hostem instruunt

Quid desultorii sint equi

Romani Victores

Vincit Asdrubal a scipiōibus

Strabo petiliā lucānorū esse ait

Vide ne rubis ꝓ rohis sit legendū aut ranis

bis e media cæde quidam effugere. Et Iocrenſes deſciuere ad brutios pœnoſq; prodita multitudine a principibus. Regini tantūmodo regionis: eius: & in fide erga romanos: & poteſtatis ſuæ ad ultimum manſerunt. In Sicilia quoq; eadem iclinatio animoꝝ peruenit: & ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abſtinuit. namq; Gelo maximus ſtirpis: contempta ſimul ſenectute patris ſimul poſt cānenſem cladem romana ſocietate ad pœnos deficit: mouiſſetq; in Sicilia res: niſi mors adeo opportuna: ut patrem quoq; ſuſpitione aſpergeret: armantem eum multitudinē ſollicitantemq; ſocios abſumpſiſſet. Hæc eo anno in Italia: in Africa: in Sicilia: in Hiſpania uario euentu acta. Exitu anni. Qu. Fabius maximus a ſenatu poſtulauit: ut ædem Veneris Erycinæ: q̄ dictator uouiſſet: dedicari liceret. Senatus decreuit: ut. T. Sempronius conſul deſignatus: cum primum magiſtratum iniſſet: ad populū ferret: ut duūuiros eſſe iuberēt ædis dedicandæ cauſa. Et. M. Aemylio Lepido: qui bis cōſul & augur fuerat: filii tres Lucius: marcus: Quintus ludos funebres per triduum: & gladiatoꝝ paria duo & .xx. per triduum i foro dederant. Aediles curules. C. Lectorius: &. T. Sempronius Gracchus conſul deſignatus: qui in ædilitate magiſter equitum fuerat: ludos romanos fecerant: qui per triduum inſtaurati ſunt. Plebeii ludi. M. Aurelio Cottæ: &. M. Claudio Marcello ter inſtaurati ſunt: Circumacto tertio āno punici belli. T. Sempronius conſul idibus martiis magiſtratū iniit. Prætoreſq; Fuluius Flaccus: qui ante conſul cēſoꝝ fuerat: urbanam. M. Valerius Leunius peregrinam ſortē i iuriſditione habuit. Ap. Clau. Pulcher Siciliam. Qu. Mutius Scæuola Sardiniam ſortiti ſunt. M. Marcello proconſuli imperium eē populus iuſſit: quod poſt cānenſem cladem unus romanoꝝ imperatoꝝ in Italia proſpere rem geſſit. Senatus: quo die primū eſt in Capitolio conſultus: decreuit: ut quo'anno duplex tributum imperaret: ſimplex conferretur: ex quo ſtipēdium præſens oibus militibus daret: præterq̄ qui milites ad Cānas fuiſſent. Inde de exercitibus ita decretum eſt: ut duabus legionibus urbanis. T. Sempronius cōſul Caleſ ad conueniendū diem ediceret. Inde ſex legiones in caſtra claudiana ſupra ſueſſulam deducerentur Quæ ibi legiones eſſent (erat aūt cannenſis maxime exercitus) eas. Ap. Claudius Pulcher prætor i Siciliam traiiceret. Quæq; in ſicilia eſſent. Romā deportarentur. Ad exercitum: cui ad conueniendū Cales dies edicta erat. M. Marcellus Claudius miſſus: iſq; iuſſus in caſtra claudiana deducere urbanas legiones: Ad ueterem exercitū accipiendum deducendumq; in Siciliam. T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio eſt miſſus. taciti primo expectauerant hoīes: uti conſul comitia collegæ creando haberet. Deinde ubi ablegatū: uelut de induſtria. M. Marcellum uiderunt: quē maxime conſulem in eū annū ob egregie in prætura res geſtas creari uolebant: fremitus in curia eſt ortus. Quod ubi ſenſit conſul: Vtrū q; inquit: e rep. fuit patres. C. &. M. Claudium ad permutādos exercitus in Campaniā proficiſci: & comitia non prius edici: quā is idem confecto qđ mandatū eſt: negotio reuertiſſet: ut uos conſulem quem tps reip. poſtularet: quemq; maxime uultis: haberetis. Ita de comitiis: donec rediit Marcellus: ſi entiū fuit. Interea duumuiri creati ſunt. Qu. Fabius Maximus: & Attilius Craſſus ædibus dedicādis. Menti Attilius. Fabius Veneri Erycinæ. Vtraq; in Capitolio eſt: canali uno diſcretæ. Et de trecēti equi tibus cāpanis: qui in Sicilia cū fide ſtipendiis emeritis Romā uenerant delatū ad populum: ut ciues romani eſſent. Itē uti municipes cumani eſſent. pridie quā populus cāpanus a populo ro. defeciſſet. Maxime: ut hoc ferret: mouerat: qđ quoꝝ hoium eſſent: ſcire ſeipſi negabant: uetere patria relicta in eā: in quā redierant:: nondū aſciti. Poſteaquā Marcellus ab exercitu rediit: comitia uni conſuli rogādo in locum. L. Poſthumii edicunt. Creatur ingēti conſenſu Marcellus: qui extēplo magiſtratum acciperet: cui ineunti conſulatū: cum tenuiſſet: uocati augures: uitio creatū uideri, pnunciauerūt. Volones quoq; patres (ita fama ferebant: quod tū primo duo plebeii cōſules facti eſſent) id deis cordi nō eſſe. in locum Marcelli: ubi is ſe magiſtratu abdicauit: ſuffectus Fabius Maximus. iii.



MARE ARSIT EO ANNO. AD SINVESSAM bos equuleū peperit. Signa lanuuii ad Iunonis ſoſpite cruore manaueř. Lapidibuſq; circa id tēplū pluuit ob quē imbrē nouēdiale ut aſſolet ſacrū fuit cæteraq; ꝓdigia cū cura expiata. Cōſules exercitus ſuos diuiſerūt fabio exercitus cui. M. Iunius dictator ꝓfuerat euenit: ſēpronio uolones: q̄ fierēt: & ſocioꝝ. xxy. millia. M. Valerio ꝓtori legiones: q̄ ex ſicilia rediſſent decretæ. M. Claudius proconſul ad eū exercitum: qui ſupra Sueſſulam Nolæ præſideret: miſſus. Prætores in ſiciliam ac ſardiniam profecti. Conſules edixerūt: quotiens ſenatum uocaſſent: uti ſenatores: quibuſq; in ſenatu dicere ſententiam illiceret: ad portā Capenam cōuenirent: prætores: quoꝝ iuriſdictio erat: tribunalia ad diſciplinā publicam poſuerunt. eo uadimonia fieri iuſſerūt. ibiq; eo anno ius dictū eſt. Interim Carthaginē: unde Mago frater ānibalis. xxii. millia peditū: & equites quingētos: elephātos. xi. argenti talēta multa in Italiā tranſmiſſurus erat: cum præſidio. lx. nauium longaꝝ nuncius defert in Hiſpania rem male geſtam oēſq; ferme eius prouinciæ

Ludi funebres

Menti & Veneri ædes dedicatæ

Vide ne paratos nō pīes ſit legendū

Narrat prodigia

populos ad romanos defeciſſe. Erant: qui Magonem cum claſſe ea copiiſq; omiſſa Italia in Hiſpaniam auerterent. Cũ Sardiniæ recipiendæ repentina ſpes affulſit. Paruum ibi exercitum romanum eſſe: ueterem prætorem deinde Corneliũ prouinciæ peritũ decedere: nouum expectari. Ad hoc feſſos iã animos ſardoꝝ eſſe diuturnitate imperii: & proximo iis anno acerbe atq; auare imperatum: graui tributo & collatione iniqua frumenti oppreſſos: nihil deeſſet aliud: q̃ auctorẽ ad quem deficerent. Hæc clandeſtina legatio per principes miſſa erat: maxime eam rem moliente Harſicora: qui tum auctoritate atq; opibus longe primus erat. His nunciis prope uno tempore turbati: erectiq; Magonẽ cum claſſe ſua

Atq. Bellorum utriq; apparatus

copiiſq; in Hiſpaniam mittunt. In Sardiniam Aſdrubalẽ cognomento Caluũ deligunt ducem: & tantum ferme copiaꝝ: quantũ Magoni decernunt. & Romæ conſules tranſactis rebus: quæ in urbe agendæ erant: mouebant ſeſe iam ad bellũ. T. Sempronius militibus Sinueſſam diem ad conueniendũ edixit: &. Qu. Fabius conſulto prius ſenatu: ut frumenta oẽs ex agris ante calendas iulias primas in urbes munitas conueherent: qui non inuexiſſent: eoꝝ ſe agrũ populaturꝝ: ſeruos ſub haſta uenditurꝝ: uillas incenſurꝝ: ne prætoribus quidẽ qui ad ius dicendum creati erant: uacatio a belli adminiſtratione data eſt. Valerium prætorem in Appuliam ire placuit ad exercitũ a Terentio accipiẽdum: cum ex Sicilia legiones ueniſſent: iis potiſſimum uti ad regionis eius præſidium terentianum mitti cum aliquo legatorum. Et. xxy. naues. M. Valerio datæ ſunt: quibus oram maritimã inter Brunduſiũ & Tarentum tutari poſſet. Par nauium numerus. Qu. Fuluio prætori urbis decretus ad ſuburbana littora tutanda. C. Terentio proconſuli negotium datum: ut in piceno agro conquiſitionem militum haberet. lociſq; iis præſidio eſſet. Et. T. Attilius Craſſus: poſteaq̃ ædem Mentis in Capitolio dedicauit: in Siciliam cũ imperio: qui claſſi præeſſet: miſſus.



philippus rex ro primis amicitiã quærit

Legatio philippi Ro. facta

IN HANC DIMICATIONEM DVORVM opulentiſſimoꝝ in terris populoꝝ oẽs reges gentesq; aios intenderant: Inter quos Philippus rex macedonũ eo magis: quo propior Italiæ ac mari tantum Ionio diſcretus erat. Is ubi primũ fama accepit Annibalem alpes trãſgreſſum: ut bello inter romanos pœnũq; orto lætus erat: ita utrius populi mallet uictoriam eſſe: incertis adhuc uiribus fluctuatus animo fuerat. Poſteaq̃ tertia iam pugna: tertia uictoria cum Annibale & pœnis erat: ad fortunam inclinauit. legatoſq; ad Annibalẽ miſit qui uitantes portus brunduſinum tarentinũq; : quia cuſtodiis nauium romanoꝝ tenebãtur: ad laciniæ Iunonis templũ in terram egreſſi ſunt: Inde per Appuliã petentes Campuam media in præſidia romana illati ſunt: deducti

Philippus rex cũ pœnis fœdus iungit

q; ad. M. Valerium Leuinũ prætorem circa Numeriã caſtra habẽtem. Ibi intrepide Xenophanes legatiõis princeps a Philippo rege ſemiſſum ait ad amicitiã ſocietatemq; iungẽdam cũ populo romano: ta habere ad conſules ſenatũ populũq; romanoꝝ. Inter defectiones ueteꝝ ſocioꝝ Valerius noua ſocietate tam clari regis lætus admodũ hoſtẽ pro hoſpite comiter accepit. Dat qui ꝓſequatur: itineraq; cum cura demonſtrent: quæ loca quoſq; ſaltus aut hoſtes: aut romani teneãt. Xenophanes per præſidia romana in Campaniã: inde qua ꝓximũ fuit: in caſtra Annibalis peruenit. Fœduſq; cũ eo: atq; amicitiam iungit legibus his: ut Philippus rex quã maxima claſſe: ducentas autẽ naues uidebatur effecturus: in Italiã traiiceret: & uaſtaret maritimã oram bellũ pro parte ſua terra mariq; gereret. Vbi debellatũ eſſet. Italia oĩs cum ipſa urbe Roma carthaginenſiũ: atq; Annibalis eſſet: prædaq; oĩs Annibali cederet: Per domita Italia nauigarent in Græciã: bellumq; cũ quibus regibus placeret gererent. quæ ciuitates continẽtiſq; inſulæ ad Macedoniã uergunt: eæ Philippi: regniq; eius eſſent. In has ferme leges inter pœnum ducẽ: legatoſq; macedonũ ictum fœdus. Miſſiq; cum iis ad regis ipſius firmãdam fidem legati Ciſco: & Boſtar: & Mago: eodem ad Iunonis laciniæ templũ: ubi nauis occulta in ſtatione erat: peruenĩũt Inde profecti: cum iam altũ tenerent: conſpecti: a claſſe romana ſunt: quæ præſidio erat Calabriæ littoribus. Qu. Valerius Flaccus Corcyræos ad perſequendam trahendãq; nauim cũ miſiſſet primo fugere regii conati: deinde: ubi celeritate uicti ceſſerunt: tradunt ſe romanis: & ad præfectum claſſis adducti cũ quæreret: qui: & unde: & quo tẽderẽt curſum: Xenophanes primo ſatis iam ſemel felix mendacium ſtruere a Philippo ſe ad romanos miſſum: ad. M. Valeriũ: ad quem unũ iter fuit: tutum peruenire ſe. Campaniã ſuperare nequiſſe: ſeptam hoſtiũ præſidiis. Deide ut punicus cultus: habituſq; ſuſpectos legatos fecit Annibalis: interrogatoſq; ſermo prodidit: tũ comitibus eoꝝ ſeductis: ac metu territis: literaq; quoq; ab Annibale ad Philippum inuentæ: de pace inter regem macedonum pœnũq; ducẽ. Quibus ſatis cognitis: optimum uiſum eſt captiuos comiteſq; eoꝝ Romam ad ſenatum aut conſules: ubi cunq; eſſent quam primũ deportare. Ad id celerrime quinq; naues delectæ: ac. L. Valerius antias: qui præeſſet: miſſus: eiq; mandatũ: ut in oĩs naues legatos partim cuſtodiendos diuideret: daretq; operã: ne quod iis colloquium inter ſe: neue cõicatio conſilii eſſet. Per idem tẽpus Romæ cum. A. Cornelius

Capiũtur Hannibalis legati: A Ro.

L. Valeriuſ antias hic credo fuit annaliũ ſcriptor

Mammula ex Sardinia prouincia decedens rettulisset:qui status reꝑ in insula esset: ad bellum ac defectionem oīs spectare.Qu.Minutium:qui successisset sibi:gravitate cæli: aquarumq; aduenientem exiceptum nō tam in periculosum:quam longū morbum implicitum diu ad belli uim sustinendam inutilem:fore:exercitumq; ibi:ut satis pacatæ prouiciæ præsidem esse:ita paꝑ bello:quod motum iri uideretur:decreuerunt patres:ut Fuluius Flaccus quinq; millia peditum equites trecentos scriberet: eamq; legionem primo quoq; tēpore in Sardiniam traiiciendā curaret:mitteretq; cum imperio: quem ipsi uideretur:qui rem gereret:quoad Minutius conualuisset.Ad eam rem missus est.T.Mālius Torquatus:qui bis consul:censorq; fuerat:subegeratq; in consulatu sardos.Sub idem fere tempus & a Carthagine in Sardiniam classis missa duce Asdrubale cui Caluo cognomen erat fœda tempestate uexata ad Baleares insulas ducitur ibiq; adeo non armamēta modo:sed etiam aluei nauiū quassati erant:subductæ naues dum reficiūtur aliquātum tpis triuerunt.In italia cum post cānensem pugnā fractis partis alterius uiribus:alterius mollitis aīs segnius bellum esset:cāpani per se adorti sunt rē cumanam suæ ditionis facere.primo sollicitantes:ut ab romanis deficerent.ubi id paꝑ processit:dolū ad capiendos eos comparant.Cāpanis oībus statutum sacrificiū ad Hamas:eo senatum campanum uentuꝝ certiores cumanos fecerunt:petieruntq;:ut cumanus eo senatus ueniret ad consultandum:cōiter:ut eosdem uterq; populus socios:hostesq; haberet.Præsidium ibi armatum sese habituros : nequid ab romanis noui periculi esset. Cumani : quamq̄ suspecta fraus erat:nihil abnuere:ita tegi fallax consilium posse rati. Interim.T.Sempronius cōsul romanus Sinuessæ:quo ad conueniendum diē edixerat:exercitu lustrato transgressus flumen Vulturnū circa Linternū castra posuit:Ibi quia otiosa statiua erāt:crebro decurrere milites cogebat:ut tyrones (ea maxima pars uolonum erat) assuescerēt signa sequi & in acie agno scere ordines suos:inter quæ concordiæ maxima erat cura duci:itaq; legatis tribunisq; præceperat:ne quā exprobratio cuiquā ueteris fortunæ discordiam inter ordines sereret. Vetus myles tyroni : liber uoloni sese æxequari sineret.oīs satis honestos generososq; ducerent:quibus arma sua : signaq; populus ro.commisisset.Quæ fortuna coegisset ita fieri:eandem cogere tueri factum:Ea non maiore cura pcepta a ducibus sunt:quam a militibus obseruata.Breuiq; tanta concordia coaluerant oīum animi:ut prope in obliuionem uenirent:qua ex conditione quisq; esset miles factus.Hæc agenti Graccho legati cumani nunciarunt:quæ a campanis legatio paucos:ante dies uenisset: & quid iis ipsi respondisset. Triduum post eum diem festū esse:non senatum solū oēm ibi futuꝝ:sed castra etiam & exercitum cāpanum.Gracchus iussit cumanis oīa ex agris in urbem conuehere:& manere intra muros.ipse pridie quam statutum sacrificium campanis esset.Cumas mouet castra. Hamæ inde tria millia passuum absunt.Iam campani eo frequentes ex composito conuenerant.Nec procul inde in occulto Marius Alfius:qui summus magistratus erat campanis cum.xiiii.millibus militum habebat castra.is sacrificio apparando:& inter id instruendæ fraudi aliquanto intentior:quam muniendis castris : aut ulli militari operi fuit. Triduum sacrificatum ad Hamas.Nocturnum erat sacrū:ita ut ante mediam noctem cōpleretur.Huic Gracchus insidiandum tempori ratus:custodibus ad portas positis nequis enunciare posset:a sexta ad decimam diei horam coactis militibus corpora curare:somnoq; operam : dare ut primis tenebris conuenire ad signum possent:uigilia ferme prima tolli iussit signa :silentioq; profectus agmine:cum ad Hamas media nocte peruenisset:castra campana:ut in peruigilio neglecta simul oībus portis inuadit:alios somno stratos:alios perpetrato sacro inermes redeuntes obtruncat.hoīum eo tumultu nocturno cæsa plus duo millia cum ipso duce Mario Alfio.capta sunt signa militaria quattuor & triginta.Gracchus minus.C.militum iactura castris hostium potitus Cumas se propere recepit Annibalem metuens:qui super Capuam ad Tifata habebat castra.Nec eum prouida uiri fefellit opinio: nam simul Capuam ea clades est nunciata:ratus Annibal ab re bene gesta insolenter lætum exercitum: tyronum magna ex parte seruorumq; spoliantem uictos:prædasq; agentem ad Hamas se inuentuꝝ: citatum agmen præter Capuam rapit:obuiosq; ex fuga campanoꝝ per duo præsidia Capuam duci sauciosq; uehiculis tolli portariq; iubet:ipse ad Hamas uacua ab hostibus castra:ne quicq̄ præter recentis uestigia cladis:stratasq; passim corpora socioꝝ inuenit.Auctores erant quidam:ut protinus inde Cumas traiiceret:urbemq; oppugnare.Id quamq̄ haud modice Annibal cupiebat: ut quia Neapolin nō potuerat:Cumas saltem maritimā urbem haberet tamen:quia præter arma nihil secum miles raptim acto agmine extulerat:retro in castra supra Tifata se recepit.Inde fatigatus campanoꝝ precibus sequēti die cum omni apparatu oppugnandæ urbis Cumas redit:populatoq; agro cumāo:mille passus ab urbe castra locat.Tum Gracchus magis uerecundia in tali necessitate deserendi socios implorantis fidem suam:populiq; romani substitit:quam satis fidens exercitui.Nec alter consul Fabius: qui ad Cumas castra habebat.Vulturnum traducere audebat exercitum occupatus primo auspiciis repetendis. Romæ dein prodigiis.quæ alia super alia nunciabātur.expiantiq; ea haud facile litari aruspices respōdebant.Hæ causæ cum fabium tenerent:Sempronius in obsidione erat:& iam operibus oppugnabatur.Aduersus ligneam ingentem turrim admotam urbi aliam turrim ex ipso muro excitauit consul romanus aliquanto altiorem:quia muro satis per se alto subiectis ualidis subliciis pro solo usus erat. Inde primum saxis ludibusq; & cæteris missilibus propugnatores urbē ac mœnia tuebantur postremo:ubi promoueri adiunctam muro uiderunt turrim : facibus ardentibus plurimum simul ignem

T.Mālius Torq̄tus i Sardiniam missus

Campani instaurant apud Hamas sacrificiū

Atī.Grachi consilium

Cāpanorū cædes ad Hamas

Gracchi Victoria in Campanos

Aggreditur homini Cumas Hamas Ro. se tempestāt oppugnare

Carth. cædes ad Cumas

coniecerunt. Quo incendio trepida armatoꝝ multitudo: cum de turri sese præcipitaret: eruptio ex oppido simul duabus portis facta: stationes hostium fudit fugauitq; i castra: ut eo die obsesso: quam obsidenti similior esset pœnus. Ad mille. cccc. carthaginensiũ cæsi. Vnde quadraginta uiui capti: qui circa muros: & in stationibus solute ac negligenter agentes cũ nihil minus: q̃ eruptionem timuissent: eximprouiso oppressi sunt. Gracchus: prius quã se hostes ab repentino pauore colligerent: receptui signũ dedit ac suos intra muros recepit. Postero die Annibal secũda re elatum consulẽ iusto prælio ratus certaturum aciẽ inter castra: atq; urbẽ instruxit: Cæteꝝ posteaq̃ neminem moueri ab solita custodia urbis uidit: nec comitti quicq̃ temerariæ spei: ad Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumæ liberatæ sũt obsidione: iisdem diebus: & in lucanis ad Grumentũ. T. Sempronius: cui Longo cognomen erat: cum Hannone pœno prospere pugnat. Supra duo millia hominum occidit. &. cc. lxxx. milites amisit Signa militaria ad. xli. cepit. Pulsus finibus lucanis Hanno retro in brutios sese recepit. Et ex hirpinis oppida tria quæ a populo ro. defecerant ui recepta per. M. Valeriũ prætorem. Vercelliũ: Siciliumq; auctores defectionis securi percussit Supra mille captiuoꝝ sub hasta uenierunt: Alia militi præda concessa: exercituſq; Cumas reductus. Dũ hæc in lucanis: atq; in hirpinis gerũtur quinq; naues. quæ macedonũ atq; pœnoꝝ captos legatos Romã portabant: a supero mari ad inferũ circũuectæ prope oẽm Italiæ oram: cum præter Cumas uelis ferunt: neq; hostium: an socioꝝ essent: satis sciret. Gracchus obuiam ex classe sua naues misit: cũ percunctando inuicẽ cognitum esset consulem Cumis esse: naues Cumas appulsæ: captiuiq; ad consulẽ deducti & litteræ datæ. Consul litteris Philippi atq; Annibalis perlectis: consignata oia ad senatũ itinere terrestri misit. Cũ eodem fere die litteræ legatiq; Romã uenissent: & percũctatione facta: cũ scriptis congruerẽt: primo grauis cura patris incessit: cernentes quanta uix toleranti-
bus punicũ bellũ macedonici belli moles instaret. Cui tamen adeo nõ succubuerũt: ut extemplo agitaretur: quemadmodũ ultro inferendo bello auerterent ab Italia hostẽ. Captiuis in uincula conditis: comitibusq; eoꝝ sub hasta uenditis: ad naues. xxv. quibus. P. Valerius Flaccus præfectus præerat: uigiti paratas alias decernunt. His comparatis deductisq; & additis quinq; nauibus: quæ aduexerant captiuos legatos. l. naues ab Hostia Tarentũ profectæ: iussusq; Valerius militibus uarroniãis quibus. L. Apius legatus Tarenti præerat: in naues impositis. lii. nauium classe non tueri modo Italiæ oram: sed explorare de macedonico bello: si cõgruentia litteris legatoꝝ iudiciis Philippi consilia essent: ut. M. Valerium prætorem litteris certiorẽ faceret. isq;. L. Apustio legato exercitui præposito Tarentum ad classem profectus primo quoq; tẽpore in Macedoniam transmitteret: daretq; operã: ut Philippũ in regno
contineret. Pecunia ad classem tuendam bellumq; macedonicum ei decreta est: quæ. Ap. Claudio in Siciliam missa erat: ut redderetur hieroni regi. & hæc per. L. Adustium legatũ Tarẽtum est deuecta: simul ab Hierone missa ducẽta millia modiũ tritici: & hordei centum. Dũ hæc romani parant: agunt q; ad Philippum captiua nauis una ex iis: quæ Romã missæ erant. excussa fugit. Inde scitum legatos cũ litteris captos: itaq; ignarus de iis: quæ cum Annibale legati sui conuenissent: quæue legati eius ad se allaturi fuissent: legationem aliã cum eisdem mandatis mittit. Legati ad Annibalem missi Herachitus cui Scotino cognomẽ erat: & Crito Boreusetis: & Sositheus Magnes. Hi p̃spere tulerũt ac rettulerunt mãdata. Sed primo se æstas circũegit: quã mouere: ac moliri quicq̃ rex posset. Tm̃ nauis una capta cũ legatis momenti fecit ad dilationem iminentis romanis belli. Et circa Capuam transgresso Vulturnũ Fabio: post expiata tandem prodigia ambo consules rem gerebant. Cõbulteriam & Trebulam & Austiculam urbes: quæ ad pœnũ defecerant: Fabius ui cepit: præsidiaq; in iis Annibalis: cãpani permulti capti. Et Nolæ: sicut priore anno senatus romanorum: plebs Annibalis erat: consiliaq; occulta de cæde principum: & proditione urbis inibantur. Quibus ne incœpta perficerent: inter Capuam castraq; Annibalis: quæ in Tifatis erant traducto exercitu Fabius super Vesuuium in castris claudianis consedit. Inde. M. Marcellum proprætorem cum in copiis: quas habebat: Nolam in præsidium misit. Et in Sardinia res per. T. Manlium prætorem administrari cœptæ: quæ omissæ erant posteaq̃. Qu. Minutius prior grauí morbo est implicitus. Manlius nauibus longis a Caralis subductis: naualibusq; sociis armatis: ut terra rem gereret: & a prætore exercitu accepto: duo & uiginti millia peditum mille & ducentos equites confecit. Cum his equitum peditumq; copiis profectus: in agrum hostiũ haud procul ab Harsicora castris castra posuit. Harsicora forte profectus erat in pellidos sardos ad iuuentutem armandã: qua copias augeret. Filius eius nomine Hostis castris præerat. is adolescentia ferox: temere prælio in ito fusus fugatusq; ad. xxx. millia sardoꝝ eo prælio cæsa: mille trecenti ferme uiui capti. Alius exercitus primo per agros siluasq; fuga agitatus. dein quo ducem fugisse: fama erat. ad urbem nomie Cornum caput eius regionis confugit. Debellatumq; eo prælio in Sardinia esset: ni classis punica cum duce Asdrubale: quæ tempestate deiecta ad baleares erat. in tempore ad spem rebellandi aduenisset. Manlius post famam appulsæ punicæ classis Caralis se recepit. ea occasio Harsicoræ data pœno se iungendi Asdrubal copiis in terram expositis: & classe remissa Carthaginem: duce Harsicora ad socioꝝ populi romani agrum populandum profectus Caralis peruenturus erat: in Manlius obuio exercitu ab effusa eum populatione continuisset. Primo castra castris modico interuallo sunt obiecta: deinceps procursationes: leuiaq; certamina uario euentu inita: Postremo descensum in aciem signis collatis iusto prælio per quattuor horas pugnatum diu pugnam ancipitem pœni Sardis facile uinci assuetis fecerunt:

Atq; sardorũ stragem

postremo:& ipsi cũ oĩa circa strage ac fuga sardoꝝ repleta essent:fusi:cæterum terga dantes circũducto cornu quo pepulerat sardos inclusit romanus. Cædes magis inde quam pugna fuit Duodecim millia hostium cæsa sardoꝝ simul pœnorumq;. Ferme. iii. millia &. cc. capti. Et signa militaria septem &. xx. Ante oĩa claram & memorabilem pugnã fecit Asdrubal imperator captus:& Hanno:& Mago nobiles carthaginenses. Mago ex gente barchina, ppinqua cognatione Annibali iunctus. Hãno auctor rebellionis Sardis:belliq; eius aut dubie concitator. Nec sardoꝝ duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt:Nã & filius Harsicoræ hostis ĩ acie cecidit:& harsicora cũ paucis equitibus fugiens:ut super afflictas res necem quoq; filii audiuit:nocte:ne cuiusq; interuẽtus cœptum impediret: mortem sibi consciuit. Cæteris urbs Cornus eadem quæ ante fugæ receptaculum fuit:quã Manlius uictor exercitu aggressus intra paucos dies cepit. Deinde aliæ quoq; ciuitates:quæ ad harsicoram pœnosq; defecerãt:obsidibus datis dediderunt sese:Quibus stipendio frumentoq; imperato pro cuiusq; aut uiribus:aut delicto Caralis exercitum reduxit. ibi nauibus longis deductis:impositoq;:quem secũ adduxerat:milite:Romam nauigat Sardiniãq; perdomitam nunciat patribus:& stipendium quæstoribus frumentum ædilibus:captiuosq; Fuluio prætori tradidit.

Nota nobilem Romanorum Victoriam

Pœnorum & sardoꝝ cædes

Harsicora audita filij morte sibi mortem conscisit



PER IDEM TEMPVS. T. OCTACILIVS PRE tor. l. nauium a Lilybæo classe in Africã transuectus depopulatusq; agrũ carthaginẽsem: cum Sardiniã: inde peteret:quo fama erat Asdrubalem a Baleari bus nuper traiecisse:classi Africam repetenti occurrit:leuiq; armatura certamine in alto cõmisso septẽ ide naues cum sociis naualibus cepit: Cæteras metus haud secus :quã tempestas passim disiecit. Per eosdem forte dies & Bomilcar cũ militibus ad supplementum Carthagine missis quadragintaq; elephantis:& cõmeatu Locros accessit. Quem ut icautum opprimeret. Ap. Claudius per simulationẽ pro uinciæ circũeundæ Messanam raptim: exercitu ducto:æstu secundo Locros traiecit:iam inde Bomilcar ad hãnonem in brutios profectus erat: & locrẽses portas romanis clauserunt. Appius magno conatu:nulla re gesta:Messanam repetit. Eadem æstate Marcellus ab Nola:quã præsidio obtinebat:crebras excursiones in agrum hirpinũ & samnites caudinos fecit. adeoq; oĩa ferro:atq; igni uastauit:ut antiquaꝝ cladium Sãnio memoriam renouaret. Itaq; extemplo legati ad Annibalem missi simul ex utraq; gente ita pœnum allocuti sunt. Hostes populi romani Annibal fuimus primum per nosipsi: quoad nostra arma:nostræ uires nos tutari poterant posteaq; iis parum fidebamus Pyrrho regi nos adiunximus:a quo relicti pacem necessariam accepimus: fuimusq; in ea per annos prope quinquaginta ad id tempus:quo in Italiã uenisti: tua nos non magis uirtus fortunaq; quam unica comitas ac benignitas erga ciues nostros quos captos nobis remisisti:ita conciliauit tibi:ut te saluo atq; incolumi amico non modo populum romanum: sed ne deos quidem iratos:si dici fas est:timeremus. At hercule non solum incolumi & uictore:sed præsente te cum plorarum prope coniugum ac liberorum nostrorum exaudire:& flagrantia tecta posses conspicere: ita sumus aliquotiens hac æstate deuastati. Vt. M. Marcellus non Annibal uicisse ad Cãnnas uideatur:glorientur romani:te ad unum modo ictum urgentem uelut iaculo emisso torpere. Per centum prope annos cum populo bellum gessimus:nullo externo adiuti nec duce:nec exercitu:nisi quod per bienniũ Pyrrhus nostro magis milite suas auxit uires:quam uiribus suis nos defendit. Non ego secundis rebus nostris gloriabor:duos consules ac duos consulares exercitus a nobis sub iugum missos: & si qua alia aut læta:aut mortifera:aut glorioſa nobis euene rũt:quæ aspera aduersaq; tunc acciderunt: minori indignatione referre possumus. q̃ quæ hodie eueniunt. Magni dictatores cum magistro equitum binis consularibus exercitibus ingrediebantur fines nostros:ante explorato: & subsidiis positis: & sub signis ad populandum ducebant. Nunc prope unius & parui ad tuendam Nolam præsidii præda sumus. iam ne manipulatim quidem sed latronum modo procursant totis finibus nostris negligentius:quam si in romano agrõ uagarentur. Causa autẽ hæc est:quod neq; tu defendis: & nostra iuuentus quæ si domi esset:tutaretur:ois sub signis militat tuis:nec te:nec exercitũ tuũ norim nisi a quo tot romanas acies fusas strataſq; esse:sciam:& facile esse ducam opprimere populatores nostros uagos sine signis palãtes quo:quemq; trahit q̃uis una prædæ spes numidaꝝ paucoꝝ illi quidem præda erũt præsidiumq; missum nobis & Nolæ ademeris:si modo quos:ut socios haberes dignos duxisti: haud indignos iudicas:quos in fidem receptos tuearis. Ad ea Annibal respondit oĩa simul facere hirpinos samniteſq;:& indicare clades suas:& petere præsidium:& quæri inde fensos se neglectoſq;. Indicandũ aũt fuisse primum:deinde petendũ præsidium:postremo ni impetraretur:tum deniq; querẽdum frustra opem imploratam. Exercitũ se non esse in agrũ hirpinum samnitẽue:ne & ipse oneri esset:sed in proxima loca socioꝝ populi romani adductuꝝ. iis populandis:& militem suum repletuꝝ se:& metu pro-

Pæ. classis ab octacilio profligata

Vetustissimi eorum rõ pellatur Hannibal

Sanitiũ legatoꝝ oĩo ad anniballem

Annibalis respõsum

cul ab iis ſummotuꝝ hoſtes. Quod ad bellum romanum attineret: ſi Traſimeni: quam Trebiæ: ſi Cannarum quam Traſimeni pugna nobilior eſſet: Cannaꝝ ſe quoq; memoriam obſcurum maiore uictoria factuꝝ. Cum hoc reſponſo muneribuſq; ãplis legatos dimiſit. Ipſe præſidio modico relicto in Tifatis profectus cũ cætero exercitu ire Nolã pergit. Eodẽ Hanno ex brutiis cũ ſupplemento Carthagine aduecto atq; elephantis uenit. Ibi caſtris haud ꝓcul poſitis: longe alia oĩa inquirenti cõperta ſunt: quã quæ a legatis ſocioꝝ audierat: Nihil. n. Marcellus ita gerebat: ut aut fortunæ: aut temere hoſti cõmiſſũ dici poſſet. Explorato cũ firmiſq; præſidiis tuto receptu prædatũ ierat oĩaq; uelut aduerſus Annibalem præſentẽ cauta prouiſaq; fuerũt. Tum ubi ſenſit hoſtem aduentare: copias intra mœnia tenuit: per muros inãbulare ſenatores nolanos iuſſit: & oĩa circa explorare: q̃ apud hoſtes fierẽt. Ex iis Hãno cũ ad mu rum ſucceſſiſſet. Herenniũ Baſſum: & Herium Petrium ad colloquium euocatos permiſſuq; Marcelli egreſſos: per interpretẽ alloquit̃. Annibalis uirtutẽ fortunãq; extollit. Populi romani obtegit ſeneſcentem cũ uiribus maieſtatẽ. Quæ ſi paria eſſent: ut quondã fuiſſent: tamen expertis quã graue romanũ ĩperium ſociis quãta indulgẽtia Annibalis etiã in captiuos oĩs italici noĩs fuiſſet: punicam romanæ ſocietatem atq; amicitiã præoptandã eſſe. Si ambo conſules cũ ſuis exercitibus ad Nolã eſſent tñ non magis pares Annibali futuros: quã ad Cãnas fuiſſẽt: nedũ prætor unus cũ paucis: & nouis militibus Nolam tutari poſſit. Ipſoꝝ quam Annibalis intereſſe capta: an tradita Nola potiretur potituꝝ. n. ut Capuam Nuceriãq; potitus eſſet: ſed quid inter Capuæ Nuceriæq; fortunã intereſſet. ipſos ꝓpe in medio ſitos nolanos ſcire nolle omnari: quæ captæ urbi ceſſura forent: ſed potius ſpõdere: ſi Marcellum cum præſidio: ac Nolã tradidiſſent: neminẽ alium quã ipſos legem: qua in ſocietatẽ amicitiamq; Annibalis uenirẽt: dicturos: Ad ea Herennius Baſſus reſpõdit. Multos annos iam inter romanũ nolanumq; populum amicitiã eſſe: cuius neutros ad eam diẽ pœniteret: & ſibi: ſi cum fortuna mutanda fides fuerat: ſero iam eſſe mutare eam dedituris ſe Annibali. nõ fuiſſe accerſendũ romanum præſidium. cũ iis: qui ad ſe tuendos ueniſſent: & oĩa ſibi eſſe conſociata: & ad ultimũ fore.

Hannonis poſtulata

Nolanoꝝ reſponſũ



HOC COLLOQVIVM ABSTVLIT SPEM annibali per ꝓditionẽ accipiendæ nolæ. Itaq; oppidum corona circũdedit: ut ſimul ab omni parte mœnia aggrederet̃. Quem ut ſucceſſiſſe muris Marcellus uidit: inſtructa intra portã acie cũ magno tumultu erupit. Aliquot primo impetu pculſi cæſiq; ſunt: deinde concurſu ad pugnã facto: æquatiſq; uiribus atrox eſſe cœpit pugna. Memorabiliſq; iter paucas fuiſſet ni ingẽtibus ꝓcellis effuſus imber diremiſſet pugnantes. Eo die cõmiſſo modico certamine atq; irritatis aĩs in urbẽ romani: pœni in caſtra ſeſe receperunt. Tamẽ pœnoꝝ prima eruptiõe perculſi cecidẽrunt haud pluſq̃ triginta. Romanoꝝ nullus. ĩber cõtinens per noctẽ totã uſq; ad horam tertiã diei inſequẽtis tenuit. Itaq; quamq̃ utraq; pars auida certaminis erat: tñ eo die tenuerũt ſeſe munimentis. Tertio die Annibal partem copiaꝝ prædatũ in agrum nolanum miſit. Quod ubi aĩaduertit Marcellus: extemplo in aciẽ copias eduxit. Neq; Annibal detractauit. Mille fere paſſuũ inter urbem erat: caſtraq; eo ſpatio (& ſint oĩa campi circa Nolã) concurrerunt: Clamor ex parte utraq; ſublatus proximos ex iis cohortibus. quæ in agros prædatũ exierant. ad prælium iam cõmiſſum reuocauit. Et nolani aciẽ romanã auxerunt. Quos collaudatos Marcellus in ſubſidiis ſtare iubet: & ſaucios efferre: pugna abſtinerent: niſi ab ſe ſignum accepiſſent. Præliũ erat anceps: & ſumma ui: & duces hortabãtur: & milites pugnabãt. Marcellus uictis ante diẽ tertium: fugatiſq; ãte ꝓpaucos dies a Cumis: pulſis priore anno a Nola ab ſe duce milite alio inſtare iubet: non oẽs eſſe in acie ꝓdantes uagari in agro. Sed qui pugnent: marcere campana luxuria: uino: ſcortis. oĩbuſq; luſtris per totã hyemẽ confectos. abiſſe illã uim uigorẽq; delapſa eſſe robora corporꝝ aĩorũq; quibus pyrenei alpiũq; ſuperata ſint iuga. reliquias illoꝝ uirorum uix arma: membraq; ſuſtinentis pugnare. Capuã Annibali Cãnas fuiſſe ibi uirtutem bellicã: ibi militarem diſciplinã: ibi præteriti tẽporis famam: ibi ſpẽ futuri extinctam. Cum hæc exprobrando hoſti Marcellus ſuorum militum aĩos erigeret: Annibal multo grauioribus ꝓbris increpabat: Arma ſignaq; eadẽ ſe aiebat noſcere: quæ ad Trebiam: Traſimenũq; ꝓſtremo ad Cannas uiderit habuerit q̃: militem aliũ profecto ſe in hyberna Capuam duxiſſe: aliũ inde eduxiſſe. Legatũ romanũ: & legionis unius atq; alæ magno certamine uix tolerantis pugnã. quos binæ acies cõſulares nũq̃ ſuſtinuerũt. Marcellus tyrõe milite: ac nolanis ſubſidiis fultus: nec iam iterũ laceſſit. Vbi ille meus miles: eſt qui erepto ex equo. C. Flaminio conſuli caput abſtulit? ubi qui. L. Paulũ ad cannas occidit? ferrum non habet? an dextræ torpent? an quid prodigii eſt aliud? Qui pauci plures uincere ſoliti eſtis: nunc paucis plures uix reſiſtitis: Romam uos expugnaturos ſiquis duceret: fortes lingua iactabatis. En nunc minor res eſt: hic experiri uim: uirtutemq; uolo. expugnate Nolam campeſtrem urbẽ non flumine: non mari ſeptam. Hinc uos ex tam opulenta urbe præda ſpoliiſq; honuſtos

Horatio Marcelli ad ſuos

Exprobratio ãnibalis

uel ducam:quo uoletis:uel ſequar.Nec bene:nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos.Cũ omni parte pellerentur:romaniſq; creſcerent animi:non modo duce ſolum adhortante:ſed nolanis ẽt per clamorem fauoris indicem accendentibus ad ardorem pugnæ:terga pœni dederũt: atq; in caſtra compulſi ſunt.Quæ oppugnare cupientes milites romanos Marcellus Nolam reduxit in magno gaudio & gratulatione etiam plebis:quæ ante iclinatior ad pœnos fuerat.Hoſtium plus mille cæſi eo die: capti mille.dc.& ſigna militaria uiginti & duo.Elephanti quattuor in acie occiſi. Romanorum minus mille interfecti.Poſterum diem indutiis datis ſepeliendo uterq; ſuos cæſos in acie conſumpſerũt.Spolia hoſtium Marcellus Vulcano uotum cremauit.Tertio poſt die:ob iram credo aliquam:aut ſpem liberalioris militiæ:mille.cc.lxxii.equites mixti numidæ hiſpamq; ad Marcellum tranſfugerunt.Eorũ forti:fideliq; opa in eo bello uſi ſunt ſæpe romani.Ager hiſpanis in Hiſpania:& numidis in Africa poſt bellum uirtutis cauſa latus datus eſt.Annibal ab Nola remiſſo in brutios Hannone cum quibus uenerat copiis:ipſe Appuliæ hyberna petit.circaq; Arpos conſedit.Qu.Fabius:ut profectum in Appuliã annibalem audiuit:frumento a nola Neapoliq; in ea caſtra conuecto:quæ ſuper Sueſſulam erant:munimentiſq; firmatis:& præſidio:quod per hyberna ad tutãdum locum ſatis eſſet:relicto: ipſe Capuam propius mouit caſtra:agrumq; campanum ferro igniq; eſt depopulatus donec coacti ſunt campani nihil admodum uiribus ſuis fidentes egredi portis:& caſtra ante urbem in aperto communire. Sex millia armatoq; habebant:peditem imbellem:equitatu plus poterant.Itaq; equeſtribus præliis laceſſebãt hoſtem.iter multos nobiles equites campanus acerrimus erat Iubellius cognomine Taurea:ciuis ibidem erat longe omnium campanorũ fortiſſimus eques adeo: ut cum apud romanos militaret:unus eum romanus Claudius Aſellus gloria equeſtri æquaret.Hic Taurea cum diu perluſtrans oculis obequitaſſet hoſtium turmis:tandem facto ſilẽtio:ubi eſſet: Claudius aſellus quæſiuit:& quoniam uerbis ſecum de uirtute ambigere ſolitus eſſet:cur non ferro decerneret?daretq; opima ſpolia uictus: aut uictor caperet Hæc ubi aſello nunciata ſunt in caſtra:id modo moratus ut conſulem percunctaretur:liceret ne extra ordinem in prouocantem hoſtem pugnare?permiſſu eius arma extemplo cepit:prouectuſq; ante ſtationes equo Tauream nomine compellauit:congrediq; ubi uellet:iuſſit.Iam romani ad ſpectaculum pugnæ eius frequentes exierant:& campani non uallum modo caſtrorum:ſed mœnia ẽt urbis proſpectantes repleuerunt.Cum iam ante ferocibus dictis rem nobilitaſſent:infeſtis haſtis concitarũt equos:deinde libero ſpatio inter ſe ludificantes ſine uulnere pugnam extrahebant. Tum campanus romano eqnoq; inquit hoc non equitum erit certamen: niſi e campo in cauam hanc uiam demittimus:ibi nullo ad euagendum ſpatio comminus conſerentur manus.Dicto prope citius equum in uiam Claudius duxit.Taurea uerbis ferocior:q̃ re:minime ſis inquit cauterium in foſſa?q̃ uox i ruſticum inde prouerbium prodita.Clau.cum ex uia longe perequitaſſet nullo obuio hoſte in campum rurſus euectus:increpans ignauiam hoſtis: cum magno gaudio & gratulatione uictor in caſtra redit. Huic pugnæ equeſtri rem:quã ſatis certam cõmunis exiſtimatio eſt:mirabilem adiiciunt quidam annales:cum refugientem ad urbem Tauream Claudius ſequeretur: patenti hoſtium portæ inuectũ per alteram ſtupentibus miraculo hoſtibus intactum euaſiſſe. Quieta ide ſtatiua fuere:ac retro etiam conſul mouit caſtra:ut ſementem campani facerent.Nec ante uiolauit agrum campanum: quam iam altæ in ſegetibus hærbæ præbere pabula poterant. Id conuexit in claudiana caſtra ſuper Sueſſulam: ibiq; ædificauit hyberna.M.Claudio proconſuli imperauit:ut retento Nolæ neceſſario ad tuẽdam urbem p̃ſidio:cæteros milites dimitteret Romam:ne oneri ſociis:& ſumptui reip.eſſent.Et.T.Gracchus a Cumis Luceriam in Appuliam legiones cum duxiſſet.M.Valerium inde p̃torem Btũduſium cum eo:quem Luceriæ habuerat:exercitu miſit:tueriq; oram agri ſalentini:& prouidere quod ad Philippũ bellumq; macedonicum attineret iuſſit.Exitu æſtatis eius:qua hæc geſta conſcripſimus: litteræ a Publio & Gnæo Scipionibus uenerunt:quantas:quãq; proſperas in Hiſpania res geſſiſſent: ſed pecuniã in iis:ſtipendium:ueſtimentaq;:& frumẽtum exercitui:& ſociis naualibus omnia deeſſe. Quod ad ſtipendium attineat:ſi ærarium inops eſſet:ſe aliquam rationem inituros:quomodo ab hiſpanis ſumãt. Cætera utiq; ab Roma mittenda eſſe:nec aliter aut exercitum:aut prouinciam teneri poſſe.Litteris recitatis:nemo oĩum erat:quin & uera ſcribi:& poſtulari æqua fateretur.Sed occurrebat animis: quãtos exercitus terreſtres:naualeſq; tuerentur quantaq; noua claſſis mox paranda eſſet:ſi bellum macedonicum moueretur.Siciliam ac Sardiniam:quæ ante bellum uectigales fuiſſent:uix p̃ſides prouinciarum exercitus alere.Tributo ſumptus ſuppeditari:cum ipſum tributũ conferentium numeꝝ tantis exercituum ſtragibus & ad Traſimenũ lacum:& ad Cannas imminutũ:qui ſupeſſent pauci:ſi multiplici gratione edixit:qua die ueſtimenta frumentũ hiſpanienſi exercitui p̃benda:quæq; alia opus eſſent naualibus ſociis:eſſet locaturus.ubi ea dies uenit:ad conducendum tres ſocietates aderant hoĩum unde uiginti.Quoꝝ duo poſtulata fuere: Vnũ ne alii triennio eo publicani eſſent.Alterũ:ut quæ nauibus imposuiſſent:ad hoſtiũ pericula tempeſtatiſq; in publico eſſent.Vtroq; impetrato: conduxerunt.Priua-

Pœnorum cædes ad nolam

Redimi dicebantur q̃ reipu.præſtanda conducebãtur ut inde rẽptura dicta

taq; pecunia resp. administrata. Hi mores: eaq; caritas patriæ per oēs ordines: uelut tenore uno pertinebat. Quemadmodū conducta oīa magno animo sunt: sic summa fide præbita: Nec quicq̄ desideratum ac si ex opulento ærario ut quondam alerentur. Cum hi commeatus uenerunt: Illiturci oppidum ab Asdrubale: atq; Magone: & Amylcare Bomilcaris filio ob defectionem ad romanos oppugnabantur. Inter hæc trina castra hostium: Scipiones cum in urbē sociorum magno certamine: ac strage obsistentium peruenissent: frumentū cuius inopia erat: aduexerunt. Cohortatiq; oppidanos: ut eodem animo mœnia tutarentur: quo pro se pugnantem romanū exercitum uidissent: ad castra maxima oppugnanda: quibus Asdrubal præerat: ducunt. Eodem & duces: & duo exercitus carthaginensium: ibi rem summam agi cernentes: conuenerunt. Itaq; eruptione e castris pugnatum est. lx. hostiū millia eo die in pugna fuerunt. Sedecim circa romanis: tñ adeo haud dubia uictoria fuit: ut plures numero: quā ipsi erāt romani: hostium occiderint: ceperint amplius tria millia hoīum: paulominus equorum: unde sexaginta militaria signa elephantis. y. in prælio occisis: terniscq; castris eo die potiti sunt. Illiturco obsidione liberato: ad Incibili oppugnandum punici exercitus traducti suppletis copiis & prouincia: ut quæ maxime omnium belli auida modo præda aut merces esset. Et tum iuuentute abundāte: iterum signis collatis eadem fortuna utriusq; partis pugnatum. Supra. xii. millia hostium cæsa: supraq; tria capta cum signis duobus &. xl. nouem elephantis. Tum uero omnes prope Hispaniæ populi ad romanos defecerunt. Multoq; maiores ea æstate in Hispania: quam in Italia res gestæ.

Ingens Scipionis victoria

Atī. pœnorum cædē

LIBER QVARTVS.

VT EX CAMPANIA IN BRVTIOS REDITVM EST: HANNO ADIVtoribus & ducibus brutiis græcas urbes tentauit: eo facilius in societate manentis romana: quod brutios quos & oderant & metuebant: carthaginensium partis factos cernebant. Regium primum tentatū est. dieiq; aliquot ibi nequicq̄ absumpti. Itaq; locrenses frumentum: lignaq;: & cætera necessaria usibus ex agris in urbem rapere etiam nequid relictum prædæ hostibus esset: & in dies maioribus portis multitudo effundi. postremo ii modo relicti in urbe erant: qui reficerent muros ac portas: telaq; in propugnacula congerere cogebantur. In permixtam oīum ætatum ordinumq; multitudinē: & uagantem in agris magna ex parte inermē Amilcar pœnus equites emisit: qui uiolare quēquam uetiti: tantum excluderēt ex urbe fuga dissipatos: turmas obiecere. Dux ipse loco superiore castra posuit: unde agros urbemq; possit conspicere. Brutiorū cohortem adire muros: atq; uocare principes locrensium ad colloquium iussit. & pollicentes amicitiam Annibalis: adhortari ad urbem tradendā: Brutiis in colloquio nullius rei primo fides est: deinde ut pœnus apparuit in collibus & refugientes pauci: aliam oēm multitudinem in potestate hostium esse asserebant: tum metu uicti cōuulturos se populū responderūt. Aduocataq; ex templo concione cum & leuissimus quisq; nouas res: nouamq; societatem mallet: & quorum propinqui extra urbem intercluſi ab hostibus erant: uelut obsidibus datis pignoratos haberent aios: pauci magis taciti probarent constantē fidem: quā probatam tueri auderent: haud dubio in spēm consensu fit ad pœnos deditio. L. Attilio p̄fecto p̄sidii: quiq; milites cum eo romani erant: clam in portū deductis atq; impositis in nauibus: ut Regium deueherentur. Amilcarē pœnosq; ea conditiōe: ut fœdus extemplo æquis legibus fieret: in urbem acceperunt. Cuius rei prope nō seruata fides est deditis: cum pœnus dolo dimissum romanum incusaret: locrenses profugisse ipsum causarentur. Insecuti etiam equites sunt: si quo casu in freto æstus morari: aut deferre naues in terram possent. Et eos quidem: quos sequebantur: non sunt adepti: alias a Messana traiicientis freto Regiū naues conspexerunt. Milites erāt romani a Claudio prætore missi ad obtinendam urbem præsidio: itaq; regio extemplo abscessum est. Locrensibus iussū Annibalis data pax: ut legibus suis liberi uiuerent. Vrbs pariter & portus ī potestate locrensium esset. Societas eo iure staret: ut pœnus locrensem: locrensisq; pœnum pace ac bello iuuaret. Sic a freto pœni reducti frementibus brutiis: quia Regium ac Locros: quas urbes direpturos se destinauerant intactas reliquisset. Itaq; per se ipsi conscriptis armatisq; iuuentutis suæ millibus. xy. ad Crotonem oppugnandum pergunt ire: græcam & ipsam urbem: & maritimam plurimum accessurū opibus: si in ora maris portum: ac urbem mœnibus ualidam tenuissent: credentes. Ea cura angebat: quod neq; non accersere ad auxilium pœnos satis audebant: nequid non pro sociis egisse uiderentur & si pœnus rursus magis arbiter pacis: q̄ adiutor belli fuisset: ne in libertatem Crotonis: sicut ante Locrorum: frustra pugnaretur. Itaq; optimum uisum est ad Annibalem mitti legatos: caueriq; ab eo: ut receptus Croto brutiorum esset. Annibal: cum p̄sentium eam consultationē esse respondisset: & ad Hannonem eos reiecisset: ab Hannone nihil certi allatum. nec enim diripi uolebant nobilem atq; opulentam urbem: & sperabat: cum brutii oppugnarent: pœnos nec probare: nec iuuare eam oppugnationē appareret: eo maturius ad se defecturos. Crotone nec consilium unum inter populares: nec uoluntas erat. Vnus uelut morbus inuaserat omnes Italiæ ciuitates: ut plebs ab optimatibus dissentiret, senatus romanis faueret: & plebs ad pœnos retraheret. Eam dissensionem in urbe nūciat perfuga quis

Locrorum ad pœnos deditio

brutiis:Aristomachũ esse principẽ plebis:tradendæq; auctorẽ urbis:& in uasta urbe lataq; oĩbus disie
ctis mœnibus partitas stationes:custodiasq; senatoꝝ ac plebis esse quacũq; custodiant hoies plebis: ea
patere aditum. Auctore ac duce pfuga brutii corona ciuxerunt urbem. acceptiq; a plebe: primo ipetu
locos oẽs: pter arcem cepere. Arcem optimates tenebant pparato iam ante ad talem casum pfugio. Eo-
dem Aristomachus pfugit: tãq; pœnis: non brutiis auctor urbis tradendæ fuisset. Vrbs Croto murũ in
circuitu patentem. xii. millia passuum habuit ante pyrrhi aduentum in Italiã. Post uastitatem eo bello
factam uix pars dimidia habitabatur. Flumen: quod medio oppido fluxerat: extra frequentia tectis lo
ca pterfluebat muros: procul iis: qui inhabitabantur. sex millia aberat urbe nobile templum: ipsa urbe
erat nobilius: Laciniæ Iunonis sanctum oĩbus circa populis. Lucus ibi frequenti silua: & proceris abie
tis arboribus septus: læta in medio pascua habuit: ubi oĩs generis sacrũ deæ pascebatur pecus sine ullo
pastore: separatimq; egressi cuiusq; generis greges nocte remeabãt ad stabula. Nunq; insidiis ferarum
non fraude uiolati hoium. Magni ergo fructus ex eo pecore capti. colũnaq; inde aurea solida facta: & sa
crata est. inclytumq; templum diuitiis ẽt non tantum sanctitate fuit. Ad miracula aliqua affinguntur
plærũq; tam insignibus locis. fama est aram esse in uestibulo templi: cuius cinerem nullus unq; moue-
at uentus. Et arx Crotonis una parte imminens mari: altera uergente in agrũ situ tantũ naturali quon
dam munita: postea & muro cincta: quo per auersas rupes ab Dionysio Siciliæ tyranno per dolum fue
rat capta. eam tum arcẽ satis: ut uidebatur: tutam crotoniatũ optimates tenebant: circũsedente cum bru
tiis eos etiam plebe sua. Postremo brutii: cum suis uiribus inexpugnabilem uiderent arcem: coacti ne
cessitate Hãnonis auxilium implorant. Is conditionibus ad deditionem compellere crotoniatas cona-
tus: ut coloniam brutiorum eo deduci: antiquãq; frequentiam uirorum recipere: uastam ac desertam
bellis urbem paterentur: oĩum neminem præter Aristomachum mouit: morituros se affirmabant ci-
tius: quam immixti brutiis in alienos mores: ritus: legesq;: & mox linguam uertẽtur. Aristomachus
unus qũ nec suadendo ad deditionem satis ualebat: nec sicut urbem prodiderat: locũ prodendæ arcis i
ueniebat: transfugit ad Hannonem. Locrenses breui post legati cum permissu Hannonis arcem itraf-
sent: persuadent. ut traduci se in Locros paterentur. nec ultima experiri uellent. Iam hoc: ut sibi liceret:
impetrauerant & ab Annibale: missis ad idipsum tum legatis: ita Crotone excessum ẽ: Deductiq; cro-
toniatæ ad mare naues conscendunt. Locros oĩs multitudo abeunt. In Appulia ne hyems quidẽ quie
ta inter romanos atq; Annibalem erat: Luceriæ Sempronius consul: Annibal aut procul Arpis hyber
nabat. Inter eos leuia prælia ex occasione: aut opportunitate huius: aut illius partis oriebantur. melior
q; eis romanus: & in dies cautior: tutiorq; ab insidiis fiebat. In Sicilia romanis oĩa mutauerat mors Hie
ronis regnumq; ad Hieronymum nepotem eius translatum puerum uixdũ libertatem: nedum domi
nationem modice laturum: læte id ingeniũ tutores atq; amici ad præcipitandũ in oĩa uitia acceperunt
Quæ ita futura cernens Hiero: ultima senecta uoluisse dicitur liberas Syracusas relinquere ne sub do-
minatu puerili per ludibrium bonis artibus partum firmatumq; interiret regnum. Huic consilio eius
summa ope obstitere filiæ: nomen regium penes puerũ futurum ratæ: regimen rerum oĩum penes se:
uitosq; suos Andronodorum & Zoilũ: nam ii tutorum primi relinquebant. Non facile erat nonagesi-
mum iam agenti annum circũsesso dies: nocteq; muliebribus blanditiis liberare animum: & conuer
tere ad publicã priuatamq; curam. Itaq; tutores numero quindecim puero reliquit: quos pcatus ẽ mo
riens: ut fidem erga populũ romanum. l. annos ab se cultam inuiolatã seruarent. Iuuenẽq; suis potissi-
mum uestigiis insistere uellent disciplinæq; in qua edoctus esset. Post hæc mandata cũ expirasset: tuto
res prodeunt: testamento prolato: pueroq; in concionem producto (erat ãt tunc. xy. ferme annorum)
paucis: qui per concionẽ ad excitandos clamores dispositi erant: approbantibus testamentum cæteris
uelut patre amisso: in orba ciuitate oĩa timentibus: funus fit regium magis amore ciuiũ & caritate: quã
cura suorum celebre. Deinde cæteros tutores summouet Andronodorus: iuuenem iam esse dictitans
Hieronymũ: ac regni potentem: deponẽdaq; tutela: quæ ipsi cum pluribus cõis erat in se unum oĩum
uires conuertit. Vix quidem ulli bono: moderatoq; regi facilis erat: fauor apud syracusanos: succeden
ti tanta caritate Hieronis. uerum enim uero Hieronymus: uelut suis uitiis desiderabilem efficere uel-
let alium primo statim conspectu omnia: quam disparia essent: ostendit: nam qui per tot annos Hiero
nem filiumq; eius Gelonem nec uestis habitu: nec alio ullo insigni differentes a ciuibus cæteris uidis-
sent: & aspexere purpura: ac diadema: ac satellites armatos: quadrigisq; ẽt alborum equorum ex regia
procedentem more. Dionysii tyranni. Hunc tam superbum apparatum habitumq; conuenientes seq̃
bantur mores contemptus oĩum hominum: superbæ aures: contumelioſa dicta: aditus nõ alienis mo
do: sed tutoribus etiam difficilis libidines nouæ: inhumana crudelitas. itaq; tantus omnis terror inua
serat: ut quidam ex tutoribus aut morte uoluntaria: aut fuga præuerterent metum suppliciorũ. Tres
ex iis. quibus solis aditus in domũ familiarior erat Andronodorus & Zoilus generi Hieronis & Thra
so quidam de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur. Tendendo autem duo ad carthagi-
nenses: Thraso ad societatem romanam: certamine: ac studiis interdum in se conuertebant animum.
adolescentium Coniuratio in tyranni caput facta: indicatur per Calonem quẽdam æqualem Hierony
mi: & iam inde a puero in omnia familiaria iura assuetum. Index unum ex coniuratis Theodorum: a
quo ipse appellatus erat: noiare potuit. qui comphensus: extemploq; traditus Andronodoro torquẽ

Vetus cro
tõis magni
tudo

Crotõe ab
oĩ nobilita
te est excel
sum

Atẽ. Hiero
nymi isolẽ
tiam

Vide ne p
calorem sit
potius le-
gendum

dus de se ipse haud cūctanter fassus consçios cælabat. Postremo cum oībus intolerādis patiētiæ huma
næ cruciatibus laceretur: uictum malis se simulans auertit a consciis in insontes indiciū Thrasonē esse
auctorem consilii mentitur. nec nisi tam potenti duce confisos: rem tantā ausuros ab latere inde eos no
minat tyranni: quoꝝ capita uilissima fingenti iter dolores gemitusq; occurrere. Maxime aīo tyrāni cre
dibile indicium Thraso noīatus fecit. Itaq; extēplo traditur ad suppliciū. Adiectiq; pœnæ cæteri iuxta
insontes Consciorꝝ nemo: cū diu socius consilii torqueret: aut latuit aut fugit. Tantū illis in uirtute ac
fide Theodori fuit fiduciæ. Tantūq; ipsi Theodoro uiriū ad arcana occultanda. Itaq; quod unum uin
culū cum romanis societatis erat: Thrasone sublato e medio extēplo haud dubie ad defectionē res spe
ctabat. Legatiq; ad Annibalem missi: ac remissi ab eo cū Annibale nobili adolescētulo: Hippocrates &
Epicides nati carthagine: sed oriundi a Syracusis exule auo: pœni ipsi materno genere p hos iuncta so
cietas Annibali ac syracusano tyranno. Nec inuito Annibale apud tyrannū manserunt. Ap. Claudius
ptor: cuius Sicilia prouincia erat: ubi ea accepit: extemplo legatos ad Hieronimū misit: qui cū sese ad re
nouandam societatē: quæ cum auo fuisset: uenisse dicerent: p ludibriū auditi: dimissiq; sunt: perquirē
te per iocū hieronimo. Quæ fortuna eis pugnæ ad Cannas fuisset: uix credibilia. n. legatos Annibalis
narrare: uelle quid ueri sit nunciari: scireq; ut ex eo utrā spem sequat: consilium capiat. Romani cū se
rio legatiōes audiri cœpissent: redituros se ad eū dicentes esse: monito magis eo: quam rogato: ne fidē
temere mutaret proficiscunt. Hieronymus legatos Carthaginē misit ad fœdus ex societate cū Anniba
le faciendum. Pacto conuenit: ut cū romanos Sicilia expulissent (id aūt breui fore: si naues atq; exercitū
misissent) Himera amnis: qui ferme insulam diuidit: finis regni siracusani: ac punici imperii esset. Aliā
deinde inflatus assentationibus eorꝝ: qui eum nō Hieronis tantū: sed Pirrhi ēt regis materni aui iube
bant meminisse legationē misit: qua æquum censebat Siciliam sibi oēm cedi: Italiæ imperiū proprium
quæri carthaginensi populo. Hanc leuitatē animi: ac iactationē neq; mirabantur in iuuene furioso: ne
q; arguebant: dūmodo auerterent eū ab romanis. Sed oīa in eo p̄cipitia ad exitiū fuerunt: nam cū p̄mis
sis Hippocrate atq; Epicide cum binis millibus armatorꝝ ad tentandas urbes: quæ p̄sidiis tenebantur
romanorꝝ: & ipse in leontinos cū cætero omni exercitu (erant aūt ad. xy. millia peditum equitūq;) pro
fectus esset: liberas ædes coniurati: & oēs forte militabant: iminentes uiæ angustæ: qua descendere ad
forꝝ rex solebat: sumpserunt. ibi cū instructi armatiq; cæteri transitū expectantes starent: uni ex eis. Indi
gemini fuit nomen: quia custos corporis erat: partes datæ sunt: ut cū appropinquaret ianuæ rex: per
cām aliquam in angustiis sustineret a tergo agmen. Ita ut conuenerat factum est: tanq; laxaret elatū pe
dem abstricto nodo moratus turbam Indigemines: tantū interualli fecit: ut cum i prætereuntē sine ar
matis regem impetus fieret: confoderet aliquot prius uulneribus: quā succurri posset. Clamore & tu
multu audito in Indigeminē iam haud dubie obstantem tela conicīuntur: in quæ tñ duobus acceptis
uulneribus euasit. fuga satellitum ut iacentem uidere regem facta est. Interfectores pars in forꝝ in mul
titudinem lætam libertate. pars Syracusas pgunt ad p̄occupanda Andronodori: regiorūq; aliorū consi
lia. In certo rerum statu. Ap. Claudius bellum oriens ex propinquo cum cerneret: senatum litteris cer
tiorem fecit. Siciliam carthaginensi populo & Annibali conciliari. Ipse aduersus syracusana consilia p
uinciam: regniq; fines oīa conuertit præsidia. Exitu ānī eius. Qu. Fabius ex auctoritate senatus Puteo
los per bellum cœptum frequentari emporium: communiit: præsidiumq; imposuit. Inde Romam co
mitiorum causa ueniens in eum: quem primum diem comitialem habuit: comitia edixit: atq; ex itine
re præter urbem in campum descendit. eo die cum sors p̄rogatiuæ ante iuniorum exisset: eaq; T. Octa
cilium. M. Aemylium Regulum consules diceret: tum. Qu. Fabius: silentio facto: tali oratione est usus.
Si aut pacem in Italia: aut bellum cum eo hoste haberemus: in quo negligentiæ: aut errori locus esset:
qui uestris studiis: quæ in campum ad mandandos: quibus uelitis: honores affertis: moram ullam of
ferret: is mihi parum meminisse uideretur uestræ libertatis. Sed cum in hoc bello: cum hoc hoste nun
q̄ ab ullo duce sine ingenti uestra clade erratum sit: eadem uos cura: qua armati in aciem descenditis:
inire suffragium ad creandos consules decet: & sibi sic quēq; dicere: Annibali imperatori parem consu
lem nomino. Hoc anno ad Capuam Iubellio Taurea campano summo equiti prouocāti summus ro
manus eques Asellus Claudius oppositus. Aduersus gallum quondā prouocantem in pōte Anienis
Manliū fidentem & animo & uiribus misere maiores nostri. Ob eandem cām: ut multis ānis post fuis
se non negauerim: cum. M. Valerio non diffideretur aduersus similiter prouocantem capiēti gallum
arma ad certamē. Quēadmodum pedites equitesq; optamus ut ualidiores: si minus: ut pares hosti ha
beamus: ita duci hostium parē imperatorem quæramus. cū qui est summus in ciuitate dux: eum lege
rimus: tum repente lectus: in annū creatus aduersus ueterē ac perpetuum impatorē comparabit: nul
lis neq; tpis: neq; iuris inclusum angustiis: quominus ita oīa gerat: administretq; : ut tpa postulabunt
belli. nobis āt in apparatu ipso: ac tm incohantibus res: annus circūagitur. Quoniā quales uiros creare
uos consules deceat satis est dictū: restat: ut pauca de eis: in quos p̄rogatiuæ fauor inclinauit dicam. M.
Aemylius Regulus flamē est quirinalis: quem neq; mittere a sacris: neque retinere possumus: ut non
deum aut belli deseramus curam. Octacilius sororis meæ filiam uxorem: atque ex ea liberos habet.
Cæterum non ea uestra in me: maioresque meos merita sunt: ut non potiorem priuatis necessitudi
nibus remp. habeam. Quilibet nautarum: uectorumq; tranquillo mari gubernare pōt: ubi sæua orta

Hyerony/mus fœd⁹ cum pœno sancit

Occiditur hierōym⁹ a cōiuratis

Vehemēs fabii oratō ad populū

Feciſſe le/gerim poti us q̄ fuiſſe & ita poti/uſq; ut

tempestas est:ac turbato mari rapitur uento nauis:tum uiro:& gubernatore opus est. non tranquillo nauigamus:sed iam aliquot procellis submersi pœne sumus.itaq; quis ad gubernacula sedeat:summa cura prouidēdum:ac p̄cauendum nobis est.In minore re experti.T.Octacili operam tuam sumus:haud sane:cur ad maiora tibi fidamus:documenti quicq̄ dedisti.Classem hoc anno:cui tu præfuisti: triū rerum causa parauimus:ut Africæ oram popularetur.ut tuta nobis Italiæ littora essent:ante oīa ne supplementum cum stipendio:commeatuq; ab Carthagine Annibali transportaretur. Create consulem T.Octacilium:non dico si oīa hæc:sed si aliquid eoꝝ reip. p̄stitit.Sin autem:te classem obtinente: uelut placato mari quælibet Annibali tuta atq; integra ab domo uenerunt: si ora Italiæ infestior hoc anno: quam Africæ fuit:quid dicere potes:cur te potissimum ducē Annibali hosti opponant:si consul esses: dictatorē dicendum exemplo maioꝝ nostrorum censeremus.neq; tu id indignari posses:aliquem i ciuitate romana meliorē bello haberi:q̄ te.magis nullius interest:q̄ tua.T.Octacili:non iponi ceruicibus tuis onus:sub quo concidas.Ego magnopere suadeo eodem aio:quo si stantibus uobis in aciem armatis repente diligendi duo imperatores essent:quoꝝ ductu atq; auspicio dimicaretis:hodie quoq; consules creetis:qbus sacramenta liberi nostri dicant ad quoꝝ edictū conueniant:sub quoꝝ tutela atq; cura militent.lacus Trasimenus:& Cannæ triste ad recordationē exemplar:at ad p̄cauendum simile utiles:documento sunt.Prærogatiua iunioꝝ in suffragiū reuocata.Cum.T.Octicilius ferociter eum continuare consulatū uelle uociferaretur:atq; obstreperet:lictores ad eū accedere cōsul iussit: & qa in urbē non inierat.protinus in campū ex itinere profectus admonuit cū securibus sibi fasces p̄ferri.Interim p̄rogatiua suffragium init.Creati in ea consules.Qu.Fabius Maximus quartū.M.Marcellus tertiū.Eosdem consules cæteræ centuriæ sine uariatione ulla dixerūt.& p̄tor unus refectus.Qu.Fuluius Flaccus nonum.Alii creati.T.Octicilius Crassus iterū.Qu.Fabius cōsulis filius:qui tum ædilis curulis erat.P. Cornelius Lentulus.Comitiis p̄torum perfectis.S.C.factum est:ut.Qu.Fuluio extra ordinem urbana esset prouincia:isq; potissimum consulibus ad bellū profectis urbi p̄esset.Aquæ magnæ & niues eo anno fuerunt.Tyberisq; agros inundauit cum magna strage tectoꝝ:pecorumq; & hoium pnicie. Quito anno secundi punici belli.Qu.Fabius Maximus quartū.M.Claudius Marcellus tertiū consulatum ineuntes:plus solito conuerterāt in se ciuitatis aios multis.n.annis tale consulū par non fuerat.Refebāt senes:sic.T.Manliū cum.P.Decio ad bellū gallicum:sic postea Papyriū & Coruinum aduersus samnites:brutiosq;:& lucanū cum tarentino populū consules declaratos.Absens Marcellus cōsul creatus: cum ad exercitū esset.Præsenti Fabio atq; ipso comitia habente:cōsulatus continuatus.Tēpus ac necessitas belli:ac discrimen sūmæ rerum faciebant:neq; aut in exemplū exquireret:aut suspectū cupiditatis imperio consulē haberet:quin laudabant potius magnitudinē animi:quod cū summo impatore esse opus reip.sciret:seq; tum haud dubie esse minoris inuidiā suam:siqua ex re oriret:quam utilitatē reip. feciſſet.Quo die magistratū inierunt consules:senatus in Capitolio est habitus:decretumq; oīum primum:ut consules sortirentur:cōparārentq; inter se:uter censoribus creādis comitia haberet:priusq; ad exercitū proficisceretur.Prorogatū deinde imperium oībus:qui ad exercitū erant:iussiq; in prouinciis manere.T.Gracchus Luceriæ ubi cū uolonum exercitu erat:Terentius Varro in agro piceno.M.Pomponius in gallico ex p̄toribus prioris anni.Proprætor.Qu.Minutius obtineret Sardiniā.M.Valerius ad Brundusium oræ maritimæ intentus ,aduersus oēs motus Philippi Macedonū regis præesset.C. Cornelio Lentulo prætori Sicilia decreta prouincia.T.Octacilio classis eadem:quam aduersus carthaginenses priore anno habuisset.



PRODIGIA EO ANNO MVLTA NVNCIAta sunt.Quæ quo magis credebant simplices ac religiosi hoīes:eo ēt plura nunciabant.Lanuuii in æde intus Sospitæ Iunonis coruos nidum fecisse.In Appulia palmam uiridem arsisse.Mantuæ stagnum effusum Mintio anni cruentū uisum.Et Calibus cretam.Et Romæ in foro Boario sanguinē pluisse.Et in uico Istrico fontem sub terra tanta ui aquarū fluxisse:ut serias doliaq;:quæ in eo loco erant:prouoluta:uelut impetus torrentis tulerit. Tactū de cælo atrium publicum i Capitolio.Aedem in cāpo Vulcani.nucē in sabinis:publicamq; uiam:murū:ac portam Gauisiam.Alia uulgata miracula erāt. Hastam martis Prænestæ sua sponte promotam.Bouem in Sicilia locutum.Infantem in utero matris in marrucinis Io triumphe clamasse.Ex muliere Spoleti uirum factum.Adriæ aram in cælo:speciesque hominum circum eam cum candida uestæ uisas esse.Quin Romæ quoque in ipsa urbe secundum apum examen uisum esse in foro.Quod mirabile est:quia rarum.Affirmantes quidam legiones se armatas in Ianiculo uidere:concitauerunt ciuitatem ad arma:qui cum in Ianiculum iuissent: negarunt quenquā ibi præter assuetos collis eius cultores apparuisse.Hæc prodigia hostiis maioribus p̄curata sūt ex aru-

Att. Fabii uerba ad octacilium

Qu.fabius M.Marcellus consſ.

Prouinciæ prætoribꝰ decretæ

Prodigia pene in audita

ſpicum reſponſo. Et ſupplicatio oĩbus diis: quorũ puluinaria Romæ ſint. iniuncta eſt. Præparatis quæ ad pacem deum ptinebant de rep. belloq; gerendo: & quantũ copiaꝝ: & ubi quæq; eſſent: conſules ad ſenatum rettulerunt. duodeuiginti legionibus bellũ geri placuit. Binas conſules ſibi ſumere placuit. Binis Galliam: Siciliãq; ac Sardiniam obteneri. Duabuſq; Qu. Fabium p̃torem Appulæ: duabus uolonum. T. Gracchum circa Luceriã præeſſe. Singulas. G. Terentio proconſuli ad Picenũ: &. M. Valerio ad claſſem circa Brunduſiũ: & duas urbi p̃ſidium relinqui. Hic ut numerus legionũ compleret: ſex nouæ legiones erant ſcribẽdæ. Eas primo quoq; tpe ſcribere iuſſi: & claſſem parare: ut cum eis nauibus: quæ pro Calabriæ littoribus in ſtatione eſſent. c. l. longaꝝ nauium claſſis eo anno expleretur. Delectu habito: & nauibus nouis deductis. Qu. Fabius comitia cenſoribus creandis habuit. Creati. M. Attilius regulus & Publius Curius philus. Cũ increbreſceret rumor bellũ in Sicilia eſſe. T. Octacilius eo cum claſſe proficiſci iuſſus eſt. Cũ deeſſent nautæ: conſules ex ſenatuſconſulto edixerũt: ut qui. L. Aemilio. G. Flaminio cenſoribus millibus æris. l. ipſe aut pater eius cenſus fuiſſet uſq; ad centũ millia: aut cui poſtea tãta eſſet facta: nautã unum cum ſex menſiũ ſtipendio daret. Qui ſupra centũ millia uſq; ad. ccc. millia tris nautas cũ ſtipendio annuo: Qui ſupra trecenta millia uſq; ad decies æris: quinq; nautas. Qui ſupra decies ſeptẽ. Senatores octo nautas cum annuo ſtipendio darent. Ex hoc edicto dati nautæ: armati iſtructiq; ab dñis cum triginta dierum coctis cibariis naues conſcenderunt: Tum primũ eſt factum: ut claſſis romana: ſociis naualibus priuata ipenſa paratis: compleretur. Hic maior ſolito apparatus præcipue conterruit campanos: ne ab obſidione Capuæ bellũ eius anni romani inciperent. Itaq; legatos ad Annibalem oratũ miſerunt: ut Capuam exercitũ admoueret. Ad eam oppugnandã nouos exercitus ſcribi Romæ: nec ullius urbis defectioni magis infenſos eorum aĩos eſſe. Id quia tam trepidi nunciabant: maturandũ Annibal ratus: ne præuenirent romani profectus Arpis: ad Tifata in ueteribus caſtris ſup Capuam conſedit. inde numidis hiſpaniſq; ad p̃ſidium ſimul caſtroꝝ ſimul Capuæ relictis: cum cætero exercitu ad lacum Auerni per ſpeciẽ ſacrificandi: re ipſa ut tentaret puteolos: quiq; ibi p̃ſidio erant: deſcendit. Maximus: poſteaq; Annibalem Arpis profectũ & regredi in Campaniã allatum eſt: nec die: nec nocte intermiſſo itinere ad exercitum redit. Et. T. Gracchum a Luceria Beneuẽtum copias admouere. Qu. Fabiũ prætorem (is filius conſulis erat) Luceriam Graccho ſuccedere iubet. In Siciliã eodem tpe duo p̃tores profecti. P. Cornelius ad exercitũ: Octacilius: qui maritimæ oræ: reiq; nauali præeſſet. Et cæteri in ſuas quiſq; prouincias profecti. Et quibus prorogatũ imperium erat: eaſdẽ quas priore anno regiones obtinuerunt. Ad Annibalẽ cum ad lacũ Auerni eſſet: quinq; nobiles iuuenes a Tarẽto uenerunt: partim ad Traſimenũ lacum: partim ad Cannas capti: dimiſſiq; domos cũ eadem: qua uſus comitate aduerſus oẽs romanorum ſocios pœnus fuerat. Ii memores beneficiorum eius perpuliſſe magnam partem ſe iuuentutis Tarentinæ referunt: ut Annibalis amicitiam ac ſocietatem: q̃ populi romani mallent: Legatoſq; ab ſuis miſſos rogare Annibalem: ut exercitũ propius Tarentum admoueat: ſi ſigna eius: ſi caſtra conſpecta a Tarento ſint: haud ullam interceſſurã moram: quin urbs dedatur. in poteſtate iunioꝝ plebem: in manu plebis rem Tarentinam eſſe. Annibal collaudatos eos: oneratoſq; ingentibus promiſſis domũ ad cœpta maturanda redire iubet: ſe in tpe affuturum eſſe. Hac cum ſpe dimiſſi tarentini. Ipſum ingens cupido inceſſerat Tarenti potiundi. Vrbem eſſe uidebat tum opulẽtam nobilemq;: tum maritimam: & in Macedoniam opportune ueꝛſam: regemq; Philippum hunc portũ: ſi trãſiret in Italiam cum Brunduſium romani haberent: petiturum. Sacro ĩde perpetrato: ad quod uenerat: & dum ibi moratur. peruaſtato agro cumano uſq; ad Miſeni promontorium: Puteolos repente agmen conuertit ad opprimendum p̃ſidium romanum. Sex millia hominum erant. & locus munimẽto quoq; non modo natura tutus: Triduum ibi moratus pœnus ab omni parte tentato p̃ſidio: deinde ut nihil procedebat: ad populandum agrum neapolitanum magis ira: q̃ potiunde urbis ſpe: proceſſit. Aduentu eius in propinquũ agrũ nolana mota eſt plebs: iãdiu auerſa a romanis: & infeſta ſenatui ſuo. Itaq; legati ad accerſendum Annibalem cum haud dubio promiſſo tradendæ urbis uenerunt. Preuenit incœptum eorum Marcellus conſul a primoribus accitus die uno Sueſſulam a Calibus: cum Vulturnus amnis traiicientem moratus eſſet: contenderat. inde proxima nocte. ſex millia peditum equites q; ccc. qui præſidio ſenatui eſſent: Nolam intromiſit: & uti a conſule omnia impigre facta ſunt ad p̃occupandam Nolam: ita Annibal tempus terebat: bis iam ante nequicquam tentata re ſegnior ad credendum nolanis factus. Iiſdem diebus & Quintus Fabius conſul ad Caſilinum tentandum: quod p̃ſidio punico tenebatur: uenit. Et ad Beneuentum uelut ex compoſito: parte altera Hãno ex brutiis cũ magna peditum equitumq; manu: altera. T. Gracchus a Luceria acceſſit: qui primo oppidum intrauit. Deinde ut Hannonem ferme tria millia ab urbe ac Calorem fluuium caſtra poſuiſſe: & ide agrum populari audiuit: & ipſe egreſſus mœnibus mille ferme paſſus ab hoſte caſtra locat. Ibi concionem militum habuit: legiones magna ex parte uolonum habebat: qui iam alterum annum libertatem tacite mereri: q̃ poſtulare palam maluerant. Senſerat tamen hybernis egrediens murmur in agmine eſſe: quærentium nunquam ne liberi militaturi eſſent? Scripſeratq; ſenatui: non tam quid deſiderarent: q̃ quid meruiſſent. bona fortiq; opera eorum ſe ad eam diem uſum: neque ad exemplum iuſti militis quicquam eis: præter libertatem deeſſe. De eo permiſſum ipſi erat: faceret quod e repub. duceret eſſe. Itaq; priuſquam cum hoſte manum conſereret: pronunciat tempus ueniſſe libertatis eis: q̃diu ſperaſ-

Att. decretum i cõpãda claſſe

Ad auernũ Annibal ſacrificat

Agitur de Tarento potiundo Ab Hann:

sent:potiundæ.postero die signis collatis dimicatuꝝ puro ac patenti cãpo:ubi sine ullo insidiarũ metu uera uirtute geri res posset.Qui caput hostis retulisset:eum se extemplo liberum iussuꝝ esse.qui loco cessisset.in eum seruili supplicio aiaduersurum.Suam cuiq; fortunã in manu esse:Libertatis auctorem eis non se fore solum:sed consulẽ.M.Marcellum & uniuersos patres:qui consulti a se de libertate eoꝝ sibi pmisissent.Litteras inde consulis:ac senatusconsultũ recitauit.Ad quæ clamor cũ ingenti assensu ẽ sublatus:pugnã poscebant.signumq; ut daret extẽplo:ferociter instabant.Gracchus:plio in posterum diẽ pronunciato:concionem dimisit.Milites læti:pcipue quibus merces nauatæ in unũ diem operæ libertatis futura erat:armis expediendis:quod reliquum diei fuit:consumpserunt.

Strenue pugnã Gracchi p nunciatio



POSTERO DIE:VBI SIGNA COEPERVNT canere:primi oĩum parati:instructiq; ad ptorium cõueniunt.Sole orto:Gracchus in aciẽ copias eduxit. Nec hostes morã dimicandi fecerũt. Decem & septẽ millia peditum erant:maxima ex parte brutii ac lucani.Equites.M.cc.inter quos pauci admodum Italici: cæteri numidæ fere oẽs:mauriq;.Pugnatum est acriter & diu.Quattuor horis neutro ĩclinata est pugna. Nec alia magis romanũ impediebat res:q̃ capita hostium ptia libertati facta. Nam ut quiq; ĩpigre hostẽ occiderat:primũ capita ægre iter turbam: tumultũq; abscindendo tps terebant: Deinde occupata dextra tenendo caput:fortissimus quisq; pugnator esse desiderat.Quod ubi tribuni militum Graccho nunciauerunt neminẽ stantem iam uulneratã hostem: carnificati iacentes:& in dextris militũ pro gladiis humana capita esse:signũ dari propere iussit:proiicerẽt capita:inuaderentq; hostẽ claram satis & insignem uirtutẽ esse:nec dubiam libertatẽ futuram strenuis uiris. Tum reditegrata pugna est & eques ẽt in hostem emissus.Quibus cum impigre numidæ occurrissent:nec segnior equitũ:q̃ peditum pugna esset:iteꝝ in dubiũ adducta res:cum utrinq; duces: romanus brutium lucanũq; totiens a maioribus uictos:subactosq;:pœnus mancipia romana:& ex ergastulo militem uerbis obtereret.Postremo ꝓnunciat Gracchus esse nihil:quod de libertate sperarent:nisi eo die fusi fugatiq; hostes essent.Ea demum uox ita aĩos accendit:atq; renouato clamore uelut alii repente facti:tanta ui se in hostẽ intulerunt ut sustineri ultra nõ possent.Primo antesignani pœnorũ:deinde signa pturbata.Postremo tota impulsa acies:inde haud dubie terga data:ruuntq; fugientes in castra adeo pauidi:trepidiq;:ut ne in portis quidẽ:aut uallo qsq̃ restiterit:ut prope cõtinenti agmine romani insecuti nouũ deintegro plium inclusi hostiũ uallo ediderint.ibi sicut pugna ipeditior in angustiis:ita cædes atrocior fuit.& adiuuere captiui:qui rapto inter tumultũ ferro conglobati:& a tergo cecididerint pœnos:& fugã impedierunt.itaq; minus duomillia hoĩum ex tanto exercitu:& ea maior pars equitũ cum ipso duce effugerunt.alii oẽs cæsi:aut capti.Capta & signa duodequadraginta.Ex uictoribus duo millia ferme cecidere.ꝑda ois præterq̃ hoĩum captorum militi concessa est. Et pecus exceptũ est:qd intra dies triginta dñi cognouissent.Cum ꝑda honusti i castra rediissent:quattuor millia ferme uolonũ militum:q pugnauerant segnius:nec in castra irruperãt: simul metu pœnæ collẽ haud procul castris cœperũt.Postero die p tribunos militũ inde deducti: cõcione miliũ aduocata a Gracchо:supuemunt.Vbi cũ proconsul ueteres milites primũ:prout cuiusq; uirtus atq; opa in ea pugna fuerat:militaribus donis donasset:tũc qd ad uolones attineret:oẽs ait:malle laudatos a se dignos indignosq;:q̃ quẽ quã eo die castigatũ esse.qd bonum:faustũ:fœlixq; reip.ipsiq; esset:oẽs eos liberos esse iubet.Ad hanc uocẽ cum clamor ingenti alacritate sublatus eẽt.ac nunc cõplexi inter se gratulantesq; nunc manus ad cælũ tollentes bona oĩa populo ro.Gracchoq; ipsi ꝑcarentur.Tum Gracchus:priusq̃ oẽs iure libertatis æquasset:inqt:neminẽ nota strenui aut ignaui militis notasse uolui.nunc psoluta iam fide publica: ne discrimen oẽ uirtutis ignauiæq; pereat noĩa coꝝ:qui detrectatæ pugnæ memores secessionẽ pauloante fecerunt:referri ad me iubebo:citatosq; singulos iureiurando adigã nisi quibus morbus cã erit:non aliter:q̃ stantes cibum potũq;:quoad stipendia facient:capturos esse.Hanc mulctã ita æquo aĩo feretis: si reputabitis:nulla ignauiæ nota leuiore uos designari potuisse.Signũ deinde colligendi uasa dedit. militesq; ꝑdam portantes:agentesq; p lasciuiã ac iocum ita ludibundi Beneuentũ rediere:ut ab epulis celebrem festumq; diẽ actis:non ex acie reuerti uiderentur.Beneuentani oẽs:turba effusa: cũ obuiam ad portas exissent:cõplecti milites:gratulari:uocare in hospitiũ:apparata oĩa oĩbus in propatulo ædiũ fuerant:ad ea inuitabant:Gracchũq; orabant:ut epulari permitteret militibus.Et Gracchus ita pmisit: in publico epularentur oẽs ante suas quisq; fores prolata omnia pileati aut lana alba uelatis capitibus uolones epulati sunt.accubantes alii:aliiq; stantes:qui simul ministrabant:uescebanturq;:digna res uisu.at simulacrum celebrati eius diei Gracchus:posteaq̃ Romam rediit:pingi iubet in æde Libertatis: q̃ pater eius in Auentino ex mulctatitia pecunia faciendam curauit:dedicauitq;:dum hæc ad beneuẽtum gerunt:Annibal depopulatus agrũ neapolitanum ad nolã castra mouet. Quẽ ubi aduẽtare cõsul

Proposita libertate mancipia Rom. pugnant

Romani uictores

Teterrima hostiũ cædes

Mancipia Romanorũ Liberã facta sunt

Aduerte egregiã animaduersionem

Martelli Victoria

uictor marcellus ad duo millia hostiũ ceci dit

Hic censores reperti homiũ castigare vitia

M. Cecilius Metell⁹

priuata studia in rem publicam

Duo consules Aggrediũtur oppugnare Casilinum

Casilinum capitur & romanis

Hanno perrud intulit Ro: rudem

sensit:Pomponio prætore cũ eo exercitu:qui super Suessulam in castris erat:accito:ire obuiam hosti parat:ne moram dimicandi faceret. Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per auersam maxime ab hoste portam emittit.circũuectumq; occulte subsequi agmẽ hostium iubet: ut cũ cœptum prælium uideret:a tergo se obiiceret:Id errore uiarum:an exiguitate tpis Nero exequi nõ potuerit:incertum est:absente eo:cum prælium commissum esset: superior quidẽ haud dubie romanus erat.Sed quia equites non affuere in tpe:ratio cõpositæ rei turbata est.Non ausus insequi cedentes Marcellus:uincentibus suis signum receptui dedit.plus tñ duomillia hostium eo die cæsa traduntur.Romanis minus.cccc.Solis fere occasu Nero diem noctemq; nequicq̃ fatigatis equis hoĩbusq;: ne uisõ quidem hoste rediens:adeo grauiter a consule ĩcrepatus ut per eum stetisse diceret:quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades.Postero die romanus in aciem descendit.Pœnus tacita ẽt confessione uictus castris se tenuit.Tertio die silentio noctis omissa spe Nolæ potiundæ:rei nunquam prospere tẽtatæ:Tarentum ad certiorem spẽ proditiõis proficiscitur.Nec minore aĩo res romanæ domi: q̃ militiæ gerebantur.Censores uacui ab operum locandoq; cura pp inopiam ærarii ad mores hominum regendos aĩum auerterunt.castigandaq; uitia:quæ uelut diutinis morbis ægra corpora ex sese gignunt:nata bello erant.Primum eos citauerunt:qui post cannensem pugnam remp.deseruisse.Italiaq; excessisse uelle dicebantur.Princeps eorum.M.Cecilius Metellus:qui quæstor tum forte erat.Iusso deide eo: cæteris q; eiusdem noxe reis causam dicere:cum purgari nequissent: pronunciarunt uerba orationeq; eos aduersus remp.habuisse:quo coniuratio deserendæ Italiæ causa fieret.Secundum eos citati nimis callidi exoluendi iurisiurandi interpretes:qui captiuorum ex itinere regressi clam in castra Annibalis: solutum:quod iurauerant redituros:rebantur.His superioribusq; illis equi adempti:qui publicũ equum habebant.Tribuq; moti ærarii oẽs facti.Neq; senatu modo:aut equestri ordine regendo cura secessorum tenuit.nomina oĩum ex iuniorum tabulis excerpserunt:qui quadriẽnio non militassent:quibus neq; uacatio iuste militiæ:neq; morbus causa fuisset.Et ea supra duomillia hoĩum in ærarios relata:tribuq; omnes moti.additumq; merci censoriæ notæ triste senatus consultum:ut iis oẽs: quos censores notassent:pedibus mererent:mitterenturq; in Siciliam ad cãnensis exercitus reliquias.Cui generi mi litum non priusq̃ pulsus Italia omnis hostis esset:finitum stipendiorũ tempus erat. Cum censores ob inopiam ærarii se iam locationibus abstinerent:ædium sacrarũ tuendarum curuliumq; equorum pbẽdorum ac similium his rerum:conuenere ad eos frequentes:qui hastæ huius generis assueuerant:hortatiq; censores:ut oĩa perinde agerent:locarentq;:ac si pecunia in ærario esset:neminem nisi bello confecto ab ærario pecuniam petiturum esse.Conuenere deinde domini eorum:quos.T.Sempronius ad Beneuentum manu emiserat:arcessitosq; se ab triũuiris mensariis esse dixerunt:ut p̃tia seruorum acciperent.cæterum non anteq̃ bello confecto accepturos esse.Cum hæc inclinatio aĩorum plebis ad sustinendam inopiam ærarii fieret:pecuniæ quoq; pupillares primo:deinde uiduaq; cœptæ conferri: nusq̃ eas tutius sanctiusq; deponere credentibus:qui deferebant:q̃ in publicam fidem.inde siquid emptum paratumq; pupillis ac uiduis foret:a quæstore perscribebatur.Manauit ea priuatorum benignitas ex urbe ẽt in castra:ut non eques:non centurio stipendium acciperent:mercænariumq; increpantes uocarent:qui accepisset:Qu.Fabius consul ad Casilinum castra habebat:quod duummilliũ campanorũ: & septigentorum militum Annibalis tenebatur p̃sidio.Præerat Statius Metius missus ab.Gn.Magio Attelano:qui eo anno medixtuticus erat:seruitiaq; & plebem promiscue armabat:ut castra romana inuaderet:intento romano consule ad Casilinũ oppugnandum:Nihil eorum Fabium fefellit:itaq; Nolã ad collegam mittit:altero exercitu:dum Casilinum oppugnaret:opus esse:qui campanis opponatur: uel ipse relicto Nolæ p̃sidio modico ueniret:uel si eum Nola teneret:& necdum securæ res ab Annibale essent.T.Gracchum proconsulẽ a Beneuento acciturum.Hoc nuncio Marcellus duobus militũ millibus Nolæ in p̃sidio relictis:cum cætero exercitu Casilinum uenit.Aduentuq; eius campani iam mouentes sese quieuerunt.ita a duobus consulibus Casilinum oppugnari cœptũ:ubi cum multa succedentes temere mœnibus romani milites acciperent uulnera:neq; satis incœptis succederet:Fabius omittẽdam rem paruam:ac iuxta magnis difficilem:abscedendumq; inde censebat:cum res maiores instarẽt. Marcellus multa magnis ducibus sicut non aggredienda ita semel aggressis non dimittenda esse dicẽdo:quia magnæ famæ momenta in utrãq; partem fierent:tenuit:ne incœpto abiretur.Vineæ indeq; alia operum machinationumq; genera cum admouerentur:campaniq; Fabiũ orarent:ut abire Capuam tuto liceret:paucis egressis:Marcellus portam:qua egrediebãtur:occupauit:cædesq; promiscue circa portam primo:deinde irruptione facta:ẽt in urbe cœpta est fieri.Quinquaginta fere primo egressi campanoq;:cum ad Fabium confugissent:p̃sidio eius Capuam peruenerunt.Casilinum inter colloquia:cũctationemq; petentium fidem per occasionem captũ est captiui quiq; campanorum:que Annibalis militum erant:Romam missi.At ibi in carcere inclusi sunt.Oppidanorum turba per finimos populos in custodiam diuisa.Quibus diebus a Casilino re bene gesta recessum est:eis Gracchus in lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas cum p̃fecto sociorum in agros hostium p̃datum misit. eos effuse palantes Hanno adortus:haud multo minorem.q̃ a Beneuẽto acceperat:reddidit hosti eadem:atq; in brutios raptim:ne Gracchus assequeretur:concessit Consules:Marcellus retro:unde uenerat:Nolam redit.Fabius in Samnium ad populandos agros recipiendasq; armis:quæ defecerãt:ut

bes processit. Caudinus samnis grauius deuastatus perusti populatiq; late agri: prædæ pecudum: hominumq; actæ: oppida ui capta. Compulteria Telesia. Compsa. Melæ. Fuisulæ. & Orbitanium. Ex lucanis Blandæ. Appulog; Ancæ oppugnatæ. Millia hostium in his urbibus. xxy. capta: aut occisa. Et receptiperfugæ. ccc. lxx. Quos cum Romam misisset consul: uirgis in comitio cæsi omnes: ac de saxo deiecti. Hæc a. Qu. Fabio intra paucos dies gesta. Marcellum a gerēdis rebus ualitudo aduersa Nolæ tenuit. Et a prætore. Qu. Fabio: cui circa Luceriam prouincia erat: Accua oppidum per eos dies ui captū statiuaq; ad Ardoneas communita. Dum hæc aliis locis ab romanis geruntur iam Tarentum peruenerat Annibal cum maxima omnium: quacunq; ierat: clade. In tarentino demum agro pacatum incedere agmen cœpit. nihil ibi uiolatum: neq; usquam excessum: est apparebatq; id non modestia militū aut ducis: nisi ad conciliandos tarentinog animos fieri. Cæterum cum prope iam mœnibus accessisset nullo ad conspectum primi agminis: ut rebatur: motu facto: castra ab urbe ferme passus mille locat. Tarētum triduo: antequam Annibal ad mœnia accederet a. M. Valerio prætore: qui classi ad Brundusium præerat: missus. Is priore iuuentute conscripta. dispositisq; ad omnes portas: circaq; muros: qua res postulabat: stationibus: die ac nocte plurimum intentus neq; hostibus: neq; dubiis sociis loci quicquam præbuit attentandum: Sicq; diebus aliquot ibi frustra consumptis: Annibal: cum eog; nemo qui ad lacum Auerni adissent: aut ipsi uenirent: aut litteras: nunciumue mitterent: uana promissa se temere secutum cernens: castra inde mouet. Tum quoq; intacto agro tarentino quamquam simulata lenitas nondum profuerat: tamen spe labefactandæ fidei haud absistens: Salapiam tendit: eoq; frumentum ex agris Metapontino atq; Heraclienſi (iam media æstas exacta erat: & hybernis placebat locus) comportat. prædatum inde numidæ: mauriq; per salētinum agrum: proximosq; Appuliæ saltus dimissi: unde cæteræ prædę haud multum: equorū greges maxime abacti: e quibus ad quattuormilia domanda equitibus diuisa. Romani: cum bellum nequaquam contemnendum in Sicilia oriretur morsq; tyranni duces magis impigros dedisset syracusanos: q̄ causam: aut animos mutasset. M. Marcello alteri consulum eam prouinciam decernunt.



SECVNDVM HYERONIMI CEDEM PRImo tumultuatum in leontinis apud milites fuerat uociferatumq; ferociter: parentandum regi sanguine coniuratog esse. Deinde libertatis restitutæ dulce auditum nomen crebro usurpatum spes facta ex pecunia regia largitionis militi: ac fungendi potioribus ducibus: & relata tyranni fœda scelera: fœdiores libidines adeo mutauere animos: ut in sepultum iacere corpus pauloante: desiderati regis paterentur. Cum cæteri ex coniuratis ad exercitum obtinendum remansissent: Theodorus & Sosis regiis equis: quanto maximo cursu poterant: ut ignaros omnium regios opprimerent: Syracusas cōtendūt. Cæterum præuenerat non fama solum qua nihil italibus rebus est celerius sed nuncius etiam ex regiis seruis. Itaq; Andronodorus & insulam: & arcem: & alia: quæ poterat: quæq; opportuna erant: præsidiis firmarat. Hexaphoro Theodorus: & Sosis post solis occasum obscura luce inuecti cum cruentam regiam uestem: atq; insigne capitis ostentarent: transuecti per Thincam simul ad libertatem: simul ad arma uocantes in Acradinam conuenire iubent. Multitudo pars procurrit in uias: pars in ædium uestibulis stat: pars ex tectis: fenestrisq; prospectant: & quid rei sit: rogitant. omnia luminibus collucent: strepituq; uario complentur. Armati locis patentibus cōgregantur. Inermes ex olympii Iouis templo spolia gallog illyricorumq; dona data Hieroni a populo romano fixaq; ab eo detrahunt precantes Iouē ut uolēs ppicius præbeat sacra arma, p patria: pro deū delubris: pro libertate sese armantibus. Hæc quoq; multitudo stationibus per principes regionū urbis dispositis adiungitur. In insula: inter cætera Andronodorus præsidiis firmat horrea publica. locus saxo quadrato septus atq; arcis in modū emunitus: capitur a iuuentute: quæ præsidio eius loci atributa erat: mittuntq; nuncios in Acradinam: horrea. frumentumq; in senatus potestate esse Luce prima populus omnis armatus inermisq; in Acradinam ad curiam conuenit. ibi pro Concordiæ ara: quæ in eo sita loco erat ex principibus unus nomie Polyneus concionem: & liberam: & moderatam habuit. Seruitudinis indignitatisq; homines exper tos aduersus notum malum irritatos esse. Discordia ciuilis: quas importet clades: audisse magis a patribus syracusanos: q̄ ipsos uidisse. Arma quod impigre cepissent: laudare: magis laudatuge: si non utātur: nisi ultima necessitate coacti i præsētia legatos ad Andronodog mitti placere: ut in potestate senatus ac populi sit. portæ insulæ pateāt. reddat præsidium: si tutelam alieni regni suum, regnum uelit facere: eundem se censere: multo acrius ab Andronodoro: q̄ ab Hieronymo repeti libertatem. Ab hac concione legati missi sunt. Senatus haberi inde cœptus est quod sicut regnante Hierone manserat publicum consilium. ita post mortem eius ante eam diem nulla de re neq; conuocati: neq; cōsulti fuerāt.

perfugæ. xxvii

fama celerius

Syracusanus motus

polineti contio

Vox uere Tyrãno digna

Vt uentum ad Andronodoꝛ eſt:ipſum quidem mouebat & ciuium conſenſus:& cum aliæ occupatæ urbis partes:tum pars inſulæ uelut munitiſſima prodita:atq; alienata a ſe.Euocatum eum a legatis De marata uxor filia Hieronis inflata adhuc regiis animis ac muliebris ſpiritu admonet ſæpe uſurpa tæ Dionyſii tyranni uocis:qua pedibus tractum:non inſidentem equo relinquere tyrannidem dixit debere:facile eſſe momento: quo quis uelit cedere poſſeſſione magnæ fortunæ:facere: & parare eã difficile atq; arduum eſſe:paululum ſumeret ſpatii ad conſultandum ab legatis:eo uteretur ad accer ſendos ex leontinis milites quibus ſi pecuniam regiã pollicitus eſſet:omnia in poteſtate eius futura. Hæc muliebra conſilia andronodorus neq; tota aſpernatus eſt:neq; extemplo accepit: tutiorẽ ad opes affectandas ratus eſſe uiam:ſi in præſentia tempori ceſſiſſet.Itaq; legatos renunciare iuſſit:futurum ſe in ſenatus ac populi poteſtate.Poſtero die luce prima patefactis inſulæ portis in forum Acradinæ ue nit.Ibi in aram Concordiæ:ex quo pridie Polyneus concionatus erat aſcendit: orationemq; eam or ſus eſt:qua primum cunctationis ſuæ ueniam petiuit.Se enim clauſas habuiſſe portas:non ſeparantẽ ſuas res a publicis:ſed ſtrictis ſemel gladiis timentem quis finis cædibus eſſet futurus.utrum:quod ſa tis libertatis foret:contenti nece tyranni eſſent:an quicunq; aut propinquitate:aut affinitate: aut aliq; bus miniſteriis regiam contigiſſent.alienæ culpæ rei trucidarentur:Poſteaquam animaduertit eos:q liberaſſent patriam:ſeruare etiam libertatem uelle: atq; conſuli in medium:non dubitaſſe quin & cor pus ſuum:& cætera omnia:quæ ſuæ fidei tutelæq; eſſent quando eum:qui mandaſſet: ſuus furor ab ſumpſiſſet:patriæ reſtitueret.Conuerſus inde ad interfectores tyranni:ac nomine appellans Theodo rum:ac Soſim:facinus:inquit:memorabile feciſtis:ſed mihi credite.inchoata ueſtra gloria nondum p fecta eſt:periculumq; ingens manet:niſi communi concordiæ conſultis:ne libera efferat res. Poſt hãc orationem claues portarum:pecuniæq; regiæ ante pedes eorum poſuit.Atq; illo quidem die dimiſſi ex concione læti circa omnia fana deum ſupplicauerunt:cum coniugibus ac liberis.Poſtero die comi mitia prætoribus creandis habita.Creatus in primis Andronodorus cæteri magna ex pte interfecto res tyranni.duos etiam abſentes Sopatrum:ac Deomenem fecerũt. Qui auditis iis:quæ Syracuſis ac ta erant:pecuniam regiam:quæ in leontinis erat Syracuſas deuectam:quæſtoribus ad idipſum crea tis tradiderunt.Et ea:quæ in inſula erat.Acradina tradita eſt.Murique ea pars: quæ a cætera urbe mi mis firmo munimento interſepiebat inſulam:conſenſu omnium deleta eſt.Secutæ cæteræ res hanc in clinationem animoꝝ ad libertatem.Hippocrates & Epicides audita morte tyranni:q̃ Hippocrates eti am nuncio iterfecto cælare uoluerat:deſerti a militibus:quia id tutiſſimum ex præſentibus uidebat: Syracuſas rediere:ubi ne ſuſpecti obſeruarentur:tanquam nouandi res aliquã occaſionem quærentes prætores primum:deinde ſenatum per eos adeunt:ab Annibale ſe miſſos prædicant ad Hieronymũ tanquam Amicum:ac ſocium:paruiſſe imperio eius:cuius imperator ſuus uoluerit:uelle ad Anniba lem redire Cæterum cum iter tutum non ſit:uagantibus paſſim per totam Siciliam romanis armiſpe tere:ut præſidii dent aliquid:quo locros in Italiam perducãtur:gratiam magnã eos parua operã apud Annibalem inituros.Facile res impetrata.Abire enim duces regios cum peritos militiæ: tum egẽtes eoſdem:atq; audaces cupiebant.Sed quod uolebant:non qui maturato opus erat: grauiter expedie bant.Interim iuuenes militares.& aſſueti militibus nunc apud eos ipſos:nunc apud tranſfugas: quo rum pars maxima ex naualibus ſociis romanoꝝ erat:nunc etiam apud imfimæ plebis homines crimi na ſerebant in ſenatum.Optimateſq; & clam moliri eos:atq; ſtruere:ut Syracuſæ per ſpeciem reconci liandæ ſocietatis in ditione romanoꝝ ſint:dein factio:& pauci auctores fœderis dominentur His au diendis:credendiſq; opportuna multitudo maiori iam in dies Syracuſas confluebat. Nec Hippocrati & Epicidi ſolum ſpem nouandaꝝ rerum:ſed Andronodoro etiam præbebat.Qui feſſus tandem uxo ris uocibus monentis nunc illud eſſe tempus occupandi:res dum turbata omnia noua:atq; incogni ta libertate eſſent.dum regis ſtipendiis paſſus obuerſaretur miles.dum Annibale miſſi duces:aſſue ti militibus:iuuare poſſent incœpta:cum Themiſtio:cui Gelonis filia nupta erat:conſociatam rẽ: pau cos poſt dies Ariſtõi cuidam tragico auctori:cui & alia committere aſſuerat:incaute aperit. Huic & ge nus & fortuna honeſta erant nec ars:quia nihil tale apud græcos pudori eſt ea deformabat.Itaq; fidẽ potiorem ratus::q̃ patriæ debebat:indicium ad prætores defert.Qui ubi rem haud uanam eſſe certis indiciis compererunt:conſultis ſenioribus:& auctoritate eoꝝ præſidio ad fores poſito:ingreſſos curi am Themiſtium atq; Andronodoꝝ interfecerunt.Et cum tumultus ab re in ſpeciem atrocior cauſam ignorantibus ortus eſſet.ſilentio tandem facto:indicem in curiam introduxerunt. Qui cum ordine oĩa edocuiſſet:& principium coniuratiõis factum ab Harmoniæ Gelonis filiæ nuptiis: quibus The miſtio iuncta eſſet:afroꝝ hiſpanorumq; auxiliares inſtructos ad cædem prætoꝝ: principumq; aliorũ bonaq; eoꝝ prædæ futura interfectoribus pronunciatum:iam mercennarioꝝ manum aſſueta impe riis Andronodori paratã fuiſſe ad iſulã rurſus occupãdã ſingula deinde:quæ per quoſq; agerentur:to tamq; uiris armiſq; inſtructam cõiurationem ante oculos poſuit:& ſenatui quidem tam iure cæſi:quã Hieronymus uidebantur.Ante curiam uariæ atq; icertæ rerum multitudinis clamor erat:q̃ ferociter minitantem in ueſtibulo curiæ:corpora coniuratoꝝ eo metu compreſſerunt:ut ſilentes integram ple bem in concionem ſequerentur.

Prætores Syracuſis creantur

Andronodori & themiſtii cædes



SOPATRO MANDATVM A SENATV: ET a collegis ut uerba faceret. Istāquā reos agebat: ante acta uita orsus quæcūq; post Hieronis mortem scelestē: atq; ipie facta essent: Andronodoꝝ ac Themistiū arguit fecisse. Quid. n. sua sponte fecisse Hieronymū puerum ac uixdum pubescentem facere potuisse. tutores ac magistros eius sub aliena inuidia regnasse. Itaq; aut ante Hieronymum: aut certe cum hieronymo perire eos debuisse. at illos debitos iā morti: destinatosq; alia noua scelera post mortem tyrāni moliros: palam primo cum clausis Andronodorus insulæ portis hæreditate regni creuerit: quæq; ꝓcurator tenuerat: pro domino possiderit. proditus deide abeis: qui in insula erant: circūsessus ab uniuersa ciuitate: quæ Acradinā tenuerit nequicquā palam: atq; apte petitum regnū clam & dolo affectare conatus sit. Et beneficio quidem: atq; honore potuerit uinci cū inter liberatores patriæ insidiator ipse libertatis creatus esset prætor. se aios eis regios: regias cōiuges fecisse: alteri hieronis: alteri Gelonis filias nuptas. Sub hanc uocem ex omnibus partibus cōcionis clamor oritur: nullam eaꝝ uiuere debere. nec quenquam supersse tyrannoꝝ stirpis. hæc natura multitudinis est. aut seruit humiliter aut superbe dominatur. libertatem: quæ media est: nec spernere modice nec habere sciunt: & non ferme desunt iraꝝ indulgentes ministri: qui auidos: atq; intēperantes publicarorum aios ad sanguinem & cædes irritent. Sic extēplo tum prætores rogationem promulgarunt. acceptaq; pœne priusquā promulgata est: ut omnis regia stirpis iterficeretur. Missiq; a prætoribus Demaratam hieronis: & harmoniam Gelonis filiam coniuges Andronodori & Themistii interfecerunt.



HERACLIA ERAT FILIA HIERONIS V. xor Sosippi: qui legatus ab Hieronymo ad regē Ptolomæum missus: uoluntarium cōsciuerat exilium. Ea cum ad se quoq; uenire præsciisse: in sacrariū ad penates confugit cum duabus filiabus uirginibus: crinib⁹ resolutis: miserabiliq; alio habitu: & ad ea addidit præces: nunc per memoriā Hieronis patris: Geloniscq; fratris ne se in nouā inuidiam Hieronymi cō flagrare sinerent. nihil ex regno illius præter exilū uiri habere: neq; fortunā suam eandē uiuo hieronymo fuisse: q̄ sororis neq; interfecto eo cām eandem esse. Quod si Andronodoro consilia ꝓcessissent: illa cū uiro fuerit regnatura. sibi cū cæteris seruiendū. si quis Sosippo nunciet interfectū hieronymū: ac liberatas Syracusas: cui dubium esse: quin extemplo cōiugem eius: ac liberos de uita dimicare? quid obstantes libertati aut legibus? quod a se cuiquam periculum: a sola ac prope uidua: & puellis in orbitatem degentibus esse? At enim periculi quidem nihil a se timeri inuisam tantum regiam stirpem esse. Ablegarēt ergo procul ab Syracusis Siciliaq;: & asportari Alexandriam iuberent ad uirum uxorem: ad patrem filias. Auersis auribus animisq; casse ne tēpus tereretur: ferrum quosdam expedientes cernebat. tum omissis. pro se precibus: puellis ut saltem parcerent: orare: instituit: a qua ætate etiam hostes irati abstinerent: ne tyrannos ulciscendo: quæ odisset scelera ipsi imitarentur. Inter hæc abstractam a penetralibus iugulant. In uirgines deinde repersas matris cruore impetum faciunt: quæ alienata mente simul luctu: metuq; uelut captæ furore: occursu se ex sacrario proripuerunt: ut si effugium patuisset in publicum: impleturæ urbem tumultu fuerint. Tum quoq; haud magno ædium spatio inter medios tot armatos aliquotiens integro corpore euaserunt: tenentibusq; cum tot ac tam ualidæ eluctandæ manus essent: sese eripuerunt tandem uulneribus confectæ: cum oia replessent sanguine: exanimes corruerunt. Cædemq; de se miserabilem: miserabiliorē casus fecit: quod paulopost nuncius uenit: mutatis repente ad misericordiam aīs: ne interficerentur. Ira demum ex misericordia orta: quod adeo festinatum ad suppliciū neq; locus pœnitendi. aut regressus ab ira relictus esset. Itaq; fremere multitudo: & in locum Andronodori ac Themistii: nā ambo ꝓtores fuerunt. Comitia poscere: quæ nequaquam ex sententia prætorum futura essent. Statutus est comitiis dies: quo nec opinātibus oībus: unus ex ultima turba Epicidē nominauit: tum inde alius Hipocratem: crebriores deinde eæ uoces: & cum haud dubio assensu multitudinis esse. Et erat cōfusa cōcio non populari modo: sed militari quoq; turba: magna ex parte etiam perfugis: qui oia nouare cupiebant: permixtis. Prætores dissimulare primo: & trahendam rem esse. Postremo uicti consensū: & se

ditionem metuentes pronunciant prætores. Necilli ſtatim creati nudare quid uellent: quamquam ægre ferebant:& de indutiis dieꝫ decem legatos iſſe ad Appium Claudium:& impetratis eis. alios.q de fœdere antiquo renouando agerent:miſſos. Ad Murgantiam tum claſſem nauium centum roma nus habebat:quo euaderent motus ex cædibus tyrannoꝫ orti. Siracuſis:quoue eos ageret noua atq; i ſolita libertas opperiens. Per eoſdem dies cum ad Marcellum uenientem in Siciliam legati ſyracuſani miſſi ab Appio eſſent:auditis conditionibus pacis Marcellus:poſſe rem conuenire ratus: & ipſe lega tos Syracuſas:qui coram cum prætoribus de renouando fœdere agerent: miſit. Etiam ibi nequaquã eadem:quies ac tranquilitas erat. poſteaquam punicam claſſem acceſſiſſe Pachynum allatum eſt. De pto timore Hippocrates & Epicides nunc apud mercænnarios milites:nunc apud trãſfugas prodi ro manis Syracuſas criminabantur. At uero Appius naues ad hoſtium portus: quid aliæ partis homini bus animi accederet:opperiens in ſtatione habere cœpit: Ingens in ſpeciem criminibus uanis acceſſe rat fides. ac primo etiam tumultuoſe decurrerat multitudo ad prohibendos ſi in terram egrederẽtur. In hac turbatione rerum in concionem uocari placuit:ubi cum alii alio tenderent:nec procul a ſeditio ne res eſſet Apollonides principum unus orationem ſalutarem ut in tali tempore habuit. Nec ſpem ſa lutis:nec perniciem propiorem unquam ciuitatũ ulli fuiſſe. Si. n. uno animo omnes uel ad romanos: uel ad carthaginenſes inclinent:nullius ciuitatis ſtatum fortunatiorem:gratioremue fore. Si alia alio trahat res:non inter pœnos romanoſq; bellum atrocius fore:q̃ inter ipſos ſyracuſanos:cum intra eoſ dem muros pars una quæq; ſuos exercitus:ſua arma:ſuos habitura ſit duces. Itaq; ut idem omnes ſen tiant:ſumma ui agendum eſſe utra ſocietas ſit utilior:longe minoris adeo rem momenti conſultatio ne eſſe. Sed tamen Hieronis potius:q̃ Hieronymi auctoritatem ſequendam in ſociis legendis:uel qn quaginta annis fœliciter expertam amicitiam:nunc incognitæ:quondam infideli præferendam. eſſe etiam momenti aliquid ad conſilium:quod carthaginenſibus ita pax negari poſſit:ut nõ utiq; in præ ſentia bellum cum eis geratur:cum romanis extemplo aut pacem:aut bellum habẽdum. Quo minus cupiditatis ac ſtudii uiſa eſt oratio habere plus eo auctoritatis habuit. A dictum eſt prætoribus ac de lectis ſenatorum militare etiam conſilium iuſſi:& duces ordinum præfectiq; auxilioꝫ ſimul cõſulere. Cum ſæpe acta res eſſet mediis certaminibus. poſtremo: quia belli cum romanis gerendi ratio nulla apparebat:pacem fieri placuit. mittiq; cum eis legatos ad rem confirmandam. Dies aut ita multi inter ceſſerunt:cum ex leontinis legati præſidium finibus ſuis orantes uenerunt. Legatio peropportuna ui ſa ad multitudinem inconditam:ac tumultuoſam exonerandam. Duceſq; eius ablegãdos. Hippocra tes præter ducere eo tranſfugas iuſſus. Secuti multi ex mercænnariis auxiliis quattuormillia armato rum effecerunt. Et mittentibus & miſſis ea læta expeditio fuit nam & illis:quod iandiu cupiebant:no uandi res occaſio data eſt:& hi ſentinam quandam urbis rati exhauſtam lætabantur. cæteꝫ leuauerũt modo in præſentia uelut corpus ægrum:quo mox in grauiorem morbum reciderẽt. Hippocrates. n. finitima prouinciæ romanæ primo furtiuis excurſionibus uaſtare cæpit. Deinde cum ad tuendos ſo cioꝫ agros miſſum ab Appio præſidium eſſet:oĩbus copiis impetum in oppoſitam ſtationem cum cæ de multoꝫ fecit. Quæ cum eſſent nunciata Marcello:legatos extemplo Syracuſas miſit: qui pacis fidẽ ruptam eſſe dicerent. nec belli defuturam unquam cãm:niſi Hippocrates:atq; Epicides non ab Syra cuſis modo:ſed tota procul Sicilia ablegarentur. Epicides ne aut reus criminis abſentis fratris præſens eſſet:aut deeſſet pro parte ſua concitando bello:profectus & ipſe in leontinos:quia ſatis eos aduerſus populum romanum concitatos cernebat auertere etiam ab Syracuſis cœpit: Nam ita eos pacem pepi giſſe cum romanis ut quicunq; populi ſub regibus fuiſſent:& ſuæ dicionis eſſent. Nec iam libertatis contentos eſſe:niſi etiam regnent:aut dominentur. Renunciandum igitiur eis eſſe: leontinos quo q; æquum cenſere liberos eſſe: uel quod in ſolo urbis ſuæ tyrannus ceciderit:uel quod ibi conclama tum ad libertatem:relictiſq; regiis ducibus Syracuſas ſit curſum. ita aut eximendum id de fœdere eſſe aut legem eam fœderis non accipiendam. Facile multutidini perſuaſum: Legatiſq; ſyracuſanoꝫ & de cæde ſtationis romanoꝫ querentibus:& hippocratem:atque Epicidem abire ſeu locros: ſeu quo alio mallent:dummodo Sicilia cederent:iubentibus ferociter reſponſum eſt. Neq; mandaſſe ſeſe ſyracuſa nis ut pacem pro ſe cum romanis facerent. neq; teneri alienis fœderibus. Hæc ad romanos ſyracuſani detulerunt abnuentes leontinos in ſua poteſtate eſſet itaque integro ſecum fœdere bellum romanos cum iis geſturos:neq; ſeſe defuturos ei bello:ita utin poteſtatẽ redacti ſuæ rurſus dicionis eſſent ſicut pax conueniſſet. Marcellus cum omni exercitu profectus in leontinos: Appio quoq; accito: ut altera p te aggrederetur:tanto ardore militum eſt uſus ob iram inter conditiones pacis interfectæ ſtatiõis: ut primo impetu urbem expugnarent Hippocrates atq; Epicides: poſteaquã capi muros refringiq; por tas uiderunt:in arcem ſeſe cum paucis recepere. Inde clam nocte Herbeſum perfugiunt. Syracuſanis octomillium armatoꝫ agmine profectis domo: ad Miliam flumen occurrit nuncius captum urbem eſſe:cætera mixta falſa ueris ferens:cædem promiſcuam militum:atq; oppidanoꝫ factam: nec quem quam puberem arbitrari ſupereſſe. direptam urbem:bona locupletum donata. Ad nũcium tam atro cem conſtitit agmen. concitatiſq; oĩbus:duces erant tunc Soſis ac Dionyſius:quid agerẽt conſultabãt. Erroris ſpeciem haud uanam mendacio præbuerant:uerberati ac ſecuri percuſſi trãſfugæ ad duomil lia hominum Cæteꝫ leontinorũ militumq; aliorum nemo poſt captam urbem uiolatus fuerat ſuaq;

Apollonidis Salu-
taris oratio

Hippocra-
tes qeté &
ocia turbat

Leontii
capiunt a
Marcello

omnia cum eis:nisi quæ primus tumultus captæ urbis absumpserat:restituebantur.Nec ut leontinos irent proditos ad cædem cõmilitones querẽtes perpelli potuere nec ut eodem loco certiorẽ nuncium expectarent.Cũ ad defectionẽ inclinatos aĩos cernerent prætores:sed eum motũ haud diuturnũ fore si duces amentiæ sublati essent:exercitũ ducunt Megarã.Ipsi cum paucis equitibus Herbesum profici scũnt:spe territis oĩbus per proditionẽ urbis potiundæ.Quod ubi frustra eis fuit incœptum:ui agendum rati:postero die Megaris castra mouet:ut Herbesum oĩbus copiis oppugnarent.Hippocrates:& Epicides non tam tutũ prima specie:q̃ unum spe undiq; absciſſa consilium esse rati:ut se militibus permitterent:& assuetis magna ex parte sibi:& tum fama cædis cõmilitonum accensis obuiã agmini procedunt.Prima fronte signa sexcentor̃ cretensium erant:quod apud hieronymũ meruerant sub eis:& Annibalis beneficium habebant:capti ad Trasimenum inter romana auxilia:dimissiq;.Quos ubi ex signis armor̃ habituq; cognouere:hippocrates atq; Epicides ramos oleæ ac uelamẽta alia supplicia porrigentes orare:ut reciperent sese receptosq; tutarentur:neu proderent syracusanis : a quibus mox ipsi truncandi populo romano dederentur:Eninuero cõclamant:bonum ut animũ haberent omnem secum illis fortunam subituros.Inter hæc colloquia signa constiterant tenebaturq; agmen.Nec dũ quæ moræ causa foret:peruenerat ad duces.Posteaq̃ hippocratem & Epicidẽ adesse peruaserat rumor:fremitusq; toto agmine erat.haud dubie approbantiũ aduentum eor̃ : extemplo prætores citatis equis ad prima signa perrexerunt.Qui mos ille:quæ licentia cretensiũ esset.rogitantes:colloquia serẽdi cum hoste iniussuq; prætor̃ miscendi eos agmini suo:compræhendi uinciriq; cathænis iusserunt hippocratem.Ad quam uocẽ tantus extemplo primũ a cretensibus clamor est ortus:deinde exceptus ab aliis:ut facile:si ultra tenderent:appareret eis timendum esse.Sollicíti incertiq; reȳ suaȳ Megaram unde profecti erant:referri signa iubent:nunciosq; de statu præsenti Syracusas mittunt.Fraudem quoq; hippocrates addit:inclinatis ad oẽm suspitionem aĩs:& cretensium quibusdã ad itinera insidenda missis: uelut interceptas litteras:quas ipse composuerat recitat:prætores syracusani Marcello suo salutem:ut assolet:scriptũ erat.Recte eũ atq; ordine fecisse:qd in leontinis nulli pepcisset. Sed oĩum mercẽnarior̃ militũ eandẽ esse cãm.nec Syracusas qeturas donec quicquam externor̃ auxiliorum aut ĩ urbe:aut in exercitu suo esset.itaq; daret operam:ut eos.qui cum suis prætoribus castra ad Megaram haberent in suam potestatem redigeret:ac supplicio eorum liberaret tandem Syracusas.hæc cum recitata essent tãto clamore ad arma discursum est:ut prætores iter tumultum pauidi obequitauerint Syracusas : & nec fuga quidem eorum seditio compressa est impetusq; in syracusanos milites fiebãt. Nec ab ullo tẽperatum foret:ni Epicides atq; hippocrates iræ multitudinis obuiam issent.Non misericordia aut humano consilio:sed ne spẽm reditus præciderent sibi:& cum ipsos simul milites fidos haberent:simul obsides tum cognatos quoq; eorum atq; amicos tanto merito primum:deinde pignore sibi conciliarent. Experti q̃:q̃ uana:aut leui aura mobile uulgus esset:militem nacti ex eo numero:qui in leontis circunsessi essent:subornant:ut syracusas perferret nuncium conuenientẽ eis:quæ ad Milam falso nunciata erant.Auctoremq; se exhibendo:& uelut uisa:quæ dubia erant narrando:concitaret iras hoĩum.huic apud uulgum modo fides fuit:sed senatum quoq;:in curiam introductus:mouit:ut uani quidã hoĩes palã ferrent per bene detectã in leontinis esse auaritiã & crudelitatẽ romanor̃.eadem si ĩtrassent Syracusas:aut fœdiora ẽt:quo maius ibi auaritiæ præmiũ esset:facturos fuisse.Itaq; claudẽdas cũctis portas & custodiendã urbem censere.Sed non ab eisdem omnes:timere:nec eosdem omnis odisse.ad militares pœne omnes partemq; magnam plebis inuisum esse nomen romanum.Prætores optimatiumq; pauci quanquam inflati uano nuncio erant:tamen ad propius præsentiusq; malum cautiores esse.Et iam ad Hexapylum erant Hippocrates atq; Epicides:ferebanturq; colloquia per propinquos populatium:qui in exercitu erant:ut portas aperirent.sinerentq; cõmunem patriam defẽdi ab impetu romanorum.iam unis foribus Hexapyli apertis cœpti erant recipi:cum prætores interuenerunt:& primo imperio minisq; deinde auctoritate deterrendo:postremo:ut oĩa uana erant . obliti maiestatis præcibus agebant:ne proderent patriam:tyrannor̃ ante satellitibus & tum corruptoribus exercitus.Sed surdæ adeo oĩum aures concitatæ multitudinis erant:quod non minore intus ui:q̃ foris portæ effringerentur:effractisq; oĩbus tuto in Hexapylo agmẽ receptum est.Prætores in Acradinã cũ iuuẽtute populatium confugiunt.Mercennarii milites perfugæq;:& quicquid regior̃ militum Syracusis erat:agmen hostium augent.Ita acradina quoq; primo impetu capitur:prætoresq; nisi:qui inter tumultum effugerunt:oẽs interficiuntur.Noxq; cædibus finem fecit.Postero die serui ad pilleũ uocati:& carcere uincti emissi:confusaq; oĩs multitudo.Hippocratem atq; Epicidem creant prætores Syracusæq;:cum breue tempus libertas affulsisset:in antiquam seruitutem reciderunt.Hæc nunciata cum essent romanis ex leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas.Et ab Appio legati per portum missi forte ĩ quinqueremi erant præmissa quadriremis:cum intrasset fauces portus:capitur.legati ægre effugerunt.Et iam non modo pacis:sed ne belli quidem iura relicta erant.Tunc romanus exercitus ad Olympium(Iouis id templum est) mille & quingentis passibus ab urbe castra posuit . Inde quoque legatos præmitti placuit.Quibus ne intrarent urbem:extra portam Hippocrates:atq; Epicides obuiam cum suis processerunt Romanus orator non bellum se syracusanis:sed opem auxiliumq; afferre ait: & iis : qui ex media cæde elapsi perfugerint ad se.& eis:qui metu oppressi:fœdiorem non exilio solum: sed etiã

Atĕ.suppli cantiũ insi gnia

Subita Syracusanor̃ defectio

Syracusæ pduntur Epicidi & hippocrati

morte ſeruitutem patiantur Næc cædem nefandam ſociorum inultam romanos paſſuros. Itaq; ſi eis qui ad ſe perfugerunt:tutus in patriam reditus pateret:ac cædis auctores dedantur:& libertas:legesq; ſyracuſanis reſtituantur:nihil armis opus eſſe.ſi ea non fiant:quicunq; in mora ſit: bello perſecturos. Ad ea Epicides:ſi qua ad ſe mandata haberent:reſponſum eis ait ſe daturos fuiſſe. cum in eorum ad quos uenerint:manu res ſyracuſana eſſet:tum reuerterentur. Si bello laceſſent:ipſa re interlecturos nequaquã idẽ eẽ ſyracuſas ac leõtinos oppugnare. Ita legatis relictis:portas clauſit. Inde terra mariq; ſimul cœptæ oppugnari Syracuſæ terra ab Hexapylo:mari ab Acradina cuius murus fluctu abluitur. Et qaſicut leontinos terrore ac prio ipetu ceperãt.non diffidebãt uaſtã diſiectãq; ſpatio urbẽ pte aliqua ſe iuaſuros:omnem apparatum oppugnandaꝝ urbium muris admouerunt. Et habuiſſet tanto impetu cœpta res fortunã:niſi unus homo Syracuſis ea tempeſtate fuiſſet. Archimedes. Is erat unicus ſpectator cæli:ſyderumq; mirabilior tamen inuentor ac machinator bellicorum tormẽtoꝝ operumq; q ea:q̃ hoſtes ingenti mole agerent:ipſe perleui momento ludificaretur. Murum per inæquales ductum colles:plæraq; alta:& difficilia aditu:ſummiſſa quædam:& quæ planis uallibus adiri poſſent:ut cuicunq; aptum uiſum eſt loco:ita omni genere tormentorum inſtruxit:Acradinæ murum:qui ut ante dictum eſt:mari abluitur:ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. Ex cæteris nauibus ſagitarii fundito-reſq;:& uelites etiam:quorum telum inhabile ad remittendum imperitis eſt uix quenquam ſine uulnere conſiſtere in muro patiebantur. Hi:quia ſpatio miſſilibus opus eſt:procul muro tenebãt Naues: iunctæ aliæ binæ ad quinqueremes:demptis interioribus remis:ut latus lateri applicaretur:cum exteriore ordine remorum:uelut naues agerentur:turres contabulatas:machinamentaq; alia quatiendis muris portabant. Aduerſus hunc naualem apparatum Archimedes uariæ magnitudinis tormenta i muris diſpoſuit.in eas:quæ procul erant:nauis ſaxa ingentis põdere emittebat: propiores leuioribus eoque magis crebris petebat telis. Poſtremo:ut ſui uulnere intacti:tela in hoſtem ingererent:murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cauis apparuit:per quæ caua pars ſagittis:pars ſcorpionibus modicis & occultis petebant hoſtem. Quæ propius quidem ſubibant naues: quo interiores ictibus tormentorum eſſent:in eas tollendas:& ſuper murum eminentem ferrea manus firmæ cathænæ illigata:cum iniecta proræ eſſet:grauiq; libramento plumbi recelleret ad ſolum:ſuſpenſa prora nauim in puppim ſtatuebat. Deinde ſubito uelut ex muro miſſa:cadentem nauim:cum ingenti trepidatiõe nautarum:ita undæ affligebant:ut etiam:ſi rectã recideret:aliquantum aquæ acciperet. Ita maritima oppugnatio eſt eluſa omniſq; uis eſt auerſa:ut totis uiribus terra aggrederentur. Sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentoꝝ inſtructa erat Hieronis impẽſis curaque.per multos annos archimedis unica arte. Natura etiam adiuuabat loci:quod ſaxum:cui impoſita muri fundamenta ſunt:magna parte ita procliue eſt:ut non ſolum miſſa tormenta:ſed etiam:quæ pondere ſuo prouoluta eſſent: grauiter in hoſtem inciderent. Eadem cauſa ad ſubeundum arduum aditum:inſtabilemq; ingreſſum præbebat. Ita conſilio habito:cum omnis conatus ludibrio eſſet:abſiſtere oppugnatione:atq; obſidendo tantum arcere terra mariq; commeatibus hoſtem placuit. Interim Marcellus cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus:quæ in motu rerum ad carthaginenſes defecerãt: Pelorum atq; herbeſum:dedẽtibus ipſis:recepit. Megaram ui captam diruit atq; diripuit ad reliquorum: ac maxime ſyracuſanoꝝ timorem. Per idem fere tempus & Himilco:qui ad Pachyni promontoriũ diu claſſem tenuerat:ad Heracleam:q̃ uocant Minoam:quinq; & uigintimillia peditum tria equitum.xii.elephantos expoſuit. Nequaquam cum tãtis copiis ante tenuerat ad Pachynum claſſem. Sed poſteaquã ab hippocratæ occupatæ Syracuſæ erant profectus carthaginem:adituſq; ibi:& ab legatis hippocratis litteriſq; Annibalis:qui ueniſſe tempus aiebat Siciliæ per ſummum decus repetendæ:& ipſe haud uanus præſens monitor facile perpulerat:ut quantæ maxime poſſent peditum equitumq; copiæ in Siciliam traiicerentur. Aduemẽs Heracleam intra paucos dies:inde Agrigem tum recipit:aliarumq; ciuitatum.quæ partis carthaginenſium erant.adeo accenſæ ſunt ſpes ad pellendos Sicilia romanos ut poſtremo etiam:qui obſidebantur Syracuſis:animos ſuſtulerint:& parte copiarum ſatis defendi urbem poſſe rati:ita iter ſe munera belli partiti ſunt:ut Epicides præeſſet:cuſtodiæ urbis. Hippocrates Himilconi cõiunctus bellũ aduerſus conſulem romanum gereret:cum decemmillibus peditum quingẽtis equitibus nocte per intermiſſa cuſtodiis loca profectus caſtra circa Accillas urbem ponebat. Munientibus ſuperuenit Marcellus ab Agrigento iã occupato:cũ fruſtra eo præuenire hoſtem feſtinans teteꝝ diſſet. Rediens nihil minus ratus:q̃ illo tempore ſyracuſanum ſibi exercitum obuiam fore. Sed tamẽ metu Himilconis pœnorumq;:ut quibus nequaquam eis copiis:quas habebat:par eẽt q̃ poterat maxime intentus atq; agmine ad omnes caſus compoſito:ibat. Forte cura quæ erat aduerſus pœnos præparata:aduerſus ſiculos uſui:fuit. Caſtris ponendis in compoſitos:ac diſperſos nactus eos:& plæroſq; inermes:quod peditum fuit:circunuenit. Eques leui certamine inito cum Hippocrate Acras perfugit. Ea pugna defugiẽtes ab romanis cum cohibuiſſet ſiculos: Marcellus Syracuſas rediit:& poſt paucos dies Himilco:adiuncto Hippocrate ad flumen Anatim:octo ferme inde millia caſtra poſuit. Sub idẽ fere tempus & naues longæ quinq; & quinquaginta carthaginenſium cum Bomilcare claſſis præfecto in magnum portum Syracuſas ex alto decurrere. Et romana item claſſis.xxx. quinqueremes legionem primam Panormi expoſuere. Verſumq; ab Italia bellum adeo uterq; populus in Siciliam intẽ

Archimedes

Naualis romanoꝝ appatus

Syracuſaꝝ ſitus & munitio

Delentur Hippocratis copiæ

tus fuisse uideri poterat legionem romanam:quæ exposita Panormi erat: uenientem Syracusas præ-
dæ haud dubiæ sibi futuram Himilco ratus uia decipitur:Mediterraneo namq; pœnus itinere duxit.
Legio maritimis locis:classe prosequente:ad Appium Claudium Pachynũ cum parte copiarũ obuiam
progressum:peruenit.Nec diutius pœni Syracusis morati sunt.Et Bomilcar simul parum fidens naui-
bus suis:duplici facile numero classe:aduentantibus romanis:simul inutilem moram cernẽs:nihil ali
ud ab suis:q̃ inopia aggrauari socios:uelis in altum datis in Africam transmisit.Et Himilco secutus ne
quicquam Marcellũ Syracusas:si qua prius:q̃ maioribus copiis iungeretur:occasio pugnandi eẽt. po-
steaq̃ ea nulla contigerat:rutumq; ad Syracusas & munimento:& uiribus hostem cernebat: ne frustra
assidendo expectãdoq; obsidionẽ socioꝝ tempus tereret:castra inde mouit:ut quocũq; uocasset defe-
ctionis ab romanis spes:admoueret exercitum:ac præsens suas res fouẽtibus adderet aĩos.Murganti
am primũ:prodito ab ipsis præsidio romano:recepit:ubi frumenti magna uis cõmeatusq; oĩs generis
conuecti erant a romanis.Ad hanc defectionẽ erecti sunt & aliaꝝ ciuitatum animi.præsidiaq; romana
aut pellebantur arcibus:aut prodita per fraudẽ opprimebantur.

Murgãtia pœno ꝓdi tur



AETNA IN EXCELSO LOCO ET PRAERV
pto undiq; sita:tum loco inexpugnabilis erat:tum p̃
sidium in arce ualidũ:præfectũq; præsidii haud sane
opportunũ insidiantibus habebat.L.Pinarius erat:
uir acer & qui plus in eo:ne posset decipi:q̃ in fide su
culoꝝ reponeret:& tũ intenderant eũ ad cauendum
omni cura auditæ tot ꝓditiones defectionesq; urbiũ
ac clades præsidioꝝ.Itaq; nocte dieq; iuxta parata:in
structaq; oĩa custodiis ac uigiliis erant nec ab armis:
aut loco suo miles abscedebat. Quod ubi ætnẽsium
principes iam pacti cũ Himilcone de ꝓditione præsi
dii aĩaduerterunt nulli occasioni fraudis romanum
patere:aperte ac ꝓpalam placuerat agẽdum:urbẽ ar-
cemq; suæ ptãtis aiunt debere esse:si liberi in societa
tem:non serui in custodiam traditi eẽnt romanis.Ita
q; claues portarum reddi sibi æquũ censent:bonis sociis fidem suã maximũ uinculum esse:& ita sibi po
pulum romanũ senatũq; gratias habituꝝ:si uolentes:ac si nõ coacti mansissẽt in amicitia. Ad ea roma-
nis se i præsidio impositũ eẽ dicere ab iperatore suo clauesq; portaꝝ:& custodiã arcis ab eo accepisse:q̃
nec suo:nec ætnẽsium arbitrio haberet:sed eius:qui cõmisisset:Præsidio decedere apud romanos capi
tale esse:& nec liberoꝝ etiam suoꝝ causa parentes sanxisse.consulẽ Marcellum haud ꝓcul esse.Ad eum
mitterent legatos:cuius iuris atq; arbitrii esset.Se uero negare illi missuros testari si uerbis nihil ageret
uindictam aliq̃ libertatis suæ quæsituros.Tum Pinarius ait illis:si ad consulem grauarentur mittere:
sibi saltem darent populi consilium:ut sciretur:utrũ paucoꝝ ea denunciata:an uniuersæ ciuitatis eẽnt.
Consensu in posteꝝ diem cõcio edicitur posteaq̃ ab eo colloquio in arcem sese recepit:cõuocatis mil-
litibus:Credo ego uos audisse milites:inquit:quẽadmodum præsidia romana ab siculis circunuenta.
& oppressa sint per hos dies:eam uos fraudem deũ primo benignitate :deinde uestra ipsi uirtute:dies
noctesq; perstando:ac peruigilando in armis uitastis.utinam reliquũ tempus nec patiẽdo infanda nec
faciendo traduci possit.hæc occulta fraude cautio est:qua quia adhuc minus cuiquam successit:aperte
ac ꝓpalam claues portaꝝ reposcunt.Quas simul ut tradiderimus : carthaginẽsium extẽplo Aetna erit
fœdiusq; hic trucidabimur:q̃ Murgantiæ præsidium interfectũ est.Noctem unã ægre ad consultandũ
sumpsi:qua uos certiores periculi instantis facerẽ orta luce cõcionem habituri sunt ad criminandum
me concitãdumq; in uos populũ.Itaq; crastino die aut uestro:aut ætnensiũ sanguine Aetna inundabi-
tur.nec præoccupati peculii:nec occupantes periculi quicquã habebitis.qui prior stinxerit ferrũ: eius
uictoria erit intenti ergo oẽs armati signum expectabitis.ego in concione ero:& tẽpus:quoad oĩa in-
structa sint:loquendo altercandoq; trahã.Cum tõga signum dedero:tum undiq;:clamore sublato tur
bam inuadite:ac sternite oĩa ferro:& cauete:nequicquam iis superstit:a quibus aut uis:aut fraus timeri
possit.Vos Ceres mater:ac Proserpina præcor:cæteri inferni superniq; dii:qui hanc urbem:hos sacra-
tos lacus:lucosq; colitis:ut ita nobis uolentes ꝓpicii adsitis:si uitandæ:non ferendæ fraudis causa hoc
consilii capimus.Pluribus uos milites hortarer:si cum armatis dimicatio futura esset.inermes incau-
tos ad sacietatem trucidabitis.Et consulis castra in propinquo sunt:nequid ab Himilcone & carthagi-
nensibus timeri possit.Ab hac adhortatione dimissi corpora curant.Postero die aliis: aliis locis ad ob-
sidenda itinera:claudendosq; oppidanis exitus pars maxima super theatrũ:circaq; assueti & ante spe-
ctaculũ concionẽ consistunt.Productus ad populum a magistratibus præfectus romanus:cum consu
lis de ea re ius:ac ptãtẽ esse:nõ suam:& plæraq; eadẽ quæ pridie prius dixisset:primo sensim: ac plures
reddere claues :deinde iã una uoce oẽs id iuberent:cũctantiq; ac differenti ferociter minarentur : nec
uiderentur ultra uim dilaturi:tũ præfectus signum togæ ut cõuenerat:dedit. militesq; intẽti dudum
ac parati:alii superne in aduersam concionẽ:clamore sublato:decurrunt:alii ad exitus theatri conferti

Præsidio decedere apꝰ.Ro.Ca pitale fuit

Pinarii cõ siliũ de et nẽsibꝰ tru cidandis

Cæduntᵉ ætnenſes a ro. ꝓſidio

obſiſtunt. Cæduntur ætnenſes cauea incluſi. coaceruanturq; nō cæde ſolum: ſed etiam fuga. cum alii ſuper alioꝝ capita ruerent atq; integri ſauciis uiui mortuis incidentes cumularentur. Inde paſſim diſcurritur: & urbis captæ modo: fugaq; & cædes oīa tenet: nihilo remiſſiore militum ira: quod iure turbam inermē cædebant: q̄ ſi periculū par: & ardor certaminis eos irritaret. Ita Aetna aut malo: aut neceſſario facinore retenta. Marcellus nec factū improbauit: & prædā ætnenſiū militibus conceſſit. ratus timore deterritos temperaturos proditionibus præſidioꝝ ſiculos. Atq; ea clades: ut urbis in media Sicilia ſitæ claraeq; uel ob inſignē munimento naturali locū: uel ob ſacrata oīa ueſtigiis raptæ quondā Proſerpinæ prope uno die oēm Siciliam peruaſit. Et quia cæde infanda rebantᵉ non hoīum tm̄: ſed etiam deoꝝ ſedem uiolatā eſſe: tum uero qui etiam ante dubii fuerāt: defecere ad pœnos. Hippocrates inde Murgantiā Himilco Agrigentū ſeſe recepit cū acciti a ꝓditoribus nequicquā ad Aetnā exercitū admouiſſent Marcellus retro in leontinos redit. frumentoq; & cōmeatibus alliis in caſtra cōuectis: præſidio ibi modico relicto: ad Syracuſas obſidendas uenit. Inde Appio Claudio Romā ad conſulatū petēdum

Marcellus ſyracuſas redit

tus celtiberis adiunctis cũ Asdrubale Barchino bellũ gereret:una profecti ambo duces:exercitusq; celtiberis ꝓgredientibus ad urbẽ Anitorgin in conspectu hostiũ:dirimente amne: ponunt castra. Ibi. G. Cornelius Scipio:cum quibus ante dictum est:copiis substitit. Et. P. Scipio profectus ad destinatã belli partem. Asdrubal posteaq; aiaduertit exiguum romanum exercitũ in castris:& spẽ omnem in celtiberorum auxiliis esse:pitus omnis Barbaricæ:& ꝑcipue oium gentium earum:in quibus ꝑ tot ãnos militabat perfidiæ:facili linguæ cõmertio cum utraq; castra plena hispanoꝝ essent:per occulta colloqa pa ciscitur magna mercede cum celtiberoꝝ principibus:ut copias inde abducerent. Nec atrox uisum faci nus:non.n.ut in romanos uerterent arma:agebatur.& merces:quanta uel pro bello satis esset:dabatur ne bellũ gererent. Et cum quies ipsa:tum reditus domũ fructusq; uidendi suos suaq; grata uulgo erãt. Itaq; non ducibus facilius:q̃ multitudini persuasum est:simul ne metus quidem ab romanis ducibus erat. Quippe tã paucis:sibi ne timerent. Id qdem cauendum sp romanis ducibus erit: Exẽplaq; hæc uere pro documentis habenda:ne ita externis credant auxiliis:ut non plus sui roboris:suarũq; uirium ꝑ prie in castris habeant. Signis repente sublatis:celtiberi abeunt. nihil aliud q̃rentibus cãm: obtestanti Celtiberorũ defectio busq; ut manerent romanis:respondentes:quã domestico se auocari bello. Scipio posteaq̃ socii nec ꝑcibus:nec ui retineri poterant:nec se aut parẽ sine illis hosti esse:aut fratri rursus cõiungi uidit posse:nec ullum aliud salutare consilium in promptu esse:retro:quantum posset:cedere statuit:in id omni cura intentus:necubi hosti æquo se cõmitteret loco:qui transgressus flumen prope uestigiis abeuntium insistebat. Per eosdem dies. P. Scipionẽ par terror:periculũ maius a nouo hoste urgebat. Masinissa erat iuuenis:qui eo tempore erat socius carthaginensium:quem deinde claꝝ potentemq; romana fecit amicitia. Is tum cum equitatu numidarum aduenienti. P. Scipioni occurrit:& deinde assidue dies noctesq; infestus aderat:ut non uagos tantum procul a castris lignatũ:pabulatumq; progressos exciperet: sed ipsis obequitaret castris:inuectusq; in medias stationes sæpe omnia ingẽti tumultu turbaret. Noctibus quoq; sæpe in cursu repẽtino in portis uallo q; trepidatum est. nec aut locus:aut tempus uacuum a metu ac solicitudine erat romanis:compulsisq; intra uallum:adempto omnium reꝝ usu:cum prope obsidio esset:futuramq; arctiorem eam appareret:si se Indibilis:quem cum septẽmillibus & quingẽtis sueuanorum aduentare fama erat:pœnis coniunxisset. Dux cautus & prudẽs Scipio uictus necessitatibus temerarium capit consilium:ut nocte Indibili obuiam iret:& quocũq; occurrisset loco prælium consereret. Relicto igitur modico præsidio in castris præpositoq; T. Fonteio legato media nocte profectus cum obuiis hostibus manus conseruit. Agmina magis:q̃ acies pugnabant. Superior tamẽ:ut in tumultuaria pugna romanus erat. Cæterum & equites numidæ repente:quos fefellisse se dux ratus erat:a lateribus circunfusi magnum terrorem intulere. Contracto aduersus numidas certamine nouo: tertius insuper aduenit hostis. Duces pœni assecuti ab tergo iam pugnantes:ancepsq; prœlium romanos circunsteterat:incertos in quem potissimum hostem:quam ue in partem conferti eruptionem facerent. Pugnãti hortantique imperatori & offerẽti:se ubi plurimus labor erat:latus dexterum lancea traiicitur. Cuneusq; hostium is:qui inconfertos circa ducem impetum fecerat:ut exanimẽ labentemq; exe quo Scipionem uidit:alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes discurrerunt: imperatorem romanum cecidisse. Hæc peruagata passim uox:ut & hostes haud dubiæ pro uictoribus: & romani pro uictis essent:fecit. Fuga confestim ex acie:duce amisso:fieri cœpta est. Cæterũ ut ad erumpendum inter numidas:aliaq; leuium armatorum auxilia haud difficilis res erat:ita effugere tantum equitum:æquantumq; equos uelocitate peditum uix poterant. cæsiq; prope plures in fuga:quã in pugna. Nec superfuisset quisq̃:ni præcipiti iam ad uesperum diem nox interuenisset: Haud segniter inde duces pœni fortuna usi:confestim ẽ plio:uix necessaria quiete data militibus:ad Asdrubalem amilcaris citatũ agmeñ rapiunt:non dubia spe:cũ copias cõiunxissent:debellari posse. Quo ubi ẽ uentũ:inter exercitus duceso; uictoria recẽti lætos gratulatio ingens facta:imperatore tãto cum oĩ exercitu deleto:& alterã pro haud dubio parẽ uictoriã expectãtes. Ad romanos nondũ qdẽ fama tãtæ cladis puenerat:sed tamen mœstum quoddam silentium erat:& tacita diuinatio:qualis iam præsagientibus animis iminentis mali esse solet. Imperator ipse:præterq̃ quod ab sociis se desertum hostium tantum auctas copias sẽtiebat:coniectura etiam & ratione ad suspitionẽ acceptæ cladis:quam ad ullam bonam spem promor. Quonam mõ.n. Asdrubalem ac Magonem:nisi defuncto suo fratre bello sine certamine adducere exercitum potuisse? Quõ autem non obstitisse:aut ab tergo secutũ fratrem:ut nisi prohibere. quominus in unũ cogerentur:duces & exercitus hostium nõ posset:ipse certe cũ fratre cõiungeret copias. His anxius curis id modo esse salutare etiam in præsens credebat cedere inde quantũ posset:& inde una nocte:ignaris hostibus:& ob id quietis:aliquantũ emensus est iter Luce ut senserunt profectos hostes:ꝑmissis Numidis:quã poterant maxime:citato agmine: sequi cœperunt Ante noctẽ assecuti Numidæ nunc ab tergo:nunc in latera concursantes. Consistere cœperunt: ac tutari agmen quantũ possent. tamen tuto:ut simul pugnarent:procederẽtq;:Scipio hortabatur:priusq̃ pedestres copiæ assequerentur. Cæteq; nunc agendo:nunc sustinendo agmen:cum aliquandiu haud multum procederet & nox iam instaret:reuocauit e prælio suos Scipio:& collectos in tumulũ quẽdam:non quidem satis tutũ ꝑsertim agmini perculso:editiorem tamen:quam cætera circa erant,subducit. Ibi primo impedimẽtis & equi

P. scipio ab hostibus circũuẽtus occiditur

tatu in medium receptis:circundati pedites haud difficulter impetus incurſantium numidarum arce
bant.Deinde poſteaq̃ toto agmine tres imperatores cum tribus iuſtis exercitibus aderãt:apparebatq;
parum armis ad tuendũ locum ſine munimento ualituros eſſe:circũſpectare:atq; agitare dux cœpit
ſiquo modo poſſet uallum circum iniicere.ſed erat adeo nudus tumulus:& aſperi ſoli:ut nec uirgulta
uallo cedendo:nec terra ceſpiti faciundo:aut ducendæ foſſæ aliiue ulli operi apta inueniri poſſet:nec
Atẽ.nouã ferme quicq̃ ſatis arduum aut abſciſſum erat:quod hoſti aditum:aſcenſumue difficilem præberet.oĩa
ualli ſpẽm faſtigio leui ſubnixa.Vt tamen aliquam ymaginem ualli obiicerent:clitellas illigatas oneribus:uelut
ſtruentes ad altitudinem ſolitam circũdabant cumulo ſarcinarum omnis generis obiecto:ubi ad mo
liendum clitellæ defuerant.Punici exercitus poſteaq̃ aduenere:in tumulum quidem perfacile agmen
erexere:munitionis uero facies noua primo eos miraculo quodam tenuit.Et cum duces undiq; uoci
ferarentur:quid ſtarent:& non ludibriũ illud:uix fœminis pueriſue morandis ſatis ualidum diſtrahe
rent:diriperentq;:captum hoſtẽ teneri latentem poſt ſarcinas:hæc contempti duces increpabant.Cæ
terum neq; tranſilire:neq; moliri onera obiecta:nec cædere ſtipatas clitellas:ipſiſq; obrutas ſarcinis faci
le erat.Tardatis diu cum amolita obiecta onera armatis dediſſent uiam:pluribuſq; idẽ partibus fieret
capta iam undiq; caſtra erant:pauci ab multis:perculſiq; a uictoribus paſſim cædebantur.Magna pars
tamen militum cum in propinquas refugiſſet ſiluas:in caſtra.P.Scipionis:quibus.T.Fonteius legatus
præerat.perfugerunt.G.Scipionem alii in tumulo primo impetu hoſtium cæſum tradunt.Alii cũ pau
G.Scipio cis in propinquam caſtris turrim fugiſſe.Hanc igni circũdatam:atq; ita exuſtis foribus:quas nulla mo
fr.P.iterfici liri potuerunt ui:captam:omneſq; intus cũ ipſo imperatore occiſos.Anno octauo:poſteaq̃ in Hiſpaniã
tur uenerat.Gn.Scipio.unde trigeſimo die poſt fratris mortem eſt interfectus.Luctus ex morte eorũ non
Romæ maior:quam per totam Hiſpaniam fuit.Quin apud ciues partim doloris & exercitus amiſſi:&
alienata prouincia & publica trahebat clades.Hiſpaniæ ipſos lugebant:deſiderabantq; duces Gnæum
tamen magis:quod diutius præfuerat iis.priorq; & fauorem occupauerat:& ſpecimẽ iuſtitiæ temperã
tiæq; romanæ primus dederat.Cum deletus exercitus:amiſſæq; Hiſpaniæ uiderẽtur:uir unus has re
ſtituit.Erat in exercitu.L.Martius Septimii filius eques romanus impiger iuuenis:animiq; & ingenii
L.Martii aliquanto q̃ pro fortuna:in qua erat natus:maior.Huius ad ſummã indolem acceſſerat.Gn.Cornelii
uirtus Scipionis diſciplina:ſub qua per tot annos omnis militiæ artis edoctus fuerat.Hic & ex fuga collectis
militibus:& quibuſdam de ꝓſidiis deductis haud contẽnendum exercitum fecerat:cõiunxeratq; cum
T.Fonteio.P.Scipionis legato:ſed tantum ꝓſtitit eques romanus auctoritate inter milites atq; hono
re:ut caſtris citra Iberum communitis:cũ ducem exercitus comitiis militaribus creati placuiſſet:ſubeũ
tibus aliis:aliis in cuſtodiam ualli ſtationeſq;:donec per omnes ſuffragium iret:ad.L.Martium cuncti
ſummam imperii detulerunt.Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis caſtris conuehendiſ
q; commeatibus conſumptum.& omnia imperia milites tum impigre:tum haudquaq̃ abiecto animo
exeq̃bantur.Cæterum poſteaq̃ Aſdrubalem Giſgonis filium uenientem ad reliquias belli delendas
tranſiſſe Iberum:& appropinquare allatum eſt:ſignumq; pugnæ propoſitum a nouo duce milites ui
derunt:recordati quos pauloante imperatores habuiſſent:quibuſq; & ducibus:& copiis fræti prodi
re in campum ad pugnã ſoliti eſſent:flere omnes repente:& offenſare capita:& alii manus ad cælũ ten
dere deos incuſantes:alii ſtrati humo ſuum quiſq; nominatim ducẽ implorare:neq; ſedari lamentatio
poterat excitantibus centurionibus manipulares.& ipſo minitante & increpante Martio:quod in mu
liebres:& inutiles ſe proieciſſent fletus:potiuſq̃ ad tutandos ſemetipſos:& rempu.ſecum acuerent ani
mos:& ne inultos imperatores ſuos iacere ſinerent.cum ſubito clamor tubarumq; ſonus:iam enim ꝓ
pe uallum hoſtes erant:exauditur:inde uerſo repente in iram luctu:diſcurrere ad arma ac uelut accẽſi
rabie diſcurrunt ad portas:& in hoſtem negligenter:atq; incompoſite uenientem incurrunt.Extẽplo
improuiſa res pauorem incutit pœnis.mirabundiſq;:unde tot hoſtes tam ſubito exorti:prope deleto
exercitu:forent:unde tanta audacia tanta fiducia ſit iis uictis:atq; fugatis?quis imperator duobus Sci
Fundunt pionibus cæſis extitiſſet:quis caſtris præeſſet quis ſignum dediſſet pugnæ?Ad hæc tot iam nec opina
hoſtes ro ta primo omnium incerti ſtupenteſq; referunt pedem:dein ualida impreſſione pulſi terga uertũt.& aut
mani fugientium cædes fœda fuiſſet:aut temerarius periculoſuſq; ſequentium impetus:ni Martius prope
re receptui dediſſet ſignum.obſiſtenſq; ad prima ſigna:quoldam q; ipſe retinens:concitatam repreſſit
aciem.Inde in caſtra auidos adhuc cædis:ſanguiniſq; reduxit.Carthaginenſes trepide primo ad hoſti
um uallũ acti:poſteaq̃ neminem inſequi uiderunt:metu ſubſtitiſſe rati.contemptim rurſus:& ſedato
gradu:in caſtra abeunt.Par negligentia in caſtris cuſtodiendis fuit:Nam & ſi propinquus hoſtis erat
tñ reliquias eum eſſe duorum exercituum ante paucos dies deletorum ſuccurrebat.Ob hoc cũ omnia
neglecta apud hoſtes eſſent:exploratis iis Martius ad conſilium prima ſpecie temerarium magis:q̃ au
dax animum adiecit:ut ultro caſtra hoſtium oppugnaret.facilius eẽ ratus unius Aſdrubalis expugna
ri caſtra:quam ſi ſe rurſus tres exercitus.ac tres duces iũxiſſent:ſua defendi.ſimul:aut ſi ſucceſſiſſet cœ
Martii con ptis:recepturum ſe afflictas res:aut ſi pulſus eſſet:tũ ultro inferendo arma contemptũ ſui demptũg.
ſilium Ne tamen ſubita res:& nocturnus terror.etiam non ſuæ fortunæ conſilium perturbaret alloquendos
adhortandoſq; ſibi milites ratus:concione aduocata:ita diſſeruit.



VEL MEA ERGA IMPERATORES NOstros uiuos mortuosq; pietas: uel ꝑsens oium uestrũ milites fortũa: fidẽ cuiuis facere potest: mihi hoc imperium: ut amplũ iudicio uestro: ita re ipsa graue: ac sollicitum esse. quo. n. tpe: nisi metus mœrorẽ obstupefaceret: uix ita compos mei essem: ut aliqua solatia iuenire ægro aĩo possem? Cogor uestram oium uicem: quod difficillimũ in luctu est: unus consolari & ne cũ quidem ubi quonãmodo has reliquias duorum exercituum patriæ conseruare possim: cogitandum ẽ: auertere aĩum ab assiduo mœrore libet: ꝑsto est. n. acerba memoria: & Scipiões me ambo dies noctesq; curis insomniisq; agitant: & excitãt sæpe somno: ueu se: neu inuictos per octo annos in iis terris milites suos: cõmilitones uestros: neu rempu. patiar inultã: & suã disciplinam: suaq; instituta seq iubent. Et ut ꝑiens uiuoꝝ nemo obedientior me uno fuerit: ita post mortẽ suam: qđ quidẽ in quaq; re facturos illos fuisse maxime censeam: id optimũ ducere: uos quoq; uelim milites nõ lamentis lachrymisq; tanq̃ extinctos ꝓsequi: Viuunt. n. uigentq; fama reꝝ gestaꝝ. Sed quotienscũq; occurrit memoria illoꝝ: uelut si adhortantes: signumq; dantes uideatis eos: ita ꝑlia inite. nec alia ꝓfecto species hesterno die oculis aĩsq; uestris oblata memorabile illud edidit ꝑlium: quo documentũ dedistis hostibus: non cũ Scipionibus extinctũ esse nomen romanũ. & cuius populi uis atq; uirtus nõ obruta sit cannensi clade: ex oĩ profecto scæuitia fortunæ emersuꝝ esse. Nunc q tm̃ ausi estis ſponte uestra: expiri libet: quantũ audeatis duce uĩo auctore. Non. n. hesterno die cũ signũ receptui dedi seq̃ntibus effuse uobis. turbatũ hostem: frangere audaciã uestram: sed differre in maiorẽ gloriã: atq; opportunitatem uolui: ut postmodũ ꝓparati incautos: armati inermes: atq; ẽt sopitos ꝑ occasionẽ aggredi possetis. Nec huius occasionis spẽ milites forte temere sed ex re ipsa conceptã habeo. Auobis quoq; profecto si quis quærat: quonãmodo pauci a multis uicti a uictoribus castra tutati sitiẽ nihil aliud respondeatis: quam idipsum timentes uos omnia: & operibus firmata habuisse ipsos paratos istructosq; fuisse. & ita res habet ad id: quod: ne timeatur fortuna facit: minime tuti sunt homines. quia quod neglexeris incautum: atq; apertum habeas. Nihil omnium nunc metuunt minus hostes: q̃ ne obsessi modo ipsi: atq; oppugnati castra sua ultro oppugnemus. Audeamus: quod credi non potest ausuros nos. eo ipso: quod difficilimũ uidetur: facilimum erit. Tertia uigilia noctis silenti agmine ducam uos. exploratũ habeo: non uigiliaꝝ ordinem: non stationes iustas esse. clamor in portis auditus: primus impetus castra ceperit. tum inter tot torpidos somno pauentisq; ad nec opinatum tumultum: & inermes in cubilibus suis oppꝝssos illa cædes edatur: a qua uos hesterno die reuocatos ægre ferebatis. Scio audax uideri consilium: sed in rebus asperis: & tenuibus perfortissima quæq; cõsilia tutissima sunt. quia si in occasionis momento: cuius præteruolat opportunitas: cunctatus paulũ fueris: nequicq̃ mox omissam queraris. Vnus exercitus in propinquo est. duo haud procul absunt: nunc aggredienti bus par aliqua opportunitas est. & iam tentastis uestras: atq; illorum uires. Si diem proferimus: & hesternæ eruptionis fama contenti desierimus: periculum est ne oẽs duces omnesq; copiæ conueniant. Tres deinde duces: tres exercitus sustinebimus hostium: quos. Gn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit: ut diuidendo copias periere duces nostri: ita separati: ac diuisi opprimi possunt hostes. Alia belli gerendi uia nulla est: proinde nihil ꝓter noctis proxime opportunitatem expectemus. Ite diis bene iuuantibus: corpora curate: ut integri uigentesq; eodem aĩo in castra hostium irrumpatis: quo uestra tutati estis. Læti & audiere ab nouo duce nouũ consilium: & quo audacius erat: magis placebat. Reliquũ diei expediendis armis: & curatione corpoꝝ consumptum: & maior pars noctis quieti data est quarta uigilia mouere. Erant ultra proxima castra sex millium interuallo distantes aliæ copiæ pœnoꝝ. uallis caua intererat condensa arboribus. In huius siluæ medio ferme stadio cohors romana arte punica abditur & equites. Ita medio itinere intercepto: cæteræ copiæ silenti agmine ad proximos hostes ductæ. Et cum statio nulla pro portis: neq; in uallo custodiæ essent: uelut in sua castra nulla usq̃ obsistente penetrauere. Inde signa canunt: & tollitur clamor. pars semisopitos hostes cædũt: pars ignis escas stramẽto arido tectis iniiciunt: pars portas occupant: ut fuga intercludatur. hostis simul ignis: clamor: cædes: uelut alienatos sensibus nec audire: nec prouidere quicq̃ sinunt. Incidunt inermes inter cateruas armatorum. Alii ruunt ad portas. Alii obseptis itineribus super uallum saliunt. Et ut quisq; euaserat: protinus ad castra altera fugiunt. ubi a cohorte & equitibus ex occulto ꝓruentibus circũuenti cæsiq; ad unũ oẽs sunt: q̃is ẽt siquis ex ea cæde effugisset: adeo raptim captis ꝓpioribus castris in altera trãscursum castra a romanis est: ut peruenire nuncius cladis non posset. Ibi uero: quo longius ab hoste aberant & qa sub luce pura pabulatũ: lignatum: & prædatũ: quidam dilapsi fuerãt: neglecta magis oĩa: ac soluta in uenere. Arma tm̃ posita in stationibus. milites inermes: aut humi sedentes: accubãtesq;: aut obambulãtes ante uallũ portasq;. Cũ his tam securis solutisq; romani calentes adhuc ab recenti pugna uictoriaq;

Martii oĩo ad suos

Modus ꝛ gendi

Romãoꝝ insidiæ

feroces ꝓlium ineunt. Itaq; nequaq̃ in portis potuit reſiſti. Inter portas concurſu ex caſtris ad primum clamorẽ & tumultu facto: atrox ꝓlium oritur. Diuq; tenuiſſet: ni cruenta ſcuta romanoꝝ uiſa iudicium alterius cladis pœnis: atq; inde pauorẽ iniecíſſent. Hic terror in fugã uertit omnes. effuſiq; : qua iter eſt niſi quos cædes oppꝛſſit: exuuntur caſtris: atq; ita nocte ac die bina caſtra hoſtium oppugnata ductu. L. Martii ad triginta ſeptẽmillia hoſtium cæſa: auctor eſt Claudius: q annales acilianos ex græco in latinum ſermonẽ uertit. Captos ad mille octingentos triginta: ꝑdam ingentẽ partam: nec abfuiſſe clypeũ argẽteum pondo centũ triginta octo cũ imagine Brachini Aſdrubalis. Valerius Antias una caſtra Magonis capta tradit. Septẽmillia cæſa hoſtium. altero ꝓlio eruptione pugnatũ cum Aſdrubale. Decẽmilia occiſa quattuormillia trecentos triginta captos. Piſo. y. millia hoium: cum Mago cedentes noſtros effuſe ſequeretur: cæſa ex inſidiis ſcribit. Apud oẽs magnum nomen Martii ducis eſt: & ueræ gloriæ eius ẽt miracula addunt: flamã ei concionanti fuſam e capite ſine eius ſenſu cũ magno pauore circũſtantium militũ. Monumentumq; uictoriæ eius de pœnis uſq; ad incenſum Capitoliũ fuiſſe: in templo clypeum Martiũ appellatum cũ imagine Aſdrubalis. Quietæ deinde aliq̃diu res in Hiſpania fuere. utriſq; poſt tantas acceptas inuicẽ illataſq; clades cunctantibus periculũ ſummæ reꝝ facere. Dũ hæc in Hiſpania geruntur: Marcellus captis Syracuſis: cũ cætera in Sicilia tanta fide atq; integritate compoſuiſſet: ut non modo ibi ſuã gloriam: ſed ẽt maieſtatem populi ro. augeret: ornamẽta ſigna urbis tabulaſq; quibus abundabant Syracuſæ: Romã deuexit. Hoſtium quidẽ illa ſpolia & parta belli iure. Cæteꝝ inde primũ initium mirandi græcaꝝ artiũ opera: licentiæq; hinc ſacra profanaq; oĩa uulgo ſpoliandi factũ eſt: quæ poſtremo in romanos deos templũ idipſum: primũ quod a Marcello eximie ornatũ eſt: uertit. Viſebantur. n. ab externis ad portã Capenam dedicata a Marcello tẽpla ꝓp excellentia eius generis ornamẽta: quoꝝ perexigua ps comparet. Legationes ferme oĩum ciuitatum Siciliæ ad eũ conueniebãt diſpar: ut cã earum: ita concio erat. Qui ante captas ſyracuſas aut non deſciuerant: aut redierant in amicitiã: ut ſocii fideles accepti cultiq;. Quos metus poſt captas Syracuſas dediderat: ut uicti a uictore leges acceperunt. Erant tñ haud paruæ reliquiæ belli circa Agrigentũ romanis. Epicides & Hãno duces reliq̃ prioris belli: & tertius nouus ab Annibale in locũ Hippocratis miſſus: libypœnicus generis Hippocinatis: Mutinem populares uocabant: uir ĩpiger: & ſub Annibale magiſtro oĩum belli artẽ edoctus. Huic ab Epicide & Hannone Numidæ dati auxiliares: cum quibus ita ꝓuagatus ẽ hoſtium agros: ita ſocios ad retinendum in fide aĩos eorum: ferendumq; in ꝓpe cuiq; auxilũ adiit: ut breui ꝓpe totam Siciliã impleret noĩs ſui. nec ſpes maior alia apud fauentes rebus carthaginenſiũ eſſet. Itaq; incluſi ad tꝑs mœnibus Agrigenti dux pœnus: ſyracuſanuſq; non tã conſilio Mutinis: quã fiducia magis auſi egredi extra muros ad Himerã amnem poſuerunt caſtra. quod ubi ad Marcellum platum eſt: extẽplo copias mouit: & ab hoſte quattuor ferme milliũ interuallo conſedit. Quid agerent pararent ue expectaturus. Sed nullũ neq; locum: neq; tꝑs cunctationi conſilioue dedit Mutines tranſgreſſus amnẽ: ac ſtationibus hoſtiũ cũ ingenti terrore atq; tumultu inuectus. Poſtero die prope iuſto prælio cõpulit hoſtem intra munimẽta inde reuocatus: ſeditione numidaꝝ in caſtris facta: cũ trecenti ferme eoꝝ Heracleam Minoiã conceſſiſſent ad mitigandos reuocandoſq; eos ꝓfectus: magnopere monuiſſe duces dicitur ne abſente ſe cũ hoſte manus conſererent. Id ambo ægre paſſi duces: magis Hanno: iam anxius gloriæ eius: Mutiné modum ſibi facere: degenerẽ afrum impatori carthaginenſi: miſſo ab ſenatu populoq;. Is perpulit cunctãtem Epicidẽ: ut tranſgreſſi flumen in aciẽ exirent: Nam ſi Mutinẽ opperirentur: & ſecundæ pugnæ fortuna eueniſſet: haud dubie Mutinis gloriam fore. Eñuero indignum ratus Marcellus ſe q Annibalẽ ſubnixum uictoria cannenſi ab nola reppuliſſet: his terra mariq; uictis a ſe hoſtibus cedere: arma ꝓpere capere milites: & efferri ſigna iubet. Initruentẽ exercitum: decẽ effuſis equis aduolãt ex hoſtiũ agmine Numidæ: nunciantes populares ſuos primum ea ſeditione motos: qua trecenti ex numero ſuo cõceſſerint. Heracleam. Deinde quod præfectũ ſuum obtrectantibus ducibus gloriæ eius ſub ipſam certaminis diem ablegatũ uideant quieturos in pugna. Gens fallax promiſſi fidem præſtitit. Itaq; & romanis creuit aĩus: nuncio celeri per ordinem miſſo: deſtitutum ab equite hoſtem eſſe: quem maxime timuerant: & territi hoſtes: præterq; quod: quia maxima parte uirium ſuaꝝ non iuuabantur: timore etiã incuſſo: ne ab ſuo ipſi equite oppugnarentur. Itaq; haud magna uis certaminis fuit. Primus clamor: atq; impetus rem decreuit. Numidæ cum in concurſu quieti ſtetiſſent in cornibus. ut terga dantes ſuos uiderunt: fugæ tantum prumper comites facti: poſteaq̃ omnes Agrigentum trepido agmine petẽtes uiderunt: ipſi metu obſidionis paſſim in ciuitates proximas dilapſi. Multa millia hominum cæſa capta q;. &. viii. elephanti. Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. Victor inde Syracuſas rediit. Iam ferme in exitu annus erat. Itaq; ſenatus decreuit Romæ: ut. Cornelius prætor litteras Capuam ad conſules mitteret: dum Annibal procul abeſſet: nec ulla magni diſcriminis res ad Capuam gereretur: alter eorum: ſi ita uideretur: ad magiſtratus ſubrogandos Romam ueniret. Litteris acceptis inter ſe conſules comparauerunt: ut Claudius Comitia perficeret: Fuluius ad Capuam ueniret: ibiq; maneret. Conſules Claudius creauit. Gn. Fuluium Centumalum: &. P. Sulpicium Seruilium: Quinti filium Galbam: qui nullum antea curulem magiſtratum geſſiſſet. prætores deinde creati Lentulus Cornelius Cethegus C. Sulpicius Piſo. Piſoni iuriſdicio urbana: Sulpicio Sicilia: Cethego Appulia: Lentulo Sardinia euenit. Conſulibus prorogatum in annum imperium eſt.

Magna uis frumenti Siculi Cipio Agrigento

Septẽ & triginta millia hoſtiũ cæſa

Prodigium in Martio

De Martii flãma uide plinium

vel. Max: li. pro ca. 6.

Quanta laude Marc: Imperatorẽ ornarit

Statiũ græcas artes mirandi

Vide ne libyphœnicis generis Hippõatis ſit legendũ

Defectio numidaꝝ

Multis victoriis Inſignis Marcellus

Gn. Fuluius. P. Sulpicius conſſ.

INCIPIT LIBER SEXTVS.

IN.FVLVIVS CENTIMALVS.P.SVLPICIVS GALBA CONSVLES CVM IDI bus Martiis magiſtratum iniſſent:ſenatu in Capitolium uocato:de rep.de adminiſtra tione belli:de ꝓuinciis exercitibuſq; patres conſuluerunt:Fuluio:Appio Claudio prio ris anni conſulibus prorogatum imperium eſt:atq; exercitus:quos habebant:decreti: adiectumque:ne a Capua:q̄ obſidebant:abſcederent:priuſq̄ oppugnaſſent eam. Tum cura maxima intentos habebat romanos:non ob iram tantum:quæ in ullam unq̄ ciui tatem iuſtior fuit:quam quod urbs tam nobilis ac potens:ſicut defectione ſua traxerat aliquot popu los:ita recepta inclinatura rurſus animos uidebatur ad ueteris imperii reſpectum. Et prioris anni præ toribus.M.Iunio Ethruria.P.Sempronio Gallia cum binis legionibus:quas habuerant:prorogatum eſt imperium.prorogatum &.M.Marcello:ut proconſul in Sicilia reliquias belli perficeret eo exercitu: quem haberet:ſi ſupplemento opus eſſet:ſuppleret de legionibus:quibus.P.Cornelius proprætor in Sicilia præeſſet:dum nequem militem legeret ex eo numero:quibus ſenatus miſſionem:recitumq; i patriam negaſſet ante belli finem.G.Pupio:cui Sicilia euenerat:duæ legiones: quas.P.Cornelius ha buiſſet:decretæ:& ſupplementum de exercitu.Gn.Fuluii: qui priore anno in Appulia fœde cæſus:fu gatuſque erat.Huic generi militum ſenatus eundem: quem cannenſibus finem ſtatuerat militiæ.Ad ditum etiam utrorumq; ignominiæ eſt:ne in oppidis hybernarent.neue hyberna propius ullam ur bem decem millibus paſſuum ædificarent.L.Cornelio in Sardinia duæ legiones datæ:quibus Minu tius præfuerat.ſupplementum ſi opus eſſet:conſules ſcribere iuſſi:Octacilio &.M.Valerio Siciliæ Græ ciæq; ora cum legionibus claſſibuſq;:quibus præerant:decretæ.Quinquagita græci cum legione una: centum ſiculi cum legionibus habebant naues.Tribus & triginta legionibus romanis eo anno terra mariq; bellum geſtum eſt. Principio eius anni:cum de litteris.L.Martii referretur:res geſtæ magnifi cæ ſenatui uiſæ.Titulus honoris:quod(imperio non populi iuſſu:non ex auctoritate patrum dato),p prætor ſenatui ſcripſerat:magnam partem hominum offendebat.Rem mali exempli eſſe: imperato res legi ab exercitibus:& ſolēne auſpicatorum comitiorum in caſtra & ꝓuincias:procul ab legibus ma giſtratibuſq; ad militarem temeritatem tranſferri & cum quidam ad ſenatum referendum cenſerent: melius niſſum differri eam conſultationem:donec proficiſcerentur equites:qui ab martio litteras attu lerant.Reſcribi de frumento:& ueſtimentis exercitus placuit.utrāq; rem eam curæ fore ſenatui.Aſcri bi autem proprætori.L.Martio non placuit:ne idipſum: quod conſultationi reliquerant: pro præiu dicato ferrent.Dimiſſis equitibus de nulla re prius conſules rettulerunt:omnium in unum ſententiæ congruebant agendum cum tribunis plebis eſſe: primo quoq; tempore ad plebem ferrent: quem cū imperio mitti placeret in Hiſpaniam ad eum exercitum:cui.Gn.Scipio imperator præfuiſſet.Ea res cū tribunis acta promulgataq; eſt.ſed aliud certamen occupauerat animos.G.Sempronis Bleſus die di cta.Gn.Fuluium ob exercitum in Appulia amiſſum in cōcionibus uexabat: multa imperatoris teme ritate:atq; inſcitia exercitum in locum præcipitem perduxiſſe dictitans.Neminem præter. Gn.Fuluiū ante corrupiſſe omnibus uitiis legiones ſuas:quam proderet.Itaque uere dici poſſe:prius eos periſſe: quam uiderent hoſtem:nec ab Annibale: ſed ab imperatore ſuo uictos eſſe: neminem cum ſuffragiū ineat:ſatis cernere: cui imperium:cui exercitum permittat.Quid interfuiſſe inter.T.Sempronium:cū ei ſeruorum exercitus datus eſſet.breui effeciſſe diſciplina atq; imperio:ut nemo eorum generis: aut ſanguinis ſui memor eſſet.in acie præſidio ſociis:hoſtibus terrori eſſent. Cum ad Beneuētum aliaſq; urbes: eo uelut e faucibus Annibalis ereptos populo romano reſtituiſſet.G.Fuluium. Quintum ro manorum exercitum: honeſte genitos: liberaliter educatos ſeruilibus uitiis imbuiſſe: Ergo effeciſſe: ut & feroces & inquieti inter ſocios:ignaui & imbelles inter hoſtes eſſent: nec impetum modo pœno rum:ſed ne clamorem quidem ſuſtinere poſſent. Nec hercule mirum eſſe milites in acie non ſtetiſſe: cum primus omnium imperator fugeret.magis mirari ſe aliquos ſtantes cecidiſſe:& nō omnes comi tes.Gn.Fuluii fuiſſe pauoris ac fugæ.G.Flaminium.L.Paulum.L.Poſthumiū.G.Appium. Scipiones cadere in acie maluiſſe:quam deſerere circūuentos hoſtibus ſuos exercitus.Gn.Fuluium prope unum nuncium deleti exercitus Romam rediſſe.facinus indignum eſſe cannenſem exercitū: quod ex acie fugerit:in Siciliam deportatum:ne prius inde dimittatur:quam hoſtis ex Italia diſceſſerit:& hoc idem in.G.Fuluii legionibus nuper decretum.Gn.Fuluii fugam ex prælio ipſius temeritate cōmiſſo impu nitam eſſe.& eum in ganea luſtriſq;:ut iuuentam egerit:ſenectutem acturum. milites: qui nihil aliud peccauerint:quam quod imperatoris ſimiles fuerint:relegatos prope in exilium ignominioſam pati militiam. A deo imparem libertatem Romæ diti ac pauperi: honorato atq; inhonorato eſſe. Reus ab ſe culpam in militem transferebat.eos ferociter pugnam poſcentes productos in aciem:nō eo quo uo luerint:quia ſerū diei fuerit.ſed poſtero die:& tpe & loco æque inſtructo:ſeu famam ſeu uim hoſtium non ſuſtinuiſſe:cum effuſe oēs fugerent:ſe quoq; turba ablatum:ut Varronē cannenſi pugna:ut mul tos alios impatores. Quid āt ſolum ſe reſtantē prodeſſe reip.potuiſſe:niſi ſi mors ſua remedio publicis

Quæ qbuſ ꝓuiciæ de cretæ

Arta Ro: militaris diſciplina

Atſ.ro.le gionū nu merum

Non pigmentis tam S.R. in

Gn.fuluio dies dicta

Tribuni plebis Vitato

O graues querely

Imperato res q i acie perierunt

Vitam agere in ganeis & luſtris

Septimum diei

cladibus futura esse potuisset: non se inopia cõmeatus: non in loca iniqua incaute deductũ: non agmine inexplorato euntem insidiis circũuentum ui aperta: armis acie uictum: nec suorum aĩos: nec hostiũ in potestatem habuisse suum cuiq; ingenium: audaciam: aut pauorem facere. Bis ẽ accusatus: pecunia q; anquisitum. Tertio testibus datis: cum præterq̃: quod oĩbus probris onerabatur: iurati permulti dicerent fugæ pauoriscq; initium a prætore ortum: ab eo desertos milites: cum haud uanum timorem crederent: terga dedisse. Tanta ira accensa est: ut id capite anquirendum concio succlamaret. De eo quoq; nouum certamen ortum: Nam cum bis pecunia anquisisset: tertio capitis se anquirere diceret: Tribuni plebis appellati: cum lege negarunt se in mora esse: quominus: quod ei more maiorũ permissum esset: seu legibus: seu moribus mallet: anquireret: quoad uel capitis: uel pecũiæ iudicasset priuato: Tum Sempronius perduellionis se iudicare. Gn. Fuluio dixit: diemq; comitiis a. G. Calphurnio prætore urbis petit. Inde alia spes ab eo tentata est: si adesse iudicio. Qu. Fuluius frater posset: florens tum & fama

Gn. Fuluius Tarquinios in exilium abiit

rerum gestarum: & propinqua spe potiũdæ Capuæ. Id cum per litteras miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset Fuluius: negassentq; patres e republica esse abscedi a Capua: priusq̃ dies comitiorũ adesset. Gn. Fuluius exulatum Tarquinos abiit. Id ei iustum exilium esse: sciuit plebs. Inter hæc uis oĩs belli uersa in Capuam est. Obsidebatur tñ cautius: quam oppugnabatur. nec aut famẽ tolerare seruitia: ac plebes poterant: aut mittere nuncios ad Annibalem per custodiã armatam. Inuentus est autem quidã numida: qui: acceptis litteris: euasurum se professus ut promissũ præstaret: permedia romana castra nocte egressus: spem accendit cãpanis: dum aliquid uirium supereset: ab omni parte eruptionẽ tentãdi. Cæterum in multis certaminibus equestria plia ferme prospera faciebant. superabãtur pedites: sed ne quaq̃ tam lætum uincere: quã triste uinci ulla pte erat ab obsesso: & prope expugnato hoste. Inita tandem ratio est: ut quod uiribus deerat: arte æquaret. Ex oĩbus legionibus electi sunt iuuenes maxime uigore ac leuitate corporũ ueloces. Eis parmæ breuiores: quã equestres: & septena iacula quaternos lõga pedes data præfixa ferro: quale hastis uelitaribus inest. Et eos singulos in equis suis accipientes equites assuefecerunt: & uehi post sese & desilire pniciter: ubi datum signũ esset. Posteaq̃ assuetudine quotidiana satis est uisum fieri: in campũ qui medius inter castra: murũq; erat: aduersus istructos campanorum equites, pcesserunt: & ubi ad coniectum teli uentum est: signo dato: uelites desiliunt. pedestris in de acies ex equitatu repente in hostium equites incurrit: iaculaq; cũ impetu alia super alia emittũt. Qui

uelites ubi primũ instituti

bus pluris in equos uirosq; passim coniectis permultos uulnerauerũt pauoris tñ plus in re noua: atq; inopinata iniectum est: & in pculsum hostem equites inuecti fugam stragemq; eorũ usq; ad portas fecerunt. Inde equitatu quoq; romana acies superior fuit. Institutũ ut uelites in legionibus essent. auctoré peditum equiti imiscendorum centurionẽ. Qu. Nauium tradunt: honoriq; id ei apud impatorẽ fuisse.

Qu. Nauius

Cum in hoc statu ad Capuã res essent: Annibalem in diuersum tarentinæ arcis potiũdæ. Capuæq; rem tinendæ trahebant curæ. Vicit tñ respectus Capuæ in quam oĩum sociorum hostiumq; conuersos uidebat aĩos documento futuræ: qualẽcũq; euentum defectio ab romanis habuisset. Igitur magna parte impedimentorum relicta in brutiis: & omni grauiore armatura: cum delectis exercitibus peditũ equitumq; quam poterat aptissimis ad maturandum in Campaniã contendit: secuti tñ tam raptim euntẽ tres & xxx. elephanti: in ualle occulta post Tifata montem imminentẽ Capuæ consedit. Aduenienscum castellũ Galatiam præsidio inde ui pulso cepisset: in circũsedentis Capuam conuertit se. præmissis nãq; nunciis Capuam: quo tpe castra romana aggressurus esset: ut eodem & illi ad eruptionem parati portis omnibus sese effunderent: ingentem præbuit terrorem: nã alia parte ipse adortus est: alia Campani omnes pedites equitesq;: & cum iis punicum præsidium: cui Bostar & Hanno præerant: erupit. Romani ut in re trepida: ne ad unam concurrendo partem aliquid indefensi relinquerent: ita inter se copias partiti sunt. Appius Claudius campanis: Fuluius Annibali ẽ oppositus. G. Nero proprætor cũ equitibus sextæ legionis uia: quæ Suessulam fert. G. Fuluius Flaccus legatus cum sociali equitatu constitit e regione Vulturni amnis. Prælium non solito modo clamore ac tumultu est cœptum: sed ad alium uirorum equorum armorumq; sonum disposita in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu: qualis in defectu lunæ soleti nocte fieri solet: edidit clamorem: ut auerteret etiã pugnantium animos. campanos facile i uallo Appius arcebat. Maior uis ab altera parte. Fuluium Annibal & pœni urgebant. legio ibi sexta loco secessit. Qua Pulsas cohors hispanorum cum tribus elephantis usq; ad uallum peruasit. ruperatque mediam aciem romanorum: & in ancipiti spe ac periculo erat: utrum in castra perrumperet an includeretur a suis. Quem pauorem legionis periculumq; castrorum Fuluius ubi uidit. Qu. Nauium priores q; alios centurionum hortatur: ut cohortem hostium sub uallo pugnantem inuadant ac trucident. In summo discrimine rem uerti. aut uiam dandam iis esse & minore conatu: quam condensam aciem irrupissent: in castra irrupturos: aut conficiendos sub uallo esse. nec magni certaminis fore rem. paucos esse & a suis intercluſos: & quæ dum paueat: romanis interrupta acies uideatur: etiam si se utrunque in hostem uertat: ancipiti pugna medios circunuenturam. Nauius: ubi: hæc imperatoris dicta accepit: secundi hastati signum ademptum signifero in hostes infert iacturum in medios eos minitans nisi propere sequantur milites: & partem cãpessant pugnæ. Ingens corpus erat: & arma honestabant. & sublatum alte signum conuerte-

Att. ancipitem pugnã ad Capuã

Att. strepitũ & tinnitum campanorum

rat ad ſpectaculum ciues hoſteſq; Cæteꝝ poſteaq̃ iam ad id ſignum perueñerat hiſpanoꝝ: tum undiq; in eum tragulæ coniectæ: & prope in eum unũ tota acies uerſa. Sed neq; hoſtiũ multitudo: neq; telorũ uis arcere impetum eius uiri potuit: &. M. Attilius legatus primi principis ex eadem legioue ſignum inferri in cohortem hiſpanoꝝ coegit. Et qui caſtris p̃erant. L. pontius Licinus: &. T. Popilius legatus: pro uallo acriter propugnabant: elephantoſq; tranſgredientes in ipſa ualle conficiunt. Quorum cum corporibus oppleta eſſet foſſa uelut aggere: aut ponte iniecto: tranſitum hoſtibus dedit: ibi per ſtragẽ iacentium elephantoꝝ atrox edita cædes: Altera in parte caſtroꝝ iam pulſi erant campani: punicumq; præſidium & ſub ipſa porta Capuæ: quæ Vulturnũ fert: pugnabatur. neq; tam armati irrumpentibus romanis reſiſtebant: quam quod porta baliſtis ſcorpionibuſq; inſtructa miſſilibus procul hoſtes arcebat. & ſuppꝫſſit impetum romanoꝝ uulnus imperatoris Appii Claudii: cui ſuos ãte prima ſigna adhortanti ſub leuo humero ſummũ pectus geſſa ictum eſt. Magna tamen uis hoſtium ante portam eſt cæſa. Cæteri trepidi in urbẽ compulſi. & Annibal poſteaq̃ cohortis hiſpanorum ſtragem uidit: ſũmaq; ui caſtra hoſtium defendi: omiſſa oppugnatione canere ſigna: & conuertere agmina peditum: obiecto a tergo equitatu: ne hoſtis inſtaret: cœpit. legionum ardor ingens ad hoſtẽ inſequendum fuit. Sed Flaccus receptui cani iuſſit ſatis ad utrũq; profectum ratus: ut campani: quam haud multum in Annibale præſidii eſſet: & ipſe Annibal ſentiret. Cæſa eo die: qui huius pugnæ auctores ſunt: octomillia hoium de Annibalis exercitu: tria ex campanis tradunt. ſignaq; carthaginẽſibus quindecim adempta: duo de uiginti campanis: apud alios nequaquã tantam molem pugnæ inuenio pluſq; pauoris: quam certaminis fuiſſe. cum inopinato in caſtra romana numidæ hiſpaniq; cum elephantis irrupiſſent: elephanti per media caſtra uadentes ſtragem tabernaculoꝝ ingenti ſonitu ac fuga abrumpentium uincula iumẽtorum facerent. Fraudem quoq; ſupra tumultũ adiectam immiſſis ab Annibale qui habuit aliquẽ gnaꝝ latinæ linguæ: qui iuberent conſulum uerbis: qm̃ amiſſa caſtra eſſent: pro ſe quẽq; militum in p̃ximos montes fugere. ſed ea celeriter cognita fraus: oppreſſaq; magna cæde hoſtium eſt. Elephãtos igni e caſtris exactos. hoc ultimum: utcũq; initum finitumq; eſt: ante deditionem Capuæ præliũ. Mediatutitus qui ſummus magiſtratus apud cãpanos eſt: eo anno Seppius Leſius erat loco obſcuro tenuiq; fortuna ortus: matrẽ eius quondam pro pupillo eo procurantem familiare oſtentum cũ reſpondiſſet aruſpex ſummũ quod eſſet imperium Capuæ peruenturum ad eum pueꝝ: nihil ad eam ſpem agnoſcentẽ dixiſſe ferunt: næ tu prædicas perditas res campanoꝝ: ubi ſummus honos ad filium meũ perueniet. Ea ludificatio ueri & ipſa in uerum uertit: Nam cum fame ferroq; urgerentur: nec ſpes ulla ſupereſſet ſiſti in ſpeciem honorum: erant honores detrectantibus Leſius quærendo deſertam ac proditã a primoribus Capuam ſummũ magiſtratum ultimus oĩum campanorum cœpit. Cæterum Annibal ut nec hoſtes elici amplius ad pugnam uidit: nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuã poſſe: ne ſuos quoq; cõmeatus intercluderent noui conſules: abſcedere irrito incœpto: & mouere a Capua ſtatuit caſtra. Multa ſecum: quo iam ire pergeret: inde uoluenti: ſubiit animum impetus: caput ipſum belli Romam petẽdi. Cuius rei ſemper cupitæ prætermiſſam occaſionẽ poſt cannenſem pugnam & alii uulgo fremebãt: & ipſe non diſſimulabat: nec opinato pauore ac tumultu non eſſe deſperãdum aliquam partem urbis occupari poſſe. Si Roma in diſcrimine eſſet. Capuã extemplo miſſuros: aut ambos imperatores romanos: aut alterum ex iis. Qui ſi diuiſiſſent copias utrũq; infirmiorem factum aut ſibi: aut campanis bene gerendæ rei fortunam daturos eſſe. Vna ea cura angebat: ne ubi abſceſſiſſet: extemplo dederentur cãpani. Numidam promptum ad omnia audenda donis perlicit: ut: litteris acceptis: ſpecie tranſfugæ caſtra romana ingreſſus altera parte Capuam clam peruadat. Litteræ autem erant adhortatione plenæ: profectionẽ ſuam: quæ ſalutaris illis foret: abſtracturam ad defendendã Romam ab oppugnanda Capua duces: atq; exercitus romanos: ne deponerent animos: tolerãdo pauços dies totam ſoluturos obſidionem. Inde naues in flumine uulturno compræhenſas duci gladio: quod iam ante p̃ſidii cauſa fecerat caſtellum: iuſſit. quarum ubi tantam copiam eſſe: ut una nocte exercitus traiici poſſet: allatum eſt cibariis decem dierum præparatis: deductas nocte ad fluuium legiones ante lucem traiecit. Id priuſq; fieret: ita futurum compertum ex tranſfugis Fuluius Flaccus ſenatui Romam cum ſcripſiſſet: uarie hominum animi pro cuiuſq; ingenio affecti ſunt: ut in re tam trepida: ſenatu extemplo uocato. P. Cornelius: cui Aſinæ cognomen erat: exercitus omneſq; duces ex tota Italia: neq; Capuæ: neq; ullius alterius rei memor ad urbis præſidium reuocabat. Fabius Maximus abſcedi a Capua terreriq; & circumagi admitus: commintionesq; Annibalis flagitioſum ducebat. Qui ad cannas uictor: ire tamen ad urbem auſus non eſſet: eum a Capua repulſum ſpem potiundæ urbis cepiſſe Romæ? Non ad Romam obſidendam: ſed ad Capuæ liberandam obſidionem ire Romam: cum eo exercitu: qui ad urbem eẽt Iouem fœderum ruptorum ab Annibale teſtem deoſq; alios defenſuros eſſe. Has diuerſas ſententias media ſententia. P. Valerii Flacci uicit. Qui utriuſq; rei memor imperatoribus: qui ad Capuam eſſent: ſcribendum cenſuit: Quid ad urbem præſidii eſſet: quantas Annibal copias duceret: aut quanto exercitu ad Capuam obſidendam opus eſſet: ipſos ſcire. ſi & Romam a ducibus alter: & exercitus pars mitti poſſet: ut ab reliquo: & duce: & exercitu Capua recte obſideretur: inter ſe computarent Claudius: Fuluiuſque: utri obſidenda Capua: utri ad prohibendam obſidione patriam Romam ueniendum eſſet. Hoc ſenatuſconſulto Capuam perlato. Quintus Fuluius proconſul: cui collegæ ex uulnere egre-

Attẽ. atrox certa mea circa capuã

Attẽ. hoſtiũ cædem

Præceps annibalis cõſilium

Variæ ſententiæ

diendum Romam erat:e tribus exercitibus milite electo:ad.xy.millia peditum:mille equites uulturnum traducit.Inde cum Annibalem latina uia iturum satis compisset:ipse per Appiæ municipia:quæq; propter eam uiam sunt:Sedicam oram Lauinum ꝑmisit:ut commeatus paratos:& in urbibus haberent:& ex agris deuiis in uiam proferrent:ꝑsidiaq; in urbes contraherent:ut sua cuiq; resp.in manu esset.Annibal:quo die Vulturnum est trãsgressus:haud procul a flumine castra posuit.Postero die ꝑter Cales in agrum sidicinum peruenit:ibi diem unum populãdo moratus:per Suessulam alphanumq; & casinatem agrum uia latina ducit.Sub Casinum biduo statiua habita:& passim populationes factæ. Inde ꝑter Interamnem:Nequinumq; in Fregellanum agrum ad Lirim fluuiũ uentum.ubi interciſum pontem a fregellanis morandi itineris causa iuenit.Fuluium Vulturnus tenuerat amnis: nauibus ab Annibale incensis:rates ad traiiciendũ exercitum magna inopia materiæ ægræ comparãtem.traiecto ratibus exercitu:reliquum Fuluio expeditum iter non per urbes modo:sed circa uiam expositis benigne cõmeatibus erat.Alacresq; milites:alius alium:ut adderet gradum:memor ad defendendã ire patria hortabantur.Romam fregellanus nuncius diem noctẽq; itinere continuato ingentem attulit terrorem:tumultuosius:quam allatum erat:cursu hoium affingentium uana auditis totam urbem concitat.Ploratus mulierũ non ex priuatis solum domibus exaudiebatur:sed undiq; matronæ in publicum effusæ circa deum delubra discurrunt:crinibus sparsis aras uerrẽtes:nixæ genibus:supinas manus ad cælum ac deos tendentes:orantesq; ut urbẽ Romam e manibus hostium eriperent:matresq; romanas & liberos paruos inuiolatos seruarent.Senatus magistratibus in foro ꝑsto est:siquid consulere uelint. Alii accipiunt imperia discedunt; ad suas quisq; officioq; partes.Alii offerunt se:siquo usus opere sit. Præsidia in arce:in capitolio in muris:circa urbem:in monte ẽt Albano:atq; arce Tusculana ponuntur. Inter hunc tumultum.Qu.Fuluium proconsꝫ.profectũ a Capua affertur:cui ne minueretur imperiũ:si in urbem uenisset:decreuit senatus:ut.Qu.Fuluio par cũ consulibus imperium esset.Annibal ifestius: populato agro fregellano:propter incisos pontes per frusinatẽ:ferentinatemq;:& anagninum agrum in labicanum uenit.Inde algido tusculum petiit:nec receptus mœnibus infra tusculũ dextrorsus gabios descendit.Inde in Pupiniam exercitu demisso octomillia passuũ a Roma posuit castra.Quo propius hostis accedebat:eo maior cædes fiebat fugientium.procedentibus numidis plureſq; oĩum generum atq; ætatũ capiebantur.In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cum exercitu Romã ingressus: media urbe ꝑ Carinas Aesquilias contendit.Inde egressus inter Aesquilinam Collinamq; portam posuit castra:ædiles plebis cõmeatum eo cõportarunt.Consules senatusq; in castra uenerunt:ibi de summa reip.consultatum.placuit consules circa portas Collinam Aesquilinãq; ponere castra.G.Calphurnium ꝑtorem urbanum Capitolio atq; arci præesse:& senatum frequentem in foro contineri:siquid itam subitis rebus cõsulto opus esset.Inter hæc Annibal ad Anienẽ fluuium tria millia passuum ab urbe castra admouit ibi statiuis positis ipse cum duobusmillibus equitum a porta Collina usq; ad Herculis templum est progressus.atq; unde maxime poterat:mœnia situmq; urbis obequitans contẽplabatur.Id eum tam licenter:atq; otiose facere:Flacco indignum uisum est.Itaq; immisit equites:submouerique atq; in castra redigi hostiũ equitatum iussit.Cum cõmissum prælium esset:consules transfugas numidas:qui tum in Auentino ad mille & trecentos erant: media urbe transire æsquilias iusserunt. Nullos aptiores inter conualles tectaq; hortorum:& sepulchra:& uacuas undiq; uias ad pugnandum futuros rati.Quos cum ex arce Capitolioq; cliuo publico in equis decurrentes quidã uidissent: captũ Auentinum conclamauerunt.Ea tantũ res tumultum ac fugam præbuit:ut nisi castra punica extra urbem fuissent:effusura se oĩs multitudo pauida fuerit.Tunc in domos atq; intecta refugiebãt: uagosq; in uiis suos pro hostibus lapidibus telisq; incessebant nec comprimi tumultus apeririq; error poterat refertis itineribus agrestium turba pecorumq;:quæ repentinus pauor in urbẽ compulerat.Equestre prælium secundũ fuit:submotiq; hostes sunt:& quia multis locis cõprimendi erant tumultus:q temere oriebantur:Placuit:omnes:qui dictatores:consules:censoresue fuissent:cum imperio esse:donec recessisset a muris hostis.Et diei:quod reliquum fuit, & nocte insequenti multi temere excitati tumultus: sunt oppressiq;.



POSTERO DIE TRANSGRESSVS ANIenem Annibal in aciem oĕs copias eduxit.Nec Flaccus consulesue certamẽ detrectauere.Instructis utrisq; exercitibus in eius pugnæ casum:ĩ qua urbs Roma præmium uictori esset: imber ingens grandine mixtus ita utrãq; aciem turbauit:ut uix armis retentis:in castra sese receperint:nullius rei minore:q̃ hostium metu.& postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit.Vbi recepissent se in castra:mira serenitas cum tranquillitate oriebat.In religionem ea res apud pœnos uersa est:auditaque uox Annibalis fertur: potiundæ sibi urbis Romæ

Vide ne se cũdum orã sit legendũ

Acceſſus fuluii ad urbem

Miror pliniũ scribere ab uno hoste annibale hastã i urbem cõtortam

Atẽ.uanos in urbe tumultus

modo mentē non dari: mō fortunam. Minuere ēt permelius & aliæ paruæ magnæq; res. Magna illa: quod cū ipse ad mœnia urbis Romæ armatus ſederet: milites ſub uexillis in ſupplementū Hiſpaniæ pfectos audiuit: Parua aūt qd' per eos dies eum forte agrum: in quo ipſe haberet caſtra: ueniſſet: nihil ob id diminuto pretio cognitū ex quodā captiuo eſt. Id uero adeo ſuperbum atq; īdignū uiſum eius ſoli quod ipſe bello captū poſſideret: haberetq; inuētū Romæ emptorem: ut extēplo uocato præcone tabernas argentarias: quæ circa foꝝ romanū tunc eſſent: iuſſerit uenire. His motus ad Turiā fluuiū caſtra retulit: ſex mīllia paſſuum ab urbe: Inde ad Lucū Feroniæ pergit ire templū ea tēpeſtate inclytū diuitiis. Capenates aliqui accolæ eius erant: primitias eo frugū donaq; alia pro copia portātes multo auro argentoq; id exornatū habebant. His oībus donis tum ſpoliatū templū æris acerui cū rudera mili-tes religiōe inducti iacerent poſt profectionē Annibalis magni inuenti. Huius populatio tēpli haud dubia inter ſcriptores eſt. Cælius Romā euntē ab Ereto diuertiſſe Annibalē tradit: iterq; eius ab Reate: Cupiliiſq; & ab Amiterno: orditur ex Cāpania in Sānium inde in pelignos peruenīſſe: pterq; oppidum Sulmonē inſtituit in Marrucinos tranſiſſe. Inde albēſi agro in marſos. Hinc Amiternū Foruloſq; uicū ueniſſe. Neq; ibi error eſt: qd' tanti exercitus ueſtigia intra tam breuis æui memoriā potuerint cōfundi iſſe. n. ea cōſtat. Tm̄ id itereſt: uenerit ne eo itinere ad urbē an ab urbe ī Cāpaniā redierit: Cæteꝝ non q̄tum pertinaciæ ad præmendā obſidiōe Capuā romanis fuit tantum ad defēdēdam Annibali. Nāq; ex lucanis in brutiū agrum: ad fretum uero ac Regiū tanto curſu contēdit: ut ꝓpe repentino aduentu incautos oppreſſerit. Capua & ſi nihilo ſegnius oppreſſa per eos dies fuerat: tamē aduentum Flacci ſenſit: & admiratio orta eſt: nō ſimul regreſſum Annibalem: Inde per colloquia intellexerunt relictos ſe deſertoſq; & ſpem Capuæ retinendæ deploratā eſſe apud pœnos. Acceſſit edictum procōſulis ex ſenatuſconſulto propoſitū uulgatūq; apud hoſtes: ut qui ciuis cāpanus ante certam diem tranſiſſet: ſine fraude eſſet: nec ulla facta eſt trāſitio: metu magis: eos q̄ fide continēte: quia maiora in defectione deliquerant: q̄ quibus ignoſci poſſet. Cæteꝝ quemadmodū nemo priuato conſilio ad hoſtē tranſibat ita nihil ſalutare in medium conſulebat. Nobilitas remp. deſeruerat: neq; in ſenatum cogi poterat in magiſtratu autē erat: qui non ſibi honorē adieciſſet: ſed indignitate ſua uim ac ius magiſtratui: quē gerebat dempſiſſe. iam ne in foro quidem: aut publico loco principū quiſquam apparebat domibus incluſi patriæ occaſum: cum ſuo exitio in dies. expectabant. Summa curæ oīs in Boſtarem: Hannonē q; præfectos præſidii punici uerſa erat: ſuo nō ſociorum periculo ſollicitos. Hi conſcriptis ad Annibalem litteris non libere modo: ſed etiam aſpere: quibus non Capuā ſolum traditam in manu hoſtium: ſed ſe quoq; & præſidiū in oēs cruciatus ꝓditos incurſabant: abiſſe eum in brutios: uelut auertentem ſe: ne Capua in oculis eius caperet. At hercule romanos ne oppugnatiōe quidē urbis Romæ aſtrahi a Capua obſidenda potiſſe: tanto conſtātiorem inimicum romanum: q̄ amicum pœnum eſſe. Si rediret Capuam: bellūq; omne eo uertat: & ſe & cāpanos paratos eruptioni fore. Nō cum reginis: neq; tarē tinis bellum geſturos tranſiſſe alpes: ubi romanæ legiones ſint: ibi & carthaginēſium exercitus debere eſſe. Sic ad Cannas: ſic ad Thraſymenū rem benegeſtam coeundo: conferendoq; cum hoſte caſtra: fortunam tentando. In hanc ſentētiam litteræ conſcriptæ numidis propoſita mercede iā profeſſis operam dantur. hi ſpecie tranſfugarum: cū ad Flaccum in caſtra ueniſſent: ut inde tempore captato abirēt: fameſq; quæ tandiu Capuæ erat nulli non ꝓbabilem cauſam tranſitionis faceret Mulier repēte cāpana in caſtra uenit: ſcortum tranſfugarum unius. indicatq; imperatori romano numidam fraude cōpoſita tranſiſſe: litteraſq; ad Annibalem ferre. Id unum ex iis: qui ſibi rem aperuiſſet: arguere ſeſe paratam eſſe. Productus primo ſatis conſtanter ſe mulierem ignorare ſimulabat. Paulatim deinde conuictus ueris cum tormenta poſci: & parari uideret: faſſus id ita eſſe litteræq; prolatæ: & additum etiam īdicio: quod celabatur: & alios ſpecie tranſfugaꝝ numidas uagari in caſtris romanis. Hi ſupra. lxx. com prænenſi. & cum tranſfugis nouis mulctati uirgis: manibuſque præciſis Capuam rediguntur. Cōſpectum tam triſte ſupplicium animos fregit campanoꝝ: concurſus ad curiam populi factus: coegit Leſium ſenatum uocare: & primoribus: qui iamdiu publicis conſilis aberant: propalam minabantur: niſi uenirent in ſenatu circa domos ituros ſe: & in publicum omnes ui extracturos eſſe. Is timor frequentem ſenatum magiſtratui præbuit. Ibi cum cæteri de legatis mittendis ad imperatores romanos agerent: Vibius Virius: qui defectiōis ab romāis auctor fuerat. interrogatus ſentētiam negat eos: qui de legatis & de pace ac deditione loquantur: meminiſſe ſe nec quid facturi fuerint: ſi rōanos in poteſtate habuiſſent: nec quid ipſis patiendum ſit. Quid uos: inquid: eam deditionem fore cenſetis: qua quondam: ut aduerſus ſamnites auxilium impetraremus: nos noſtraq; omnia romanis dedimus? Iā e memoria exceſſit. quo tempore: & in qua fortuna a populo romano defecerimus: Iam quemadmodū in defectione præſidium: quod poterat emitti: per cruciatum & ad contumeliam necauerimus: quotiēs in obſidentis: quam inimici eruperimus? caſtra oppugnauerimus? Annibalē uocauerimus ad opprimendos eos? hoc quod recentiſſimum eſt: ad oppugnandam Romam hinc eum miſerimus? Age contra: quæ illi infeſte in nos fecerint: repetite: ut ex eo: quid ſperetis: habeatis. Cum hoſtis alienigena in Italia eſſet: & Annibal hoſtis: & cuncta bello arderent: omiſſis oīs omiſſo ipſo Annibale ambos conſules: & duos conſulares exercitus ad Capuā oppugnandā miſerunt. Alteꝝ circūuallatos incluſoſque nos fame macerant: & ipſi nobiſcum ultima pericula grauiſſimos labores perpeſſi: circa uallum ac foſ-

Vide ne p inde eius ſit legēdū & nō p me lius

Lucuſ fero niæ

Foruli ſabi noꝝ uicus

Seppiū læ ſium itelli ge q Me dia tutitus erat

Capuæ

Mulieris prodicio

Att' Trāſfu gaꝝ ſuppli cia

Vibii uer ba ī ſenatu

ſas ſæpe trucidati:& prope ad extremū caſtris exuti.Sed omitto hæc.Vetus atq; uſitata res ē oppugnā da hoſtium urbe:labores ac pericula pati.Illud iræ atq; odii execrabilis indicium eſt.Annibal ingenti bus copiis peditum equitūq; caſtra oppugnauit:& ex parte cepit:tanto piculo nihil moti ſunt ab obſi/ dione.ꝑfectus trans Vulturnū peruſſit calenū agrum:nihil tanta ſocioꝝ clade auocati ſunt. Ad ipſam urbem Romā infeſta ſigna ferri iuſſit:Eam quoq; tempeſtatē īminētem ſpreuerunt. Trāſgreſſus Ani enem tria millia paſſuum ab urbe caſtra poſuit Poſtremo ad mœnia ipſa & ad portas acceſſit.Romā ſe ademptuꝝ eis niſi omitterent Capuā oſtendit & nō omiſerunt.Feras beſtias cæco impetu ac rabiæ cō citatas ſi ad cubilia & catulos eaꝝ ire pergas:ad opem ſuis ferendā auertas:Roma circūſeſſa romanos coniuges liberi quoꝝ ploratus hic quoq; prope exaudiebant:aræ:foci:deoꝝ delubra:ſepulchra maio rū uulſa temerata:atq; uiolata a Capua non auerterūt.tanta auiditas ſupplicii expetendi:tanta ſangui nis noſtri hauriēdi eſt ſitis.Nec iniuria forſitan.nos quoq; idem feciſſemus : ſi data fortuna eſſet. Itaq; quando aliter diis īmortalibus uiſum eſt cū mortē nec recuſare quidē debeā:cruciatus contumeliaſq; quas ſperat hoſtis:dum liber:dū mei potens ſum:effugere:morte præterquā honeſta etiā leui poſſū. Non uidebor apud Claudiū:&.Qu.Fuluium uictoria inſolēti ſubnixos:neq; uictus per urbem romā triumphi ſpectaculū trahar:ut deinde in carcerē:aut ad palū deligatus:lacerato uirgis tergo:ceruicem ſecuri romanæ ſubiiciam.Nec dirui incendiq; patriam uidebo:nec rapi ad ſtruprū matronas cāpanas uirgineſq;:& ingenuos pueros.Albam unde ipſi oriundi erant:a fundamentis proruerunt:ne ſtirps: ne memoria originū ſuaꝝ extaret:ne dum eos Capuæ parſuros credam:cui infeſtiores: q̄ Carthagini ſint.Itaq; quibus ueſtrum ante fato cedere:q̄ hæc tot tam acerba uideant:in animo eſt:iis apud me ho die epulæ iſtructæ patæq; ſunt.ſaciatis:uino ciboq; poculum idē:qd' mihi datum fuerit:circunferetur. Ea potio corpus a cruciatu:aīum a contumeliis aures:oculos auidendis audiēdiſq; oībus acerbis indi gniſq;:quæ manent uictos uindicabit.Poſtea parati erunt:qui magno rogo in ꝑpatulo ædium accen ſo corpora exanimata iniiciant.Hæc una uia & honeſta:& libera ad mortem.& ipſi uirtutem mirabun tur hoſtes.& Annibal fortes ſocios ſciet a ſe deſertos:ac proditos eē.Hanc orationē Vibii Virriꝰplures audierunt:cū aſſenſu quam forti aīo id quod probabāt:exequi potuerunt.Maior pars ſenatus multis ſæpe bellis expertam populi romani clæmentiā haud diffidentes ſibi quoq; placabilem fore : legatos ad dedendā rōanis Capuā decreuerunt:miſeruntq;.Vibium Virriū ſeptē & uigīti ferme ſenatores do mū ſecuti ſunt:epulatiq; cum eo:& q̄tum facere potuerant alienatis mentibus uno:ab īminentis ſen/ ſu mali uenenū oēs ſumpſerunt.Inde miſſo conuiuio dextris iter ſe datis:ultimoq; cōplexu collachry mantes ſuū patriæq; caſum:alii:ut eodem rogo cremarentur:manſerunt:alii,domos digreſſi ſunt Im/ pletæ uino cibiſq; uenæ minus efficacē in maturāda mortæ uim ueneni fecerūt.Itaq; noctē totā plæri/ q; eoꝝ:& diei inſequētis partē iis cum aīam egiſſent oēs tamen:priuſquā aperirent hoſtibus portæ ex pirarūt.Poſtero die porta Iouis:quæ aduerſus caſtra romana erat:iuſſu ꝑcōſulis apta ē.ea ītromiſſa le/ gio una:& duæ alæ cū.C.Fuluio legato.Is cū oīum primū arma telaq;:q̄ Capuæ erāt:ad ſe cōferēda cu raſſet cuſtodiis ad oēs portas diſpoſitis:neq; exire:aut emitti poſſet:ꝑſidium punicū cōpræhēdit:ſena tū cāpanū ire in caſtra ad ꝑeratores romanos iuſſit quo cū ueniſſent:extēplo his oībus cathænæ inie/ ctæ iuſſiq; ad quæſtores deferri.Quod auri argēti haberent:auri pōdo.lxx.fuit.argēti triamillia pō/ do &.cc.ſenatores qnq; & uiginti Cales in cuſtodiā:duo de.xxx.Theanū miſſi:quoꝝ de ſnīa maxime deſcitū ab romanis cōſtabat.De ſupplicio cāpani ſenatus haud quaquā īter Fuluiū Claudiūq; cōuenie bat.facilis īpetrādæ ueniæ Claudius:Fuluii durior ſnīa erat.Itaq; Appius Romā ad ſenatū arbitriū ei rei totū reiiciebat percūctādi ēt æquum eē ptātem fieri patribus:num cōmunicaſſent cōſilia cū aliqbus ſocioꝝ latini noīs municipioꝝ:& nū ope eoꝝ ī bello forēt:& mūicipioꝝ adiuti?id uero minime cōmit/ tendū eſſe Fuluius dicere:ut ſollicitarent criminibus dubiis ſocioꝝ fideliū animi:& ſubiicerent Indici bus:quis neq;:qd facerēt:quicquā unquā pēſi fuiſſet.Itaq; ſe eā quæſtionē oppreſſuꝝ extincturumq;



AB HOC SERMONE CVM DIGRESSI ES/ ſent:& Appius quāuis ferociter loquētē collegā nō dubitaret tū litteras ſup tāta re a Roma expectatuꝝ Fuluius ne idipſū impedimētū icœpto foret: dimit/ tens prætoriū tribunis militū ac ꝑfectis ſocioꝝ ipe/ rauit:uti duobus millibus eqtum delectis denūcia/ rēt:ut ad tertiā buccinā ꝑſto eſſent.cum hoc equita/ tu nocte Theanum ꝑfectus prima luce portam in/ trauit:atq; inſoꝝ perexit:concurſuq; ad primū equi tum īgreſſum facto.magiſtratū ſidicinum citari iuſ/ ſit:imperauitq; ut ꝑduceret cāpanos quos in cuſto/ dia haberet.Producti oēs:uirgiſq; cæſi:ac ſecuri per/ cuſſi.Inde citato equo Cales percurrit:ubi cū in tri/ bunali conſediſſet:productiq; cāpani deligarentur ad palū eques citus ab Roma uenit.litteraſq; a.C. Calphurnio populoq; romano Fuluio tradidit.Murmur a tribunali totā concionē peruaſit deferri tē

Vibius ſe natores ad exitialem cœnam in/ uitat

integram ad patres de cāpanis & Fuluius id ita esse ratus: acceptas litteras: neq; resolutas cū ingremio reposuisset: præconi imperauit. ut lictorem lege agere iuberet. Ita quoq; de iis: qui Calibus erāt sumptum supplicium. tum litteræ lectæ: senatusq; cōsultum seqū ad impediendā rem actā: quæ sūma ope apparata erat: ne impediri posset. Cōsurgentem iam Fuluiū Taureat Iubellius cāpanus per mediam uadens urbem: turbāq; nomine inclamauit: & cū mirabundus quidnam sese uellet: inquireret residens Flaccus: me quoq; inquit: iube occidi: ut gloriari possis multo fortiorē quam: ipse es: uiq; abs te occisū esse. Cū Flaccus negaret, pfecto satis cōpotem esse mentis: mō prohiberi etiā se: si id uellet. S. C. diceret Iubellius quādo quidem: inquit: capta patria, ppinquis amicisq; amissis: cū ipse manu mea cōiugem liberosq; interfecerim: nequid indigni paterent: mihi ne mortis quidē copia eadem est quæ his ciuibus meis petatur a uirtute inulsæ huius uitæ uindicta: atq; ita gladio: quē ueste texerat: perauersum pectus transfixus ante pedes impatoris, pcubuit moribūdus. Quia & qd ad supplicium attinet cāpanoq; & plæraq; alia de Flacci unius sñia acta erant: mortuū Appium Claudiū sub deditionē Capuæ quidā tradunt hunc quoq; ipsum Tauream neq; sua spōte uenisse Cales neq; sua manu interfectū: sed cum inter cæteros ad palum deligatus: quia pax inter strepitus exaudiri possent: quæ uociferabantur filētium fieri Flaccum iussisset: tum Taureā illam. quæ ante memorata sunt: dixisse uirq; fortissimum a nequaquā pari ad uirtutem occidi. Sub hæc dicta iussu proconsulis præconē ita, pnunciasse lictor uiro forti adde uirgas: & in eū primū lege age. Lectum quoq; senatusconsultū priusquam securi feriret: quidam auctores sunt. sed quia ascriptum in senatusc̄sulto fuerat: si ei uideretur: integrā rem ad senatum reiiceret: interpretatū esse quid magis e rep. duceret æstimationē sibi permissam Capuā a Calibus reditum est. Atellaq; & Galatia in deditionē acceptæ: ibi quoq; in eos: qui capita rei erant: aīaduersum ē. Ita ad. lxx. principes senatus interfecti trecenti ferme nobiles campani in carcerē condīri. Alii per socium latini nominis urbes in custodias dati: uariis casibus interierunt. Multitudo alia ciuiū campanorum uenundata. de urbe agroq; reliqua cōsultatio fuit. Quibusdam delēdam censentibus urbē præualidam: propinquā inimicā. Cæteq; præsens utilitas uicit: Nam, ppter agrū: quem omni fertilitate terræ latis constabat primū in Italia esse urbs seruata est: ut esset aliqua aratoq; sedes. urbi frequētandæ multitudo incolaq;: libertinorūq;: & institoq;: opificumq; retenta. ager oīs & tecta publica populi romani facta. Cæteq; habitare tātum tanq̄ urbē Capuam frequentariq; placuit: corpus nullū ciuitatis: nec senatū nec plebis cōsilium: nec magistratus esse. sine consilio publico: sine iperio multitudinem nullius rei inter se sociam ad cōsensum inhabilē fore præfectū ad oīa iura reddenda ab Roma quot annis missuros. Ita ad Capuam res cōpositæ consilio ab omni parte laudabili: seuere & celeriter i maxime noxios aīaduersum: multitudo ciuium dissipata in nullā spem reditus. Non scæuitum incendiis: ruinisq; in tecta i noxia: muroq; & cum emolumento quæsita etiā apud socios lenitatis species incolumitate urbis nobilissimæ opulentissimæq;. Cuius ruinis oīs cāpania omne: qui Campaniā circa accolūt: populi ingemuissent. confessio expressa hosti: q̄ta uis in romanis ad expetendas pœnas ab infidelibus sociis: & q̄ nihil in Annibale auxilii esset ad receptos in fidem tuēdos. Romani pro cōsules perfuncti: qd ad Capuam attinebat: cura. G. Neroni ex iis duabus legionibus: quas ad Capuam habuerāt: sexmillia peditum & trecētos equites: quos ipse legisset: & socium latini noīs peditū numeq; parem: & octingētos eq tes decernunt. Quē exercitum Puteolis i naues impositū Nero in Hispaniam trāsportauit. Cū Tarraconem nauibus ueniisset: expositisq; ibi copiis: & nauibus subductis: socios quoq; nauales multitudinis augendæ causa armasset, pfectus ad Ibeq; flumen exercitum a. T. Fonteio: & martio accepit. Inde pgit ad hostes ire Asdrubal Amilcaris ad lapides atros castra habebat i ausitāis. Is locus ē iter oppida Ilurgurtim: & Mentisā. Huius saltus fauces Nero occupauit. Asdrubal: ne in arto res esset: cauduceatorē misit: qui, pmitteret: si inde missus foret: se oēm exercitū ex Hispania deportaturo. Quam rem cū læto aīo romanus accepisset: diem posteq; Asdrubal colloquio petiit: ut romani leges cōscriberent de tradē dis arcibus urbium. dieq; statuenda: ad quā præsidia deducerent: suaq; oīa sine fraude pœni deportarent: quod ubi impetrauit: extemplo primis tenebris: atq; inde tota nocte: quod grauissimū exercitus erat: Asdrubal: quacūq; posset: euadere e saltu iussit. Data sedulo opera est. ne multi ea nocte exirent: ut ipsa paucitas tum ad hostem silētio fallēdum aptior: tum ad euadendū per arctas semitas: ac difficiles esset: uentū insequenti die ad colloquium est: sed loquēdo plura: scribendoq; dedita opa quæ in rē non essent die cōsumpto in posteq; dilatum est. Addita insequēs nox spatiū dedit & alios emitēdi. nec postero die res finē inuenit. Ita aliquot dies disceptando palam de legibus: nocteq; emittendis clam e castris carthaginensibus absumptæ: & posteaq̄ maior pars emissa exercitus erat: iam, ne iis: quidē quæ ultro dicta erant: stabat minusq; ac minus cum timore: simul fide decrescente conueniebat. Iam ferme pedestres oēs copiæ euaserant e saltu: cum prima luce dēsa nebula saltum oēm: camposq; circa intexit. Quod ubi sensit Asdrubal: mittit ad Neronē: qui in posterū diem colloquium differat. Illum diē religiosum Carthaginēsibus ad agēdum quicquā rei feriatum esse ne tum quidē suspecta fraus: Cum data esset uenia eius diei: extemplo Asdrubal cū equitatu: elephantisq; castris egressus sine ullo tumultu in tutum euasit. Hora ferme quarta depulsa sole nebula apperuit diem: uacuaq; hostiū castra cōspexerunt romani. Tum demū Claudius punicā fraudem: agnoscēs: ut se dolo captū sensit: pficiscentem i stitit sequi: paratus cōfligere acie. sed hostis detrectabat pugnā: leua tamē prælia inter extremū puni-

Vide ne appropata potiusſit legendū aut simpliciter properata

Atellā & Galatia receptæ

Campani uenditi

Asdrubal Neronem ludificatur

cum agmen præcurſoreſq; romanoꝝ fiebant. Inter hæc Hiſpaniæ populi nec qui poſt cladem acceptã defecerant: redibant ad romanos: nec ulli noui deficiebant: & Romæ ſenatui populoq; poſt receptam Capuam non Italiæ iam maior: q̃ Hiſpaniæ cura erat. exercitum augeri: & imperatorẽ mitti placebat. Nec tamen quem mitterent: ſatis conſtabat quoniam illuc: ubi duo ſummi imperatores ĩtra dies. xxx. cecidiſſent qui in locum duoꝝ ſuccederet: extraordinaria cura deligendus eſſet. Cum alii alium noĩa rent: poſtremũ eo decurſum eſt: ut populus proconſuli creando in Hiſpaniam comitia haberet: diemq; comitiis conſules edixerunt. Primo expectauerant: ut qui ſe tanto imperio dignos crederent: nomi na profiterentur. Quæ ut deſtituta expectatio eſt: redintegratus luctus acceptæ cladis: deſideriũq; im peratoꝝ amiſſoꝝ. mœſta itaq; ciuitas prope inops conſilii comitioꝝ die tamen in campum deſcendit atq; in magiſtratus uerſi: circũſpectant ora principum aliorumq; alios intuentium: fremuntq; adeo p/ ditas res deſperatum q; de rep. eſſe: ut nemo audeat in Hiſpaniam imperium accipere. Cum ſubito. P. Cornelius illius: qui in Hiſpania ceciderat filius quattuor & ferme uiginti ãnos natus: profeſſus ſe pe tere: in ſuperiore: unde conſpici poſſet: loco conſtitit. In quem: poſteaq̃ oĩum ora conuerſa ſunt: clamo re ac fauore extemplo ominati ſunt fœlix fauſtumq; imperiũ. Juſſi deinde inire confuſum ſuffragium ad unum oẽs non centuriæ modo: ſed etiam homines. P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam iuſſe/ runt. Cæteꝝ poſt rem actam: ut iam reſederat impetus aioꝝ ardorq; ſilentium ſubito ortum: & tacita cogitatio quidnam egiſſent noui: quod fauor plus ualuiſſet: q̃ ratio ætatis: maxime pœnitebat. quidã etiam fortunam domus horrebant: nomenq; ex funeſtis duabus familiis in eaſq; prouincias: ubi iter ſepulchra patris patruiq; res gerendæ eſſent proficiſcentis. Quod ubi ab re tanto impetu acta ſolicitu/ dinem curamq; hoĩum auertit: aduocata concione: ita de ætate ſua imperioq; mandato & bello: quod gerendum eſſet: magno elatoq; aio differuit: ut ardorem eum: qui reſederat: excitaret rurſus: innoua/ retq; & impleret hoies certioris ſpei: q̃ quantum fides promiſſi humani: aut ratio ex fiducia reꝝ ſubire ſolet. Fuit enim Scipio non ueris tantum uirtutibus mirabilis: ſed arte quoq; quadã ab iuuẽta in oſtẽ/ tatione earum compoſitus. plæraq; apud multitudinem aut per nocturnas uiſa ſpecies: aut uelut diui nitus mente monita agens. ſiue & ipſi capti quadam ſuperſtitione animi: ſiue ut imperia conſiliaque uelut ſorte oraculi miſſa ſint: nec cunctatione aſſequerẽtur. Ad hæc iam inde ab initio præparans aĩos ex quo togam uirilem ſumpſit: nullo die prius ullam publicam priuatamq; rem egit quam in Capito lium iret: ingreſſuſq; ædem conſideret & plærunq; tempus ſolus in ſecretum ibi tereret: hic mos qui p omnem uitam ſeruabatur ſeu conſulto. ſeu temere uulgatæ opinioni fidem apud quoſdam fecit: ſtir/ pis eum diuinæ uiꝝ eſſe: rettulitq; famã in Alexãdro Magno prius uulgatam & uanitate: & fabula pa rum. anguis imanis concubitu cõceptum: & in cubiculo matris eius perſæpe uiſam prodigii eius ſpe/ cie: interuentuq; hominũ euolutam repente: atq; ex oculis elapſam: his miraculis nunquam ab ip/ ſo illuſa fides eſt: quin potius aucta arte quadam nec: abnuendi tale quicquam: nec palam affirmandi. Multa alia eiuſdem generis alia uera. alia: affimulata admirationis humanæ in eo iuuene exceſſerant modum. quibus fræta tunc ciuitas ætati haud quaquã maturæ tantam molem reꝝ: tantumq; imperi/ um permiſit. Ad eas copias: quas ex uetere exercitu hiſpania habebat: quæq; a Puteolis cum. G. Nero ne traiectæ erãt: decem millia peditum: & mille equites addũtur: &. M. Junius Syllanus prætor ad/ iutor ad res gerendas datus eſt. Ita cum. xxx. nauium claſſe. Omnes autem quinqueremes erant. Ho/ ſtilis Tyberinis profectus prætor oram tuſci maris alpes: atq; gallicum ſinum. & deinde pyrænei circũ uectus promontorium emporiis urbe græca (oriundi: & ipſi a Phocea ſunt) copias expoſuit. Inde ſeq nauibus iuſſis Tarraconem pedibus profectus conuentum oĩum ſociorum. (etenim legatiões ad fa/ mam: aduentus eius ex omni ſe prouincia effunderãt (habuit: naues ibi ſubduci iubet: remiſſus quat/ tuor triremibus maſſilienſinm: quæ officii cauſa a domo proſecutæ fuerant: Reſponſa inde legationi bus ſuſpenſis. uarietate tot caſuum dare cœpit ita elato ab ingenti uirtutum ſuaꝝ fiducia animo ut nul lum ferox urbem excideret. Ingenſq; oĩbus: quæ diceret: ineſſet tum maieſtas: tum fides. Profectus a Tarracone & ciuitates ſociorum: & hyberna exercitus adiit: collaudauitq; milites: quod duabus: tãtis cladibus deinceps icti prouinciam obtinuiſſent: nec fructum ſecundaꝝ rerum ſentire hoſtis paſſi: om ni cis Iberum agros eos arcuiſſent: ſocioſq; cum fide tutati eſſent. Martium ſecum habebat cum tanto honore: ut facile appareret: nihil minus eum uereri: q̃ nequis obſtaret gloriæ ſuæ. Succeſſit inde ſylla/ nus Neroni: & in hyberna noui milites deducti. ſcipio oĩbus: quæ adeunda agendaq; erãt: mature ad ditis per actiſq; Tarraconem conceſſit. Nihilo minor fama apud hoſtes ſcipionis erat: q̃ apud ciues ſo cioſq;. & diuinatio quædam futuri: quo minus ratio timoris redddi poterat: eo oppportune maiorem inferens metum. In hyberna diuerſi conceſſerũt Aſdrubal Giſgonis uſq; ad Oceanum: & gades: Ma/ go in mediterranea maxime ſupra caſtulonenſem ſaltum: Aſdrubal Amilcaris filius proximus Ibero circa ſaguntum hybernauit Aeſtatis eius tempore extremo: quo capta eſt Capua: & ſcipio in Hiſpani/ am uenit: pũica claſſis ex ſicilia Tarentũ ad accita arcendos cõmeatus præſidii romani: quod in arce Ta rentina erat: clauſerat quidem oĩs ad arcem a mari aditus: ſed aſſidendo diutius: artiorem annonam ſociis: q̃ hoſti faciebat. non. n. tantum ſubuehi oppidanis per pacata littora: apertoſq; portus præſidio nauium punicaꝝ poterat: quantum frumenti claſſis ipſa turba nauali mixta ex omni genere hoĩum abſumebat: ut arcis præſidium etiam ſine inuecto: quia ibi pauci erant ex ante præparato ſuſtentari

Scipiõi ante legiti mã ætatẽ i. periũ ſuffragio populi eſt in hiſpaniam quæſitum

Vide gællium & plinium

posset:classiq; & tarentinis ne inuectum quidem sufficeret. Tandem maiore gratia:q̃ uenerat classis dimissa est. Annona haud multum laxauerat:quia remoto maritimo præsidio:subuehi frumentum nõ poterat. Eiusdem æstatis exitu. m. marcellus ex sicilia prouincia cum ad urbem uenisset:a. G. Calphurnio prætore senatus ei ad ædem Bellone datus est:ibi cum de rebus a se gestis disseruisset:quæstus leniter non suam magis:q̃ militum uicem:quod prouincia confecta:exercitum deportare non licuisset postulauit:ut triumphanti urbem inire liceret:id non impetrauit:cum multis uerbis actum esset:utrũ minus conueniret. cuius nomine absentis ob res prospere ductu eius gestas supplicatio decreta foret & diis imortalibus habitus honos:ei præsenti negare triumphum:ante quam tradere exercitum successori iussissent quod nisi manente in prouincia bello decerneretur:eum quasi de bello triumphare: cum exercitus teitis meriti:atq; imeriti triumphi abesset. Medium uisum: ut urbem ouans iniret: tribuni ple. ex auctoritate senatus ad populũ tulerũt:ut. m. marcello: quo die urbẽ ouans iniret imperiũ esset pridie quamut bem iniret in mõte Albano triumphauit:Inde ouans multam præ se prædam in urbem intulit:cum simulacro captaq; syracusarum catapultæ:baliſtæq;:& alia omnia instrumenta belli lata:& pacis diuturnæ regiæq; opulentiæ ornamenta: argenti æriſq; fabrefacta uasa:& alia supellex pretiosaq; uestis:& multa nobilia signa:quibus inter primas græciæ urbes Syracusæ ornatæ fuerant. Punicæ quoq; uictoriæ signum octo ducti elephanti:& non minimum fuit spectaculum:cum coronis aureis præcedentes Sosis Syracusanus & Mericus hispanus:quorum altero duce nocturno Syracusas introitum erat:alter Nassum:quodq; ibi præsidii erat:prodiderat his ambobus ciuitas data:& quinquagena iugera agri solidi in agro Syracusano:qui aut regius aut hostium populi romani fuisset:& ædes Syracusis:cuius uellent eorum:in quos belli iure animaduersum esset. Merico uero hispaniscq; qui cũ eo transierant:urbs agerq; in Sicilia:ex iis:qui a populo romano defecissent iussa dari id. M. Cornelio mandatum:ut ubi ei uideretur:urbem agrumq; eis assignaret. In eodem agro belligeni:per quem illectus ad transitionem Mericus erat. cccc. iugera agri decreta. Post profectionẽ ex Sicilia Marcelli punica classis octomillia peditum:tria numidaq; equitum exposuit. ad eos Murgeniæ desiuerunt:terræ secutæ defectionem eaq; Hybla & Manella sunt:& ignobiles quædam aliæ:& numidæ præfecto Muti ne uagi per totam Siciliam sociosq; populi romani agros urebant. super hoc exercitus romanus iratus partim:quod cum imperatore non deuectus ex prouicia esset:partim:quod in oppidis hybernare uetiti erant:segni fungebantur militia:magisq; eis auctor ad seditionem:q̃ animus deerat:Inter has difficultates. M. Cornelius prætor & militum animos nunc consolando:nunc castigando sedauit:& ciuitates omnes:quæ defecerant:in deditionem redegit:atq; ex his Murgantiam hispanis: quibus urbs agerq; debebatur ex. S. C. attribuit. Consules cum ambo Appuliam prouinciam haberent:minusque iam terroris a pœnis & Annibale esset:sortiri iussi Appuliam:Macedoniãq; prouincias:Sulpicio Macedonia euenit:isq; Leuino successit. Fuluius Romam comitiorum causa accitus cum comitia consuli bus rogandis haberet:prærogatiua centuria iuniorum declarauit. T. Manlium Torquatum &. T. Octacilium. Manlius:qui præsens erat:gratulandi causa cum turma coiret:nec dubius esset consensus populi magna circunfusus turma ad'tribunal consulis uenit:petitq;:ut pauca sua uerba audiret:centuriamq; quæ tulisset suffragium:reuocari iuberet. Erectis omnibus expectatiõe quidnam postulaturus esset oculorum ualitudinem excusauit:Impudentem & gubernatorem & imperatorem esse:qui cum alienis oculis ei oĩa agenda sint:postulet sibi alioq; capita:ac fortunas cõmitti: proinde: si uideretur:& redire in suffragium centuriam iunioq; iuberet:& meminisset in consulibus creandis belli quod ĩ Italia sit temporumq; reip. uix dum requiescere se in auris a strepitu & tumultu hostili: quo paucos ante menses assederint prope mœnia romana. Post hæc cum centuria frequens fucclamasset:nihil se mutare sententiæ:eosdemq; consules dicturos esse:tum Torquatus:Neq; ego uestros:inquit:mores cõsulere potero:neq; uos imperium meum:redite in suffragium:& cogitate bellum punicum in Italia:& hostium ducem Annibalem esse. Tum centuria & auctoritate mota uiri & admirantium circa fremitu petit a consule:ut centuriam senioq; citaret. Velle sese cum maioribus natu colloqui: & ex auctoritate eoq; consules dicere. Citatis centuriæ senioribus:datum secreto in ouili cum his colloquendi tempus Seniores de tribus consulendum dixerunt esse. Duobus iam plenis honoq;. Qu. Fabio &. M. Marcello:& si utiq; nouum aliquem aduersus pœnos consulem creari uellent. M. Valerium Leuinum egregiæ aduersus Philippum regẽ gessisse terra mariq;. Itaq; de tribus consultatione data senioribus dimissis iuniores suffragium ineunt. M. Marcellum Claudium fulgẽtem tum Sicilia domita:&. M. Valerium absentes consules dixerunt:auctoritatem prærogatiuæ oẽs centuriæ secutæ sunt. Eludant nũc antiqua admirantes:non equidem:siqua sit sapientium ciuitas:q̃ docti fingunt magis: q̃ norunt: aut principes geauiores:temperatioresq; a cupidine imperii aut multitudinem melius moratam censeãt fieri posse. Centuriam uero iunioq; seniores consulere uoluisse:quibus imperi suffragium mandaret uix:ut uerisimile sit:parentum quoq; hoc sæculo uilis leuisq; apud liberos auctoritas fecit. Prætoria ide comitia habita. P. Manlius Valens:&. L. Manlius Acidinus:&. G. Lectoribus:&. L. Cincius Almentus creati sunt. Forte ita incidit:ut comitiis perfectis:nunciaretur. T. Octacilium:quem. T. Mãlio:omniș tũ interpellatus ordo comitioq; esset:collegam absentem daturus fuisse uidebatur populus: mortuum in Sicilia esse.

M. Marcellus ẽ Vrbe

marcello triumphus denegatur

Marcellus ĩ albano morte triũphat

Marcelli ouatio

Triginta aeritq; hor: quæ M. Marcellus habuit

T. Manlius torquatus honestum egit

Atĩ. exemplũ publicæ charitatis ĩ. T. mãlio

Ouile

Alij consules eligunt

m. marcellus. m. Valerius leuinus cons.

Laus Plebis Romanæ

Ludi Apollinares primo ueri

Prodigia visa



LVDI APOLLINARES ET PRIORE ANNO ut fuerunt:& eo anno fierent: repente Calphurnio prætori senatus decreuit:ut In perpetuũ uouerent: Eodem anno prodigia aliquot uisa. In æde Cõcordiæ Victoria:quæ in culmine erat:fulmine icta decussaq; ad uictorias:quæ in arce fixæ erant:hæsit:neq; i de procidit:& Anagnia & Fregellis nunciatũ é murum portasq; de cælo igne tactas. Et in foro subertano sanguinis riuos per diẽ totũ fluxisse & Ereti lapidibus pluisse:& Reate mulã peperisse. Ea prodigia hostiis maioribus procurata sũt:& obsecratio i unũ diem populo indicta & nouendiale sacrũ: sacerdotes publici aliquãti eo anno mortui sunt:nouiq; suffecti:In locũ. M. Aemylii Numidæ decẽuiri sacrorũ: Aemylius Lepidus. In locum. M. Põponii Mathõis pontificis Liuius. In locum. Sp. Caruilli Maximi auguris. M. Seruilius. T. Octacilius Crassus põtifex: quia exacto anno mortuus erat:ideo noiatio in locũ eius nõ est facta. G. Claudius Flamẽdialis: qd' exta perperam dederat: Flaminio abiit. Per idẽ tẽpus. M. Valerius Leuinus:tentatis prius per secreta colloquia principũ animis:ad indictum ante ad idipsum conciliũ ætolorũ classe expedita uenit. Vbi cũ Syracusas. Capuamq; captas in fidẽ in Italiaq; regẽ secundarũ successum ostentasset:adiecissetq; : iam inde a maioribus traditũ morem romanis colendi socios ex quibus alios in ciuitatẽ atq; æquum secum ius accepissent:alios in ea fortuna haberẽt:ut socii esse:q̃ ciues mallent. Aetolos eo in maiore futuros honore:quod gentiũ transmarinarũ in amicitiã primi uenissent. Philippum eis & macedonas graues accolas esse quorũ se uim:ac spiritus fregisse uigorẽ:& eo redactum esse:ut non his mõ urbibus : quas puim ademisset ætolis:excedant:sed ipsam Macedoniã infestam habeãt & acarnanes:quos ægre ferẽt Aetoli corpore suo direptos restituẽ se in antiquã formulam iuris ac dicionis eorũ. Hæc dicta promissaq; a romano imperatore Scopas:qui tũ prætor gentis erat:& Dorimachus princeps ætolorũ affirmauerunt auctoritatẽ suam minore cũ uerecundia:& maiore cum fide uim maiestatẽq; populi romani extollẽtes:maxime tamen spes potiundæ mouebat Acarnaniæ. Igitur cõscriptæ cõdiciões: quibus i amicitiam societatẽq; populi romani uenirent:additũq; ut si placeret:uellentq; eodẽ iure amicitiæ:elei lædæmoniiq;:& Pleuratus Attalus:& Scerdileduſ essent. Asiæ Attalus:hi thracũ:& illyricorũ reges. Bellũ ut extẽplo ætoli cũ Philippo terra gererent. Nauibus ne minus. xx. quinqueremibus adiuuarent. Romanus urbiũ Corcyræ tenus ab Aetolia incipiẽte solũ:tectaq;:& muri cum agris ætolorũ. allia oĩs prædа populi romani esset. Darentq; operã romani:ut Acarnaniã ætolli haberent:Si ætoli pacem cũ Philippo facerent:fœderi ascriberent:ita ratã eorũ pacem:si Philippus arma a romanis sociisq; : quiq; eorũ diciõis essent:abstinuisset. Item:si populus romanus fœdere iungeret regi:ut caueret:ne ius ei bellũ inferendi ætolis sociisq; eorũ esset. Hæc cõuenerunt:cõscriptaq; biennio post olympiæ ab ætolis in Capitolio ab romanis:ut testata sacris monumentis essent. sunt posita. Moræ causa fuerãt retẽti Romæ diutius legati ætolorũ:nec tamen impedimẽto id rebus gerendis fuit & ætolli extemplo mouerũt aduersus Philippũ bellũ:& Leuinus Zacynthũ parua ĩsula est propinqua Aetoliæ:urbẽ unam eodẽ :quo ipsa est noĩe:habet:eã præter arcem excepit. & Oleniadas Naxumq; acarnanũ captas ætolis contribuit. Philippũ quod satis implicatum bello finitimo ratus:ne Italiam pœnosq; & pacta cum Annibale posset respicere:Corcyram ipse se recepit. Philippo ætolorũ defectio Pellæ hybernanti allata est. Itaq; quia primo uere moturus exercitũ in Græciam erat:Illyricos finitimasq; ei urbes alterno metu quietas : ut Macedoniã haberet:expeditionem subitã in oricanorũ atq; apolloniatum fines fecit:agressusq; apolloniatas cũ magno terrore:ac pauore cõpulit intra muros:uastatis proximis Illyricis in Paphlagoniam eadem celeritate uertit iter. Inde dardanorũ urbẽ sitam in macedoniam trãsitum dardanis facturam cepit. His raptim actis:memor ætolici iunctiq; cũ eo romani belli:per pelagoniã:& Nympheum:& Boetiam in Thessaliã descendit ad bellũ secum aduersus ætolos capessendũ. Incitari posse hoĩes credebat & relicto ad fauces Thessaliæ Perseo cum quattuormillibus armatorũ ad arcendos aditu ætolos : ipse priusq; maioribus occuparetur rebus:in Macedoniã atq; in Thraciã exercitum ac medos eduxit. Incurrere ea gens in Macedoniam solita erat:ubi regem occupatũ externo bello ac sine præsidio esse regnũ sensisset. Ad phragandas igitur uastare agros:& urbẽ Iam pharniam caput:arcemq; medicæ oppugnare cœpit. Scopas ubi profectũ in Thraciam regẽ:occupatumq; ibi bello audiuit:armata omni iuuentute ætolorũ:bellũ inferre Acarnaniæ parat. Aduersus quod se acarnanum gens:& uiribus impar:& iam mœnia Oleniados Naxumq; amissa cernens:romanaq; insuper arma ingruere ira magis instruit quã consilio bellũ:coniugibus liberisq;:& senioribus supra. lx. annos in propinquã Epirum missis:a. xxv. ad. lx. annos cõiurant:nisi uictores se non redituros. Qui uictus acie excessisset:eũ nequis urbe : tectos mensa:lare reciperet. Diram execrationẽ in populares obtestationẽq;:q̃ sanctissimam potuerũt:aduersus hospites composuerũt:præcatiq; simul epirotas sunt:ut qui suorũ in acie occidissent:eos uno tumu

Reate mulã peperit

Subertãos plinius in ethruria ponit ptolomeus

Flamẽ dialis flaminio cõtra tus

M. Valerius Leuinus Etolos in amicitiã allicit Ro.

Etoli primi transmarinorũ gentiũ amicitiã Ro.

Aetoli cũ ro. fœdus faciunt

Etoli pharsalum bellũ inferunt

Dira acarnanũ deuotio

lo contegerent:adhiberentq; humatis titulum.Hic siti sunt acarnanes:qui aduersus uim atq; iiuriam ætholoꝝ pro patria pugnantes mortẽ oppetierũt.Per hæc incitatis aĩs castra extremis finibus suis obuiã hosti posuerũt.Nũciis ad Philippũ missis:q̃to res ĩ discrimine eẽt omittere Philippũ id:qđ in manibus erat:coegerũt bellũ iã Pharma p deditionẽ recepta:& ꝓspero alio successu reꝝ.Aetoloꝝ impetũ tardauerat primo cõiuratiõis fama Acarnaniæ:deinde auditus Philippi aduẽtus regredi ẽt in ĩtimos coegit fines.Nec Philippus.quãquã ne opprimerent acarnanes :itineribus magnis ierat ultra Clinem est ꝓgressus.Inde cũ audisset reditũ ætholoꝝ ex Acarnania:& ipse Pellã rediit.Leuinus ueris principio a Corcyra ꝓfectus:nauibus:superato Leucate promõtorio:cũ ueniisset Naupactũ:Anticyrã inde se petituꝝ edixit:ut psto ibi Scopas ætoliq; eẽnt.Sita Anticyra ẽ in Locride:leua parte sinũ corinthiacũ intran Anticyra
tibus breuis terræ iter:eo breuis nauigatio a Naupacto est:tertio ferme post die utríq; oppugnari cœpta est.Grauior a mari oppugnatio erat:qa & tormẽta:machinæq; oĩs generis in nauibus erãt:& nauibus romani inde oppugnabãt.Itaq; intra paucos dies recepta urbs per deditionẽ ætolis tradit'.præda ex Naupacto romãis cessit. Leuino litteræ redditæ:consulẽ eum absentẽ declaratum:& successorẽ uenire.P.Sulpicium Cæteꝝ diuturno ibi morbo implicitus serius spe omnium uenit Romam.M.Marcellus cum idibus martiis consulatum iniisset:senatũ eo die moris mõ causa habuit:ꝓfessus nihil se absente collega neq; de rep.neq; de prouinciis acturum.Scire se frequentes siculos ꝓpe urbẽ in uillis obtrectatoꝝ factorum suoꝝ esse.Quibus tamen abesse:ut per se nõ liceat palam Romæ crimina edicta sacta ab inimicis uulgare:ut insimularent aliquẽ sibi timorem absente collega dicendi de cõsule esse: ip se eis extemplo daturus senatum fuerit.Vbi quidẽ collega ueniisset:non passurum quicquã prius agi: quam ut siculi in senatum introducantur.delectum prope a.M.Cornelio per totã Siciliam habitũ: ut quãplurimi questum de se Romã uenirent.eundẽ litteris falsis Romam implesse :bellũ in Sicilia esse: ut suam laudem minuat.Moderati animi gloriam eo die adeptus cõsul senatũ dimisit: ac prope iustũ iusticium oĩum reꝝ futuꝝ uidebatur:donec alter cõsul ad urbem ueniisset.



OTIVM:VT SOLET:EXCITAVIT PLEBIS rumores belli diuturnitate:& uastatos agros circa urbẽ:qua infesto agmine isset Annibal exhaustam delectibus Italiã:& pro re quod cãnensis exercitu cæsus querebant':& cõsules bellicosos ambos uiros acres nimis:& feroces:creatos:qui uel in pace tranquilla bellum excitare possent:ne dum in bello respirare ciuitatẽ forẽt passuri.Interrupit hos sermões nocte:quæ pridie quinquatriis fuit'pluribus simul locis circa foꝝ incendium ortũ.Eodem tpe septẽ tabernæ:quæ postea quinq;:& argẽtariæ:quæ nũc nouæ appellantur:arsere.Cõpræhensa postea priuata ædificia.Neq;.n.tunc basilicæ erãt. Compræhensæ lautumiæ:forũq; piscatorium:& atriũ regium:ædes Vestæ uix defensa ẽ:tredecim maxime seruoꝝ operaꝝ qui in publicũ redempti:ac manumissi sunt nocte & die cõtinuatum incendium fuit.nec ulli dubiũ humana id fraude factũ esse.quod pluribus simul locis:& iis diuersis ignes coorti essent. Itaq; cõsul ex auctoritate senatus pro concione edixit:qui:quoꝝ opera id conflatum incendiũ ꝓfiterentur: præmiũ fore libero pecuniã:seruo libertatem.Eo præmio inductus campanoꝝ calauioꝝ seruus (Manus ei nomen erat) indicauit dominos:& hi quinq; præterea iuuenes nobiles campanoꝝ:quoꝝ parentes a Fuluio percussi erãt securi:id incẽdium fecisse:uulgoq; facturos alia:ni cõprehẽdat'.Comprahẽsi:familiæ q; eoꝝ primo eleuabat' index:indiciũq; pridiem eũ uerberibus castigatũ a dominis discessisse: per irã ac leuitatẽ ex re fortuita crimen cõmentũ.Cæteꝝ ut corã arguebant':& quæstio ex ministris facinoris data:&.xx.millia æris.Cõsuli Leuino Capuam prætereunti circũfusa multitudo cãpanoꝝ obsecranti.um cũ lachrymis ut sibi Romam ad senatũ ire liceret:oratũ:si qua misericordia tãdem flecti possent.ne foro medio haberi cœpta est:fassi oẽs atq; in dominos seruosq; conscios aĩaduersum est.Indici libertas se ad ultimũ perditũ irent:nomẽq; campanoꝝ a.Qu.Flacco deleri sinerent.Flaccus sibi priuatã simultatem cum cãpanis negare ullam esse:publicas inimicitias & hostiles esse:& futuras:quoad eo aĩo in populum romanũ esse sciret.Nullã.n.i terris gentẽ esse:nullum infestiorẽ populũ nomini romano.Ideo se mœnibus inclusos tenere eos.quia siqui euasissent:aliqua uelut feras bestias per agros uagari:& lamiare:& trucidare quodcũq; obuium detur.Alios ad Annibalẽ transfugisse.Alios ad Romã incendendam ꝓfectos:Inuentuꝝ in semiusto foro consulem uestigia sceleris campanoꝝ.Vestæ ædem petitã:& eternos ignes:& conditũ ipenetrali fatale pignus ĩperii romani.Se minime cẽsere tutũ esse cãpanis ptãtem intrãdi romana mœnia fieri.Leuinus cãpanos iureiurando a Flacco adactos.y.die:q̃a senatum re sponsum accepissent Capuam redituros:sequi se romã iussit.Hac circũfusus multitudine simul siculis obuiam egressis:siculisq; Romã præbuit clarissimaꝝ urbium excidio:celeberrimis uiris uictos bello accusatores in urbem adducẽs.De rep.tamen primũ ac de prouinciis ambo consules ad senatũ rettule

Vide ne edita ficta q; sit legendum

Otiũ ĩ plebẽ Ro: suscitat

Incẽdium ortum Romæ

Quinq; tabernæ

Basilicæ tũ nõ erant

Qui incendio puniti sũt

Cãpanoꝝ odia ĩ.ro.nomen

re.Ibi Leuinus:quo ſtatu Macedonia:& græcia:ætoli:acarnanes:Locriq; eſſent:quaſq; ibi res ipſe egiſ
ſet terra mariq; expoſuit.Philippũ inferentẽ bellũ ætolis in Macedoniã retro a ſe compulſum ad itima
penitus regni abiiſſe:legionẽq; inde deduci poſſe:ſatis claſſe eſſe ad arcẽdum Italia regẽ.Hæc de ſe de/
q; prouincia:cui præfuerat:cõſultum.De ꝓuinciis cõis relatio fuit Decreuere patres:ut alteri cõſulum
Italia bellumq; cũ Annibale prouincia eſſet.Alter claſſem:cui.T.Octacilius præfuiſſet: Siciliãq; prouĩ/
ciam cũ.L.Cincio prætore cõtineret.Exercitus eis duo decreti:qui in Ethruria Galliaq; eſſẽt: hæ quat/
tuor erant legiones urbanæ:duæ ſuperioris anni in Ethruriã:duæ:quibus Sulpicius conſul præbuiſ/
ſet:in Galliã mitterentur: Galliæ & legionibus præeſſet:quẽ conſul:cuius Italia ꝓuincia eſſet:præfeciſ
ſet.in Ethruriam.G.Galphurnius poſt prætura rogato in annũ imperio miſſus:&.Qu.Fuluio Capua
ꝓuincia decreta:ꝓrogatũq; in annũ imperiũ.Exercitus ciuiũ ſociorumq; minui iuſſus:ut ex duabus le
giõibus una legio:quinq; millia peditũ.&.ccc.equitũ eẽnt: Dimiſſis:qui plurima ſtipendia haberẽt:&
ſocioꝝ ſeptẽmillia peditũ:&.ccc.equites relinquerent.Eadẽ ratione ſtipẽdioꝝ habita ĩ ueteribus mili/
tibus dimittendis.Gn.Fuluio conſuli ſuperioris anni:nec de ꝓuincia Appulia: nec de exercitus: quẽ
habuerat quicquã mutatum tñ in annũ prorogatũ imperiũ ẽ.P.Sulpicius collega eius oẽm exercitũ:
præter ſocios nauales iuſſus dimittere eſt.Itẽ ex Sicilia:exercitus:cui.M.Cornelius præeſſet: ubi cõſul
ĩ ꝓuinciã ueniſſet:dimitti iuſſis.L.Cincio ad obtinendã Siciliã cãnenſes milites dati duaꝝ iſtar legio/
num.Totidẽ legiones in Sardiniã.P.Manlio Vulſoni prætori decretæ quibus.L.Cornelius in eadẽ ꝓ
uincia priore anno præfuerat.Vrbanas legiões ita ſcribere conſules iuſſis:ne quẽ militem facerent:q
ĩ exeecitũ.M.Claudii.M.Valerii:Fuluiiq; fuiſſent.neue eo anno plures q̃ una &.xx.romãæ legiões
eſſent his ſenatuſcõſultis perfectis:ſortiti ꝓuincias conſules:Sicilia & claſſis Marcello:Italia cum bello
aduerſus Annibalẽ Leuino euenit.Quæ ſors uelut iteꝝ captis Syracuſis ita exanimauit ſiculos expe/
ctatione ſortis in conſulũ cõſpectu ſtantis:ut cõploratio eoꝝ flebileſq; uoces:& extẽplo oculos hoĩum
conuerterẽt.poſtmodũ ſermones præbuerint.Circũibant.n.ſenatũ cũ ueſte ſordida affirmantes ſe nõ
modo ſuã quiſq; patriã:ſed totam Siciliã relicturos:ſi eo Marcellus iteꝝ cũ imperio rediſſet: nullo ſuo
merito eũ ante implaçabilẽ in ſe fuiſſe:quid iratũ:quod Romã de ſe queſtũ ueniſſe ſiculos ſciat factuꝝ
obrui ab ætnæ ignibus:aut mergi freto ſatius illi inſulæ eſſe:q̃ uelut dedi noxe inimico.hæ ſiculoꝝ q̃
relæ domos primũ nobiliũ circũlatæ celebrataq; ſermonibus:quos ptim miſericordia ſiculoꝝ: ptim ĩ
uidia Marcelli excitabat:in ſenatũ ẽt peruenerũt.Poſtulatũ a cõſulibus eſt:ut depermutandis ꝓuinci/
is ſenatũ conſulerent.Marcellus ſi iam auditi a ſenatu ſiculi eſſent:alia forſitan futurã fuiſſe ſentẽtiam
ſuã dicere.Nunc nequis timore frænari eos dicere poſſet:quo minus de eo libere querãtur:in eius po
teſtatẽ mox futuri ſint:ſi collegæ nihil interſit mutare ſe ꝓuinciam paratũ eſſe:deprecari ſenatus præ/
iudiciũ:Nam cũ extra ſortem collegæ optionẽ dare prouinciæ iniquũ fuerit:quanto maiorẽ iniuriam
ĩmo contumeliam eſſe ſortem ſuam ad eũ tranſferri?Ita ſenatus:cum quid placeret: magis oſtendiſſet:
q̃ decreuiſſet:dimittitur.Inter ipſos cõſules permutatio ꝓuinciarum:rapiẽte fato Marcellũ ad Anniba
lem:facta eſt:ut ex quo primũ aduerſæ gloriam pugnæ cœperat in eius laudẽ poſtremus romanorũ i/
peratoꝝ proſperis tum maxime bellicis rebus caderet.Permutatis prouinciis ſiculi in ſenatũ introdu
cti:multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum romanũ uerba fecerunt: in gratiã publicam
auertẽtes Hieronymũ:ac poſtea Hippocratem:atq; Epicidẽ tyrannos:tum ob aliaꝝ ciuitatũ defectio/
nem ab romanis ad Annibalẽ inuiſos fuiſſe ſibi:ob eam cãm & Hieronymũ a principibus iuuentutis
ꝓpublico interfectũ conſilio:& in Epicidis:Hippocratiſq; cædem ſeptuaginta nobiliſſimoꝝ iuuenũ
coniurationẽ factam:quos mora deſtitutos quia ad prædictum tẽpus exercitum ad Syracuſas nõ ad/
moniſſet:omnes:a tyrannis interfectos indicio facto.Eam quoq; Hippocratis atq; Epicidi tyrannidẽ
Marcellum excitaſſe:leontinis crudeliter direptis.Nunquam deinde pricipes ſyracuſanoꝝ deſiſſe ad
marcellum tranſire polliceriq; ſe urbem:cum uellet:ei tradituros. Sed eum primo ui capere maluiſſe:
deinde cum id:neq; terra:neq; mari omnia expertus potuiſſet:auctores traditaꝝ Syracuſarum fabrũ
ærarium Soſim:& Mericum hiſpanũ:q̃ principes Syracuſanorum habere: totiens id nequicquam ul/
tro offerentes præoptaſſet:quo ſilicet iuſtiore de cauſa uetuſtiſſimos ſocios populi romani trucidaret
ac diriperet:ſi non Hieronymus ad Annibalem defeciſſet:ſed populus ſyracuſanus & ſenatus:ſi por/
tas Marcello ſyracuſani publice:& non oppreſſis:ſyracuſanis tyranni eorum Hippocrates & Epicides
clauſiſſent:ſi carthaginẽſium armis bellum cum populo romano geſiſſent:quid ultra: q̃ quod fecerit
niſi ut deleret Syracuſas facere hoſtiliter Marcellum potuiſſe?Certe præter mœnia:& tecta: exhauſta
urbis ſacra fracta ac ſpoliata deum delubra:diis ipſis ornamentiſq; eorum ablatis:nihil relictum Syra/
cuſis eſſe.Bona quoq; multis adempta ita:ut nudo quidem ſolo:reliquis direptis:ne alere ſeſe: ac ſuꝝ
os poſſent orare ſe patres conſcriptos:ut ſi nequeant omnia ſaltẽ quæ comparere: cognoſciq; poſſint:
reſtitui dominis iubeant.Talia conqueſtos cum excedere extemplo: ut de poſtulatis eorum patres
conſuli poſſent:Leuinus iuſſiſſet:maneant:inquit Marcellus:ut coram his reſpondeam. Quando ea
condicione pro uobis patres.c.bella gerimus:ut uictos armis accuſatores habeamus: duæ captæ hoc
anno urbes:Capua Fuluium reum:Marcellum Syracuſæ habeant.Reductis in curiam legatis tum cõ
ſul:Non adeo maieſtatis:inquit po.ro.imperiiq; huius oblitus ſum patres.c.ut ſi de meo crimine am/
bigeretur:conſul dicturus cãm accuſantibus græcis fuerim:ſed nõ quid ego fecerim:in diſquiſitionẽ

Atĕ.Siculo
rũ quære
læ aduer
ſus Marcel
cellũ

Permuta
tio prouin
ciarum

Primus
Marcellus
fregit An
nibalis fe
rociã & ul
timus ro.i/
peratorũ
ab eo occi/
ſus

Syracuſa/
noꝝ quæ
relæ aduer
ſuſ Marcel
lum

uenit:sed quid isti pati debuerint:q si non fuerunt hostes:nihil interest nunc:an uiuo Hierone Syracusas uiolauerim.Sin ãt desciuerunt:legatos nros ferro atq armis petierũt:urbem ac mœnia clauserunt: exercitũq carthaginensiũ aduersus nos tutati sunt:quis passos esse hostilia:cum fecerint. indignatur. tradentes urbẽ principes syracusanor auersatus sum:Sosim & Mericũ hispanum:qbus tantã rem crederem potiores habui?Non estis extremi syracusanor:quippe qui aliis humilitatẽ obiiciatis.Quis est uestrũ qui se mihi portas apertuq:qui armatos milites meos in urbẽ accepturum promiserit? Odistis & execramini eos:qui fecerunt.& ne hic quidẽ contumeliis in eos dicendis parcitis:tñ abest:ut & ipsi tale quicq facturi fueritis.Ipsa humilitas eor patres.c.quam isti obiiciunt:maxime argumento est:me neminẽ:qui nauatam operã reip.uestræ uelit:auersatum esse.& ante quã obsiderem Syracusas: nũc legatis mittendis:nunc ad colloquiũ eundo tentaui pacẽ. & posteaq neq legatos uiolandi uerecundia erat:nec mihi ipsi congresso ad portas cũ principibus responsum dabat:multis terra mariq exhaustis laboribus:tandem ui atq armis Syracusas cepi.Quæ captis acciderint:apud Annibalem & carthaginẽses uictos sese iustius:q apud uictoris populi ro.senatum quererẽtur.Ego patres.c.Syracusas spoliatas: si negaturus essem:nunquam spoliis earum urbem Romam exornarem.Quæ autem singulis uictor aut ademi:aut dedi:cum belli iure:tum ex cuiuscunque merito satis scio me fecisse: Ea uos rata habeatis patres.c.næ magis reipub.interest:q mea:Mea quippe fides exoluta est.Ad rempublicam pertinet: ne acta mea rescindendo alios in posterum segniores duces faciatis. Et quoniam coram & siculorum & mea uerba audistis patres.c.simul templo excedemus: ut me absente: liberius consuli senatus possit.Ita dimissis siculis:& ipse in capitolium ad delectum discessit. Consul alter depostulastis siculorum ad patres rettulit.Ibi cum diu de sententiis certatum esset: & magna pars senatus a principe eius sententiæ Manlio Torquato cum tyrannis bellum gerendum fuisse censerent hostibus & syracusanorũ: & populi romani & urbem recipi: non capi:& receptam legibus antiquis & libertate stabilire:non fessam miseranda seruitute bello affligi:inter tyrannorum & ducis romani certamina pmium uictoris in medio positam urbem pulcherrimam:ac nobilissimam perisse:horreum atq ærarium quondam populi romani:cuius munificentia ac donis multis tempestatibus:hoc deniq punico bello adiuta ornataq respu.esset:si ab inferis existat rex Hiero fidissimus imperii romani cultor:quo ore aut Syracusas: aut Romã ei ostendi posse:cum ibi semirutam ac spoliatam patriã respexit:ingrediens Romã in uestibulo urbis ppe in porta spolia patriæ suæ uisurus sit? Hæc taliaq cũ ad inuidiã consulis miseratione siculor dicerentur:mitius tñ decreuerunt patres causa Marcelli.Quæ is gerens bellum:uictorq egisset rata habenda.& in reliquũ curæ senatui fore rem syracusanã:mandaturosq consuli Leuino:qd fine iactura reip.fieri posset:fortunis eius ciuitatis cõsuleret.Missis duobus senatoribus ad consulẽ in Capitoliũ uti rediret ĩ curiã:& itroductis siculis senatus.c.recitatũ est:legatiq benigne appellati:ac dimissi ad genua se Marcelli cõsulis ,precerũt obsecrãtes:ut q deplorãdæ ac leuãdæ calamitatis cã dixissent: ueniã eis daret:& ĩ fidẽ:& cliẽtelã se:urbẽq Syracusas accipet.post hæc cõsul clemẽter appellatos eos dimisit.



CAMPANIS DEINDE SENATVS DATVS: quor oratio miserabilior:cã durior erat:neq.n.meritas pœnas negare poterãt:nec tyrãni erant:ĩ quos culpã deferrent.Sed satis pensũ pœnar tot ueneno absũptis tot securi pcussis senatoribus credebãt.paucos nobiliũ superstites esse:quos nec sua conscientia ut quicq de se grauius cõsulerent:ĩpulerit:nec uictoris ira capitis dãnauerit:eos libertatẽ sibi:suisq & bonor aliquã partem orare.Ciues romanos affinitatibus plærosq:& ,ppinqs iam iã cognatõibus & cõnubio uetusto iunctos.Sũmotis deinde e tẽplo paulisper dubitatũ est:an accersendus a Capua.Qu.Fuluius eẽt Mortuus Claudius cõsul erat corã impatore: q res gessisset.sicut iter Marcellũ:siculosq decepta tum fuerat disceptaret. Deinde cũ.M.Attiliũ: Fuluium fratrẽ Flacci legatos eius:atq Minutiũ:&.L.Veturiũ Philonem:itẽ Claudii legatos:q oĩbus gerendis rebus affuerant:ĩ senatu uiderent:nec Fuluiũ auocari a Capua nec Differri cãpanos uellent: iterrogatus sñiam.M.Attilius Regulus:cuius ex iis:q ad Capuã fuerant:maxima auctoritas erat:In cõsilio: inqt:arbitror me fuisse cõsulibus Capua capta:cũ quæreretur: q cãpanor de rep.nostra benemeritus eẽt:duas mulieres cõpertũ est Bestiã Appiam Attelanã Capuæ habitantẽ:& Fauculã Cluuiam:q quondam quæstũ corpore fecissent:Illã quotidie sacrificasse ,p salute:& uictoria populi ro.Hãc captiuis egentibus alimenta clã suppeditasse.cæteror oĩum campanor eundẽ ergo nos aĩum quẽ carthaginensium fuisse:securiq pcussos a.Qu.Fuluio fuisse magis:quor dignitas inter alios:q quorum culpa emiebat. Per senatũ agi de campanis:qui ciues romani sunt:iniussu populi non uideo posse:idq & apud maiores nostros in sutrianis factũ est:cum defecissent:ut.M.Antistius tribunus ple.prius rogationẽ ferret: sciretq plebs uti senatui de sutrianis sñiæ dicendæ ius eẽt.Itaq censeo cũ tribunis ple.agendũ esse. ut

Marcelli responsum aduersus siculos

Torq; mũda in Marcli. Sñã

Syracusæ horrea & erarium p.R.

Mãlii Torquati sentẽtia

Sicili in genua supplices se Marcello mittunt

Campanorum q̃rellæ

duæ fœminæ capuæ repertæ de.ro.noie bene meritæ

eorum nnus:pluresue rogationē ferant ad plebem:q nobis statuendi de cāpanis ius fiat:Attilius tribu nus ple.ex auctoritate senatus plebē in hæc uerba rogauit.Oēs campani:attelani:calatini: sabbatini:q se dediderunt in arbitriū deditionemq; populi romani:Fuluio proconsuli:quosq; secū una dediderūt: agrum:urbēq;:diuina humanaq;:uentisiliaq;:siue quicq̄ aliud dediderunt:de iis rebus:quid fieri ueli, tis:uos rogo quirites.Plebs sic iussit.Quod senatus maxima ps censeat:q assidens:id uolumus: iube,, musq;.ex hoc plebiscito:senatusq; cōsulto Appiæ Cluuiæq; primū bona:ac libertatē restituit:Si q̄ alia p̄ mia petere a senatu uellent:uenire eas:Romā.Campanis in familias singulas decreta facta:q̄ non ope ræpretiū est oīa enumerare.Alioꝝ bona publicanda.ipsos:liberosq; eoꝝ:& coniuges uendēdas:extra fi lias:q̄ nupsissent priusq̄ in ptātem populi ro.ueniissent.Alios in uincula cōdendos:ac de his posterius consulendū.Alioꝝ campanoꝝ summam ēt census distraxerunt.publicanda necne bona essent:pecora captiua:p̄ter equos:& mancipia:p̄ter puberes uirilis sexus:& oīa:quæ solo nō continerent restituenda censuerunt dñis.Cāpanos oēs:attellanos:calatinos sabbatinos:extra quā qui eoꝝ aut ipsi : aut parētes eoꝝ apud hostes essent:liberos eē iusserunt.Ita ut nemo eoꝝ ciuis:ro.aut latini nois:sed neue quis eo, rum:q Capuæ fuisset:dum portæ clausæ essent:in urbe agroue cāpano ītra certā diem maneret.locus: ubi habitarent:trans Tyberim:q nō contingeret Tyberim.daret.qui nec Capuæ nec in urbe cāpana: q̄ a populo ro.defecisset:p bellū fuissent eos cis Lirim amnē Romā uersus.qui ad romanos transissent: priusq̄ Annibal Capuā uenire:eos cis Vuulturnū emouendos cēsuerunt:neqs eoꝝ propius mare.xy. millibus passuū agrum ædificiūq; haberet:q eoꝝ trās Tyberim emoti eēnt:ne ipsi posteriue eoꝝ uspiā pararent:haberentue:nisi i ueiente:aut sutrino:nepesinoue agro:dū necui maior:q̄ qnquaginta iugeꝝ agri modus eēt.Senatoꝝ oium quiq; magistratus Capuæ:Attelæ:Galatiæ gessissent:bona uenire Ca puæ iusserūt.Libera corpora:q̄ uenundari placuerat:Romā mitti:ac Romæ uenire.Signa statuas æne as:quæ captæ de hostibus dicerent:quæ eoꝝ sacra:ac profana eēnt:ad pontificū collegiū reiecerunt.Ob hæc decreta mœstiores aliq̄to:q̄ Romam uenerāt:campanos dimiserunt:Nec iā.Qu.Fuluii fœuitiā in sese:sed iniquitatē deū:atq; execrabilem fortunā suam icusabant Dimissis siculis cāpanisq;:delectus ha bitus:Scripto deinde exercitu:de remigū supplemēto agi cœptū.In quam rē cum neq; hoium satis:nec ex qua pararent:stipendiūq; acciperent:pecuniæ quicq̄ ea tempestate in publico esset:ediderunt cōsu les:ut priuato ex censu ordinibusq;:sicut antea remiges darent:cū stipendio cibariis dierum.xxx.ad id edictū tantus fremitus hoium:tanta indignatio fuit:ut magis dux q̄ materia seditionis deesset.Secun dum siculos cāpanosq; plebem ro.perdendā lacerandāq; sibi consules sumpsisse.p tot annos tributo ex haustos.nil reliqui p̄ter terram nudā:ac uastam hīe.tecta hostes incendisse:seruos agricultores romani po.abduxisse.Nunc ad militiā paruo ære emendo nunc remiges imperando:siquid: cui argēti æriue fuerit:stipendio remigum:& tributis annuis ablatum:se ut dēt:quod non habent:nulla ui:nullo impe rio cogi posse.bona sua uenderent:in corpora:quæ reliqua essent:scæuirent:ne unde redimant:qdem quicq̄ superesse.Hæc non in occulto: sed propalā in foro atq; oculis consulum ingens turba circūfusa fremebant.Nec eos sedare consules nunc castigando:nunc consolando poterant.spatiū deinde his tri buere se dareq; ad cogitandum dixerunt:quo ipsi ad rē inspiciendā:expediendam usi sunt.Senatū po, stero die habuerunt de remigū supplemento.ubi cū multa disseruissent:cū æqua plebis recusatio eēt:, uerterunt orationē eo:ut dicerent:priuatis id seu æquū:seu iniquum onus iniungendū esse.Nā unde cū pecunia ī ærario nō eēt:paraturos nauales socios?Quō autē sine classibus aut Siciliā obtineri:aut Ita lia Philippū auerti posset aut tuta Italiæ littora esse?Cū in hac difficultate reꝝ consiliū hæreret.ac,,pe torpor quidā hoium mentes occupasset:tum Leuinus consul:magistratus senatui : & senatus po.sicut honore p̄stet:ita ad oīa:quæ dura & aspera essent subeunda:ducē debere esse.Siquid iniungere iferio, ri uelis:id prius in te ac tuos:si ipse iuris statueris:facilius oēs obedientes habeas.Nec īpensa grauis est cum ea plusq̄ pro uirili pte sibi quēq; capere principū uiderint.Itaq;:ut classem habeat: q̄ ornare uolu,, mus:populo ro.priuatos sine recusatiōe remiges dare:nobismetipsis īperemus.primū aurum:argentū signatum oēs senatores crastina die in publicū conferamus:ita ut annulos sibi qsq;:& coniugi : & libe, ris:& filio bullā:& quibus uxor filiæue sunt:singulas uncias pondo auri relinquat argenti. Qui curuli fella sederunt:eq ornamenta:& libræ pondo ut salinū patellamq; deoꝝ cā habere possint.Cæteri sena, tores libra argenti tñ:æris signati qnamillia in singulos patressamiliæ relinq̄mus . Cæterum oē aug: argentū:æs signatū ad triūuiros mensarios extēplo deferamus:nullo ante senatuscōsulto facto: ut uo, luntaria collatio:& certamen adiuuandæ reip.excitet ad æmulandū aīos primum equestris ordinis:de inde reliquæ plebis:hanc unā uiam:multa inter nos collocuti consules iuenimus.Ingredimini diis be neiuuantibus:resp.incolumis & priuatas res facile saluas p̄stat:publica prodendo tua nequicq̄ serues. In hoc tanto aīo consensum est:ut gratiæ ultro consulibus agerent.Senatu inde misso pro se qsq; aug: argentū:& æs in publicū conferunt:tanto certamine iniecto:ut prima inter primos noīa sua uellent in publicis tabulis esse:ut nec triūuiri accipiendo nec scribæ referendo sufficerent.Hunc consensum sena tus equester ordo est secutus.Equestris ordinis plebs ita sine edicto:sine cohortatiōe magistratus:nec remige in supplementum:nec stipendio resp.eguit:paratisq; omnibus ad bellum:consules in prouin, cias profecti sunt.Neq; aliud magis belli tēpus fuit:quo carthaginēses romaniq; pariter uariis casibus immixti magis in ancipiti spe ac metu fuerint:Nam romanis & in prouinciis hinc in Hispania aduer,

Decretum publicū in campanos

Fremitus sessæ & ex haustæ ciuitatis

Atē.studiū senatoꝝ in iuuanda rep.

ſæ res:hinc proſperæ in Sicilia luctum & læticiam miſcuerunt:& in Italia tum Tarentum amiſſum dã-
noſ& dolori:tum arce cum præſidio retẽta:præter ſpem gaudio fuit:& terroꝛẽ ſubitum pauoremq; ut
bis Romæ obſeſſa & oppugnata Capua.& poſt dies paucos capta in læticiam uertit.Traſmarinæ quo
q; res quadã uice penſatæ:Philippus hoſtis tpe haud ſatis opportuno factus.Aetoli noui aſciti ſoci.At
taluſq; Aſiæ rex iã uel deſpondente fortuna romanis imperiũ orientis.Carthaginenſes quoq; Capua
amiſſa:& Tarentũ captum æquabant.& ut ad mœnia urbis Romæ nullo ꝓhibente ſe pueniſſe in glo-
ria ponebant:ita pigebat irriti incœpti.pudebatq; adeo ſe ſpretos:ut ſedentibus ipſis ad romana mœ-
nia alia porta exercitus romanus in Hiſpaniam duceretur.Ipſe quoq; Hiſpaniæ:quo propius ſpẽ uene
rant:tantis duobus ducibus exercitibuſq; cæſis debellatum ibi:ac depulſos ide romanos eſſe. Eo plus
a.L.Martio.tumultuario duce ad uanũ & irritũ uictoriã redactã eſſe indignationis ꝓbebant.Ita æquãte
fortuna:ſuſpenſa oĩa utrinq; erant:integra ſpe:integro metu:uelut illo tpe primum bellũ inciperent.



ANNIBALEM ANTE OMNIA ANGEBAT: quod Capua pertinacius oppugnata a romãis: q̃ defenſa a ſe:multoq; Italiæ populorum aĩos auerterat: quos nec oẽs tenere ꝓſidiis:niſi uellet in multas partes carpere exercitũ quod minime tum expediebat:poterat:nec deductis ꝓſidiis ſpei liberam:uel obnoxiã timoris ſociorum reliquere fidem.Preceps in auaritiam & crudelitatem aĩus ad ſpolianda:quæ tueri nequibat:ut uaſta hoſti reliquerentur:inclinauit.Id fœdũ conſilium tum incœpto.tum ẽt exitu fuit.Neq;.n.indigna patientiũ modo abalienabant ani mi:ſed cæterorum ẽt.Quippe ad plures exemplum quã calamitas pertinebat.Nec conſul romanus tentandis urbibus ſicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet:deerat.Salapiæ principes erant Daſius & Blactius.Daſius Annibali amicus:Blactius quantum ex tuto poterat:rem romanã fouebat:& per occultos nũcios ſpem proditionis fecerat Marcello:ſed ſine adiutore Daſio res tranſigi non poterat:Multũ ac diu cunctatus & tũ quoq; inopia magis conſilii potioris:q̃ ſpe effectus Daſiũ appellabat.At ille cũ ab re auerſus tum æmulo potẽtatus inimicus rẽ Annibali aperit.Accerſito utroq;:Annibal cũ pro tribunali quædã ageret:mox de Blactio cogniturus:ſtarentq; ſummoto populo accuſator & reus:Blactius de proditiõe Daſium appellabat.eñuero ille uelut in manifeſta re exclamabat ſub oculis Annibalis ſecũ de proditione agi.Annibali atq; eis:qui aderãt:quo audacior res erat:minus ſimilis ueri uiſa eſt. Aemulationẽ profecto:atq; odium eſſe:& id crimen afferri:quod quia teſtẽ habere non poſſet:liberius fingeret. Ita ĩ de dimiſſi ſunt:Nec Blactius ante abſtitit tam audaci incœpto:q̃ idẽ obtundendo docendoq;:q̃ ea res ipſis:patriæq; ſalutaris eſſet:puicit:ut ꝓſidium punicũ(hi ãt numidæ erant)Salapiaq; traderet Marcello:nec ſine cæde multa tradi potuit.Longe fortiſſimi equitũ toto punico exercitu erant:itaq;:quãq; improuiſa res fuit:nec uſus equoꝝ in urbe erat:tñ armis inter tumultum captis:& eruptionẽ tentauerũt: & cum eu adere nequirent:pugnantes ad ultimũ procubuere:nec plus quinquaginta ex his in poteſtatem hoſtiũ uiui uenerunt.Plus aliquanto dãni hæc ala equitũ Annibali amiſſa:q̃ Salapia fuit. nec dein de unq̃ pœnus:quo longe plurimum ualuerat:equitatu ſupior fuit.Per idem tps cum in arce tarentina uix inopia tolerabilis eſſet ſpẽ omne ꝓſidium:quod ibi erat romanum:ꝓfectuſq; præſidii: atq; arcis M.Liuius in cõmeatibus a Sicilia miſſis habebant:qui ut tuto præterueherentur oram Italiæ:claſſis uiginti ferme nauium Regii ſtabat.Præerat claſſi: commeatibuſq;.D.Quintius obſcuro genere ortus: cæterum multis fortibus factis:gloria militari illuſtri:primo quinq; naues:quarum maximæ duæ tremes a Marcello ei traditæ erant:habuit.poſtea rem impigre ſæpe gerenti tres additæ quiqueremes. poſtremo ipſe a ſociis reginiſq; & a Velia & a Peſto debitas ex fœdere exigendo claſſem.xxx.nauium: ſicut ante dictum eſt:effecit.Huic ab Regio profectæ claſſi Democrates cum pari claſſe nauium tarentinarum numero quindecimmillia ferme ab urbe ad ſacriportum obuius fuit.Velis tamen improuidus futuri certaminis romanus ueniebat:ſed circa Crotonam Sibarimq; ſuppleuerat remigio nauis: ĩſtructamq; & armatam egregie pro multitudine nauium claſſem habebat. & tum forte ſub idem fere tempus & uentus omnis cecidit:& hoſtes in conſpectu fuere.ut ad componenda armamenta:expediẽdumq; remigem ac militem ad imminens certamen ſatis temporis eſſet.Raro alias tãtis animis iuſtæ concurrerunt claſſes:quippe cum in maioris diſcrimine rei:q̃ ipſæ erant:pugnarent.Tarentini ut recuperata urbe ab romanis poſt centeſimum prope annum arcem etiam liberarent:ſpẽ commeatus quoq; hoſtibus:ſi nauali prœlio poſſeſſionem maris ademiſſent intercluſuri.Romani ut retenta poſſeſſione arcis oſtenderent non ui aut uirtute:ſed proditione ac furto Tarentum amiſſum. itaque ex utraq; parte:ſigno dato:cum roſtris concurriſſent:neque retro nauem inhiberent: nec dirimi a ſe hoſtem paterentur:q̃ quis adeptus nauem erat ferrea iniecta manu: ita conſerebant ex propinquo pugnam: ut non miſſilibus tantũ:ſed gladiis ẽt & prope collato pede quærerentur.præ inter ſe iunctæ hærebant.

Fortũæ uariatio i ro. & penis

Salapia. Ro.recipiẽ

D.Quintius

puppes alieno remigio circunagebant. ita in arto stipatæ erant naues: ut uix ullũ telum mari uanũ intercideret. frontibus uelut pedestris acies urgebant: peruiæq; naues pugnantibus erant: Insignis tñ in ter cæteras pugna fuit duarum: q̃ primæ agminis cõcurrerant inter se. in romana naue ipse Quintius erat. In tarentina Nico: cui perconi fuit cognomen: non publico mõ: sed priuato ẽt odio inuisus atq; infestus romanis: quod eius factionis erat: quæ Tarentũ Annibali prodiderat. Hic Quintium simul pugnantẽ: hortantemq; suos incautũ hasta transfixit. Ille atq; præceps cũ armis procidit ante proram: uictor tarentinus in turbatã: duce amisso: nauem ipigre rransgressus cum summouisset hostes: & prora iam tarẽtinorum esset: puppim male conglobati tuerentur romani: repẽte & alia a puppi triremis hostium apparuit. ita in medio circũuenta romana nauis capitur. hinc cæteris terror iniectus: ut ptoriam nauẽ captam uidere: fugientesq; passim: aliæ alto mersæ: aliæ in terra remis abreptæ mox pdæ fuerunt turinis metapontinisq;. Ex onerariis: quæ cũ commeatu: sequebãtur ppaucæ in potestatẽ hostium uenere. aliæ ad incertos uentos hinc atq; illinc obliqua transferentes uela in altũ euectæ sunt. Nequaquã pari fortuna p eos dies Tarenti res gesta: Nam ad quattuormillia hoium frumentatũ egressa: cum in agris passim uagarent: Liuius: q arci p̃sidioq; romano p̃erat: intentus in oẽs occasiones gerẽdæ rei. G. Persium impigrũ uirum cũ duobusmillibus armatoq; ex arce emisit: qui uage effusos p agros palatosq; adortus cum diu passim cecidisset: paucos ex multis trepida fuga incedentes: semiapertis portarum foribus in urbem cõpulit: ne urbs eodem impetu caperet. Ita æquatæ res ad Tarẽtum romanis uictoribus frumenti spes: quæ in oculis fuerat: utrosq; frustrata pariter. Per idem tps Leuinus cõsul iam magna parte anni circũacta in Sicilią ueteribus nouisq; sociis expectatus cum uenisset: primũ ac potissimũ ratus oium syracusanis noua parce inconditas componere res. Agrigentũ inde: quod belli reliquum erat: tenebaturq; a carthaginensiũ ualido præsidio: duxit legiões: & affuit fortuna icœpto. Hanno erat imperator carthaginensiũ: sed oẽm in Mutinæ numidisq; spem repositã habebat: p totam Siciliã uagus prædas agebat ex sociis romanoq;. neq; intercludi ab Agrigento ui: aut arte ulla: nec quin erumperet: ubi uellet: prohiberi poterat: Hæc eius gloria qa iam iperatoris quoq; famæ officiebat: postremo in uidiam uertit: ut ne bene gestæ quidẽ res iam Hannoni pp auctorem satis lætæ essent: pp quæ postremo præfecturã eius filio suo dedit ratus cũ imperio auctoritatẽ quoq; & iter numidas ereptuq;. Quod longe aliter euenit: nã ueterem fauorem eius sua insup inuidia auxit. Neq; ille indignitatẽ iniuriæ tulit: confestimq; ad Leuinũ occultos nuncios misit: de tradendo Agrigento: p quos ut est facta fides: cõpositusq; rei gerendæ modus: portã ad mare ferentem numidæ cũ occupassent: pulsis inde custodibus aut cæsis romanos ad idipsum missos in urbẽ acceperunt. Et cum agmine iam in mediã urbem: ac foq; magno tumultu iretur: ratus Hanno non aliud quã tumultum ac secessionẽ: id quod & ante acciderat: numidaq; esse ad cõprimendam seditionẽ processit. atq; ille cũ ei multitudo maior: q̃ numidaq; procul uisa: & clamor romanus haudquaq̃ ignotus ad aures accidisset: priusq̃ ad ictum teli ueniret: capessit fugam p auersam portã emissus: assumpto comite. Epicide cum paucis ad mare peruenit: nactiq; opportune paruũ nauigium: relicta hostibus Sicilia: de qua per tot annos certatũ erat: in Africam traiecerũt. Alia multitudo pœnoq; siculorumq;: ne tentato quidẽ certamine: cũ cæci in fugã ruerent: clausiq; exitus essent: circa portas cæsa. oppido recepto Leuinus: qui capita reiq; Agrigenti erant: uirgis cæsos: securi percussit: cæteros prædãq; uendidit. oẽm pecuniam Romã misit. Fama agrigentinoq; cladis cum Siciliam peruasisset: oia repente ad romanos inclinauere. Prodita breui sunt. xx. oppida. Sex ui capta. Voluntaria deditione in fidem uenerunt ad quadraginta. Quaq; ciuitatum principibus: cũ pro cuiusq; merito consul præmia pœnasq; exoluisset: coegisset q; siculos: positis tandẽ armis: ad agrum colendũ aios conuertere: ut esset non incolaq; modo alimentis frugifera isula: sed urbis Romæ atq; Italiæ: id quod multis sæpe tempestatibus fecerat: annonã leuaret. Ab Agatirna inconditã multitudinem secum i Italiam transuexit. Quattuor millia hoium erant mixti ex omni colluuione exules obærati: capitalia ausi plæriq;: & cum in ciuitatibus suis ac sub legibus uixerant. & posteaq̃ eos ex uariis causis fortuna similis conglobauerat: Agatirnæ per latrocinia ac rapinã tolerantes uitam. Hos neq; relinquere Leuinus insula tum primũ noua pace coalescente uelut materiam nouandis rebus satis tutũ ratus est: & reginis usui futuri erant ad populandũ brutium agrum assuetã latrociniis q̃rentibus manũ. Et quod ad Siciliã attinet: eo anno dilatũ bellum est. In Hispania principio ueris. P. Scipio nauibus deductis: euocatisque edicto Tarraconẽ sociorum auxiliis classem onerariasq; ostiũ inde Iberi fluminis petere iubet. Eodem legiones ex hybernis conuenire cũ iussisset: ipse cum quinquemillibus socioq; a Tarracone pfectus ad exercitũ est: quo cũ uenisset: alloquendos maxime ueteres milites: q tantis supfuerant cladibus: ratus concione aduocata: ita disseruit. Nemo ante me nouus iperator militibus suis: priusq̃ eoq; opera usus esset: gratias agere iure ac merito potuit. me uobis: priusq̃ prouinciam aut castra uiderẽ: obligauit fortuna primũ: quod ea pietate erga patrem patruũq; meum uiuos: mortuosq; fuistis: deinde: quod amissam tanta clade ꝓuinciæ possessionẽ integram & populo romano & successiori mihi uirtute uestra obtinuistis. sed cum iam benignitate deum id paremus atq; agamus: non ut ipsi maneamus in Hispania sed ne pœni maneant: nec ut pro ripa Iberi stantes: arceamus transitũ hostis: sed ultro transeamus: transferamusq; bellũ: uereor: necui uestrũ maius id audaciusq; consilium: q̃ aut pro memoria cladium acceptarum nuper: aut pro ætate mea uideatur. Aduersæ pugnæ in Hispania nullius in aio: q̃ meo minus

Ro. classis ad sacripor tũ uincitur

Mœsto po tius q̃ Mar co Epicide nã pœnoq; nulli Mar co præno men fuit Pacatur Si cilia a Leui no pœnis eiectis

Scipionis uerba ad ucte mili tes

obliterati possunt:quippe cui pater & patruus intra.xxx.dierum spatium:ut aliud super aliud cumula retur familiæ nostræ funus interfecti sunt:sed ut familiaris pene orbitas:ac solitudo frangit aĩum: ita publica:tum fortuna:tum uirtus desperare de summa reꝝ prohibet eo fato:quo donata nobis fors est ut magnis oĩbus bellis uicti uicerimus.uetera omitto:Porsenã:gallos:samnites.A.punicis bellis inci piam:quot classes:quot duces:quot exercitus priore bello amissi sunt:qd hoc bello memorem:oĩbus aut ipse affui cladibus:aut quibus affui maxime unus oĩum eas sensi Trebia:Thrasimenus:Cannæq; quid aliud sunt:q̃ monumenta occisoꝝ exercituum consulumq; romanorum:adde defectionẽ Italiæ: Siciliæ:maioris partis Sardiniæ:adde ultimũ terrorem ac pauorem:castra punica inter Anienẽ & mœ nia romana posita:& uisum prope in portis uictorem Annibalẽ.in hac ruina reꝝ stetit una atq; integra & immobilis uirtus populi romani:hæc omnia strata humi erexit:ac sustulit.Vos oĩum primi milites: post cannensem cladẽ uadenti Asdrubali ad alpis Italiamq;:qui si se cum fratre coniunxisset:nullũ iam nomen esset populi romani:ductu auspicioq; patris mei obstitistis:& hæ secundæ res illas aduersas su stinuerunt:Nunc benignitate deum omnia secunda:prospera:in dies lætiora:ac meliora in Italia Sici liaq; geruntur.In Sicilia Syracusæ:Agrigentum captum pulsi tota insula hostes:receptaq; prouincia in dicione populi romani est.In Italia Arpi recepti: Capua capta. iter omne ab urbe Roma trepida fuga emensus Annibal in extremum angulum agri Brutii compulsus:nihil iam maius p̃catur deos:q̃ ut in columi cedere atq; abire ex hostium terra liceat:quid igitur minus cõueniat milites: q̃ cum aliæ super alias clades cumularentur:ac dii prope ipsi cum Annibale starent:uos hic cum parentibus meis.Aeq̃n tur.n.ipsi etiam honore nominis sustinuisse labentem fortunam populi romani:nunc eosdem quia il lic omnia secunda lætaq; sunt:animis deficere:nuper quoq;:quæ acciderunt:utinã tam sine meo luctu q̃ uestro transissent.Sed quoniam uos instructos & ordinatos cognosco:ad Carthaginẽ nouam oppu gnandam totis uiribus & bono aĩo transeamus.Cũq; omnes una uoce hoc faciendum succlamarent: eos Carthaginem duxit:tum terra mariq; eam oppugnari iubet:Contra Mago pœnorum dux: cum terra mariq; instrui oppugnationem uideret:& ipse copias ita disponit. Oppidanorũ duomillia ab ea parte:qua castra romana erant:opponit.Quingentis militibus arcẽ insedit.Quingentos tumulo urbis in orientẽ uerso imponit.Multitudinem aliã quo clamor:quoq; uis auocasset:resistentẽ ad omnia oc currere iubet.Patefacta deinde porta:eos:quos in uia ferente ad castra hostium instruxerat:mittit.Ro mani duce ipso p̃cipiente parum per cessere:ut propiores subsidiis in certamine ipso sumittendis eẽnt. Et primo haud impari stetere acie.Subsidia deinde idẽtidem summissa castris non auerterunt solum ĩ fugam hostes:sed adeo effusis institerunt:ut nisi receptui ceciniſſet:permixti fugiẽtibus irrupturi fuis se in urbem uiderentur.Trepidatio uero non plio maior:q̃ tota urbe fuit.Multæ statiões pauore: atq; loca deserta sunt.relictiq; muri:cum:qua cuiq; erat proximũ:desiluissent.Quod ubi Scipio in tumulum obuersus:quem Mercurium Teutatẽ appellant:aduertit:multis partibus nudata defensoribus mœ nia esse:oẽs e castris excitos ire ad oppugnandam urbem:& ferre scalas iubet:ipse præ se triũ iuuenum ualidorum scutis oppositis:ingens.n.iam uis oĩs generis telorum e muris uolabat:ad urbem succedit hortatur:imperat:quæ in rem sunt:Quod plurimũ ad accendendos aĩos militum intererat:testis spe ctatorq; uirtutis atq; ignauiæ cuiusq; adest.Itaq; in uulnera:ac tela ruunt:neq; illos muri:neq; superstã tes armati arcere queunt quin certatim ascendant.Et a nauibus eodem tpe ea:quæ mari abluitur:pars urbis oppugnari cœpta est.cæterũ tumultus inde maior:q̃ uis uideri poterat.dum applicant: dũ partĩ exponunt scalas:militesq;:dum qua cuiq; proximũ est in terram euadere properant:ipsa festinatiõe & certamine alii alios impediunt.Inter hæc repleuerat iam pœnus armatis muros:& uis magna:& ingẽs copia cõgesta teloꝝ suppeditabat:Sed neq; uiri nec tela nec quicq̃ aliud æque:q̃ mœnia ipsa sese defen debant:Raræ.n.scalæ altitudini æq̃ri poterant.& quo quæq; altiores eo infirmiores erant.itaq; cũ sum mus qsq; euadere non posset:subirent tñ:aliæ oneræ ipso frangebantur.Quidã stantibus scalis: cũ alti tudo caliginem oculis effudisset:ad terram delati sunt.Et cum passim hoĩes scalæq; ruerent:& ipso suc cessu audacia.atq; alacritas hostium crescret:signum receptui datum est.quod spẽ non præsentis mõ a tanto certamine ac labore quietis obsessis:sed ẽt in posterum dedit: scalis & corona capi urbem nou posse.Opera & difficilia esse:& tps daturum ad ferendã opem ĩperatoribus suis. Vix prior tumultus conticuerat cum Scipio a defessis iam uulneratisq; recentes integrosq; alios accipere scalas iubet: & ui maiore aggredi urbem.Ipse:ut ei nunciatũ est æstum decedere:quod p piscatores tarraconenses nunc leuibus cymbis:nunc ubi eæ sederent:uadis puagatos per stagnũ compertũ habebat:facilem pedibus ad muꝝ transitum dari:eo armatos duxit.Medium ferme diei erat:& ad id:quod sua sponta cedente i mare æstu trahebatur aqua:acer ẽt septẽtrio ortus iclinatum stagnũ eodem:quo æstus ferebat:& adeo nudauerat uada:ut alibi umbilico tenus aqua esset alibi uix genua superaret:hoc cura:ac ratione com pertũ:in prodigiũ ac deos uertens Scipio qui ad transitum romanis mare uerterent:& stagna auferrẽt: uiasq; ante nunq̃ initas humano uestigio aperirent:Neptunum iubebat ducem itineris sequi: ac me dio stagno euadere ad mœnia.A terra ingens labor succedentibus erat nec altitudine tantum mœni um impediebantur:sed quod euntes ad ancipites utrinque ictus:subiectos habebant romanos: ut la tera infestiora subeuntibus:q̃ aduersa corpora essent.At parte in alia quietus:& per stagnũ facilis tran situs:& in murum ascensus inde fuit:Nã neq; opere emunitus erat:ut ubi ipsius loci ac stagni p̃sidio sa

Terrores & clades se cundi belli punici

Carthago noua a Sci pione op pugnatur

Att.Scipio nis ardorẽ & constan tiam

tis creditū foret: nec ulla armatorū statio: aut custodia oppositā: intētis oībus ad opē ferendā unde picu
Capit̄ nouā Carthago lum ostendebat̄. Vbi urbē sine certamine intrauere: pgunt inde: q̄to maximo cursu poterant: ad eā por
tam circa quam oē contractū certamen erat: in quod adeo intenti oīum non solum animi fuere: sed ēt
oculi aureſq; pugnantiū: spectantiūq;: & adhortantium pugnantes: ut nemo a tergo sentiret ante captā
urbem: q̄ tela in auersos inciderunt: utrinq; ancipitē hostem habebāt. Tum turbatis defensoribus me
tu & mœnia capta: & porta intus foriſq; pariter refringi cœpta: & mox cedendo confectis ac distractis:
ne iter impediret foribus: armati impetū fecerunt. Magna multitudo & muros transcendebat. sed ipsi
passim ad cædē oppidanorū uersi illa: quæ portam ingressa erat: iusta acies cū ducibus: cum ordinibus
media urbe in forū processit. Inde cū duobus itineribus fugientes uiderent hostes: alios ad tumulū in
orientem uersum qui tenebat̄ quingentorum militū præsidio: alios in arcē: in quam & ipse Mago cū
oībus fere armatis: qui muris pulsi fuerant: refugerat: partem copiarū ad tumulum expugnandū mit
tit: partem ipse ad arcē ducit: & tumulus primo impetu est captus: & Mago arcē conatus defendere: cū
oīa hostium plena uideret: neq; spem ullam esse: se arcemq; & præsidiū dedit. Quoad dedita arx est: cæ
Arx cū Magone deditur Ro. des tota urbe passim factæ. nec ulli puberū: q obuius fuit: parcebat̄. tū signo dato: cædibus finis factus.



ADPRAEDAM VICTORES VERSI: Q VAE
ingens oīs generis fuit. Liberorū capitum uilis sex
tus ad. x. millia capta. Inde: q ciues nouæ Carthagi
nis erant: dimisit. urbēq; & sua oīa: quæ reliq eis bel
lum fecerat: restituit. Opifices ad duo millia hoīum
erant. eos publicos fore populo ro. edixit cū spe pro
pria libertatis: si ad ministeria belli operā enixe na
uassent. Cæterā multitudinem īcolarū iuuenum ua
lidorum seruorū in classem ad supplementū remigū
dedit. Et auxerat nauibus octo captiuis classem. Ex
tra hanc multitudinē hispanorū obsides erant. Quo
rum perinde ac si socioꝝ liberi. essent: cura habita.
Captus & apparatus ingens belli. Catapultæ maxi
me ferme centū uigīti. minores. cclxxxi. balistæ ma
iores. xxiii. minores. lii. scorpionum minorūq; armo
Catapultæ Balistæ maiores rum telorumq; ingens numerus. Signa militaria. lxxiiii. Et auri argentiq; relata ad imperatorem ma
gna uis. Pateræ aureæ fuerunt. cclxxvi. libræ ferme oēs pondo. Argēti facti signatiq; decem & octomil
lia: &. ccc. pondo. Vasorum argenteorū magnus numerus. Hæc omnia. C. Flaminio quæstori appensa
adnumerataq; sunt. Tritici. xl. milia modiorum. Hordei. cclxx. At naues onerariæ. lxiii. in portu expu
gnatæ: captæq; quædam cum suis oneribus. frumēto: armis: ære p̄terea: ferro: & linteis: & sparto: & na
uali alia materia ad classem ædificandam: ut minimum oīum inter tantas opes bellicas: Carthago ipsa
fuerit. Eo die Scipio. C. Lælio cum sociis naualibus urbem custodire iusso: ipse in castra legiones redu
xit fessosq; milites: omnibus uno die belli operibus: quippe & qui acie dimicassent & in capienda urbe
tantum laboris periculiq; adissent: & capta cū iis: qui in arcem confugerant: iniquo ēt loco pugnassent
curare corpora iussit. Postero die militibus naualibusq; sociis conuocatis: primum diis immortalibus
laudes: gratiasq; egit: qui se non urbis solum opulentissimæ oīum in hispania uno die compotem fe
cissent: sed ante eo congessissent oīs pœne Africæ: atq; hispaniæ opes: ut neq; hostibus quicq̄ relinque
retur. & sibi ac suis omnia superessent. Militū deinde uirtutem collaudauit: quod eos non eruptio ho
stium: non altitudo mœnium: non inexplorata stagni uada: non castellū in alto tumulo situm: nō mu
nitissima arx deterruisset. quo minus transcenderent oīa: perrumperentq;: Itaq;: quāq̄ omnibus oīa de
beret: p̄cipuum tū muralis coronæ decus eius esse qui primus murum ascendisset: profiteretur: qui se
dignum eo duceret dono. Duo professi sunt. Qu. Tyberilius centurio legionis quartæ: & Sex. Digiti
us socius naualis. Nec ipsi tam acriter inter se contendebant: q̄ studia excitauerant uterq; sui corporis
Recuperatores hoīum. Sociis. C. Lælius classis: Legionaris. M. Sempronius Turditanus adērat. Ea contentio cum pro
pe seditionem ueniret: Scipio tres recuperatores cum se daturum pronunciasset: qui cognita causa. te
stibusq; auditis: iudicarent: uter prior in oppidū transcendisset. C. Lælio &. N. Semproni aduocatis par
tis utriusq;: Cornelium Claudium de medio adiecit: eosq; tres recuperatores considere: & causam co
gnoscere. iussit. Dum res eo maiore ageretur certamine: quod amoti tantæ dignitatis non tam aduo
cati: q̄ moderatores studiorum fuerant. C. Lelius relicto consilio: ad tribunal ad Scipionem accedit: eū
q; docet rem sine modo: sine modestia agi ac prope esse: ut manus etiam inter se conserant. Cæterum:
si uis absit: nihilominus detestabili exemplo rem agi. Quippe ubi fraude ac periurio decus petatur uir
tutis: State hinc legionarios milites: hinc classicos: per omnes deos aparatos iurare magis quæ uelint:
q̄ quæ sciant uera esse. & obstringere periurio non se solum: suumq; caput: sed signa militaria: & aqui
las: sacramentiq; religionem. Hæc se ad eum de sententia. P. Cornelii: &. Mar. Sempronii deferre: Sci
pio: collaudato Lælio: ad concionem aduocauit: pronunciauitq; se satis compertum habere. Qu. Ty
berilium: & Sex. Digitium pariter in murum ascendisse: seque eos ambos uirtutis causa coronis mu

ralibus donare. Tum reliquos: pro ut cuiusq; meritum uirtusq; erat: donauit. Ante omnes. C. Lælium præfectum classis: & omni genere laudis sibimetipsi æquauit: & corona aurea: ac. xxx. bobus donauit. Tum obsides ciuitatū Hispaniæ uocari iussit. Quoꝝ quantus numerus fuerit: piget scribere: qppe ubi alibi. ccc. ferme: alibi. ccc. uigintiq; fuisse inueniā. Aeq; & alia inter auctores discrepant. Præsidiū punicum alius. x. alius. yii. alius non plus: q̄ duūmillium fuisse scribit. Capta alibi decēmillia capitum: alibi supra. y. &. xx. inuenio. Scorpiones maiores minoresue ad. lx. captos scripserim: si auctorem græcum sequar Silenū: Si Valeriū Antiatē: maiorum scorpionū sexmillia: minoꝝ. xiii. adeo nullus mentiendi modus est. Nec de ducibus quidē conuenit. plæriq; Læliū præfuisse classi: sunt qui. M. Iuniū Syllanum dicant. Armē præfuisse punico præsidio: deditūq; romanis Antias Valerius. Magonē alii scriptores tradunt. Non de numero captaꝝ nauium: non de pondere auri atq; argenti: & redactæ pecuniæ cōuenit. Si aliquibus assentire necesse est. media simillima ueris sunt. Cæteꝝ Scipio: uocatis obsidibus: primū uniuersos bonum aīum habere iussit. ueniisse eos in populi romani potestatē: qui beneficio quā metu obligare hoies malit: exteraſq; gentes fide: ac societate iunctas habere: q̄ tristi subiectas seruitio. Deīde acceptis noibus ciuitatum: recensuit captiuos: q cuiusq; populi essent: & nuncios domū misit: ut ad suos quisq; recipiendos ueniret. Si quarū forte ciuitatum legati aderant: eis p̄sentibus suos restituit. Cæterorum curā benigne tuendoꝝ. C. Flaminio quæstori attribuit. Inter hæc e media turba obsidū mulier magno natu Mandonii uxor: qui frater Ilergetū Reguli erat: flens ad pedes imperatoris procidit: obtestariq; cœpit: ut curam cultūq; feminarum impensius custodibus cōmendaret cum Scipio nihil p fecto defutuꝝ diceret: tum rursus mulier: Haud magni ista facimus: inquit: quod. n. huic fortunæ non satis est? alia mihi cura ætatem haꝝ intuenti: nam ipsa extra periculū iniuriæ muliebris sū. animum stimulabant ætate & forma florentes circa eam Indibilis filiæ: eæq; nobilitate pari: q̄ eam oēs pro parente colebant. Tum Scipio: Meæ populiq; romani disciplinæ cā facerem: inquit: nequid: quod sanctū usq̄ esset apud nos uiolaretur. Nunc: ut id curē impensius: uestra quoq; uirtus dignitasq; facit: quæ nec i malis quidem oblitæ decoris matronalis estis. Spectatæ deinde integritatis uiro tradidit eas: tueriq; haud secūs uerecunde atq; modeste: q̄ ciuium coniuges: ac matres iussit.



CAPTIVA DEINDE A MILITIBVS ADDVcitur adulta uirgo adeo eximiæ formæ: ut: quacūq; se uteretur: oīum conuerteret oculos: Scipio pcunctatus patriam parentesq; inter cætera accepit desponsatam eā principi celtiberoꝝ adolescenti: cui Luceio nomen erat. Extemplo igit̄ parentibus spōsoq; a domo accitis: cum interim audiret deperire eū sponsæ amore: ubi primū uenit: accuratiore eum sermone: q̄ parentes alloquit̄. Iuuenis: inquit: iuuenē appello. minor sit inter nos huius sermonis uerecūdia. Ego cum sponsa tua uocata a militibus nostris ad me deducta esset: audiremq; eā tibi cordi esse: & forma faceret fidem: quia ipse. si frui liceret: ludo ætatis p̄sertim illecto: & læto legitimoq; amore & non resp. animum nostrū occupasset. ueniam mihi dari: sponsam ipensius amanti uellē: tuo: cuius sponsa ē: amori faueo: fuit spōsa tua apud me. Eadē: qua apud soceros tuos: parentesq; suos uerecūdia seruata ē tibi: ut inuiolatū: & dignū me teq; dari tibi donū posset hanc mercedē unam, p eo munere paciscor: amicus populi ro. sis: & si me uiꝝ bonū credis esse: qualē patrem patruūq; meū iam ante hæ gētes norant: scias multos nīi similes ī ciuitate romana eē: nec ullū in terris pplm hodie dici posse: quē minus tibi hostē: tuisq; esse uelis: aut amicū malis. Adolescēs simul pudore gaudioq; pculsus dextrā Scipionis tenens deos oīs inuocare ad gr̄am illi pro se referendā: Quoniā sibi nequaq̄ satis facultatis pro suo aio: atq; illius erga se eēt: Parentes inde cognatiq; uirginis appellati: qm̄ gratis sibi redderet uirgo: ad quā redimendā satis magnū attulissent auri pōdus: orare Scipionē: ut id ab se donū accipet: cœperunt: haud minorē eius rei apud se gr̄am fore affirmantes: q̄ redditæ iuiolatæ foret uirginis. Scipio qñ tantopere peterent: acceptuꝝ se pollicitus poni ante pedes iussit: uocatoq; ad se Luceio: sup dotem: quā: inquit: accepturus a socero es: hæc tibi a me dotalia dona accedent: aurumq; tollere ac sibi hr̄e iussit. His lætus donis. honoribusq; dimissus domū impleuit populares laudibus & meritis Scipiōis. Veniisse diis simillimū iuuenem uincentē oīa tum armis: tū benignitate ac beneficiis. Itaq; delectu clientiū habito: cū mille: &. cccc. equitibus intra paucos dies ad Scipionē rediit Scipio retē to secū Lælio: dum captiuos obsidesq; & prædā ex consilio eius disponeret satis oībus cōpositis: data q̄nquereme captiuis Magone: & qndecim fere senatoribus: qui simul cū eo capti erant: in naue imposuit: nuncium uictoriæ Romā mittit: Ipse paucos dies: quibus morari Carthagine statuerat: exercēdis naualibus: pedestribusq; copiis absumpsit: Primo die legiones ī armis quattuormillium spatio decurrerunt: Secundo die arma curare: & tergere ante tentoria iussit: Tertio die sudibus inter se in modū iustæ pugnæ concurrerunt: præpilatisq; missilibus iaculati sunt. Quarto die quies data. Quīto iterum in

Militēs, ut cuiusq; virtus fuit, ornauit, muner, ait Scipio

Scriptoꝝ uariatio

Volatur Scipio obsides

O Insigne continentiæ exemplum Vide Ti. Gellium lib. 6 cap. 8. Val. Max. lib. 4 cap. 3

Scipiōis cōtinentia

Act̄. Militarem meditationem

Scipio nō simit militis atio tempestate

armis concursum. Hunc ordinem laboris quietisq; quoad Carthagine morati sunt: seruauerunt. Re/
migio classis ciues: militesq; tranquillo in altū euecti agilitatem nauiū simulacris naualis pugnæ expe
riebantur. Hæc extra urbē terra mariq; corpora simul: aiosq; ad bellum acuebant. Resp. ipsa strepebat
apparatu belli: fabris oium generū in publica officina inclusis: data cuncta pari cura subibat. Nunc ope
ribus aspiciendis tps dabat: quæq; in officinis: quæq; in armamentario: quæ ab naualibus sociorum fa
brorū multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat. His ita incohatis refectisq; quos
quassauerant muris: dispositisq; psidiis: ad custodiā urbis: Tarraconem est profectus: A multis legatio
nibus protinus in uia aditur. quas partim dato responso: ex itinere dimisit. partim distulit Tarronem:
quo omnibus nouis ueteribusq; sociis edixerat conuentum. Et cūcti fere: qui cis Iberum colunt: popu
li multiq; etiam ulterioris Hispaniæ conuenerunt. Carthaginensiū duces primo ex industria famā ca/
ptæ Carthaginis cōpresserant. Deinde: ut clarior res erat: q̄ ut tegi: ac dissimulari posset: eleuabant uer
bis. Nec opinato aduentu: ac prope furto unius diei urbem unam Hispaniæ interceptam. cuius rei tam
paruæ & præmio elatum insolentem iuuenem imodico gaudio spem magnæ uictoriæ imposuisse. at
ubi appropinquare tres duces: tres uictores hostium exercitus audisset: occursuram ei extemplo do/
mesticorum funerum memoriam. Hæc in uulgus iactabant: haudquaquam ipsi ignari: quantum sibi
ad omnia uirium Carthagine amissa decessisset.

LIBER SEPTIMVS.

HIC STATVS RERVM HISPANIAE FRAT. IN ITALIA AVTEM CON
sul Marcellus: Salapia p proditionē accepta: Maroneā & Meles de Sānitibus ui
cœpit. Ad triamillia militum ibi Annibalis: quæ psidii cā relicta erant: oppressa.
Prædæ aliquantū eius militi fuit concessum. Tritici quoq; ccxl. millia modiū: &
cx. millia hordei inuenta. Cæteq; nequaq̄ inde tantum gaudii fuit: q̄ta clades in
tra paucos dies accepta est haud pcul ab urbe Herdonia. Castra ibi. G. Fuluius
pconsul habebat spe recipiendæ Herdoneæ: quæ post cannensem cladē a roma
nis defecerat: nec loco satis tuto posita: nec psidio firmata. Negligentiā insitam i/
genio ducis augebat spes ea: quod labare iis aduersus pœnū fidem senserat: po/
steaq̄: Salapia amissa: excessisse his locis Annibalē in brutios auditū est. Ab Her/
donea ea oia per occultos nuncios delata Annibali simul curā sociæ retinēdæ urbis: & spē fecere incau
tum hostē aggrediendi. Exercitu expedito: ita: ut famā prope pueniret. magnis itineribus ad Herdo/
neam contendit. & quo plus terroris hosti obiiceret acie instructa accessit. Pari audacia romanus: consi
lio & uiribus impar: copiis raptim eductis conflixit. Quinta legio & sinistra ala acriter pugnā inierunt.
Cæteq; Annibal: signo equitibus dato: ut cū pedestres equitesq; occupassent: psenti certamine oculos:
aiosq; circūuecti pars castra hostium: pars terga oppugnantiū inuaderēt. Ipse in. G. Fuluii similitudinē
nōis: quod. G. Fuluium prætorē biennio ante in his deuicerat locis increpans: similē euentum pugnæ
fore affirmabat: Neq; ea spes uana fuit: Nam cū comminus acie & peditū certamīe multi cecidissent ro
manorum: starent tñ ordines signaq;: equestris a tergo tumultus: simul a castris clamor hostilis audi/
tus: sextā legionem ante q̄ in secunda acie posita prior a numidis turbata est: Quintā deinde: atq; eos: q
ad prima signa erant auertit. Pars in fugā effusa. pars in medio cæsa: ubi & ipse. G. Fuluius cum duode
cim tribunis militū cecidit. Romanoq; sociorumq; quot cæsa i eo plio millia sint: qs pro certo affirmet:
cum tredecimmillia alibi: alibi haud plus quā septem inueniam? Castris pdaq; uictor potitur. Herdo/
neam qa & defecturam fuisse ad romanos comperit: nec mansurā in fide: si inde abscessisset: multitudi
ne omni Metapontū ac turios traducta: incendit. Occiditq; principes: qui cū Fuluio colloquia occulta
habuisse comperti sunt. Romani: q ex tanta clade euaserant: diuersis itineribus semiermes ad Marcel/
lum consulē in Sānium confugerunt. Marcellus nihil admodū tanta clade territus litteras Romam ad
senatū de duce: & exercitu ad Herdoneā amisso scribit. Cæterum eundem se qui post cannensem pu/
gnam ferocē uictoria Annibalem contuderit ire aduersus eum breueq; illi lætitiam: qua exultat factu
rum. Et Romæ quidē luctus tum ingens ex pterito: tum timore in futuro erat. Consul ex Sānio in Lu
canos transgressus ad Munistronē in cōspectu Annibalis loco plano: cū pœnus collem teneret: posuit
castra. addidit & aliam fidentis speciē: quod prior i aciem eduxit. Nec detrectauit Annibal: ut signa por
tis efferri uidit. Ita tñ aciem instruxerunt: ut pœnus dexteq; cornu i collem erigeret: romani sinistrum
ad oppidum applicarent. Ab hora tertia cū ad noctem pugnam extendissent: fessæq; pugnādo primæ
acies essent: a romanis prima legio: & dextera ala ab Annibale hispani milites & funditores baleares:
elephanti quoq; cōmisso iam certamine: in præliū acti. Diu pugna neutro inclinata stetit. Primæ legio
ni tertia: dexteræ alæ sinistra subiit. Et apud hostes integri a fessis pugnā accepere. Nouum atq; atrox
præliū ex tam segni repente exarsit: recentibus animis: corporibusq;. Sed nox incerta uictoria diremit
pugnantes. Postero die romani a sole orto in multū diei stetere in acie. ubi nemo hostium aduersus p
diit: spolia per otium legere: & congestos in unū locum cremauere suos. Nocte insequenti Annibal si/
lentio mouit castra: & in Appuliam abiit. Marcellus ubi lux fugam hostium apuit: sauciis cum psidio

Cædes ro/ manoq; ad Herdoneā

Hasdrubal Hamilcaris filius ad Ilipam cum exercitu uenit

Marcellus cōsul Romam redit

Pto. Numi strū uocat & plinius Numistra nos noīat uterque in brutiis

modico Munistrone relictis: præpositoq; his. L. Furio Purpurione tribuno militum: uestigiis institit sequi: ad Venusiam eũ adeptus est. Ibi per dies aliquot cum a statiõibus procursaret: mixta equitum: peditumq; tumultuosa magis prælia quam magna: & ferme oĩa romanis secũda fuerunt. Inde per Apuliã ducti exercitus sine ullo memorato certamine cum Annibal nocte signa moueret locũ insidiis q̃rens: Marcellus nisi certa luce: & explorato ante non sequeret. Capuæ interim Flaccus dũ bonis principum uendẽdis agro: qui publicatus fuerat: locando (locauit aũt omne frumentũ: tps terit: ne deesset materia in cãpanos scæuiendi: nouũ in occulto gliscens per indiciũ protractũ est facinus: milites ædificiis emotos: simul ut cũ agro tecta urbis fruenda locarent: simul metuẽs: ne suũ quoq; exercitum sicut Annibalis nimia urbis amœnitas emolliret ĩ portis murisq; sibimetipos tecta militariter coegerat ædificare. Erant autem plæraq; ex cratibus aut tabulis facta. alia arundine texta: stramento intecta. omne uelut de industria alimentis ignis. Hæc noctis una hora ut omnia incenderẽt. clxx. cãpani principibus fratribus Blosiis coniurauerant. Indicio eius rei ex familia Blosiorum facto portis: repente iussu proconsulibus clausis: cum ad arma signo dato milites concurrissent: cõpræhensi omnes: qui innoxa erãt & quæstione acriter habita: damnati: necatiq;. Indicibus libertas: & eris denamillia data. Nucerinos: & acerranos querentes ubi habitarent non esse. Acerris ex parte incensis. Nuceria deleta. Romam Fului us ad senatum misit. Acerranis permissum: ut ædificarent: quæ incensa erant Nucerini Atellam: quia id maluerant: Atellanis Galatiam migrare iussis: traducti. Inter multas magnasq; res: quæ nunc secundæ: nunc aduersæ occupabãt cogitatiões hoĩum: ne tarentinæ quidẽ arcis excidit memoria. M. Ogulinus: &. P. Aquilius in Aeoliam legati ad frumentũ coemendum: quod Tarentum portaretur profecti: & mille milites de exercitu urbano: par numerus romanoꝝ sociorumq; eodem in præsidium cum frumento missi sunt. Iam æstas in exitu erat: comitiorumq; cõsularium instabat tẽpus. Sed litteræ Marcelli negantis e rep. esse uestigium abscedi ab Annibale cui cedenti certamenq; abnuenti grauius ipse instaret: curam iniicerant: ne aut consulem Marcellum tũ maxime res agentem a bello auocarent: aut in annum consules deessent. Optimũ uisum est: quamquã extra Italiam esset potius Valerium consulem ex Cicilia reuocare. Ad eum litteræ. iussu senatus a. L. Manlio prætore urbis cum litteris cõsulis. M. Marcelli ut ex iis nosceret: quæ causa patribus eum potius: q̃ collegam reuocandi ex prouincia esset. Eo forte tempore Romam legati a rege Syphace uenerunt: quæ prælia prospera cum carthaginensibus feciſſet memorantes. Regem nec inimiciorem ulli populo: q̃ carthaginensi: nec amiciorem: q̃ romanos affirmabãt esse. misisse eum antea legatos in Hispaniam ad. G. &. P. Cornelio imperatores romãos. nunc ab ipso uelut fonte petere romanam amicitiã uoluisse. Senatus nõ legatis modo benigne respondit: sed ipse legatos cum donis ad regem misit. L. Geminum Petellium. P. Pompiliũ. Dona tulere togam: & tunicam purpureã: sellam eburneam: pateram ex quinq; pondo auri factam. Protinus: & Alios Africæ Regulos iussit adire. iis quoq; quæ darentur: portatæ togæ prætextæ: & terna põdo pateræ aureæ. Et Alexãdriam ad Ptolomæum & Cleopatram reges. M. Attilius: &. M. Accilius legati ad cõmemorandam reuocandamq; amicitiã missi dona tulere. Regi togam & tunicam purpuream cum sella eburnea. Reginæ palam pictam cum amiculo purpureo.

Numistrone potius

Quid rapue factum

Noua cãpanoꝝ coniuratio

Legati Syphacis romã missi

Siphax rex Romanis amicitia petit

Ptolomæus Cleopatra



MVLTA EA AESTATE: Q. VA HAEC FACTA sunt ex propinquis urbibus: agrisq; nũciata sũt prodigia. Tusculi agnum cum ubere lactanti natũ. Iouis ædis culmẽ fulmine ictum: ac prope omni tecto nudatum. Isdem ferme diebus Anagniæ terrã ante portã ictam die ac nocte sine ullo ignis alimento arsisse. Et aues ad cõpitum anagninũ in luco Dianæ nidos in arboribus reliquisse. Tarracinæ in mare haud procul portu angues magnitudinis miræ lasciuiẽtium piscium more exultasse. Tarquiniis porcum cum ore humano genitum. & ĩ agro capenate ad lucum Feroniæ. iiii. signa sanguine multo diem ac noctem sudasse: Hæc prodigia hostiis maioribꝰ procurata decreto pontificum: & supplicatio diem unum Romæ ad omnia pulunaria: Alterum & in capenate agro ad Feroniæ lucum indicta. M. Valerius consul litteris excitus prouincia exercituq; mandato Cincio prætori. M. Valerio Messallæ præfecto classis cum parte nauium in africam prædatum simul speculatum: quæ populus carthaginensis pararet ageretq;: missio. ipse. x. nauibus Romam profectus: cum prospere peruenisset: senatum habuit Vbi de suis rebus gestis cõmemorauit: cum ãnos prope. lx. in Siciliam terra mariq; magnis Sæpe cladibus bellatum esset: se eam prouinciã confecisse: nemi nem carthaginensem in Sicilia esse: neminem siculum. qui metu inde fugati abfuerint: esse omnes in urbes: agrosq; suos reductos arare serere: desertam coliq; terram tandem frugiferam: ipsis cultoribus: populoq; romano pace ac bello fidissimum annonæ subsidium. Exinde Mutine: & si quoꝝ alioꝝ meritã erga populum romanum erant in senatum introductis honores omnibus ad exoluendam fidem

Prodigia nũciata

Porcus cum ore humano natus

Mutines ciuis ro. Factus

a consule habiti. Mutines etiam ciuis romanus factus: rogatione a tribuno ple. ex auctoritate patrum ad plebem lata. Dum hæc Romæ geruntur. M. Valerius Messalla. l. nauibus cum ante lucem ad Africam accessisset: improuiso in agro uticensi excursionem fecit. Eumq; depopulatus late: multis mortalibus cum alia ois generis præda captis: ad naues rediit: & ad Siciliam transmisit tertiodecimo die q̄ profectus erat. inde Lilybeum reuectus. Ex captiuis: quæstione habita: hæc cōperta. consuliq; Leuino oia ordine perscripta: ut sciret quo ordine: uel quo in statu Africæ res essent. Quinquemillia numidarum cum masinissa Galæ filio acerrimo iuuene carthagine esse: & alios per totam Africam milites: mercede conduci: qui in Hispaniam ad Asdrubalē traiicerentur. ut iis quā maximo exercitu primo quoq; tempore ib Italiam transgressus iungeret se Annibali in eo positam uictoriā credere carthaginenses. Classem præterea ingentē apparari ad Siciliam rependā: eamq; se credere breui traiecturam. Hæc recitata a consule ita mouere senatū: ut non expectanda comitia consuli censerent: sed dictatore comitioq; habendorum causa dicto: extemplo in prouinciam redeundū. Illa disceptatio tenebat: quod consul in Sicilia se: M. Valerium messallam: qui tum classi præesset: dictatorem dictuq; esse aiebat. Patres extra romanum agrū (eum aūt Italia terminari) negabant dictatorem dici posse. M. Lucretius tribunus ple. cum de ea re consuleret: ita decreuit senatus: ut consul prius quam ab urbe discederet: populū rogaret: quem dictatorem dici placeret. eumq; quē populus iussisset: diceret: dictatorē. si consul noluisset: prætor urbanus populū rogaret. Si ne is quidem uellet: tum tribuni ad plebem ferrēt. Cum consul se populum rogatuq; negasset: quod suæ potestatis esset: prætoremq; uetuisset rogare: tribuni plebis rogarūt: plebesq; sciuit ut Fuluius: qui tum ad capuam erat: dictator diceretur. Sed quo die id plebis cōsilium futurū erat consul clam nocte in Siciliam abiit: destitutiq; patres litteras ad. M. Claudiū mittendas censuerūt: ut desertæ reip. a collega subueniret: diceretq;: quem populus iussisset dictatorem. Ita a Marcello cōsule Fuluius dictator dictus. Et ex eodē plebiscito a Fuluio dictatore. P. Licinius Crassus pontifex maximus magister equitū dictus. Dictator posteaq̄ Romā uenit. G. Sempronium Blesum legatum: quem ad Capuam habuerat: in Ethruriam prouinciā ad exercitū misit in locum Calphurnii prætoris: quē: ut capuæ exercituiq; suo præesset litteris exciuit. Ipse comitia: ī quem diē primum potuit: edixit. quæ certamine inter tribunos dictatoremq; iniecto: perfici nō poterant. Galeria iunioq;: quæ forte prærogatiua erat. Qu. Fuluium: &. Qu. Fabium consules dixerat. eodēq; uocatæ reliquæ inclinassent: ni trib. ple: G. &. L. Ariani interposuissent qui: neq; magistratum continuari satis ciuile esse aiebant: & multo fœdioris exempli eū ipsum creari: qui comitia haberet. itaq; si suum nomē dictator acciperet: se comitiis intercessuros: si alioq; præterq̄ ipsius ratio haberetur: comitiis se moram non facere. Dictator cām comitiorum auctoritate senatus: plebiscito: extemploq; tutabatur. Nāq; a. G. Seruilio cōsule. cū Flaminius alter consul ad Thrasymenum cecidisset: ex auctoritate patrum ad plebē latum: plebēq; sciuisse: ut quo ad bellum in Italia esset: ex iis qui consules fuissent: quos: & quotiens uellet: reficiendi consules populo ius esset. exemplumq; ea in re uetus se habere. L. Posthumii Metelli: qui interrex iis comitiis: quæ ipse habuisset: consul cum. G. Iunio Bibulo creatus esset: recensq;. Qu. Fabii: qui sibi continuari consulatum: nisi id bono publico fieret: profecto nunq̄ sciuisset. His orationibus cum diu certatū esset: postremo ita inter dictatorē & tribunos conuenit: ut eo quod censuisset senatus: staretur. Patribus id rēpus reip. uisum est: ut per ueteres: & expertos belliq; peritos imperatores resp. gereretur. Itaq; moram fieri comitiis non placere. Concedentibus tribunis comitia habita. Declarati consules. Qu. Fabius Maximus quintum. Qu. Flaccus. Fuluius. iii. Prætores creati. L. Veturius Philo: &. T. Quintius Crispinus. G. Hostilius Tribulus. G. Aurunculeius. Magistratibus in annum creatis. Qu. Fuluius dictatura se abdicauit. Extremo æstatis eius classis punica nauium. xxx. cum præfecto Amilcare in Sardiniam traiecta: olbiensem primo: deinde posteaq̄ ibi. P. Manlius Volso prætor cum exercitu apparuit: circūacta inde ad alteq; insulæ latus calaritanum agrū uastauit: & cum præda ois generis in Africam rediit: Sacerdotes romani eo anno mortui aliquot: suffectiq;. G. Seruilius pontifex factus in locū. T. Octacilii Crassi. Decemuiri item sacris faciundis in locum. T. Sempronii. T. F. longi. T. Sempronius. G. F. longus suffectus. M. Martius rex sacroq; mortuus est: &. M. Aemylius Pappus Maximus Curio: neq; in eorū locum sacerdotes eo anno suffecti. Et censores hic annus habuit. L. Vulturnum Philonē: &. P. Licinium Crassum pontificem maximum. Crassus. Licinius: nec consul: nec prætor ante fuerat: quam censor est effectus. Ex ædilitate gradum ad censuram fecit. Hi censores neq; senatum legerūt nec quicquam reipu. egerunt: Mors diremit. L. Veturium: Inde & Licinius censura se abdicauit. Aediles curules Veturius: &. P. Licinius Varus ludos romanos diem unum instaurarūt. Aediles plebis. Qu. Cautius: &. L. portius Licinius ex mulctatitio argento signa ænea ad cæteros dedere: & ludos pro temporis huius copia magnifici apparatus fecere. Exitu anni huius die: iiii. &. xxx. qua a Tarracone profectus erat: Lælius Romam uenit legatus Scipionis: is cum agmine captiuoq; ingressus urbem magnum concursū hominū fecit. Postero die in senatum introductus captam Carthaginem caput Hispaniæ uno die receptasq; aliquot urbes: quæ defecissent: nouasq; in societatem ascitas exposuit. Ex captiuis comperta his fere congruentia: quæ in litteris fuerāt. M. Valerii Messallæ. maxime mouit patres Asdrubalis trāsitus in Italiam uix Annibali atq; eius armis subsistentem. Productus in concionem Lælius eadē disseruit. Senatus ob res fœlicirer a Scipione gestas supplicationes in unum diem decreuit. G. Lælium pri-

Fabius maxius. Qu. Fuluius Flaccus consl.

mo quoq; tempore:cum quibus uenerat nauibus:redire ī Hiſpaniam iuſſit Carthaginis expugnatio
nem in nunc annum contulit multis auctoribus:haud neſcius quoſdam eſſe:qui:anno inſequenti ca
ptam tradiderint quod mihi minus ſimile ueri uiſum eſt annum integrum Scipionem nihil gerendo
in Hiſpania conſumpſiſſe.Qu.Fabio maximo quintum.Qu.Fuluio Flacco.iii.conſulibus idibus mar Prouinciæ
tiis:quo die magiſtratum inierunt:Italia ambobus prouincia decreta.Regionibus tamen partitū im conſulibuſ
perium.Fabius ad Tarentum:Fuluius in lucanis ac brutiis rem gereret.M.Claudio prorogatū in an & prætori
num imperium:prætores ſortiti prouincias.G.Hoſtilius Tribulus urbanam.L.Veturius Philo pere bus decre
grinam cum Gallia.T.Quintius Criſpinus Capuam.G.Aurunculeius Sardiniam.Exercitus ita per tæ
uincias diuiſi Fuluio duæ legiões:quas in Sicilia Valerius Leuinus haberet.Qu.Fabio:qbus in Ethru
ria.G.Calphurnius præeſſet.Exercitus urbanus ut in Ethruriam ſuccederet.G.Calphurnius eidem
præeſſet prouinciæ exercituiq;:quem.Qu.Fuluius habuiſſet.Capuam exercitumq; Quintius obtine
ret.C.Hoſtilius ab.C.Lectorio proconſule prouinciam exercitumq;:qui tum iam Arimini erat accipe
ret.M.Marcello:qui conſul bene rem geſſerat:legiones decretæ.M.Valerio cum.L.Cincio his quoq;
eſt prorogatum in Sicilia imperium:Cannenſis exercitus datus:eumq; ſupplere ex militibus:qui ex
legionibus.G.Fuinii ſupereſſent:iuſſi.Conquiſitos eos conſſ.in Siciliam miſerūt:additaq; eadem mi
litiæ ignominia ſub qua cannenſes militabant:quiq; ex prætoris.Gn.Fuluii exercitu ob ſimilis iram
fugæ miſſi eo ab ſenatu fuerant.C.Aurunculeio eædem in Sardiniam legiones:quibus.P.Manlius
Volſo:qui eam prouinciam obtinuerat:decretæ.P.Sulpicio eadem legione:eademq; claſſe Macedo
niam obtinere iuſſo prorogatum in annum imperium.xxx.quinq; naues ex Sicilia Tarentum ad Fa
bium conſulem mitti iuſſæ cætera claſſe placere prædatum in Africam:& ipſum.M.Valerium Leuinū
traicere:ſeu.L.Cincium:ſeu.M.Valerium Meſſallam uellet.Nec de Hiſpania quicq̄ mutatum:niſi qd
non in annum Scipioni Syllanoq;:ſed donec reuocati a ſenatu forent:prorogatum imperium eſt.ita
prouinciæ exercituſq; in eum locum partita imperia.Inter maiores rerum curas comitia Maximi Cu
rionis:cum in locum.M.Aemylii ſacerdos crearetur:uetus excitauerunt certamen.Patritiis neganti
bus.C.Manlii Atelii:qui unus fuit ex plebe potens:rationem eſſe habendam:quia nemo ante eum:
niſi ex patribus id ſacerdotium habuiſſet.Tribuni appellati ad ſenatum reiecerunt.Senatus populo
poteſtatem fecit.Ita primus ex plebe creatus Maximus Curio.G.Manlius Attelius.Et flaminem dia C. Valerius Flamen dialis
lem inuitū augurari coegit.P.Licinius pontifex Maximus.C.Valerium Flaccum decemuiq; ſacris faci fuit 19. Strinio prætore
undis.Creatus in locum Mutii Scæuolæ demortui.C.Lectorius.Cauſam inaugurare coacti Flaminij mortuo
libens reticuiſſem:ni ex mala fama in bonam uertiſſet.Ob adoleſcentiam negligentem:luxurioſam
q;.C.Flaccus flamen captus a.P.Licinio pontifice maximo.L.Flacco fratri germão:cognatiſq; aliis ob
eadem uitia inuiſus.Is ut animū eius cura ſacroq; & cærimoniarū cepit:ita repente exuit antiquos mo
res:ut nemo tota iuuentute haberetur prior:nec probatior prioribus patrum ſuis pariter alieniſq; eēt.
Huius famæ conſenſu elatus ad iuſtam fiduciam ſui rem intermiſſam per multos annos ob indignita
tem flaminum prioq; repetiuit:ut in ſenatum introiret.Ingreſſum eum curiam cum.L.Licinius præ
tor inde eduxiſſet trib.ple.appellauit flamen.Vetuſtum ius ſacerdotii repetebat:datum id cum toga Attī.diſcep
prætexta & ſella curuli:& Flaminio eſſe:prætor nō exoletis uetuſtate annalium exemplis ſtare ius:ſed tationē de
recentiſſime cuiuſq; conſuetudinis uſu uolebat:nec patrum:nec auoq; memoria dialem quemq̄ id iuſ iure flami
uſurpaſſe tribuni rem inertia flaminum oblitteratam ipſis non ſacerdotio damno fuiſſe:cum equum num
cenſuiſſent:ne ipſo quidem contra tendente prætore:& magno aſſenſu patrum plebiſq; flaminem in
ſenatum introduxerunt.Oībus ita exiſtimantibus magis ſanctitate uitæ:quam ſacerdotii iure rē eam
flaminem obtinuiſſe.Conſules priuſq̄ in prouincias irent:duas urbanas legiones in ſupplementum
quantum opus erat:cæteris exercitibus:militum ſcripſerunt:Vrbanum ueterem exercitum Fuluius
conſul.G.Fuluio Flacco legato:frater hic conſulis erat:in Ethruriam dedit ducendum.Et legiones:q̄
in Ethruria erant.Romam deducendas.Et fabius conſul reliquias exercitus Fuluiani cōquiſitas (fue
runt autem ad triamillia.ccc.xxxvi.).Qu.Maximum filium ducere in Siciliam ad.M.Valerium procō
ſulem iuſſit.Atq; ab eo duas legiones:& triginta quinqueremes accipere.Nihil hæ eductæ ex iſula le
giones minuerunt nec uiribus:nec ſpe eius prouinciæ præſidium:Nam cū præter egregiæ ſuppletas
duas ueteres legiones tranſfugaq; etiam numidaq; equitum:peditūq; magnam uim haberet:ſiculos
quoq;:qui in exercitu Epicidis aut pœnoq; fuerant:belli peritos uiros milites ſcripſit.Ea externa au
xilia cum ſingulis romanis legionibus adiunxiſſet:duoq; ſpeciem exercituum ſeruauit.Altero.L.Ci
cium partem inſulæ:qua regnum Hieronis fuerat:tueri iuſſit.Altero ipſe cæteram inſulam tuebatur:
diuiſam quondam romani imperii:punicioq; finibus Claſſiſ quoq; nauium.lxx.parata ut oī ambitu lit
toq; præſidio oræ maritimæ eſſent.ipſe cum Mutinis equitatu prouinciā peragrabat:ut uiſeret agros:
cultaq; ab incultis notaret:& perinde dominos laudaret:caſtigaretq; Ita tantum ea cura frumenti pro
uenit:ut & Romā mitteret:& Catinam conueheret:unde exercitui:qui ad Tarentum æſtiua acturus
eſſet poſſit præberi.Cæteq; tranſportati milites in Siciliam:& erat maior pars latini noīs:ſociorumq;
prope magni motus cauſa fuere:adeo ex paruis ſæpe magnaq; momenta req; pendent.Fremitus enī
inter latinos:ſocioſq; in conſiliis ortus:decimū annum delectibus & ſtipendiis exhauſtos eſſe.Quo
tānis ferme clade magna pugnare:alios in acie occidi:alios morbo abſumi.magis perire ſibi ciuē:qui

a romano miles lectus sit: quam qui a pœno captus: Quippe ab hoste gratis remitti in patriam a romanis extra Italiam in exiliũ uerius: quam in militiam ablegari: Octauiũ iam sibi annum senescere cãnẽsem militẽ moritur: anteq; Italia hostis abscedat. Quippe nunc cũ maxime florẽs uiribus excedat: si ueteres milites non redeant in patriã: noui legantur: breui neminem superfutur. Itaq; quod ꝓpediẽ res ipsa negatura sit: prius: quam ad ultimã solitudinem atq; egestatẽ perueniant: negãdum po. ro. esse: si consentientes in hoc socios uideant rõani profecto de pace cũ carthaginẽsibus iungenda cogitaturos. Aliter nunq; uiuo Annibale sine bello Italiam fore. Hæc acta in cõsiliis. xxx. tum coloniæ. po. ro. erant. ex iis. xii. cum oĩum legationes essent Romæ: negauerunt consulibus esse: unde milites pecuniamq; darent. Eæ fuere Ardea: Nepetes: Sutrium. Minturnæ: Iuturna: Alta: Carseoli: Sueſſa: Ceræ: Lacates: Narnia: Interamna: Noua re consules icti cũ absterrere eos a tam detestabili consilio uellent: & castigando increpandoq; pluſq; leniter agendo: profecturos rati: eos ausos esse: cõsulibus dicere aiebant quod consules in senatu ut pronũciarent: in aĩum inducere non possent. Non. n. detractationẽ eam militiæ: sed apertam defectionẽ a. po. ro. esse. Redirent itaq; propere in colonias & tanq; integra re locuti magis: quam ausi tñ nefas cum suis consulerẽt. Admonerent nõ campanos neq; tarentinos eos eẽ: sed romanos inde oriundos: inde in colonias: atq; in agrũ bello captum stirpis augendæ causa missos. Quæ liberi parentibus deberent: ea illos romanis debere: si ulla pietas si memoria antiquæ patriæ eẽt. consulerent igitur de integro: tum quidem: quæ temere agitassent: ea prodendi imperii romani tradẽdi Annibali uictori esse. Cum alternis hæc consules diu iactassẽt: nihil moti legati: neq; se: quod domũ renunciarẽt: habere dixerunt: neq; senatum suum. quid noui consuleret: ubi nec miles: qui legeretur: nec pecunia: quæ daretur in stipẽdium esset. Cum obstinatos eos uiderent consules rem ad senatũ detulerunt. Vbi tantus pauor hoĩum aĩs est iniectus: ut magna pars actum de ĩperio diceret. idem alias colonias facturas. Idem socios cõsensisse oẽs ad prodẽdam Annibali urbem Romã. Consules hortari: & consolari senatũ: & dicere alias colonias in fide atq; officio pristino fore. Eas quoq; ipsas: quæ officio decessissent: si legati circa eas colonias mittant: qui castigent: nõ qui præcentur: uerecundiam imperii habituras esse. Permissum a senatu iis cum esset: agerent: facerent: ut e rep. ducerent: tẽtatis prius aliorum coloniæ animis: citauerunt legatos: quæsiueruntq; ab iis: ecquid milites ex formula paratos haberent Pro duo de uiginti Coloniis. M. Sextilius Fregellanus respondit: & milites paratos ex formula esse: & si pluribus opus esset: pluris daturos: & quicquid aliud imperaret: uelletq; populus ro. etiixe facturos. ad id sibi neq; opes deesse: aĩum etiam supereſſe. Consules sibi parum uideri præfati pro merito eorum: sua uoce collaudari eos: nisi uniuersi patres in curia gratias egissent: sequi i senatum eos iusserunt. Senatus: quam poterat honoratissimo decreto allocutus eos: mandat consulibus: ut ad populũ quoq; eos producerent: & inter multa alia præclara: quæ ipsis maioribusq; suis præstitissent: recẽs etiam meritum eoꝝ in remp. cõmemorarent. Ne nunc quidem post tot sæcula fileantur: fraudẽturue laude sua. Signini fuere: & nolani: & norbani: satriculaniq;: & brundusini: & fregellani: & nucerini: & adriani: & firmiani: & ariminenses. Et altero mari pontiani: & pestani: & consani: Et mediterranei beneuentani: & sernini: & spoletani: & placentini: & cremonenses: Harum coloniæ subsidio: tum imperium populi ro. stetit: iisq; gratiæ & in senatu: & ad populum actæ. duodecim aliarum coloniæ: quæ detractauerunt imperium: mentiones patres fieri uetuerũt. Neq; illos dimitti: neq; retineri neq; appellari a cõsulibus. Ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi romani uisa est. Cætera expedientibus: quæ ad bellum opus erant: consulibus aurum incensimariũ: quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruabatur promi placuit: prompta ad quattuormillia pondo auri. Inde quinquaginta pondo data consulibus: &. M. Marcello: &. P. Sulpicio procon. &. L. Veturio prætori: qui Galliam prouinciam sortitus erat. Additũq; fabio conſ. c. pondo auri præcipuũ: quod in arcẽ tarentinã portaretur. Cætero auro usi sunt ad uestimenta pecunia præsenti locanda exercitui: qui in Hispaniã bellum sua secunda fama ducisq; gerebat. Prodigia quoq; prius quam consules proficiscerẽtur: procurari placuit. In albano monte tacta de cælo erat: signum iouis: arborq; tẽplo propinqua: & ostiæ lacus: & Capuæ murus: Fortunæq; ædes: & Sinuesse murus portaq; hæc de cælo tacta. Cruentam ẽt aquam fluxisse albanam quidã auctores erant. Et Romæ intra cellam ædis Fortunæ Fortis de capite signũ quod in corona erat i manu spõte sua ꝓlapsum: & Priuerni satis constabat bouẽ esse locutũ uulturemq; frequẽti foro in tabernam deuolasse. Et Sinuessæ natũ ambiguo inter marem & fœminã sexu infantẽ: quos androgynos uulgus: ut plerãq; faciliore ad duplicãda uerba græco sermone appellat. Et lacte pluisse. Et cum elephanti capite puerꝝ natum. Ea ꝓdigia hostiis maioribus procurata. & supplicatio circa oĩa puluinaria. Obsecratio in unũ diẽ indicta. Et decretũ ut. G. Hostilius prætor ludos Appollinis: sicut his annis uoti factiq; erãt uoueret: faceretq;. Per eos dies & cẽsoribus creãdis. Qu. Fuluius consul comitia habuit. Creati censores ambo qui nõdum cõsules fuerant. M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius Tuditanus. Censores uti agꝝ campanũ fruẽdum locarẽt: ex auctoritate patꝝ latum i plebẽ est: plebesq; sciuit Senatus lectionem cõtentio inter cẽsores de principe legendo tenuit. Sẽpronii lectio erat. Cætꝝ Cornelius more traditum a patribus sequẽdum aiebat: ut qui prmus cẽsor ex iis: qui uiuerẽt: fuisset: eũ principem legerẽt. Is. L. Manlius Torquatus erat. Sempronius: cui dii sortẽ legendi dedissent: & ius libeꝝ eosdem dedisse deos: se id suo arbitrio factuꝝ lecturumq;. Qu. Fabiũ Maximũ quem tũ principem romanæ ciuitatis

Coloniaꝝ & urbiũ latini nois cogitata defectio

Augꝝ incẽsimariũ quingẽta põdo nã quiquagita data stultũ ẽ credeñ

prodigia

Androgynus qd ut

esse:uel Annibale iudice:dicturus esset. Cū diu certatū esset uerbis:concedente collega: lectus a Sēpronio princeps in senatū. Qu. Fabius Maximus cōsul. Inde alius lectus senatus:octo præteritis:iter quos M. Cecilius Metellus infamis auctor deserēdæ Italiæ post cānēsem cladē. In equestribus quoq; notis eadē seruata causa:sed erāt perpauci:quos ea infamia attingeret. Illis oibus & multi erant adēpti equi: qui cānensiū legionū equites in Sicilia erāt. Addiderūt acerbitati etiā tps:ne præterita stipendia ꝓcederent. iis q equo publico emeruerāt. sed dena stipēdia equis priuatis facerēt. Magnū prætera numerū eorū cōquesierūt:qui equo mereri deberēt:atq; ex iis:qui principio eius belli sedecim annos nati fuerāt: neq; militauerant oēs æratos fecerūt. Locauerūt inde reficiēda:quæ circa forū incēdio cōsumpta erant. vii. tabernas: macellū:atriū:regiam. Transactis oibus:quæ agenda erāt:cōsules ad bellū profecti. Prior Fuluius prægressus Capuā. Post paucos dies cōsecutus Fabius:qui:& collegā corā obtestatus: & Marcellū per litteras quā acerrimo bello detineret Annibalē:dum ipse Tarentū oppugnaret. Ea urbe adēpta hosti undiq; pulso:nec ubi cōsisteret:nec quid fidum respiceret habēti: ne remorādi quidem cām in Italia fore. Regiū etiā nūcium mittit ad præfectū præsidii:quod a Leuino cons. aduersus brutios ibi locatū erat. viii. millia hoium pars maxima ab Agatirna:sicut antea dictum est:Sicilia traducta: rapto uiuere hoium assuetoꝝ. Additi erant brutioꝝ in diē perfugæ:& audacia & audēdi oia necessitatibus parres. Hāc manū ad brutiū agꝝ primū depopulādum duci iussit:inde Cauloniā urbē oppugnādā. Impacta nō impigre solū:sed ēt auide executi:direptis fugatisq; cultoribus agri:sūma ui urbē oppugnabant. Marcellus & cōsulis litteris excitus:& quia in aium induxerat:neminē ducē romanū tam parem Annibali:quam se esse:ut primū in agris pabuli copia fuit:ex hybernis profectus ad Cānusium Annibali occurrit. Sollicitabat ad defectionem cānusinos pœnus. Cæteꝝ:ut appropinquare Marcellū audiuit: castra inde mouit. Apta erat regio sine ullis ad insidias latebris. Itaq; in loca saltuosa cedere inde cœpit. Marcellus uestigiis instabat:castraq; castris cōferebat. & opere perfecto extēplo in aciem legiones educebat Annibal turmatim per equites:peditūq; iaculatores leuia certamina serens casum uniuersæ pugnæ nō necessarium ducebat. Tractus est tamē ad id quod uitabat certamē. Nocte prægressum eū esse quitur locis planis ac patentibus Marcellus:castra inde ponētem pugnādo undiq; īmūitores opibus prohibet. ita signa collata pugnatūq; totis copiis:& iam cū nox instaret:marte æquo discessum est. Castra exiguo distantia spatio raptim ante noctē permunita. Postero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit. Nec Annibal detrectauit certamē multis uerbis adhortatus milites:ut memores Thrasymeni:Cānarumq; cōtunderent ferociam hostis:urgere atq; instare eum:nō castra ponere pati: non respirare:aut circūspicere. quottidie simul oriētem solē:& romanā aciem in cāpis uidēdam eē. si uno ꝑlio haud incruētus abeat:quietius deinde eū trāquilliusq; bellaturū. His irritati adhortatiōibus: simulq; tædio ferociæ hostiū quottidie instātium:lacessentiūq; acriter præliū ineūt:pugnatū amplius duabus horis est. Cedere inde a romanis dextera ala extraordinarii cœpere. Quod ubi Marcellus uidit. duodeuigesimā legionem in primā aciem inducit. Dū alii trepidi cedunt:alii segniter subeūt: turbata tota acies est. deīde prorsus fusa:& uincente pudorē metu terga dabant. Cecidereq; in pugna duomillia & septingēti ciuium sociorūq;. in his quattuor romani centuriōes fuere:duo tribunu militū. M. Licinius:&. M. Eluius. Signa militaria quattuor de ala prima:quæ fugit:duo de legiōe:quæ cedentibus sociis successerat:amissa:Marcellus:posteaq; in castra reditū est:cōcionem adeo scæuam atq; acerbam apud milites habuit:ut prælio per diem totū infœliciter tolerato:tristior irati ducis oratio esset. Diis īmortalibus ut in tali re grates laudesq;:inquit:ago:quod uictor hostis cum tāto pauore incidētibus uobis in uallū portasq; nō ipsa castra est aggressus:deseruisletis profecto eodē terrore castra:quo dimisistis pugnā:qui pauor hic:qui terror:quæ repēte:qui & cum quibus pugnaretis:obliuio aīos inuasit? Nempe iidē sunt ii hostes:quos uincēdo:& uictos sequendo. priore æstate absumpsistis. quibus dies noctesq; fugiētibus per hos dies institistis. quos leuibus prœliis fugastis:quos hesterno die nec iter facere:nec castra ponere passi estis. Dimitto ea: quibus gloriari potestis:cuius & ipsius pudere: ac pœnitere uos oportet:referā. Nempe æquis manibus hesterna die diremistis pugnā quid hæc nox qd hæc dies abstulit? uestræ his copiæ īmunitæ sūt:an illoꝝ auctæ? nō equidē mihi cū exercitu meo loqui uideor:nec cū rōanis militibus:corpora tantū atq; arma eadē sunt. an si eosdē aīos habuissetis:terga uestra uidisset hostis signa alicui manipulo:aut coorti abstulisset? nō adhuc cæsis romanis legiōibus gloriabat. uos illi hodierno die primū fugati exercitus dedistis decus. Clamor inde ortus:ueniam eius diei daret:ubi uellet deinde experiret militū suoꝝ aīos. Ego uero experiar:inquit:milites: & uos crastina die in aciē educā ut uictores potius:quā uicti uenia impetretis:quā petitis. Cohortibus:quæ signa amiserāt: hortatus ut militarem deum dare iussit. Centurionesq; manipuloꝝ:quoꝝ signa amissa fuerāt. districtis gladiis distinctos destituit:& ut postero die oēs pedites:equitesq; armati adessent:edixit. Ita concio dimissa:fatēdo,iure ac merito sese increpitos:neq; illo die uiꝝ quemq; in acie romana fuisse: præter unū ducē: cui aut morte satisfaciēdum:aut egregia uictoria esset. Postero die ordinati armatiq; ad edictum aderant: Imperator eos collaudat,pnūciatq;:a quibus orta pridie fuga esset:cohortes:quæ signa amisissent:se in primā aciē eductuꝝ. edicere iā sese oībus pugnādum. ac uincēdū eē:& ad nitēdū singulis uniuersisq; ne prius hesternæ fugæ:quā hodiernæ uictoriæ fama Romā peruenīat. Inde cibo corpora firmare iussi:ut si lōgior esset pugna:uiribus quoq; sufficerēt. Vbi oia dicta factaq; sunt:qbus excitarēt animi militū:i aciē p

Gaulonia

Pugna Annibali & penis secūda

Verba Annibalis de Marcello

cedunt. Quod ubi Annibali nunciatū est cum eo nimiꝝ inquit hoste res est qui nec bonam nec malā ferre fortunā pōt. seu uicit ferociter instat uictis. seu uictus est instaurat cū uictoribus certamen. Signa inde canere iussit. copias educit. pugnatū utrinq; aliquanto quā pridie acrius est. Pœnis ad obtinendū hesternū decus adnitentibus. Romanis ad demendā ignominiā. Sinistra ala ab romanis: & cohortes: quæ amiserant signa in prima acie pugnabāt. & legio uicesima a dextero cornu instructa. L. Corneli⁹ us: Lētulus &. G. Claudius Nero legati cornibus præerant. Marcellus mediā acie hortator: testisq; pre sens firmabat. Ab Annibale hispani primā obtinebāt frontē: & id roboris in oi exercitu erat: Cum an ceps pugna diu esset. Annibal elephantos i primā aciem induci iussit: siquē iniicere tumultū ea res ac pauorē posset. Et primo turbarūt signa: ordines & ptim cōcultatis: ptim dissipatis terrore qui circa erāt nudauerant una parte aciē: latiusq; fuga manasset: ni. G. decimus Flauius tribunus militū: signo arrep to primi hastati manipulū eius signi se sequi iussissent: duxit: ubi maxime tumultū cōglobatæ belluæ fa ciebant: pilaq; in eas cōiici iussit. Hæsere oīa tela haud difficile ex ꝓpinquo in tāta corpora ictu: & tam cōferta turba: sed ut non oēs uulnerati sunt: ita in quoꝝ tergis pila fixa stetere: ut genus est anceps: i fu

Secūda rōa norum pu gna

gam uersi: & integros auertere: cū iam nō unus manipulus: sed ꝓ se quisq; miles: qui mō assequi agmē fugientiū elephantoꝝ poterat: pila cōiicere: eo magis ruere in suos belluæ: tantoq; maiorē stragem edi dere: q̄ inter hostes ediderāt: q̄to acrius pauor cōsternatas agit: q̄ insidētis magis impio regūtur. in per turbatā transcursu belluaꝝ aciē signa inferūt romani pedites: & aut magno certamine dissipatos trepi dantesq; auertunt. Tū in fugiētes equitatū imittit Marcellus: nec ante finis sequēdi ē factus: q̄ in castra pauētes cōpulsi sunt: Nā super alia: q̄ terrorem trepidationemq; fecerant: elephāti forte duo i ipsa por ta corruerāt: coactiq; erant milites per fossam uallūq; ruere in castra ibi maxima hostiū cædes facta. Cæ sa ad octomillia hoīum quinq; elephanti. Nec romanis incruenta uictoria fuit. mille ferme & septingē ti de duabus legionibus: & socioꝝ supra. M. &. ccc. occisi: Vulnerati permulti ciuiū: sociorūq; Annibal nocte proxima castra mouit. Cupiētem insequi Marcellū prohibuit multitudo sauciorum. Speculato

Hirpini a pœnis ad lucani & rōanos sed aūt uolstē tes

res: qui prosequerētur agmē missi: postero die rettulerūt brutios Annibalem petere. Iisdem ferme die bus & ad. Qu. Fuluium consulē hirpini: & lucani: & uolscentes: traditis præsidiis Annibalis: quæ in ur bibus habebant. dedidere sese: clāmēterq; a cōsule cū uerboꝝ tantū castigatione ab errore præterito recepti sunt. Et brutiis similis spes ueniæ facta est cū ab iis Vrbius: & Pactius frater longe nobilissimi gētis eius eādemq; quæ data lucanis erat: conditionē deditionis petētes ueniissent. Qu. Fabius consul oppidū in salētinis Manduriā ui cœpit: Ibi ad quattuormillia hoīum capta & cæteræ prædæ aliquan tum. Iude Tarentū ꝓfectus i ipsis faucibus portus posuit castra. Naues: q̄s Liuius tutādis cōmeatibus habuerat partim Machinatiōibus onerat: apparatuq; mœnium oppugnandoꝝ: partim tormētis: & sa xis: omniq; missiliū teloꝝ genere instruit: onerarias quoq; non eas solū: quæ remis agerent: ut alii ma chinas: scalasq; ad muros ferrent: alii procul a nauibus uulnerarent mœniū ꝓpugnatores. eæ naues ab aperto mari: ut urbē aggrederētur: instructæ paratæq; erant: Et erat liberū mare classe punica cū Philip pus oppugnare ætholos pararet Corcyra transmissa. In brutiis interim Cauloniæ oppugnatores sub aduentu Annibalis ne opprimerētur: in tumulū a præsenti impetu tutū se recepere: Fabiū Tarentum obsidentē leue dictu ad rem ingentē potiundā adiuuit. Præsidiū brutioꝝ datū ab Annibale tarentini habebāt. eius præsidii præfectus deperibat amore mulierculæ: cuius frater i exercitu Fabii cōsulis erat

Tarentū a fabio reci pitur

Is certior litteris sororis factus de noua cōsuetudine aduenæ locupletis: atq; inter populares tam ho norati: spem nactus per sororē quolibet impelli posse amantē quid speraret: ad cōlulem detulit. Quæ cū haud uana cogitatio uisa esset: ꝓ transfuga iussus Tarētum transire: ac per sororē præfecto concilia tus: primo occulte aium eius tētando. deinde satis explorata leuitate blandiciis muliebribus perpulit eū ad proditionē custodiæ loci: cui præpositus erat: & ubi rō agendæ rei tp̄sq; conuenit: miles nocte p interualla stationū clam ex urbe missus: ea: quæ acta erant: quæq; ut agerent conuenerāt ad consulē re fert. Fabius prima uigilia: dato signo iis: q̄ in arce erāt: qq; custodiā portus habebāt: ipse circuito portu a regiōe urbis uersa occultus sedebat. Canere inde tubæ ab arce simul & a portu: & a nauibus: quæ ap to mari appulsæ erant. clamorq; undiq; cū uiginti tumultu: unde minimū periculum erat: de industria ortus. Consuli interim silentio cōtinebat suos. Igit Democrates: qui præfectus classis fuerat forte illo loco præpositus posteaq̄ quieta oīa circa se uidit: alias partes eo tumultu personare: ut captæ urbis in terdū excitaret clamor: ueritus ne inter cunctationē suam cōsul aliquā uim faceret: signaq; inferret: p sidium ad arcē: unde maxime terribilis accedebat sonus: traducit. Fabius cum & ex tēporil spatio & ex silentio ipso: quod ubi paulo ante strepebant: excitantes uocāteſq; ad arma: inde nulla accedebat uox deductas custodias sensisset ferri scalas ad eam partem muri: qua brutioꝝ præsidium esse agitatæ pro ditionis cōciliator nunciauerat: iubet. Ea primū captus est murus: adiuuantibus: recipientibusq; bru tiis & transcēssū in urbē ē. inde & ꝓxima refracta porta ut sequēti agmine signa inferrent. Tū clamore sublato sub ortū ferme lucis nullo obuio armato in foꝝ ꝓueniūt. oēsq; undiq;: qui ad arcē portumq; pugnabant in se cōuerterūt. Prāliū in aditu fori maiore ipetu: q̄ pseuerātia cōmissū ē nō aīo non armis nō arte belli: nō uigore: aut uiribus corporis par romano tarētinus erat. Igit pilis tantū cōiectis prius pœne: quā consererent manus: terga dederūt: dilapsiq; per nota urbis itinera in suas amicoꝝ q; dom of Duo ex ducibus Nico & Democrates fortiter pugnātes cecidere. Philomenes: qui ꝓditionis ad Anni

balem auctor fuerat:cum citato equo ex prælio auectus esset:uacuus paulo post equus uagans errans q̄ per urbē corpus nusq̄ inuentū est.creditū uulgo est in puteū apertum ex equo peæcipitatū esse. Carthalonē autē præfectum punici præsidii cū cōmemoratione paterni hospitii: positis armis: ueniētē ad consulē miles obuius obtruncat. Alii alios passim sine discrimine armatos inermesq̄ cædunt carthaginenses tarentinosque pariter. Brutii quoque multi interfecti seu per errorem:seu uetere in eos insito odio:seu ad ꝓditionis famā:ut ui potius atq̄ armis captū Tarentū uideret:extinguēdam. tum a cæde ad diripiēdam urbem discursum. xxx. millia seruiliū capitum dicūtur capta:Argenti uis ingens facti:signati q̄. Auri. lxxxiii. millia pondo. Signa tabulæq̄ prope ut syracusanaꝝ ornamenta æquarent. Sed & maiore aīo generis eius præda abstinuit Fabius:quam Marcellus: qui interrogāti scribæ quid uellet fieri de signis:ingentis magnitudinis dii sunt:suo quisq̄ habitu in modū pugnātium formati deos irati tos tarentinis relinqui iussit. Murus inde:qui urbē ab arce dirimebat:dirutus est & disiectus. Dū hæc Tarenti aguntur: Annibal iis:qui Cauloniam obsidebant:in deditionē acceptis:audita oppugnatiōe Tarenti:dies noctesq̄ cursim agmine facto cum festinās ad opem ferendā captam urbem audisset. Et romani:inquit:suū Annibalem habent.eadē qua ceperamus:arte Tarētum amisimus. Ne tamē fugiētis modo uertisse agmen uideretur:quo constiterat loco:quinq̄ millia ferme ab urbe posuit castra. Ibi paucos moratus dies. Metapontum sese recepit. Inde duos metapontinos cū litteris principum eius ciuitatis ad Fabiū Tarentum mittit fidem a consule accepturos:impunita iis priora fore: si Metapōtum ei cum præsidio punico prodidissent. Fabius uera:quæ afferrent:esse ratus:diē quam accessurus esset Metapontum:cōstituit litteras ad principes misit:quæ ad Annibalem delatæ sunt. Enīuero lætus successu fraudis:si ne Fabius quidē dolo inuictus fuisset:haud procul Metapōto insidias ponit. Fabio autē aspicanti:priusq̄ egrederetur a Tarento aues semel atq̄ iterum non addixere. Hostia quoq̄ cæsa: consulenti deos aruspex cauendum a fraude hostili:& ab insidiis prædixit. Metapontini:posteaq̄ ad constitutam non uenerat diem:remissi ut cunctātem hortarentur. repente cōprehensi metu grauioris quæstionis detegunt insidias. Aestatis eius principio:qua hæc agebātur. P. Scipio in Hispaniam cum hyemē totam reconciliandis barbaroꝝ animis partim donis:partim remissione obsidum captiuorūq̄ absumpsisset:Edesco ad eum clarus inter duces hispanos uenit. Erāt cōiunx liberiq̄ eius apud romanos sed præter eā causam etiam uelut fortuita inclinatio aīorum:quæ Hispaniā oēm auerterat ad romanū a punico imperio:traxit eum. Eadē causa Indibili Mādonioq̄ fuit:haud dubie oīs Hispaniæ principibus:cum oī populoꝝ manu:relicto Asdrubale:secedendi in iminentes castris eius tumulos:unde per continētia iuga tutus receptus ad romanos esset. Asdrubal:cum hostiū res augescere tantis incrementis cerneret:suas iminui ac fore:ut nisi audendo aliquid moueret:qua cœpissent:ruerēt: dimicare quā primū statuit. Scipio auidus etiam certaminis erat tum ea spe:quam successus reꝝ augebat. tum quod prius:quam iungerent hostium exercitus:cū uno dimicare duce exercituq̄:quā simul cum uniuersis malebat. Cæteꝝ etiam:si cū pluribus pariter dimicādum foret:arte quadam copias auxerat:Nam cum uideret nullum esse nauium usum:quia uacua oīs Hispaniæ ora classibus punicis erat:subductis nauibus Tarraconem:nauales socios terrestribus copiis addidit. Et armoꝝ affatim erat captoꝝ Carthagine:& quæ post captam eam fecerat:tanto opificum numero incluso. Cum iis copiis Scipio ueris principio a Tarracone egressus (Iam enim & Lælius redierat ab Roma:sine quo nihil maioris rei motū uolebat) ducere ad hostem pergit. Per oīa pacata eunti:ut cuiusq̄ populi fines transiret: prosequentibusq̄ sociis:Indibilis & Mandonius cum suis copiis occurrerunt. Indibilis pro utroq̄ locutus:haud quaq̄ ut barbarus stolide in cauteq̄:sed potius cū uerecūda grauitate propiorq̄ excusanti trāsitionē ut ne cessatiam:quam glorianti eam uelut primā occasionem raptam. Scire enim se transfugæ nomen execrabile ueteribus sociis:nouis suspectum esse. Neq̄. n. se reprehendere nomen hoium: si tam anceps odium cā non nomē faciat. Merita inde sua in duces carthaginēses cōmemorauit. Auaritiā contra eoꝝ superbiam q̄ & oīs generis iniurias in se:atq̄ populares. itaq̄ corpus duntaxat suū ad id tps apud eos fuisse:aium iam pridē ibi esse:ubi ius ac fas crederent coli. ad eos quoq̄ cōfugere supplices:qui neque oīonem ant hoium uim atq̄ iniurias pati. se id Scipionē orare:ut transitio sibi nec fraudi apud eum:nec honori sit:quales ex hac die experiundo cognouerit:perinde opæ eoꝝ prærium faciat. Prorsus ita respondet factuꝝ romanus:nec ꝓ transfugis habituꝝ:qui nō duxerint societatē ratam ubi nec diuini quicq̄: nec humani sanctū esset. Productæ deinde in cōspectum iis cōiuges:liberiq̄ lachrymantibus præ gaudio reddunt. Atq̄ eo die in hospitiū adducti. Postero die fœdere accepta fides:dimissiq̄ ad copias adducē das. Isdem deinde in castris tendebāt:donec ducibus iis ad hostē peruentū est. Proxius carthaginensiū exercitus Asdrubalis ꝓpe urbē Betulā erat. Pro castris equitū statōes hēbat. In eas uelites antesigna nioꝝ & qui primi agminis erāt:aduenientes ex itinere:priusq̄ castris locū caperent:adeo cōtemptim impetum fecerūt:ut facile apperet:quid utriq̄ parti aioꝝ esset. In castra trepida fuga cōpulsi equites sunt. Signaq̄ romana portis ꝓpe illata. Atq̄ illo quidē die:irritatis tantū ad certamē aīs:castra romani posuerunt. Nocte Asdrubal in tumulū copias recepit plano cāpo in sūmo patentē. & fluuius ab tergo ante: circaq̄ uelut ripa ꝓceps oram eius oēm cingebat. Suberat & altera īferior sūmissa fastigio planicies. eā quoq̄ alterā crepido haud facilior in ascēsum ambibat. In hunc inferiorē cāpū Asdrubal postero die: posteaq̄ stantē ꝓ castris hostiū aciē uidit:equites numidas:leuiorūq̄ armoꝝ baleares:& afros dimisit.

Præda tarentina Fabius dono q̄ simulacra relinquit

Hann: Vā de repto Tarēto

Fraus Hannibalis

Fabius ꝑ Augurio Pūnicū dolum effugit

Laud in Hyspania gesta

Edesco Indibilis Mādonius

Indibilis & Mandonius ad Ro: transeūt

Art. Indibilis accuratā

Scipio circũuectus ordines ſignaq; oſtẽdebat hoſtem prædãnata ſpe dimicandi æquo campo captãtẽ tumulos loci fiducia: nõ uirtutis armorumq; ſtare in cõſpectu: ſed altiora mœnia habuiſſe Carthaginẽ quæ: tranſcendiſſet miles romanus. nec tumulos: nec arcem: nec mare quidẽ armis obſtitiſſe ſuis. ad id fore altitudines: quas cepiſſent hoſtes: ut per præcipitia: & prærupta ſaliẽtes fugerent. eã quoq; ſe illis fugam clauſuꝝ. cohorteſq; duas alterã tenere fauces uallis: per quã deferret amnis iuberet. alterã uiã ſidere: quæ ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. Ipſe expeditos: qui pridie ſtatiões hoſtiũ pepu lerãt: ad leuẽ armaturã in ſũmo ſtãtem ſupciho ducit. Per aſpera primũ nihil aliud: quã uia ĩpediti iere. Deinde: ut ſub iactũ uenerunt teloꝝ primo oĩs generis uis ingens effuſa eſt in eos: ipſi cõtra ſaxa: quæ locus ſtrata paſſim oĩa ferme miſſilia præbet: ĩgerere nõ milites ſolũ: ſed etiã turba calonũ ĩmixta arma tis. Cæteꝝ: q̃q̃ aſcenſus difficilis erat: & ꝓpe obruebant telis: ſaxiſq; aſſuetudine tamẽ ſuccedendi mu ros: & pertinacia animi ſubierũt primi. Qui ſimul cœpere aliqd æqui loci: ubi firmo cõſiſterẽt gradu: le

Scipionis ſtratage ma

uẽ & cõcurſatorẽ hoſtẽ atq; interuallo tutũ cum ꝓcul miſſilibus pugna eludit: inſtabilẽ eundẽ ad cõmi nus cõſerẽdas manus expulerũt loco: & cũ cæde magna in aciẽ altiore ſuperſtãtẽ tumulo impigere. Iu de Scipio: iuſſis aduerſus mediã euadere aciem uictoribus: cæteras copias cũ Lælio diuidit: atq; eũ par te dextera tumuli circũire: donec mollioris aſcenſus uiã inueniret: iubet. Ipſe a leua circuitu haud ma gno in tranſuerſos hoſtes incurrit. Inde primo turbata acies eſt: dum ad circũſonantem undiq; clamo rem flectere cornua: & obuertere ordines uolunt. Hoc tumultu: & Lælius ſubiit: & dum pedem refe runt: ne ab tergo uulnerarentur: laxata prima acies: locuſq; ad euadendum mediis datus eſt: qui per tam iniquum locum ſtantibus integris ordinibus: elephantiſq; ante ſigna locatis: nunq̃ euaſiſſent. Cũ ab omni parte cædes fieret: Scipio: qui leuo cornu in dexterum incurrerat: maxime in nuda hoſtiũ latera pugnabat. Iã ne fugæ quidẽ patebat locus: nam & ſtatiões uiriq; romanæ dextera leuaq; inſede rãt uias: & portam ducis caſtroꝝ principũq; fuga clauſerat. adddita trepidatione elephantorum: quos territos æque: atq; hoſtes timebant. Cæſa ergo ad octo millia hoĩum: Aſdrubal iam anteq̃ dimicaret:

Arẽ. Hoſti um ſtragẽ

pecunia rapta: elephãtoſq; præmiſſos quãplurimos poterat de fuga excipiens præter Tagũ flumẽ ad Pyrenæũ tendit. Scipio caſtris hoſtiũ potitus cũ præter libera capita omnẽ prædã militibus cõceſſiſſet: in recenſendis captiuis decẽmillia peditum: duomillia equitũ inuenit. Ex iis hiſpanos ſine prætio oẽs domum miſit. Afros uendere quæſtorẽ iuſſit. Circũfuſa inde oĩs multitudo hiſpanoꝝ: & ante dedito rum: & pridie captoꝝ regẽ eum ingẽti conſenſu appellauit. Tũ Scipio: ſilẽtio per præconẽ facto. ſibi ma ximũ nomen imperatoris eſſe dixit: quo ſe milites ſui appellaſſent. Regiũ nomen alibi magnam: Ro mæ intolerabile eſſe. Regalẽ aĩum in ſe eſſe: ſi id in hoĩs ingenio ampliſſimũ ducerent: tacite iudicarẽt uocis uſurpatione abſtinerent. Senſere etiã barbari magnitudinẽ animi: cuius miraculo noĩs alio mor tales ſtupent id ex tã alto faſtigio aſpernantis. Dona inde regulis. principibuſq; hiſpanoꝝ diuiſa & ex magna copia captoꝝ equoꝝ. ccc. quos uellet: eligere Indibilem iuſſit.



Scipionis munificen tia in hoſtẽ

CVM AFROS VENDERET IVSSV IMPERA toris quæſtor pueꝝ adultũ iter eos forma inſigni: cũ audiſſet regii generis eẽ: ad Scipionẽ miſit. Quẽ cũ p cũctareť Scipio qs & cuias & cur id ætatis i caſtris fu iſſet: numidã ſe eẽ ait. Maſſiũ populares uocare orbũ a patre relictũ: apd' maternũ auũ Gallã regẽ numida rũ educatũ cũ auũculo Maſiniſſa: qui nup cũ eqtatu ſubſidio carthaginẽſibus ueniſſet: in Hiſpaniã traie ciſſe. ꝓhibitũ pp ætatẽ a Maſiniſſa nũq̃ ante ꝑliũ iniſ ſe: eo die ſe quo pugnatũ cũ romanis eẽt: inſcio auũ culo: clã armis: equoq; ſũpto: in aciẽ exiſſe: ibi. plapſo equo effuſũ in ꝑceps a romanis captũ eſſe. Scipio: cũ obſeruari numidam iuſſiſſet: quæ ꝓ tribunali agẽda erãt pagit. Inde: cũ ſe in ꝓtoriũ recepiſſet: uocatũ eũ in terrogat: uellet ne ad Maſiniſſam reuerti. Cũ effuſis lachrymis gaudio cupere uero diceret. Tũ puero annulũ aureũ: tunicã lato clauo cũ hiſpano ſagulo: & aurea fibula: equumq; ornatũ donat. Iuſſiſq; ꝓſequi: quoad uellet: equitibus dimiſit. De bello inde cõ ſiliũ habitũ: & auctoribus quibuſdã: ut cõfeſtim Aſdrubalẽ cõſequereť: anceps id ratus: ne Mago: atq; Aſdrubal cũ eo iungerent copias: ꝓſidio tantũ ad inſidendũ Pyrenæũ miſſo: ipſe reliquũ æſtatis recipiẽ dis i fidẽ Hiſpaniæ populis abſũpſit: Paucis poſt ꝑliũ factũ ad Betulã diebus: cũ Scipio rediens iã Tara conẽ ſaltu caſtulonẽſi exceſſiſſet: Aſdrubal Giſgonis filius: & Mago imperatores ex ulteriori Hiſpania ad Aſdrubalẽ uenere: ſerũ poſt male geſtã rẽ auxiliũ. Conſilio in cætera exequẽda belli haud parũ op portuni ibi cõferẽtibus qd in cuiuſq; ꝓuinciæ regione aĩoꝝ hiſpanis eẽt: unus Aſdrubal, Giſgonis ul timã Hiſpaniæ orã: quæ ad Oceanũ & Gades uergit ignaram adhuc romanoꝝ eſſe: eoq; carthaginẽſi bus ſatis fidã cenſebat. Inter Aſdrubalem altez: & Magonẽ cõſtabat: beneficiis Scipionis occupatos oĩ um aĩos publice: priuatiq; eẽ. nec tranſitiõibus fore ante finẽ: quã oẽs hiſpani milites aut in ultima Hi ſpaniæ amoti: aut traducti in Galliã forent. itaq; etiam: ſi ſenatus carthaginẽſiũ non cenſuiſſet eũdum

tamen Asdrubali fuisse ī Italiam:ubi belli caput:& rerum summa esset:simul & hispanos oēs procul ab nomine Scipionis ex Hispania abduceret:exercitum eius tum transitionibus:tum aduerso p̄lio immi nutum hispanis repleri militibus.Et Magonem Asdrubali Gisgonis filio.tradito exercitu:ipsum cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia in baleares traiicere.Asdrubalem Gisgonis cum exercitu penitus in Lusitaniam abire:nec cum romanis manus conserere.Masiniss̄æ ex omni equitatu:qđ roboris esset:triamillia equitum expleri:eumq; uagum per citeriorē hispaniam sociis opem ferre: hostium oppida atq; agros populari.his decretis ad exequenda:quæ statuerūt duces digressi. Hæc eo anno in Hispania acta.Romæ fama Scipionis in dies crescere. Fabio Tarentū captum igenio magis quā uirtute gloriæ tñ esse.Fuluii senescere fama.Marcellus etiam aduerso rumore esse: super quam quod primo male pugnauerat:quia uagante per Italiam Annibale:Media æstate Venusiam in tecta milites abduxisset.Inimicus erat ei.G.Publicius Bibulus tri.ple.Is iam a prima pugna:quæ aduersa fuerat:assiduis concionibus infamē:inuisumq; plebi Claudium fecerat:etiam de imperio abrogando eius agebat:cum tamen necessarii Claudii obtinuerunt:ut relicto Venusiæ legato:Marcellus Romam rediret ad purganda ea:quæ inimici obiicerent:Nec de imperio eius abrogando:absente ipso:agerent. Forte sub idem tempus & Marcellus ad deprecandam ignominiam & Fuluius cōsul comitiorum causa Romam uenit.Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est ingenti concursu plebisq;:& omnium ordinum.Accusauitque tri.ple.non Marcellum modo:sed omnem nobilitatem fraude eorum & cunctatione fieri ut Annibal decimum iam annum Italiam prouinciam habeat:diutius ibi quam Carthagine uixerit.Habere fructum imperii prorogati Marcello populum romanū.bis cæsum exercitum eius æstiua Venusiæ sub tectis agere. Hanc tribuni orationem ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum : ut non rogatio solum de imperio eius abrogando antiquaretur sed postero die consulem eum ingenti consensu centuriæ omnes crearent.Additur collega.T.Quītius Crispinus: qui tum prætor erat.Postero die prætores creati.P.Licinius Crassus diues:pontifex maximus.P.Licinius Varus:Sex Iulius Cæsar.Qu.Claudius.Comitiorum ipsorum diebus sollicita ciuitas de Ethruriæ defectione fuit:principium eius rei ab aretinis fieri.G.Calphurnius scripserat:qui eam prouinciā prætor obtinebat. itaque confestim eo missus Marcellus consul designatus:qui rem inspiceret:ac si digna uideretur exercitu accito : bellum eo ex Appulia in Ethruriam transferret.Eo metu compressi Ethrusci quieuerunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate ac legibus suis responsum a senatu est:ut redirent:cum Fabius consul Romam uenisset. Ludi & romani : & plebeii eo anno in singulos dies instaurati. Aediles curules fuere.L.Cornelius Claudius: & Ser.Sulpicius Galba.Plebei.G. Seruilius:&.Qu.Cecilius Metellus.Seruilium negabant iure aut tri.ple.fuisse:aut ædilē esse:quod patrem eius quem triumuirum agrariū occisum a Boiis circa Mutinam esse:opinio p decem annos fuerat:uiuere atq; in hostium potestate esse satis constabat.Vndecimo anno punici belli consulatum inierunt.M.Marcellus Quintum:ut numeret consulatus:quē uitio creatus non gessit.& Quintus Crispinus.utriq; consulum Italia decreta est prouincia:& duo consulares prioris anni exercitus.Tertius tum erat Venusiæ:cui.M.Marcellus p̄fuerat:ita:ut ex tribus eligerent duos:quos uellent.Tertius ei traderetur:cui Tarentum & Slaentini prouincia eueniss̄et.Cæteræ prouīciæ ita diuisæ p̄toribus.P.Licinio Varo urbana.P.Licinio Crasso pontifici maximo:peregrina:& quæ senatus censuisset.Sex .Iulio Cæsari Sicilia.Qu.Claudio Flāminio Tarentum prorogatū impium in annū est.Qu.Fuluio Flacco:ut prouinciā Capuā:in qua &.T.Quintius p̄tor fuerat cū una legione obtīeret.Prorogatū &.G.Hostilio Tubulo est:ut prætor in Ethruriā ad duas legiones succederet.G.Calphurnio.Prorogatū &.L.Veturio Philoni est:ut ꝓprætor Galliam eandē prouinciam cū iisdem duabus legionibus obtineret: qbus p̄tor obtinuisset.Quod in.L.Veturio:idem in.G.Aurūculeio decretū ab senatu.Latūq; de prorogādo ꝑperio ad populū est.Qui p̄tor Sardiniam ꝓuinciā cum duabus legionibus obtinuerat:additæ ei ad p̄sidium prouinciæ qnquaginta longæ naues:quas.P.Scipio ex Hispania misisset. Et.P.Scipioni &.M. Syllano suæ Hispaniæ:suiq; exercitus ī annū decreti.Scipio ex.lxxx.nauibus:quas aut secū ex Italia adductas aut captas Carthagine hēbat:qnquaginta in Sardiniā transmittere iussus:qa fama erat:magnū nauale apparatū eo anno Carthagine esse.cc.nauibus oēm orā Italiæ: Siciliæ: Sardiniæq; ipleturos. Et in Sicilia ita diuisa res est.Sex.Cæsari exercitus cānensis est datus.M.Valerius Leuinus (ei quoq;.n. in annū prorogatum impium est)classem:q̄ ad Siciliā erat nauiū.lxx.obtineret.Adderet eo.xxx.naues quæ ad Tarentī priore anno fuerant.Cū ea centum nauiū classe:si uideretur ei p̄datum in Africā traiiceret.Et.P.Sulpicio:ut eadē classe Macedoniā Græciamq; prouinciā haberet:prorogatū in annū imperium est.De duabus:q̄ ad urbē Romā fuerant:legionibus nihil mutatū.Supplementū:quo opus eēt: ut scriberēt:consulibus pmissum.Vna &.xx.legionibus eo āno defensum impium ro.est.Et.P.Licinio Varo p̄tori urbis negotiū datum:ut naues longas.xxx.ueteres reficeret q̄ Ostiæ erant &.xx.nouas naues sociis naualibus impleret:ut qnquaginta nauiū classe orā maris uicinā urbi Romæ tueri posset.G. Calphurnius uetitus ab Arretio mouere exercitū:nisi cum successor ueniss̄et.Idē & Tubulo imperatū ut inde p̄cipue caueret:nequa noua consilia orirent. p̄tores in prouincias profecti.Consules religione tenebat:qđ prodigiis aliquot nunciatis:non facile litabant. ex Cāpania nūciata erāt Capuæ duas ædes Fortunæ:& Martis:& sepulchra aliquot de cælo tacta:Cū iis adeo minimis ēt rebus parua religio inse

M.Marcellus.T.Quītius Crispinus consſ.

Quæ quibus munera decreta

Prodigia

fatua religio

rit deos:mures in æde Iouis aurum rosisse.Cassini examẽ apum ingens in foro cõsedisse.Et Ostiæ mu
rum portãq; de cælo tactã:Cære uulturẽ uolasse in ædem Iouis.Vulsinis sanguine lacũ manasse.Horũ
sus i castra artatio plurium in angusto tendentiū facilis futura erat:qd' claudianus exercitus nihil fere p̄ter arma secum in expeditionem tulerat.Cæteꝝ in ipso itinere auctum uoluntariis agmen erat:offerentibus sese ultro:& ueteribus militibus perfunctis iam militia:& iuuenibus:quos certatim nomina dantes: si quoꝝ corporis species roburq; uirium aptum militiæ uidebatur.conscripserat. Ad Senam castra alterius consulis erant.Quingentos inde ferme passus Asdrubal aberat.Itaq; cum iam appropinquaret tectus montibus substitit Nero:ne ante noctem castra ingrederetur.Silentio ingressi:a suis quisq; ordinis hominibus in tentiora adducti:cum sūma omnium lætitia hospitaliter excipiuntur.Postero die concilium habitum:cui &.L.Portius Licinius prætor affuit. Castra iuncta consulum castris habebat: & ante aduentum eoꝝ per loca alta ducendo exercitum:cum modo insideret angustos saltus:ut transitum clauderet modo ab latere aut tergo carperet agmen:ludificatus hostem oībus artibus belli fuerat.Is tum in concilio aderat.Multoꝝ eo inclinabant sententiæ:ut dum fessum uia ac uigiliis reficeret militem:Nero simul & ad noscendum hostem paucos sibi sumeret dies:tēpus pugnæ differretur Nero non suadere modo:sed sūma ope orare instituit:ne consilium suū:quod tutum celeritas fecisset temerarium morando facerent errore:qui non diuturnus futurus esset:uelut torpentem Annibalem:nec castra sua sine duce relicta aggredi:nec ad sequendum iter intendisse.anteq; se moueat:deleri exercitū Asdrubalis posse:redireq; in Appuliam:qui prolatando hosti spatium det:eum & illa prodere Annibali:& aperire in Galliam iter:ut per otium:ubi uelit:Asdrubali coniungatur.Extemplo signum dandum:& exeundum in aciem abutendumq; errore hostium absentium præsentiumq;:dum neq; illi sciant cum paucioribus:nec hi cum pluribus & ualidioribus rem esse.Concilio dimisso:signū pugnæ p̄ponitur confestimq; in aciem procedunt.Iam hostes ante castra instructi stabant.Moram pugnæ attulit:quod Asdrubal prouectus ante signa cum paucis equitibus scuta uetera hostium notauit: quæ ante non uiderat & strigosiores equos:multitudo quoq; maior solita uisa est.Suspicatus id:quod erat:re
Asdrubal pugnā detrer, fort ceptui propere cecinit:ac misit ad flumen:unde aquabantur:ubi & excipi aliqui possent & notari oculis:siqui forte adustioris coloris:ut ex recenti uia essent.simul circūuehi castra:iubet:speculariq; num auctum aliqua parte sit uallum.Et ut attendant:semel bis ne signum canant in castris. Ea cum ordine oīa relata essent:castra nihil aucta:errorem faciebant:bina erant:sicut ante aduētum consulis alterius fuerant:una Liuii:altera.L.Portii:neutris quicq̄:quo latius tenderetur ad munimēta adictum. Illud
Anceps Asdrubalis cura ueterem ducem:assuetumq; romano hosti mouit:quod semel in prætoriis castris signum:bis in consularibus referebant ceciniſſe.duos profecto consules esse:& quonāmodo alter ab Annibale abscessisset cura angebat:minime id:quod erat suspicari poterat.tantæ rei frustatione Annibalem elusum:& ubi dux:ubi exercitus esset:cum quo castra collata haberet:ignorare profecto haud mediocri clade asterritum:insequi non ausum.magnopere uereri:ne perditis rebus seꝝ ipse auxilium uenisset: romaniq; eadem iam fortuna in Italia:quæ in Hispania esset:Interdū litteras suas ad eum non peruenisse credere:interceptisq; iis consulem ad sese opprimendum acceleraſſe.His anxius curis: extinctis ignibus:uigilia prima dato signo:ut taciti uasa colligerent:signa efferri iussit.In trepidatione:& nocturno tumultu duces paꝝ intenti iter asseruare:alter in destinatis iam inde ante aīo latebris subsedit:alter p
uada nota Metauꝝ flumen tranauit.Ita desertum a ducibus agmen primo per agros palatur:fessiq; aliquot somno:ac uigiliis sternunt corpora passim:atq; infrequentia relinquūt signa. Asdrubal dum lux uiam iam ostenderet ripa fluminis signa ferri iubet:& per tortuosi amnis sinus:flexusq; cum errore uoluens haud multum processisset ubi prima lux transitum opportunū ostendisset:trāsiturus erat. sed cum quantū a mari abscedebat:tanto altioribus coercentibus amnē ripis non inueniret uada:diē terendo spatiū dedit ad insequēdum sese hosti.Nero primū cum oī equitatu aduenit.L.Portius deinde assecutus cum leui armatura.Qui cum fessum agmen carperent ab oī parte:incursarentq;:& iam:
Cōsiliū Asdrubalis i instruēda acie omisso itinere:quod fugæ simile erat:castrametari pœnus in tumulo super flminis ripam uellet:aduenit Liuius peditum omnibus copiis non itinere modo:sed ad conserendū extemplo p̄lium instructis armatisq;.Sed ubi oēs copias coniunxerunt:directaq; acies est.Claudius dextero i cornu:Liuius absinistro pugnā instruit:media acies p̄tori tuenda datur.Asdrubal omissa munitione castrorum:posteaq; pugnandū uidit:in prima acie ante signa elephantos collocat:circa eos leuo in cornu aduersus Claudiū gallos opponit:haud tantū eis fidens:quātum ab hoste timeri eos credebat.Ipse sinistrū cornu aduersus.M.Liuium sibi atq; hispanis:& ubi maxime in uetere milite spem habebat:sumpsit.Ligures in medio post elephantos positi:sed longior:q̄ latior acies erat.Gallos prominens collis tegebat.Ea frōs: quam hispani tenebant:cū sinistro romanorum cornu concurrit.dextera oīs acies extra prælium eminens cessabat collis oppositus arcebat:ne aut a fronte. aut a latere aggrederētur.Inter Liuium Asdrubalemq; ingens contractum certamen erat:atrox cædes utrinq; edebatur.ibi duces ambo:ibi pars maior peditum equitūq; romanorum:ibi hispani uetus miles:perituq; romanæ pugnæ:& ligures duræ in armis genus eodem uersi elephanti qui primo impetu turbauerant anteſignanos:& signa moue-

rant loco. Deinde crescente certamine & clamore: impotentes iam regi: inter duas acies uersari uelut i certi: quoꝝ essent: haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo uagis. Claudius: quid ergo præcipiti cursu tam longum iter emensi sumus: clamitans militibus: cum in aduersum collem frustra signa eri gere conatus esset posteaq̃ ea regione penetrari ad hostem non uidebat posset: cohortes aliquot sub ductas e dextero cornu: ubi stationem magis segnem: q̃ pugnam futuram cernebat: post aciem circũ ducit: & non hostibus mõ: sed etiam suis inopinantibus: in sinistrum hostium latus incurrit: tantaq; ce leritas fuit: ut cum ostendissent se a latere: mox in terga iã pugnarent. Ita ex omnibus partibus ab frõ te ab latere: ab tergo trucidãtur hispani ligures q;: & ad gallos iam cædes peruenerat. Ibi minimũ certa minis fuit: nã & pars magna ab signis aberat: nocte lapsi stratiq; sõno passim p agros: & qui aderant iti nere ac uigiliis fessit: intolerantissima laboris corpora uix arma humeris gestabant. Et iam diei medi um erat: sitisq; & calor hiantes cædendos capiendosq; affatim præbebat. Elephãti plures ab ipsis recto tibus: q̃ ab hoste interfecti. fabrile scalprum cum malleo habebant. Id ubi scæuire bælluæ ac ruere i su os cœperant: magister inter aures positum ipsa in compage: qua iungitur capiti ceruix: quanto maxi mo poterat ictu: adigebat. ea celerrima ua mortis in tantæ molis bællua inuenta erat: ubi regendi spẽ ui uicissent. primusq; id Asdrubal instituerat. Dux cum sæpe alias memorabilis tum illa præcipuæ pu gna. Ille pugnantes hortando pariterq; adeundo pericula sustinuit. Ille fessos abnuentisq; tædio: & la bore nunc præcando: nunc castigando accendit. Ille fugientes reuocauit: omissamq; pugnam aliquot in locis restituit. Postremo cum haud dubie fortuna hostium esset: ne supereſſet tanto exercitui suum nomen secuto: concitato equo se inchortem romanam imisit. Ibi: ut patre Amilcare: & Annibalis fra tre dignum erat: pugnans cecidit. Nunq̃ eo bello una acie tantum hostium interfectũ est. Redditaque æqua cannensi clades uel ducis: uel exercitus interitu uidebatur. Quinq̃gita sexmillia hostium cæsa. Capta. y. millia & quadringenti: Præda magna alia tum ois generis: tum auri argentiq;. Ciuium etiã romanoꝝ: qui capti apud hostes erant: supra quattuormillia capitum recepta. Id solatii fuit pro amissis eo prælio militibus: Nam haud quaquã incruenta uictoria fuit octo ferme millia romanoꝝ: sociorum q; occisa. Adeoq; etiam uictores sanguinis: cædisq; cœperat satietas: ut postero die cum esset nunciatũ Liuio consuli gallos cisalpinos ligures q; qui: aut prælio non affuissent: aut inter cædem effugissent: uno agmine abire sine certo duce: sine signis: sine ordine ullo: aut imperio: posse: si una equitũ ala mit tatur: omnes deleri: Superſint: inquit: aliqui nuncii & hostium cladis: & nostræ uirtutis. Nero ea nocte quæ secuta est: pugnam citatiore: q̃ inde uenerat: agmine die sexta ad statiua sua: atq; ad hostem perue nit. Iter eius frequentia minore: quia nemo præcesserat nuncius: lætitia uero tanta uix: ut cõpotes mẽ tium præ gaudio essent: celebratum est. Nã Romæ neuter animi habitus satis dici enarrariq; potest: nec quo incerta expectatione euentus ciuitas fuerat: nec quo uictoriæ famam acceperit Nunquam p omnes dies: ex quo Claudium consulem profectum fama attulit: orto sole ad occidentem aut senator quisquam a curia: atq; ab magistratibus absceſſit: aut populus e foro. Matronæ: quia nihil i ipsis opis erat: in præces obtestationesque uersæ per omnia delubra uagæ suppliciis: uotisq; fatigare deos. Tam sollicitæ ac suspensæ ciuitati fama incerta primo accidit. Duos narnienses equites in castra: quæ in faucibus Vmbriæ opposita erant: uenisse ex prælio nunciantes cæsos hostes. Et primo magis auribus q̃ animis id accepptum erat: ut maius lætius. q̃ quod mente capere: aut satis credere possent: & ipsa ce leritas fidem impediebat: quod biduo ante pugnatum dicebatur. Litteræ deinde ab. L. Manlio Acidi no missæ ex castris afferuntur de narniensium equitum aduentu. Eæ litteræ per forum ad tribunal perlatæ senatum in curiam exciuerant. tantoq; certamine ac tumultu populi ad fores curiæ concursũ est ut adire nuncius non posset: traheretur q; a percunctantibus: uociferantibusq;: ut in rostris: priusq̃ in senatu litteræ recitarentur. Tandem cõmoniti & coerciti a magistratibus: dispensarique lætitia in ter impotentes eius animos potuit. In senatu primum: deinde inconcione litteræ recitatæ sunt: & pro cuiusq; ingenio aliis iam certum gaudium: aliis nulla ante futura fides erat: q̃ legatos consulũ uel litte tas audiſſent. Ipsos deinde appropinquare legatos allatum est. Tunc eninuero omnis ætas currere ob uii primus quisque oculis auribusq; haurire tantum gaudium cupientes: Ad Miluium usq; pontem continens agmen peruenit. Legati erant. L. Veturius Philo. P. Licinius Varus. Qu. Cecilius Metellus circunfusi omnis generis frequentia in forum peruenerunt. Cum alii ipsos: alii comites eorum: quæ acta essent: percunctarentur: & ut quisq; audierat: exercitum hostium: imperatoremq; occisum. Legio nes romanas incolumes: saluos consules: extemplo aliis porro impartiebant gaudium suũ cum ægre in curia peruentum esset: multo ægrius sũmota turba: ne patribus misceretur: Litteræ in senatu reci tatæ sunt. Inde in concionem introducti legati. L. Veturius litteris recitatis: ipse planius omnia: quæ acta erant: exposuit cum ingenti assensu: postremo etiam clamore uniuersæ cõcionis: cum uix gaudi um animis caperent. discursum inde ab aliis circa templa deum: ut grates agerent. ab aliis domos: ut coniugibus liberisq; tam lætum nuncium impartirent. Senatus quod. M. Liuius: &. G. Claudius con sules incolumi exercitu ducem hostium: legionesq; occidissent: supplicationẽ in triduum decreuit. Eam supplicationem. A. Hostilius prætor pro concione edixit. celebrata a uiris: fœminisq; est. Oia tẽ pla per totum triduũ æqualẽ turbã habuere. cum Matronæ ampliſſima ueste: cum liberis: perinde ac si debellatum foret: oi solute metu deis imortalibus grates agerent. Statum quoq; ciuitatis ea uictoria

Claudii cõ siliũ in sub mouenda hostiũ acie

Expedita elephãtis cõficiendi ratio

Ingens ho stiũ cædes Asdrubal dimicãs oc ciditur

Atr. trepi dationem ciuitatis in summa lætitia



Annibal audita suo rũ cladẽ in brutios abiit

mouit ut iam inde haud secus: q̃ in pace res inter se contrahere uendẽdo: emendo: mutuum dando argentũ creditum soluendo: auderent.

C. CLAVDIVS CONSVL CVM IN CASTRA rediſſet caput Aſdrubalis qđ ſeruatũ cum cura attulerat proiici añ hoſtiũ ſtationes: captiuoſq; aſtos uinctos ut erant: oſtendi. duos etiam ex iis ſolutos iré ad Annibalẽ & expromere: quæ acta eſſẽt: iuſſit. Annibal tãto ſimul publico familiariq; ictuſ luctu agnoſcere ſe fortunam Carthaginis ferẽ dixiſſe. Caſtris ĩ de motis oĩa auxilia: quæ diffuſa latius tueri nõ poterat: in extremum Italiæ angulum brutios contraxit: & metapõtinos ciuitatem uniuerſam excitos ſedibus ſuis & Lucanos: qui ſuæ diciõis erant: in Brutium agrum traduxit.

LIBER OCTAVVS.

CVM TRANSITV ASDRVBALIS: QVANTVM IN ITALIA DECLInauerat belli tm̃ leuatæ Hiſpaniæ uiderent̃: renatũ ibi ſubito par priori bellũ é. Et Hiſpanias ea tẽpeſtate ſic habebãt romani pœniq;. Aſdrubal Giſgonis filius ad Oceanũ penitus: Gadeſq; conceſſerat. Noſtri maris ora oiſq; ferme Hiſpania qua in orientẽ uergit: Scipiõis ac romanæ diciõis erat. nouus impator Háno in locũ Barchini Aſdrubalis cũ nouo exercitu ex africa trãſgreſſus: Magoniq; iunctus: cũ in Celtiberia: quæ media inter duo maria eſt: breui magnũ hoſtium nũerum armaſſet: Scipio aduerſus eũ. M. Syllanũ cũ decẽmillibus peditũ equitibus quĩgẽtis miſit. Syllanus quãtis maximis potuit itineribus: ĩpediebãt aũt: & aſperitates uiaꝝ: & anguſtiæ ſaltibus crebris: ut pleraq; Hiſpaniæ ſunt: ĩcluſæ: tamen nõ ſolũ nuncios: ſed etiã famã aduẽtus ſui p̃greſſus: ducibus indidẽ ex Celtiberia tranſfugis ad hoſtẽ puenit. Eiſdẽ auctoribus cõpertũ eſt: quod decẽ circiter millia ab hoſte abeſſent. Bina caſtra circa uiam qua irent: eſſe uera celtiberos: nouũ exercitum ſupra nouẽmillia hoĩum: dextera punica tenere caſtra. Ea ſtationibus: uigiliis omni iuſta militari cuſtodia tuta & firma eſſe. Illa altera ſoluta neglectaq; ut barbaroꝝ: & tyronum: & minus timentiũ: quod in ſua terra eẽnt. Ea prius aggrediẽda eſſe ratus Syllanus ſigna quãmaxime ad leuã iubebat ferri: necunde ab ſtationibus punicis cõſpiceret̃. Ipſe præmiſſis ſpeculatoribus: citato agmine ad hoſtẽ pgit. Triamillia ferme aberat: cũ haud dũ quiſquã hoſtiũ ſenſerat. cõfragoſa loca & obſita uirgultis tenebãt colles: ibi in caua ualle atq; ob id occulta cõfidere militẽ: & cibum capere iubet. Interim ſpeculatores trãſfugaꝝ dicta affirmãtes uenerũt. Tũ Sarcinis in mediũ conĩectis arma romani capiũt acieq; iuſta in pugnã uadũt. Mille paſſuũ aberãt: cum ab hoſte cõſpecti ſunt: repẽteq; trepidari cœptũ. Mago ex caſtris citato equo ad primũ clamorẽ: & tumultũ aduehit̃. Erãt aũt in celtibero exercitu. iiii. millia Scutatoꝝ: & cc. equites: Hanc iuſtã legionẽ: & id ferme: qđ roboris erat: ĩ prima acie locat. leuẽ armaturã in ſubſidiis poſuit. cũ ita iſtructos educeret e caſtris: uix dum egreſſos uallo in eos romani pila cõiecerũt. Subſidũt hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte. Inde ad emittẽda ipſi cõſurgũt. Quæ cũ cõfertim romani ut ſolẽt: deſatis excepiſſent ſcutis: tũ pes cũ pede collatus: & gladiis res geri cœpta eſt. Cæteꝝ aſperitas locoꝝ celtiberis: qbus in p̃lio cõcurſare mos ẽ: uelocitatẽ inutilẽ faciebat & haud iniqua eadẽ erat romanis ſtabili pugnæ aſſuetis: niſi qđ anguſtiæ & iternata uirgulta ordines dirimebãt. Et ſinguli biniq; uelut cũ paribus cõſerere pugnã cogebant̃. qđ ad fugã impedimẽto hoſtibus erat: id ad cædẽ eos: uelut uinctos p̃bebat. Et iã ferme oĩbus ſcutatis celtiberoꝝ interfectis leuis: armatura: & carthaginẽſes: qui ex alteris caſtris ſubſidio uenerãt pculſi cædebant̃. Duo haud amplius millia peditũ: eqtatus oĩs uix inito p̃lio cũ Magone effugerũt: Háno alter impator cũ eis: qui poſtremi iam p̃fligato prælio aduenerãt: uiuus capit̃. Magonẽq; fugientẽ eqtatus ferme oĩs: & qd uetereꝝ peditum erat: ſecuti. decimo die in Gaditanã prouinciã ad Aſdrubalẽ peruenerũt. Celtiberi nouus miles in p̃ximas dilapſi ſiluas inde domos diffugerũt: Peropportuna uictoria: nequaquã tm̃ iam confla-tum bellũ: quãta fururi materia belli: ſi licuiſſet iis: celtiberoꝝ gẽte excita: & alios ad arma ſolicitare populos oppreſſum erat. Itaq; collaudato benigne Syllano: Scipio ſpẽ debellãdi: ſi nihil ẽt ipſe cunctãdo moratus eẽt: nactus ad id qđ reliquũ belli erat: in ultimã Hiſpaniã aduerſus Aſdrubalẽ pergit. Pœnus cũ caſtra ſua forte ad ſocioꝝ aĩos in Betica cõtinendos in fide haberet: ſignis repẽte ſublatis fugæ magis: q̃ itineris mõ: pœnitus ad Oceanũ & Gades ducit. Cæteꝝ quoad cõtinuiſſet exercitũ: p̃poſitũ bello ſe fore ratus anteq̃ freto Gades traiiceret: exercitũ oẽm paſſim in ciuitates diuiſit: ut & muris ſeipſi: & armis muros tutarent̃. Scipio ubi aĩaduertit diſſipatũ bellũ & circũferre ad ſingulas urbes arma diutini magis: q̃ magni eẽ opis retro uertit iter ne hoſtibus tũ eã relinqueret regionẽ. L. Scipionẽ fratrem

Duo hoſtium exercitus p̃fligãtur a ſyllão

Romanoꝝ Victoria

Háno capitur

Aſdrubal ſcipiõii metu gadis tradita

cum decẽmillibus peditum:& mille equitum ad oppugnãdam opulentiſſimã in iis locis urbẽ:q̃ Orõ gin barbari appellabant:mittit in meſeſſum finibus ẽ ſita:hiſpaniæ gẽtis ager frugifer.argentũ ẽt inco læ fodiũt.Ea arx fuerat aſdrubali ad excurſiones circa mediterraneos populos faciẽdas.Scipio:caſtris ꝑpe urbẽ poſitis:priuſq̃ uallaret urbẽ: miſit ad portas qui ex ꝓpinquo colloqo aĩos tentarẽt:ſuaderẽt ꝙ ut amicitiã potius: q̃ uim experirent romanoꝝ:ubi nihil pacati reſpondebat:foſſa duplicique uallo circũdata urbe:in tris partes exercitũ diuiſit: ut una ſemper pars: quietis interim duabus oppugna ret.prima pars cum adorta oppugnare eſt:atrox ſane:& anceps prælium fuit.non ſubire:non ſcalas fer re ad muros præ incidẽtibus telis facile erat.& iam qui erexerãt ad muꝝ ſcalas:alii:furcis ad ipſum fa ctis:detrudebãtur.in alios lupi ſuperne ferrei iniecti:ut in periculo eſſent:ne ſuſpenſi in muꝝ extrahe rẽtur.Quod ubi aĩaduertit Scipio:nimia paucitate ſuoꝝ exæquatũ certamen eſſe:& iã eo ſuperare ho ſtem:qd̃ ex muro pugnaret:duabus ſimul partibus:prima recepta urbẽ eſt aggreſſus.quæ res tãtum pauorem iniecerũt feſſis:iam cũ primis pugnãdo:ut & oppidani mœnia repẽtina fuga deſererẽt:& pu nicum præſidiũ metu ne prodita urbs eſſet:relictis ſtationibus in unũ ſe colligeret.Timor inde oppi danos inceſſit:ne ſi urbẽ hoſtis intraſſet:ſine diſcrimine:pœnus an hiſpanus eſſet:obuii paſſim cæde rẽtur:Itaq̃ patefacta repente porta frequentes ex oppido ſeſe eiecerũt:ſcuta præ ſe tenentes:ne tela ꝓ cul coniicerẽtur:dextras nudas oſtendẽtes:ut gladios abieciſſe appararet.Id utrum paꝝ ex interuallo ſit conſpectũ:an dolus aliquis ſuſpectus fuerit:incõpertum eſt:impetus hoſtilis in trãſfugas factus nec ſecus quã aduerſa acies cæſa.eademq̃ porta ſigna infeſta urbi illata:& aliis partibus ſecuribus dolabriſ q̃ cædebãtur:& refringebãtur portæ:& ut quiſq̃ intrauerat eques:ad foꝝ occupãdum(ita enim præ ceptũ erat(citato equo pergebat.additũ erat & triarioꝝ equiti præſidiũ.Legionarii cæteras partes per uadunt.direptione & cæde obuioꝝ:niſi qui armis ſe tuebãtur:abſtinuerunt.Carthaginẽſes oẽs in cu ſtodiã dati ſunt:oppidanoꝝ quoq̃.ccc.ferme:qui clauſerant portas cæteris traditum oppidũ:ſuæ red ditæ res:Cecidere in urbis eius oppugnatiõe hoſtiũ duomillia ferme.Romanoꝝ haud amplius.lxxx Læta & ipſis:qui rẽ geſſere:urbis eius oppugnatio fuit:& imperatori cæteroq̃ exercitui ſpecioſum ad uẽtum ſuum ingẽtem turbã captiuoꝝ præſe agentes fecerũt.Scipio:colaudato fratre:cum quãto pote rat uerboꝝ honore.Carthagini a ſe captæ:captam ab eo Oringin æquaſſet:quia & hyems inſtabat:ut nec tentare Gades:nec diſiectum paſſim per ꝓuinciã exercitum Aſdrubalis cõſectari poſſet: in citerio rẽ Hiſpaniã oẽs ſuas copias reduxit. dimiſſis in hyberna legiõibus.L.Scipione fratre Romã miſſo & Hãnone hoſtium iperatore cæteriſq̃ nobilibus captiuis:ipſe Tarraconẽ conceſſit.Eodẽ anno claſſis ro mana cũ.M.Valerio Leuino procõſule ex Sicilia in Africam trãſmiſſa in uticenſi carthaginenſiq̃ agro late populationes fecit extremis finibus carthaginẽſiũ:circa ipſa mœnia Vticæ ꝑdæ actæ ſunt.Repetẽ tibus Siciliam:claſſis punica.lxx.erant lõgæ naues:occurrit. decẽq̃ & ſeptem naues ex iis captæ ſunt. quattuor in alto merſæ:cætera fuſa ac fugata claſſis.Terra mariq̃ uictor romanus cum magna oĩs ge neris præda Lilybæũ repetit.Toto inde mari pulſis hoſtiũ nauibus magni cõmeatus fruméti Romã ſubuecti.Principio æſtatis eius:qua hæc ſunt geſta.P.Sulpicius ꝓconſul: & Attalus rex cum Aeginæ. ſicut ante dictũ eſt:hybernaſſent:Lemnũ inde claſſe iuncta Romanæ.y.&.xx.quinqueremes regiæ.y. &.xxx.trãſmiſerũt.Et Philippus:ut ſeu terra:ſeu mari obuiã eũdũ hoſti foret patus ad oẽs conatus eẽt: ipſe Demetriadem ad mare deſcẽdit.Lariſſam diem ad conueniẽdum exercitui edixit.Vndiq̃ ab ſoci is legationes Demetriadẽ ad famã regis conuenerũt.Suſtulerãt.n.aĩos ætoli:cum ob romanam ſocieta tem:tũ poſt Attali aduẽtum:finitimoſq̃ populabãtur.nec acarnanes ſolũ boetiiq̃:& quid Euboeam i colunt in magno metu erant:ſed achæi quoq̃:quos ſuper ætolicũ bellum Machanidas etiam Lacæde monius tyrãnus haud procul argiuoꝝ fine poſitis caſtris terrebat.Hi oẽs ſuis quiſq̃ urbibus:quæ pe ticula terra mariq̃ portẽdebãtur:memorãtes:auxilia regem orabãt:ne ex regno quidẽ ipſius trãquil læ nunciabãtur res.Serdiledũ Pleuratumq̃ motos eſſe:& Thracum maxime medos:ſi qd̃ longinquũ bellum regẽ occupaſſet:ꝓxima Macedoniæ incurſuros.Boetii quidẽ &,interiores Græciæ populi Ter mopylaꝝ ſaltũ:ubi anguſtæ fauces coartant iter foſſa uallo q̃ intercludi ab ætolis nũciabant: ne tranſi tum ad urbes tuẽdas Philippo darent.Vel ſegnẽ ducẽ tot excitare tumultus circunfuſi poterant:lega tiones dimittit:pollicitus:,put tẽpus:aut res ſe daret:oĩbus latuꝝ ſe auxiliũ:in præſentia quæ maxime urgebant res:pararent.Tũ præſidiũ urbi mittit:unde allatũ erat:Attalum a Lemno claſſe traſmiſſa:om nem circa urbem agrũ depopulatũ.Polyphãtem cũ modica manu in Boetiã: inde Enippũ item quen dam ex regiis ducibus cũ mille peltatis(pelta cetræ haud diſimilis eſt) Chalcidẽ mittit: additi quingẽ ti anianũ:ut oẽs inſulæ partes tueri poſſent:ipſe Scotuſam eſt ꝓfectus.Eodemq̃ ab Lariſſa macedonũ copias traduci iuſſit.Eo nunciatũ eſt cõcilium ætolis Heracleã indictum regẽq̃ Attalam ad cõſultandũ de ſumma belli uentuꝝ.Hunc conuẽtum ut turbaret ſubito aduentu: magnis itineribus Heracleam duxit & concilio quidẽ dimiſſo iam uenit:ſegetibus:tamẽ quæ prope maturitatẽ erãt:maxime in ſinu æniano euaſtatis:in Scotuſam copias reduxit.Ibi exercitu omni relicto:cũ cohorte regia Demetriadẽ ſeſe recepit.Inde ut ad oẽs hoſtiũ motus poſſet occurrere:etiã in Phocidẽ: atq̃ Euboeam:& Peparetũ mittit:qui loca alta eligerent:unde editi ignes appararẽt. Ipſe in Ciſſeo(mons eſt:ĩ altitudinẽ ingentẽ cacuminis editi)ſpeculam poſuit:ut ignibus procul ſublatis ſignum:ubi quid molirẽtur hoſtes: mo mento tẽporis acciperet.Romanus imperator:& Attalus rex a Pepareto Niceã traiecerũt.Inde claſſem

De oppugnatione ciuitatis Oringin

Lupi ferrei

Cædes hoſtiũ ad orõgim

Att. Quot bellogꝝ motus ſollicitum habeꝛẽt Philippum

Pelta
Cetra

in Euboeam ad urbē Oreum transmittunt: quæ ab demetriaco sinu Chalcidē & Euripum petenti: ad leuā prima urbium Euboeæ posita est. Ita inter Attalū & Sulpiciū cōuenit: ut romani a mari: regii a terra oppugnarent. Quatriduo posteaquā appulsa classis est: urbē aggressi sunt. Id tps occultis cum Platore: qui a Philippo præpositus urbi erat: colloquiis absumptū est. Duas arces urbs habet: unā iminentē mari altera urbis medio est. cuniculo inde ua ad mare ducit: q̄ a mari turris quinq; tabulatoꝝ egregiū pro pugnaculū claudebat. Ibi primo atrocissimū contractū est certamen: & turre instructa omni genere teloꝝ: & tormētis machinisq; ad oppugnandā eam ex nauibus expositis. Cum oium aios oculosq; id certamen auertisset: porta maritimæ arcis Plator romanos accepit: momentoq; arx occupata ē. Oppidani pulsi inde in mediā urbem ad alterā tendere arcē. Et ibi positi erant: qui fores portæ obiicerēt. Ita excluſſi in medio cædūtur capiūturq;. Macedonū præsidium cōglobatū sub arcis muro stetit: nec fuga effuse petita: nec pertinaciter prælio iterato: Eos Plator uenia a Sulpicio impetrata in naues impositos ad demetriacum Theotidis exposuit: ipse ad Attalum sese recepit. Sulpicius tam faciti ad Oreū successu elatus: Chalcidē inde protinus uictrici classe petit. Vbi haud quaqua ad spē euentus respōdit. Ex patenti utriq; coactū in angustias mare: spēm intuēti primo gemini portus i ora duo uersi præbuere sed haud facile alia infestior statio classi est: Nā & uenti ab utriusq; terræ præ altis montibus subditi accello si deiiciunt: & fretū ipsum Euripi nō septies die: sicut fama fert tēporibus statutis reciprocat: sed temere in modū uenti nunc huc: nūc illuc uerso mari uelut mōte præcipiti deuolutus torrens rapit. Ita nec nocte: nec die quies nauibus datur: cū classem tā infesta statio accepit: tum: & oppidū alia parte clausum mari: alia a terra egregie munitū: præsidioq; ualido firmatū: & præcipue fide præfectoꝝ principumq; quæ fluxa: & uana apud Oreū fuerant: stabile atq; inexpugnabile fuit: Id prudenter ut temere iuscepta re romanus fecit: quod circūspectis difficultatibus: ne frustra tps tereret: celeriter abstitit icoꝝpto: classemq; inde ad Cynū Locridis emporiū idem urbis opontioꝝ mille passuū a mari sitæ traiecit. Philippū & ignes ab Oreo editi mouerant: sed serius Platoris fraude e specula elati: & impari tū maritimis uiribus: haud facilis: erant in īsulā classi accessus. Ita res per cunctationē omissa ad Chalcidis auxilium: ubi signū accepit: impigre est motus. nam & ipsa Chalcis: quamquā eiusdē insulæ urbs est: tamē adeo arcto interscindit freto: ut ponte continēti iungat: terraq; aditū facilioꝝ quam mari habeat. Igit Philippus deiecto præsidio: fusisq; ætolis: qui saltū Thermopilaꝝ insidebāt: cum ab Demetriade Scotusam: inde tertia uigilia profectus trepidos hostes Heraclea compulisset: ipse uno die Phocidis Elatam millia amplius. lx. cōtendit. Eodē ferme die ab Attalo rege opontioꝝ urbs capta diripiebat. Concesserat eā prædā regi Sulpicius: quia Oreū paucos ante dies ab romano milite expertibus regiis direptum fuerat. Romana classis Oreū sese receperat: & Attalus ignarus aduentus Philippi pecuniis a principibus exigēdis terebat tps. A deoq; improuisa res fuit: ut nisi cretēsium forte quidā pabulatū ab urbe longius ꝓgressi agmen hostiū procul conspexissent: opprimi potuerit Attalus. Inermis autem: atq; in compositus cursu effusus mare ac naues petit: & molientibus ab terra naues Philippus superuenit: tu multumq; etiā ex terra nauticis præbuit. Inde Opōtem rediit deos hoiesq; accusans: qd' tantæ rei fortunā ex oculis prope raptā amisisset. oponti quoq; ab eadē ira increpiti: qd' cum trahere obsidionē in aduentū suū potuissent: uiso statim hoste: ꝓpe in uoluntariā deditionem cōcessissent. Cōpositis circa Opontē rebus: Toronē est profectus. Et Attalus primo Oreū se recepit: Inde cū fama accidisset Prusiā Bithyniæ regē in fines regni sui trāsgressum: omissis romanis: atq; ætolico bello: in Asiam traiecit. Et Sulpicius Aeginā classem recepit: unde initio ueris ꝓfectus erat. Haud maiore certamine: q̄ Opōtem Attalus ceperat: Philippus Toronē cepit. Incolebant eā urbē profugi ab Thebis phthiotici urbe sua capta a Philippo cū in fidem ætoloꝝ perfugissent: sedē eis ætoli eam dederāt urbis uastatæ ac desertæ priore eiusdem Philippi bello. Tum ab Torone: sicut pauloante dictū est: recepta: ꝓfectus Tritonō: & Ditimias Doridis parua atq; ignobilia oppida cepit. Inde Elatiam iussis ibi se opperiri Ptolomæi thodiorumq; legatis uenit. ubi cum de finiēdo ætolico bello ageretur (affuerāt. n. legati nuper Heracleæ concilo romanoꝝ ætolorūq;) nuncius affertur Machanidā olympioꝝ solēne ludicrū parātes Eleos aggredi statuisse. Præuertendū id ratus legatis cū benigno responso dimissis: se neq; cām huius belli fuisse: nec morā: si modo æqua & honesta conditiōe liceat paci factuꝝ. cum expedito agmine ꝓfectus per Boetiā: Megaram: atq; inde Corinthū descendit. Vnde cōmeatibus sumptis: Phyleū a Pheneumq; petit: & iam cum Ereū uenisset: audit Machanidā fama aduētus sui territū refugisse Lacedæmonē: Aegiumq; se ad conciliūq; ætoloꝝ recepit: simul classem punicā: ut mari quoq; aliquid posset: accitam: ibi ratus se inuentuꝝ. Paucis ante diebus inde Phoceas traiecerant pœni. Inde portus acarnanū petierant: cū ab Oreo profectū Attalum romanosq; audissent: uerit: ne in se uerteretur & intra Rhiū (fauces eæ sunt corinthi sinus (opprimerētur. Philippus quidē mœrebat: & angebat: cum ad oia ipse raptim isset. nulli tamen se rei in tempore occurrisse: & rapientē oia ex oculis eluisse celeritatē suam fortunā. In concilio autē dissimulans ægritudinē: elato aio: disseruit. testatus deos hominesq; nulli loco: nec tēpori defuisse: quin ubi hostium arma cōcrepuissent: eo: quanta maxima posset celeritate: rediret: sed uix rationem inire posset. utrum a se audacius: an fugacius ab hostibus geratur bellum Sic ab Oponte Attalum: sic Sulpicium a Chalcide: sic his ipsis diebus Machinadam e manibus suis elapsum. Sed nō sē per fœlicem esse fugam: nec pro difficili id bellum habendum: in quo: si modo congressus cum hosti

Oreū Roditur

Vide ne pheiotidis sit legendū

Euripus calcidicus

Quid Rhium sit

bus sis:uiceris.quod primum esset:confessionē se hostium habere nequaquā pares esse eos sibi.breui & uictoriā haud dubiā habiturꝝ:nec meliore euentu eos secum:q̄ spe pugnaturos.Læti regem socii audierunt.Reddit inde achæis Oreum:& Triphylam:Alipherā autem megalopolitis:quod suoꝝ fuisse finium satis ꝓbabant:restituit.Inde nauibus acceptis ab achæis (erāt aūt tres quadriremes: & biremes totidē) Anticyram traiecit.Inde quinquerembus septē:& lembis uiginti amplius quos: ut adiūgeret carthaginēsium classi miserat in corinthium sinū:profectus ad Erythras ætoloꝝ:quæ prope Euphaliū sunt:descensionem fecit.Haud fefellit ætolos:nam hoium:quod aut in agris:aut in propinquis castellis Potidaniæ atq; Apolloniæ fuit:in siluas montesq; refugit.Pecora:quæ inter festinationē abigi neq; uerant:sunt direpta:& in naues cōpulsa.Cum his:cæteraq; præda Nicia prætore achæoꝝ Egium misso:cū Corinthum petisset:pedestres ide copias per Boetiā terra duci iussit.Ipse a Boenotris:præter terram Atticā super sinū nauigans inter medias prope hostiū classes Chalcidem peruenit.inde collaudata fide:ac uirtute quod neq; timor:neq; spes flexisset eoꝝ animos:hortatusq; in posterum.ut eadē constantia permanerent in societate:si suam:q̄ oreanoꝝ atq; opontioꝝ fortunam mallent:a Chalcide Oreum nauigat.Principūq; iis:qui fugere capta urbe:q̄ se romanis tradere maluerāt:summa reꝝ:& custodia urbis permissa ipse Demetriadē ab Euboea:unde primū ad opē ferēdā sociis ꝓfectus erat traiecit.Cassandreæ deinde cetū nauium longaꝝ carinis positis.cōtractaq; ad effectū eius operis multitudine fabroꝝ naualium:quia res in Græcia trāquillas:& ꝓfectio Attali fecerat:& in tpe laborantibus sociis latum a se auxilium:retro in regnū concessit:ut dardanis bellum inferret.



EXTREMO AESTATIS EIVS:Q. VA IN GRE cia hæc gesta sunt:cum.Qu.Fabius Maximus prætor legatus ab.M.Liuio cōsule Romā ad senatū missus nunciasset consulē satis præsidii Galliæ ꝓuinciæ credere.L.Portiū cum suis legionibus esse:discedere se inde:ac deduci exercitū consularē posse: patres non.M.Liuiū tantū redire ad urbē:sed collegā quoq; eius.C.Claudiū iusserunt.Id mō i decreto interfuit:quod.M.Liuii exercitū reduci:Neronis legiones Annibali oppositas manere in ꝓuincia iusserunt.Inter cōsules ita p lras cōuenit:ut quē admodū uno aio remp. gessissent:ita quāquā ex diuersis regionibus cōuenirent:uno quoq; tēpore ad urbem accederent Præneste qui prior uenisset collegā ibi opperiri iussus.Forte ita euenit.ut eodē die ābo ꝓneste uenirēt Inde præmisso edicto:ut triduo post frequēs senatus ad ædē Bellonæ adesset:omni multitudine obuiam effusa ad urbem accessere.non salutabant mō uniuersi circūfusi:sed contingere ꝓ se quisq; uictrices dextras consulū cupiētes.alii gratulabātur:alii gratias agebāt quod eoꝝ opera incolumis resp.esset. In senatu cū more oīum imperatoꝝ expositis rebus ab se gestis:postulassent:ut pro rep.fortiter fœliciterq; administrata:& diis immortalibus haberetur honos :& ipsis triumphantibus urbem inire liceret se uero ea:quæ postularent:decernere patres merito deoꝝ primū deinde secūdum deos consulū responderūt & supplicatione amboꝝ nomine:& triūpho utriq; decreto:Inter ipsos nec cū bellum cōmuni aio gessissent:triumphū separarent:Ita cōuenit:ut quoniā & in ꝓuincia.M.Liuii res gesta esset:& eo die quo pugnatū foret eius forte auspicium fuisset:& exercitus liuianus traductus Romā uenisset:Neronis deduci nō potuisset de prouincia:ut.M.Liuiū quadrigis urbē ineuntē milites sequerētur.Consul Claudius equo sine militibus inueheret.Ita consociatus triūphus cū utriq;:tum magis ei:qui quā tum merito anteibat:tantū honore collegæ cesserat:gloriā auxit.Illū equitē aiebāt sex dieꝝ spatio trāscurrisse longitudinē Italiæ:& eo die cū Asdrubale in Gallia signis collatis pugnasse:quo eum castra aduersus esse in Appulia posita habere Annibal credidisset.Ita unū cōsulē ꝓ utraq; parte Italiæ aduersus duos duces duos ꝛmpatores:hinc cōsiliū suū:hinc corpus opposuisse nomē Nerōis satis fuisse ad cōtinendū castris Annibalem.Asdrubalē uero qua alia re:q̄ aduētu eius obrutū:atq; extinctū esse.Itaq; iret alter consul sublimis curru multiugis:si uellet:equis.unius equo per urbē uerum triumphū uehi.Neroniq; etiam:si pedes incedat:uel parto eo bello:uel spreto triumpho gloriā memorabilē fore.Hi sermones spectātium Neronē usq; in capitoliū prosecuti sunt:Pecuniā in ærariū tulerunt sestertiū tricies octogintamillia æris militibus.M.Liuius quinquagenos senos asses diuisit Tantundē.C. Claudius militibus absentibus suis est pollicitus:cū ad exercitū redisset.Notatū est ea die plura carmina militaribus iocis in consulē Claudiū:q̄ in consulē suū iactata.Equites.L.Veturiū:&.Qu.Cecilium legatos magnis tuliſſe laudibus:hortatosq; esse plebē:ut eos consules in ꝓximū annū crearēt.A dieciſſe equitum prærogatiuæ auctoritatē consules:postero die in concionē:q̄ forti fideliq; duoꝝ præcipue legatorum opera usi essent:cōmemorantes.Cū comitioꝝ tēpus appeteret:& per dictatorē comitia haberi placuisset.C.Claudius cōsul.M.Liuiū collegam dictatorē dixit:Liuius.Qu.Cecilius magistrū equitū.A.M.Liuio Dictatore creati Cōsules.L.Veturius.Qu.Cecilius:is ipse:qui tum erat magister equitū.Inde præ

Accessus consulū ad urbem

Liuio Triūphus claudio ouatio decreta

tor; comitia habita: Creati. C. Seruilius. M. Cecilius Metellus. T. Claudius Asellus. Qu. Manlius Turinus: qui tũ ædilis plebis erat. Comitiis perfectis: dictator magistratu abdicato: dimisso; exercitu in Ehruriam ꝓuinciam ex. S. C. est ꝓfectus ad questiones habendas: qui Ethruscor; umbrorũue populi defectionis ab romanis ad Asdrubalẽ sub aduentu eius cõsilia agitassent: quiq; eum auxiliis: aut commeatu aut ope aliqua iuuissent. Hæc eo anno domi militiæq; gesta. Et ludi romani ter toti ĩstaurati ab ædilibus curulibus. G. Seruilio Cepione. Ser. Cornelio Lentulo. Item ludi plebeii semel toti instaurati ab ædilibus plebis. M. Pomponio Mathone: &. Qu. Manlio Turino. Tertiodecimo anno punici belli. L. Veturio philone: &. Qu. Cecilio Metello consulibus ambobus: ut cũ Annibale bellum gereret ꝓuincia decreta: Prætoras exinde sortiti sunt. M. Cecilius Metellus urbanam. Qu. Manlius peregrinã. G. Seruilius Siciliã. T. Claudius Sardiniam. Exercitus ita diuisi. consulũ alteri: quẽ. C. Claudius prioris anni consul: alteri: quẽ. Qu. Claudius ꝓprætor (eæ binæ legiões erant) habuissent exercitum. In Ethruria duas uolonũ legiones a Terẽtio procõsule Liuius ꝓcõsul: cui ꝓrogatũ in annũ imperiũ fuit. acciperet. Et. Qu. Mãlio: ut collegæ iurisdicioe tradita: eũ exercitũ: cui. L. Portius ꝓptor ꝓfuerat obtineret decretũ ẽ. Iussusq; populari agros gallor; q ad pœnos sub aduẽtu Asdrubalis defecissẽt. G. Seruilius cũ cãnẽsibus duab⁹ legiõibus: sicut. P. Mãlius tenuerat: Sicilia tuẽda data. Ex sardinia uetus exercitus: cui. A. Hostilius præfuerat: deportatus: Nouam legionẽ: q̃. C. Claudius traiiceret: secũ cõsules conscripserũt. Qu. Claudio ut Tarẽtum. G. Hostilio Tubulo: uti Capuam ꝓuinciã haberet: prorogatũ in annũ est imperiũ. M. Valerius ꝓcõsul: q tuẽdæ circa Siciliã maritimæ oræ ꝓfuerat. xxx. nauib⁹. G. Seruilio traditis: cum cætera omni classe redire ad urbem iussus In ciuitate tante discrimine belli sollicita: cũ oĩum secũdorum aduersorũq; causas id deos uerterent: multa prodigia nunciabãtur. Tarracinæ Iouis ædem: Satrici matris matutæ de cælo tactam fatricanos haud minus terrebant. In ædem Iouis foribus ipsis duo prælapsi angues. Ab Antio nũciatum est cruentas spicas metentibus uisas esse. Cære porcus biceps: & agnus masculus: idemq; fœmina natus erat. Albæ duos soles uisos ferebant. Et nocte Fregellis lucem obortam. Et bos in agro romano locutus. Et ara Neptuni multo manasse sudore in circo Flaminio dicebatur. Et ædes Cereris: Salutis. Quirini de cælo tactæ. Prodigia consules hostiis maioribus procurare iussi: & supplicationem unam diem habere. Ea ex senatusconsulto facta. Plus omnibus aut nunciatis peregre: aut uisis domi prodigiis: terruit animos hominum: ignis in æde Vestæ extinctus: Obquamquam nihil portendentibus deis: cæteq; negligentia humana acciderat: tamen & hostiis maioribus procurari: & supplicationẽ haberi ad uestæ aram placuit. Priusquã proficiscerẽtur consules ad bellum moniti ab senatu sunt: ut ĩ agros reducẽdæ plebis curã haberent deũ benignitate submotũ bellũ ab urbe Roma: & Latio esse. posse sine metu ĩ agris habitari. Minimæ cõuenire: Siciliæ quã Italiæ colẽdæ maiorẽ curam esse. sed res haud quaquã erat populo facilis: & liberis cultoribus bello absumptis: & inopia seruitioꝝ: & pecore direpto uillisq; dirutis aut incẽsis. Magna tamẽ pars auctoritate cõsulũ cõpulsa in agros remigrauit. Mouerant aũt huiusce rei mentionẽ placentinoꝝ: & cremonẽsiũ legati queri agrũ suum ab accolis gallis incursari ac uastari: magnãq; partẽ colonoꝝ suoꝝ dilapsam esse: & fere quẽtes se urbes: agrũ uastatũ ac desertũ habere. Manlio prætori mãdatũ: ut colonias ab hoste tueret: cõsules ex. S. C. edixerũt: ut qui ciues cremonẽses aut placẽtini essent: ante certũ diẽ in colonias reuerterẽtur: principio deinde ueris & ipsi ad bellũ profecti sũt. Qu. Cecilius cõsul exercitum ab. C. Nerone. L. Veturius ab. Qu. Claudio ꝓprætore accepit: nouisq; militibus: quos ipse cõscripserat. suppleuit. Et in consentinũ agrũ cõsules exercitũ duxerunt: passimq; depopulati: cũ agmen iã graue præda eẽt: in saltu angusto a brutiis iaculatoribusq; numidis turbati sunt. Ita ut nõ præda tm̃: sed armati quoq; in periculo fuerint. maior tñ tumultus: q̃ pugna fuit. Et præmissa p̃da ĩcolumes legiões in loca culta euasere. Inde in lucanos ꝓfecti. Ea sine certamine toga gẽs in diciõem populi rõani rediit. Cũ Annibale nihil eo anno rei gestũ est. Nã neq; ipse se obtulit in tã recẽti uulnere publico priuatoq;: nec lacessierunt quietũ romani: tantã inesse uim: & si oĩa alia circa eũ ruerent: in uno illo duce cẽsebant. Ac nescio an mirabilior aduersis quã secundis rebus fuerit. Quippe cũ & in hostiũ terra per annos tredecim iã procul ab domo uaria fortuna bellũ gereret: exercitu non suo ciuili: sed mixto ex colluuiõe oĩum gentium: quibus nõ lex: nõ mos: nõ lingua cõmunis: alius habitus: alia uestis alia arma: alii ritus: alia sacra: alii ꝓpe dii eẽnt: ita quodã uno uinculo copulauerit eos: ut nulla nec inter ipsos: nec aduersus ducem seditio extiterit cum: & pecunia sæpe instipendiũ: & cõmeatus in agro deesset: quoꝝ inopia priore punico bello multa infanda iter duces: militesq; cõmissa fuerant. Post Asdrubalis uero exercitũ cum duce: in quibus spes oĩs uictoriæ reposita fuerat: deletũ cedendoq; in angulũ brutium cætera Italia cõcessum: cui non uideatur mirabile: nullum motũ in castris factum? Nam ad cætera id quoq; accesserat: ne alendi quidem exercitus: nisi ex brutio agro spes esset. qui ut oĩs coleret: exiguus tamen tanto alendo exercitui erat: cũ magnã partẽ iuuentutis abstractã a cultu agroꝝ bellũ occupauerat: & mos uitio etiã insitus genti plaustrocinia militiam exercẽdi. nec ab domo quicq; mittebat: de Hispania retinenda sollicitis: tanquã oĩa spera in Italia essent. In Hispania res quadã ex parte eandẽ fortunã: quadã longe disparẽ habebãt. Eandẽ: qd' prælio uicti carthaginẽses duce amisso in ultimã Hispaniæ orã usq; ad Oceanũ cõpulsi erãt. Disparẽ aũt: qd' Hispania nõ quã Italia mõ: sed quã ulla pars terraꝝ bello reparando aptior erat locorum

Ludi R. Celebrati

Prodigia

Lucani i fidẽ po. ro. redeunt

Hispanoꝝ ingenia

hoīumq; ingeniis. Itaq; ergo romanis prima inita prouinciaꝝ: quæ quidē continentis sint. postremo oium: nostra demū ætate: ductu auspicioq; Augusti Cæsaris pdomita est. Ibi tū Asdrubal Gisgonis filius maximus: clarissimusq; eo bello secundū Barchinos dux regressus a Gadibus: rebellandi spem: ad iuuante Magone Amilcaris filio: delectibus p ulteriorem Hispaniam habitis: ad quinquagintamillia peditum: quattuormillia & quingentos equites armauit. De equestribus copiis ferme iter auctores cō uenit. peditum. lxx. millia quidā adducta ad Silpiā urbem scribunt. Ibi sup cāpos patentes duo duces pœni ea mente: ne detrectarent certamina: consederunt. Scipio cū ad eum fama tanti comparati exercitus plata esset: neq; romanis legionibus tantæ se fore parē multitudini ratus: ut non in spem saltem opponerentur barbaroꝝ auxilia: neq; in iis tñ tantum uirium ponendū: ut mutando fidem: quæ cladis cā fuisset patri patruoq; magnū momentum facerent: præmisso Syllano ad colcā duo de. xxx. oppidis regnātem: ut equites peditesq; ab eo: quos se per hyemē conscriptuꝝ pollicitus erat: acciperet: ipse a Tarracone profectus: protinus a sociis: q accolunt uiam: modica contrahēdo auxilia Castulonē peruenit. Eo adducta a Syllano auxilia: triamillia peditū: & equites: qngenti. Inde ad Betulā urbem progressus cum omni exercitu ciuium: sociorūq; peditum equitumq; .y. &. xl. millibus. Castra ponēres eos Mago: & masinissa cū omni equitatu aggressi sunt: turbassentq; munientes: ni abditi post tumulū opportune ad id positi a Scipione equites improuiso in effusos incurrissent: & promptissimum quēq;: & proximo uallum: atq; in ipsos munitores primum inuectum: uix dum prælio inito: fuderunt. cum cæteris: qui sub signis: atq; ordine agminis incesserant: longior & diu ambigua pugna fuit. Sed cum ab statiōibus primum expeditæ cohortes: deinde ex opere deducti milites: atq; arma capere iussi plures & itegri fessis subirent: magnumq; iam agmen armatorum a castris in plium rueret. terga haud dubie uertūt pœni. Numidæq; primo turmatī abibant: nihil propter pauorem festinationemue confusis ordinibus. de inde posteaquā acrius ultimis incidebat romanus: neq; sustineri impetus poterat: nihil iam ordinum memores: passim: qua cuiq; proximum fuit: in fugā effunduntur. Et quāq; eo plio aliquantum & romanis aucti: & diminuti hostibus animi erant: tñ nūq; aliquot insequentes dies ab excursionibus equitū: leuisq; armaturæ cessatū est. Vbi satis tentatæ p hæc leuia certamina uires sunt: prior Asdrubalī aciem copias eduxit: deinde & romani processere. sed utraq; acies pro uallo stetit instructa. Et cū a neutris pugna cœpta esset: iam die ad occasum inclinante: a pœno prius: deinde a romano ī castra copiæ reductæ Hoc idem p dies aliquot factum. Prior sp pœnus copias castris educebat. prior fessis stando signum receptui dabat. A neutra parte procursum telūue missum: aut uox ulla orta. Mediam aciem hinc romani illinc carthaginenses mixti afris cornua socii tenebāt. Erant aūt utrinq; hispani pro cornibus. Ante punicam aciem elephanti castellorum procul speciē uisu pbebant. Iam hoc in utrisq; castris sermonis erat ita ut instructi stetissent: pugnaturos: medias acies romanū pœnumq;: quos inter belli cā esset: pari robore aiorum armorumq; concursuras. Scipio: ubi hoc obstinate credi aīaduertit: oīa de industria in eū diem: quo pugnaturus erat: mutauit: tesseram ueperi per castra dedit: ut ante lucem uiri equiq; cū prāsi essent: armatus eques frænatos stratosq; teneret equos. Vix dum satis certa luce equitatum omnem cum leui armatura in stationes punicas immisit: ipse confestim cū graui agmine legionum procedit p ter opinionem destinatā suorum hostiūq; romano milite cornibus firmatis sociis in mediā aciem acceptis. sed Asdrubal clamore equitū excitatus: ut ex tabernaculo prosiluit: tumultūq; ante uallum: & trepidationem suoꝝ: & procul signa legionum fulgētia plenosq; hostiū campos uidit: equitatum oēm extemplo in equites emisit. Ipse cū peditum agmine castris egreditur: nec ex ordine solito quicq; acie instruenda mutat. Equitum iādiu anceps pugna erat: nec ipsa p se decerni poterat: quia pulsis: qd prope inuicē fiebat: in aciē peditum tutus receptus erat. sed ubi iam haud plus qngentos passus acies inter se diuisæ aderant: signo receptui dato scipio patefactisq; ordinibus equitatum oēm: leuemq; armaturā in medium acceptā: diuisamq; in partes duas in subsidiis post cornua locat. Inde: ubi incipiendæ iā pugnæ tps erat: hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere iubet. ipse e dextero cornu (ibi nāq; præerat) nuncium ad syllanum & Martium mittit: ut cornu extenderent in sinistra parte: quem admodum se tendentem ad dexteram uidissent: & cum expeditis peditum equitumq; prius: pugnam cōserērēt cum hoste: q̄ coire inter se mediæ acies possent. Ita deductis cornibus cum ternis peditum cohortibus: ternisq; equitum turmis: ad hoc uelitibus citato gradu in hostem ducebant sequentibus aliis in obliquum. sinus in medio erat: quia segnius hispanorum signa incedebant & iam cōflixerant cornua: cum quod roboris in acie hostium erat: pœni ueterani afriq; nondum ad teli coniectū uenissent: neq; in cornua: ut adiuuarent pugnantes: discurrere auderent: ne aperirent mediam aciē uenienti exaduerso hosti. Cornua ancipiti plio urgebantur. eques leuisq; armatura & uelites: circunductis alis: in latera incurrebant. Cohortes a fronte urgebant: ut abrumperent cornua a cætera acie. & tum ab omni parte: haudquaquam par pugna erat: tum quod turba balearium tyronumq; hispanorum romano latinoque militi obiecta erat. procedente iam die uires etiam deficere Asdrubalis exercitum cœperant: oppressos matutino tumultu: coactosque: priusquam cibo corpora firmarent: raptim in aciem exire. Ad id sedulo diem extraxerat scipio: ut sera pugna esset: Nam a septima demum hora peditum signa cornibus incurrerunt. Ad medias acies aliquanto serius peruenit pugna: ut prius æstus a meridiano sole: laborque standi sub armis: & simul fames: sitisq; corpora afficerent: q̄ manus cū hoste consere-

Hostium fuga

Scipionis stratagema

rent. Itaq; steterunt scutis innixi: Nam super cætera elephanti ẽt tumultuoso genere pugnæ equitũ ue
litumq; & leuis armaturæ consternati e cornibus in mediã aciem sese intulerant. Fessi igit corporibus
aĩsq; rettulere pedẽ: ordines tñ seruantes haud secus: q̃ si iperio ducis cederet itegra acies. Sed cum eo
ipso acrius: ubi inclinatã sensere uictores se undiq; inueherẽt: nec facile ipetus sustineri posset: quãq; re
tinebat obsistebatq; cedentibus Asdrubal ab tergo esse colles: tutũq; receptum: si modice se reciperent:
Rediguñ trepide i ca stra pœni clamitans: tñ uincẽte uerecundiã metu: cum proximus quisq; hostẽ cæderet: terga extemplo data: atq;
in fugam sese oẽs effuderunt. Ac primo consistere signa in radicibus colliũ: ac reuocare in ordines mili
tem cœperant: cunctantibus in aduersũ collem erigere aciẽ romanis. Inde ut inferri ipigre signa uide"
runt: integrata fuga: in castra pauidi ipelluntur: nec procul uallo romanus aberat. Cepisset; tanto ipe
Sole tu castra: nisi ex uæhementi sole: qualis inter graues imbre nubes effulget: tanta uis aquæ deiecta eẽt:
ut uix in castra sua receperint se uictores. quosdam ẽt religio ceperit: ulterius eo die quicq; conãdi. Car
thaginenses quãq; fessos labore: ac uulneribus nox imberq; ad necessariã quietem uocabat: tñ quia me
tus & periculũ cessandi non dabat tps prima luce oppugnaturis hostibus castra: saxis undiq; circa exp
pinquis uallibus congestis: augent uallũ: munimento sese: qñ in armis parum præsidii foret: defensu
ri. Sed transitio socioꝝ fuga: ut tutior mora uideret: fecit: principiũ defectionis ab Attane regulo turde
tanoꝝ factum est. Is cũ magna popularium manu transfugit. Inde duo munita oppida cum psidiis tra
dita a pfectis romano. Et ne latius: inclinatis semel ad defectionem aĩs: serperet res: silentio ꝓximæ no
Hasdruba lis fuga ctis Asdrubal castra mouet. Scipio ut prima luce. q in stationibus erant rettulerunt profectos hostes: p
misso equitatu signa ferri iubet. Adeoq; citato agmine educti sunt: ut si uia recta uestigia sequentes if
sent haud dubie assecuturi fuerit. sed ducibus est creditum: breuius aliud esse iter ad Betĩ fluuium: ut
transeuntes aggrederent. Asdrubal clauso transitu fluminis ad Oceanũ flectit. & iam inde fugiẽtium
modo effusi abibant. Idq; ab legionibus romanis aliquantũ interualli fecit eques leuisq; armatura nũc
a tergo: nunc a lateribus occurrendo fatigabat morabaturq;. sed cũ ad crebros tumultu signa consiste
Atq; hostiũ cædem rent: & nunc equestria: nunc cũ uelitibus: auxiliisq; peditum pliа consererent: supuenerunt legiones
inde iam non pugna: sed trucidatio uelut pecoꝝ fieri: donec ipse dux fugæ auctor in ꝓximos colles cũ
septẽmillibus: ferme semiermium euasit: cæteri cæsi captiq;. castra tumultuaria raptim tumulo editissi
mo cõmunierunt: atq; inde cum hostis nequicq̃ subire iniquo ascensu conatus esset: haud difficulter
sese tutati sunt: sed obsidio in loco nudo: atq; inopi uix in paucos dies tolerabilis erat: itaq; transitiones
ad hostes fiebant. Postremo dux ipse: nauibus acceptis (nec procul ide aberat mare) nocte: relicto exer
citu. Gades pfugit. Scipio: fuga ducis hostium audita: decẽmillia peditum: mille equites reliquit Sylla
no ad castroꝝ obsidionem. Ipse cum cæteris copiis: septuagesimis castris: protinus causis reguloꝝ ciui
tatumq; cognoscẽdis: ut ꝓmia ad ueram meritoꝝ æstimationem tribui possent. Tarraconẽ rediit. Post
Masinissa ad Syllanum egressus est profectionẽ eius Masinissa cum Syllano clã congressus: ut ad noua consilia gentẽ quoq; suam obedien
tem haberet: cum paucis popularibus in Africã traiecit. Non tam euidẽti eo tpe subitæ mutationis cã:
Pelluntur hispania pœni. xiiii. anno secũ di belli pu nici q̃ documento post id tps constantissimæ ad ultimam senectam fidei: ne tũ quidem eum sine probabili
cã fecisse. Mago inde: remissis ab Asdrubale nauibus: Gades petit. Cæteri deserti ab ducibus pars tran
sitione: pars fuga dissipati per proximas ciuitates sunt: nulla manus numero aut uiribus insignis. hoc
Magnanimitas Scipionis maxime mõ: ductu atq; auspicio proconsulis Scipionis pulsi Hispania carthaginenses sunt quartodeci
mo anno post bellũ initum: quinto posteaq̃ procõsul Scipio prouinciã & exercitum accepit. Haud mul
to post Syllanus debellatũ referrens: Tarraconẽ ad Scipionem rediit. L. Scipio cũ multis nobilibus ca
ptiuis: nuncius receptæ Hispaniæ Romã est missus. Et cũ cæteri lætitia gloriaq; ingẽti eam rem uulgo
ferrent: unus: qui gesserat: inexplebilis uirtutis: ueræq; laudis paꝝ instar eorum: quæ spe ac magnitu
dine animi concepisset: receptas Hispanias ducebat. Iam Africam: magnãq; Carthaginem & in suũ de
cus nomenq; uelut consumatã eius belli gloriam spectabat. Itaq; ꝑmoliendas sibi ratus iã res: reconci
Syphax Masessulos, ut Masesculi quũ suum liandosq; regũ: gentiumq; aĩos. Syphacẽ primum regẽ statuit tentare. Massessuloꝝ is rex erat. Masses
sili gens affinis mauris regionẽ Hispaniæ: maxime qua sita noua carthago est: spectant. Fœdus ea tem
barbarorum fidus peste regi cũ carthaginẽsibus erat: quod haud grauius ei sanctiusq; q̃ uulgo barbaris: quibus ex for
tuna pendet fides: ratus fore oratorẽ ad eum. C. Lælĩ cum donis mittit. Quibus barbarus lætus: & qa
res tum prospere ubiq; romanis: pœnis autem in Italia aduersæ: in Hispania nullæ iam erant: amicitiã
se romanorum accipere annuit: firmãdæ eius fidem nec dare: nec accipere nisi cum ipso coram duce ro
mano. Ita Lælius in id modo fide a rege accepta: tutum aduẽtum fore ad Sipionem redit. Magnum in
oĩa momentum Syphax affectanti res erat Africæ: opulentissimus eius terræ bello iam expertus ipsos
carthaginenses. finibus etiam regni apte ad Hispaniam: qua freto exiguo dirimũtur: positis. Dignam
itaq; rem Scipio ratus quæ quoniam non aliter posset: magno periculo peteretur. L. Martio Tarraco
ne: Syllano Carthagine noua: quo pedibus a Tarracone itineribus magnis ierat: ad præsidium Hispa
Asdrubal & scipio eo dẽ tpe ad syphacem uenium niæ relictis: ipse cum. G. Lælio duabus quinqueremibus ab Carthagine profectus trãquillo mari plu
rimum remis interdum & leui adiuuante uento in Africam traiecit. Forte ita incidit: ut eo ipso tempo
re Asdrubal pulsus Hispania septẽ triremibus portum inuectus: anchoris positis: terræ applicaret na
ues. Cũ conspectæ duæ quinqueremes haud cuiq̃ dubio quin hostium essent: opprimiq; a pluribus:
priusq̃ portum intrarent: possent nihil aliud quã tumultum: ac trepidationem simul militũ: ac nauta

rum:nequicq̃ armaq; & naues expedientiũ fecerunt.pcussa.n.ex alto uela acriori uento:prius in portũ intulerunt qnqueremes:q̃ pœni anchoras molirent.nec ultra tumultũ edere quisq̃ in regio portu audebat.Itaq; prior in terram Asdrubal:mox Scipio:& Lælius egressi ad regẽ pgunt. Magnificũq; id Syphacinec erat alias uisum:duoq; opulentissimoq; ea tẽpestate duces populoq; uno die suam pacẽ amicitiamq; petentes uenisse:utrũq; in hospitiũ inuitat.Et qm̃ sors eos sub uno tecto esse:atq; ad eosdẽ penates uoluisset:contrahere ad colloquiũ dirimendaq; simultatum cã est conatus.Scipione abnuẽte aut priuatum sibi ullũ cum pœno odiũ esse:quod colloquendo finiret.aut de rep.se cũ hoste agere quicq̃ in iussu senatus posse.Illud magnope tendente rege:ne alter hospitũ exclusus mensa uideret:ut in aĩum induceret ad easdem uenire epulas haud abnuit.Cænatũq; simul apud regẽ est.Et eodem ẽt lecto Scipio atq; Asdrubal:quia ita cordi erat regi:accubuerunt.Tanta ãt inerat comitas Scipiõi:atq; ad oĩa naturalis ingenii dexteritas:ut non Syphacẽ modo barbaq;:insuetumq; oĩbus moribus romanis.sed hostem ẽt infestissimum facunde alloquendo sibi conciliaret:mirabiliorẽq; sibi eum uiq; cõgresso coram uisum p̃ferebat:q̃ bello rebus gestis:nec dubitare:qn Syphax:regnũq; eius iam in romanoq; esset potestate.eam artẽ illi uiro ad conciliandos aĩos esse.Itaq; non quõ Hispaniæ amissæ sint quærendum magis carthaginensibus esse:q̃ quomõ Africã retineãt cogitandũ.non peregrinandũ: neq; circa amœnas oras uagantẽ tantum ducẽ romanum:relicta prouincia nouæ dicionis:relictis exercitibus:duabus nauibus in Africã traiecisse:& cõmisisse sese in hostilẽ terram in potestatẽ regiam:in fidẽ inexpertam: sed potiundæ Africæ spem affectantẽ.hoc eum iampridẽ uolutare in aĩo:hæc palam fremere:qd non quẽ admodũ Annibal in Italia:sic Scipio in Africa bellũ gereret.Scipio:fœdere icto cũ syphace:profectus ex Africa dubiisq; & plærisq; scæuis in alto iactatus uentis die quarto nouæ Carthaginis portum tenuit. Hispaniæ:sicut a bello punico quietæ erãt:ita quasdam ciuitates pp conscientiam culpæ metu magis: q̃ fide quietas eẽ apparebat.quaq; maxime insignis & magnitudine:& noxia Illiturgia & Castulo erãt. Castulo cum prosperis rebus socii fuissent:post cæsos cum exercitibus scipiones defecerat ad pœnos. Illiturgitani prodendis:qui ex illa clade ad eos pfugerunt:interficiendisq; scelus ẽt defectioni addiderant.In eos populos primo aduentu:cũ dubiæ Hispaniæ essent:merito magis : q̃ utiliter sæuitũ esset. tunc iã tranquillis rebus:quia tps expetendæ pœnæ uidebatur uenisse:accitũ ab Tarracone.L.Martiũ cum tertia parte copiaq; ad Castulonẽ oppugnandam mittit.Ipse cũ cætero exercitu quintis ferme ad Illiturgiã castris peruenit.Clausæ erant portæ oĩaq; instructa & parata ad oppugnationẽ arcendã:adeo conscientia:qd se meritos scirẽt:pro indicto eis bello fuerat.Hinc & hortari milites Scipio orsus ẽ:ipsos claudendis portis indicasse hispanos:quid ut timerent:meriti essent.Itaq; multo infestioribus aĩs cum eis:q̃ cum carthaginensibus bellũ gerendum esse:qppe cum illis sine ira prope de iperio & gloria certari:ab iis perfidiæ & crudelitatis:& sceleris pœnas expetendas esse.euenisse tps:quo & nefandam cõmilitonum necẽ:& in semetipsos:si eodem fuga delati forent:instructam stragẽ ulciscerentur:& in omne tps graui documento sancirent:nequis unq̃ romanum ciuẽ militemq; in ulla fortuna opportunũ iniuriæ duceret.Ab hac exhortatione ducis incitati scalas electis per manipulos uiris diuidũt partito exercitu:ita ut pti alteri Lælius p̃esset legatus.duobus simul locis ancipiti terrore urbẽ aggrediuntur. Non dux unus aut plures principes oppidanos:sed sua ipsoq; conscientia:culpæ metus ad defendendã impigre urbẽ hortatur:& meminerant:& monebant alios suppliciũ ex se:non uictoriã peti.ubi qsq; mortem oppeteret:id referre:utrũ in pugnam & in acie:ubi mars cõis:& uictum sæpe erigeret: & affligeret uictorem.an post:modũ grauata & diruta urbe ante ora captaq; coniugum:liberorũq; inter uerbera: & uincula oĩa fœda:atq; indigna passi expirarent.Igitur non militaris modo ætas aut uiri tm̃: sed fœminæ quoq;:pueriq; supra animi:corporisq; uires adsunt:pugnantibus tela ministrant.saxa i muros mu nientibus gerunt.nõ libertas sola agebatur:quæ uiroq; fortium tm̃ pectora acuit:sed ultima oĩbus supplicia:& fœda mors ob oculos erat.Accendebant animi:& certamine laboris:ac periculi:atq; ipso inter se conspectu.Itaq; tanto ardore certamen initum est.ut domitor ille totius Hispaniæ exercitus ab unius oppidi iuuentute sæpe repulsus a muris haud satis decoro p̃lio trepidaret.Id ubi uidit Scipio:ueritus ne uanis conatibus tot suorum:hostium cresceret animus.& segnior miles fieret:sibimet conandũ ad hanc partem periculi capessendam esse ratus:increpita ignauia militum ferri scalas iubet:& seipsũ: si cæteri cunctentur:ascẽsurum minatur.Iam subierat haud mediocri periculo mœnia:cum clamor undiq; ab sollicitis uicẽ imperatoris militibus sublatus scalæq; multis partibus simul erigi cœptæ.Et ex altera parte Lælius institit.Tum uicta oppidanorum uis deiectisq; propugnatoribus occupantur muri. Arx etiam ab ea parte:qua inexpugnabilis uidebatur:inter tumultum capta est.Transfugæ afri:qui tũ inter auxilia romana erant:& oppidanis i ea tuenda:unde periculum uidebatur:uersis:& romani subeuntibus scalis mœnia:qua adire poterant:conspexerunt editissimam urbis partem:quæ rupe alta tegebatur:neq; opere ullo munitam:& ad defensoribus uacuam leuium corporum hoĩes:& multa exercitatione pernicium:clauos secum ferreos portantes:qua per inæquabiliter eminentia rupis poterãt: scandunt:sic ubi nimis arduum:& leue saxũ occurrebat:clauos per modica interualla figentes:cũ uelut gradus feciſſent primi sequentes extrahentes manu:postremi subleuantes eos:qui præirent: in summum euadunt:inde decurrunt cũ clamore in urbẽ iam captam ab romanis.Tũ uero apparuit ab ira:& odio urbẽ oppugnatam esse:nemo capiendi uiuos:nemo patentibus ad direptionem oĩbus p̃dæ me-

Atꝝ. Asdrubalis de scipione iudicium

Capitur Illiturgi

Illiturgitanorũ cædes

mor est. trucidãt inermes iuxta atq; armatos: fœminas pariter ac uiros. Vsq; ad infantium cædẽ ira crudelis puenit. Ignẽ deinde tectis iniiciunt: ac diruunt: q̃ incendio absumi nequeunt. Adeo uestigia quoq; urbis extinguere: ac delere memoriã hostium sedis cordi est. Castulonẽ inde Scipio exercitũ ducit: q̃ urbẽ non Hispani mõ conuenæ: sed punici ẽt exercitus ex dissipata passim fuga reliquiæ tutabant: sed aduentũ Scipionis puenerat fama cladis illiturgitanorũ: terrorq; deinde: ac desperatio inuaserat: & i diuersis causis: cũ sibi quisq; consultũ sine alterius respectu uellet. primo tacita suspicio: deinde aperta discordia secessionẽ inter carthaginenses: atq; hispanos fecit. His Cerdubellus propalã deditiõis auctor. Himilco punicis auxiliaribus præerat: quos urbeq; fide clã accepta: Cerdubellus romão ꝓdit. Mitior ea uictoria fuit: nec tantũdem noxæ admissum erat: & aliquantũ iræ lenierat uoluntaria deditio. Martius inde i barbaros: siq nondũ pdomiti erãt: sub ius deditionẽq; redigẽdo missus: Scipio Carthaginẽ ad uotã soluẽda diis: munusq; gladiatorũ: quod mortis cã patris: patruiq; parauerat edendũ: rediit.

Castulo



GLADIATORVM SPECTACVLVM FVIT non ex eo genere hoium: ex quo laniſtis cõparare mos est: seruorũ delectu ac liberorũq; uenalẽ langui nem habent. Voluntaria oĩs: & gratuita opa pugnãtiũ fuit: Nam alii missi ab regulis sunt ad specimẽ insitæ genti uirtutis ostendendũ. Alii ipsi ꝓfessi se pugnaturos i gratiã ducis. Alios æmulatio & certamẽ ut prouocarent, ꝓuocatiue haud abnuerent traxit. Quidã: quas disceptãdo controuersias finire nequeant aut noluerãt: pacti inter se: ut uictorẽ res sequeret: ferro decreuerunt: Neq; obscuri generis hoies: sed clari illustresq; Corbis & orsua patrueles fratres de principatu ciuitatis: q̃ Ibẽ uocabant ambigentes ferro se certaturos ꝓfessi sũt: Corbis maior erat ætate. Orsuæ pater princeps ꝓxime fuerat a fratre maiore post mortẽ eius principatu accepto. Cũ uerbis disceptare Scipio uellet: ac sedare iras: negatũ id ambo dicere cõmunibus cognatis nec aliũ deorum hoiumue: q̃ Martẽ se iudicem habituros esse. Robore maior minor flore ætatis ferox: mortẽ in certamine: q̃ ut alter alterius iperio subigeret: ꝑoptantes: cũ ab tanta rabiẽ dirimi neqrent: insigne spectaculũ exercitui præbuere: documentũq; quantũ cupiditas imperii malũ inter mortales esset. Maior usu armorũ & astu facile stolidas uires minoris superauit. Hic gladiatorũ spectaculo ludi funebres additi pro copia: & ꝓuincialis & castrensi apparatu. Res interim nihilominus a legatis gerebant. Martius: superato Bete amni: quẽ incolæ appellant Certim: duas opulentissimas ciuitates sine certamine in deditionẽ accepit. Astapa urbs erat carthaginensium sp partis: neq; id tam dignũ ira erat: q̃ quod extra necessitates belli ꝑcipuum in romanos gerebant odiũ: nec urbem situ: aut munimento tutã habebant: quæ ferociores iis aios faceret: sed ingenia icolarũ latrocinio læta: ut excursiones in finitimũ agrum socioꝝ populi ro. facerent: ꝑpulerant. & uagos milites romanos: lixasq; & mercatores exciperent. Magnum ẽt comitatũ: quia paucis pax tutum fuerat: transgredientẽ fines: positis insidiis circũuentum iniquo loco interfecerunt. Ad hanc urbẽ oppugnandã cũ admotus exercitus esset: oppidani conscientia scelerũ: quia nec deditio tuta ad tã infestos uidebat: nec spes mœnibus: aut armis tuendæ salutis erat: facinus in se: ac suos fœdũ: ac ferum consciscunt. locũ in forẽ destinant: quo ꝑtiosissima rerũ suarum congererent. sup eum tumulũ coniuges: ac liberos cõsidere cũ iussissent: ligna circa extruunt: fasceſq; uirgultorũ coniiciunt. qnquaginta deide iuuenibus armatis ꝑcipiũt: ut donec incertus euentus pugnæ esset: ꝑsidium eo loco fortunarũ suarum corporũq; quæ cariora fortunis essent: seruarent. Si rem inclinatã uiderent: atq; in eo esse iã ut urbs caperet: scirent oẽs: quos eum tes in ꝑlium cernerent: mortẽ in ipsa pugna obituros. illos sup deos superosq; inferos orare: ut memores libertatis q̃ illo die. aut morte honesta: aut seruitute infami finienda esset nihil relinquerent. in qd scæuire iratus hostis posset: ferrum ignemq; in manibus esse: amicæ ac fideles potius ea: quæ pitura forent: absumerent manus: q̃ insultarent superbo ludibrio hostes. His adhortatiõibus execratio dira adiecta: si quem a proposito spes: mollitiaue animi flexisset. Inde concitato agmine: patentibus portis: in genti cũ tumultu erumpũt. Neq; erat ulla satis firma statio oppositæ: quia nihil minus: q̃ ut egredi mœnibus auderent: timeri poterãt. Perpaucæ equitum turmæ: leuisq; armatura repẽte e castris ad ipsum emissa occurrit: acrior impetu atque animis: q̃ compositior ullo ordine pugna fuit. Itaq; pulsus eques: qui primus hosti se obtulerat: terrorem intulit leui armaturæ: pugnatumq; sub ipso uallo foret: ni robur legionum perexiguo ad instruendum dato tempore aciem direxisset. Ibi quoq; trepidatum parũper circa signa est: cum cæci furore in uulnera ac ferrum uecordi audacia ruerent. Deinde uetus miles aduersus temerarios impetus pertinaci cæde primorum insequentes suppressit conatus: paulopost ultro inferens pedem ut neminem cedere: atque obstinatos mori in uestigio quemque suo uidit parata acie: quod ut facere posset: multitudo armatorum facile suppeditabat: cornua hostium amplexus in orbem pugnantes ad unum omnes occidit. Atq; hæc tamẽ hostium iratorum ac tũ maxime di-

Astapanorum facinus

Astapani ad unũ cæduntur

micantium iure belli in armatos repugnantesq; edebantur. Fœdior alia in urbe trucidatio erat: cum turbã fœminarũ puerorũq; imbellem inermẽq; ciues sui cæderent: & in succẽsum rogũ semiaia plæraq; iniicerent corpora: riui q; sanguinis flamã orientem restinguerent. Postremo ipsi cæde miseranda suorum fatigati: cũ armis medio incẽdio se iniecerunt. Iãm cæde perpetrata uictores romani superuenere. Ac primo conspectu tam fœdæ rei mirabundi parumper obstupuerunt: Deide cum auq; argentum q; cumulo rerũ aliarũ interfulgens auiditate ingenii humani rapere ex igne uellent: correpti alii flamma sunt alii ambusti afflatu uaporis: cum receptus primis: urgente ingenti turba non esset. Ita Astapa sine ẽda militum ferro igniq; absumpta est. Martius cæteris regionis eius metu in deditionẽ acceptis: uictorem exercitũ Carthaginem ad Scipionẽ reduxit. Per eos ipsos dies perfugæ a Gadibus uenerunt pollicentes urbem punicum q; præsidiũ: quod in ea urbe esset: & impatorem præsidii cũ classe prodituros esse. Mago ibi ex fuga substiterat: nauibusq; in oceano collectis: aliquantũ auxiliorum & transfretum ex Africa ora: & ex proximis Hispaniæ locis per Hãnonem præfectum coegerat. Fide accepta: data q; pfugis: & Martius eo cum expeditis cohortibus: & Lælius cum septem triremibus: quinqueremi una est missus ut terra mariq; communi consilio rem gererent.



SCIPIO IPSE GRAVI MORBO IMPLICItus: grauiore tñ fama: cum ad id: qđ quisq; audierat insita hoibus libidine alendi de industria rumores adiicerẽt: aliquid prouinciam oẽm: ac maxime longinqua eius turbauit: apparuitq; quantã excitatura molem uera fuissent clades. Cũ uanus rumor tantas ꝓcellas exciuisset: non socii in fide: nõ exercitus i officio mansit. Mandonius & Indibilis: quibus qa regnum sibi Hispaniæ expulsis inde Carthaginensibus destinarant aĩs: nihil prospere contingebat: concitatis: popularibus (lacetani aũt erant) & iuuentute celtiberoq; excita: agrũ suessitanum: sedetanum q; sociorum populi ro. hostiliter depopulati sũt. Ciuilis alius furor in castris ad Sucronẽ ortus. Octo ibi millia militũ erant: ꝓsidium gentibus: q̃ cis Ibeq; incolunt: impositũ. Motæ eorum aũt mentes sunt: non tum cum primũ de uita impatoris dubii rumores allati sunt: sed iam ante licẽtia ex diutino: ut fit: ocio collecta. & nõ nihil: qđ in hostico laxius rapto suetis uiuere: artiores in pace res erant. Ac primo sermones tñ occulti serebant. si bellũ in prouincia esset: qđ sese inter pacatos facere? si debellatũ iam: & cõfecta prouincia esset: cur in Italiã non reuehi? Flagitatum quoq; stipendiũ procacius: q̃ ex more: & modestia militari erat: & a custodibus ꝓbra in circũeuntes uigilias tribunos iacta. Et noctu q̃dam ꝓdatum in agrũ circa pacatum ierant. Postremo interdiu: ac ꝓpalam sine cõmeatu ab signis abibant. Oĩa libidine ac licentia militũ: nihil ĩstituto: aut disciplina militiæ: aut ĩperio eoq;: qui præerant: gerebat. Forma tñ romanoq; castrorum cõstabat una ea spe: qđ tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisq; rati forent: & iura reddere in principiis sinebant: & signũ ab eis petebant: & in stationes ac uigilias ordine ibant. Et ut uim ĩperii abstulerãt: ita speciẽ dicto parentium ultro ipsi ĩperantes seruabant. Erupit deinde seditio: posteaq̃ repræhẽdere atq; ꝓbare tribunos ea: q̃ fierent. & conari obuiã ire: & propalã abnuere furoris eoq; se futuros socios sentirent. Fugatis itaq; ex principiis: ac paulopost e castris tribunis: ad principes seditionis gregarios militis. C. Albiũ Calenum. C. Actiũ Vmbrium delatũ oĩum consensu imperiũ: qui nequaq̃ tribunitiis cõtenti ornamentis: insignia ẽt summi imperii: fasces: secures q; attrectare ausi: neq; iis uenit in mentẽ suis tergis: suisq; ceruicibus uirgas illas secures q; ĩminere: quas ad metũ aliorum ꝓferrent. Mors Scipionis falso credita occæcabat aĩos: sub cuius uulgatã iam famã non dubitabant totã Hispaniam arsurã bello. In eo tumultu & sociis pecunias ĩperari: & diripi propiquas urbes posse: & turbatis rebus cum oĩa oẽs auderent: minus insignia fore: q̃ ipsi fecissent. Cum alios subinde recentes nuncios non mortis modo sed ẽt funeris expectarent: neq; supueniret quisq̃: euanesceret q; temere ortus rumor: tũ primi auctores requiri cœpti. Et subtrahentes se quoq; ut credidisse potius temere: q̃ finxisse rem talẽ uideri possent: destituti duces iã sua ipsi insignia: & pro uana imagine ĩperii qđ gererent: uerã iustam q; mox in se uerturam potestatẽ hæc horrebant. Stupenti ita seditioni cũ uiuere primo: mox ẽt ualere Scipionẽ certi auctores afferrent: tribuni militũ septem: q ab ipso Scipione sunt missi: supuenerunt. Ad quoq; primũ aduentũ exasperati aĩo mox ipsis placido sermone pmulcentibus notos: cũ quibus congressi erant: leniti sunt. circũeuntes. n. tentoria primo: deinde in principiis ꝓtorioq;: ubi sermones iter se serentiũ circulos uidissent: alloq̃bantur: pcunctantes magis: quæ cã iræ cõsternationisq; subitæ foret: q̃ factũ accusantes. Vulgo stipendiũ non datũ ad diem iactabat. Et cum eodẽ tpe: quo scelus illiturgitanoq; extitisset: post duoq; imperatorum: duorũq; exercituum stragẽ sua uirtute defensum nomen romanũ: ac retenta prouincia esset: illiturgitanos pœnã noxæ meritã habere: suis recte factis gratiã: qui exoluat: nõ esse. Talia querentes æqua orare: seq; ea relaturos ad imperatorem respondebant. Lætati quod nihil tristius: nec

O Abominanda Turũlen
tia

Gaditani perfugę pollicẽ
tes ꝓ hõis & urbem & ĩperatorẽ

Morbus Scipionis
quantus in Hispania timẽ
tum ĩcussit

Noui Hispanoq; motus & sedi
tio Militaris

Militis furor sine cõmeatu

Tribunoq; accessus in castra


insanabilius esset: Et. P. Scipionē proconsulem deū benignitate: & remp. esse gratiæ referendæ. Scipionem bellis assuetū: ad seditionum procellas rudē: sollicitum habebat res: ne aut exercitus peccādo: aut ipse puniendo modū excederet. In p̄sentia: ut cœpisset: leniter agi placuit. Et missis circa stipēdiarias ciuitates exactoribus: stipendii spē propinquā fecere. Edictum subinde positū: ut ad stipendium petendū conuenirent Carthaginē: seu carptim partes: seu uniuersi mallent. Tranquillā seditionem iam p̄ se languescentē repentina quies rebellantiū hispanorum fecit redierant. n. in fines omisso incœpto Mandonius: & Indibilis: posteaq̄ uiuere Scipionem allatū est: nec iam erat aut ciuis: aut externus: cum quo furorem suū consociarent. oīa circūspectantes consilia nihil reliqui habebant p̄ter unum tutissimum a malis consiliis receptum: ut imperatoris uel iustæ iræ: uel non desperandæ clæmentiæ sese cōmitterēt. ēt hostibus eum ignouisse: cum quibus ferro dimicasset: suā seditionē sine uulnere: sine sanguine: nec ipsam atrocē: nec atroci pœna dignā: ut ingenia humana sunt ad suam cuiq̄ leuandā culpā nimio plus facunda. Illa dubitatio erat: singulæ ne cohortes. an uniuersi ad stipēdium petendū irent: Inclinauit eo sīnia: quod tutius censebant uniuersos ire. Per eosdem dies: q̄bus hæc illi consultabant: cōsilium de iis Carthagine erat: certaturq̄ sententiis utrū in auctores tm̄ seditionis (erāt aūt hi numero haud plusq̄ y. &. xxx.) aīaduerteretur: an pluriū supplicio uindicanda tam fœdi exempli defectio magis: q̄ seditio esset. Vicit sīa lenior: ut unde culpa esset orta: ibi pœna consisteret. Ad multitudinem satis esse castigationem. Concilio dimisso: ut id actū uideretur: expeditio aduersus Mandonium Indibilēq̄ edicit exercitui: qui Carthagine erat: & cibaria dierum aliquot parare iubentur. Tribunis septē: qui antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant: obuiam exercitui missis: quina noīa principum seditionis edita sunt: ut eos p̄ idoneos hoīes benigno uultu ac sermone in hospitium iuitatos: sopitosq̄ uino uincirēt haud procul iam Carthagine aberāt: cum ex obuiis auditum postero die oēm exercitum cum Syllano in lacetanos proficisci: non metu modo omnī: qui tacitus insidebat aīs: liberauit eos: sed licentiā ingentem fecit: quod magis habituri solū imperatorem: q̄ ipsi futuri in p̄tāte eius essent. Sub occasu solis urbem ingressi sunt: exercitūq̄ alteq̄ parantem oīa ad iter uiderunt: Excepti sermonibus de industria cō positis: lætum opportunūq̄ aduentum eoq̄ imperatori esse: qd sub ipsa profectione alterius exercitus ueniissent: corpora curent. A Tribunis sine ullo tumultu auctores seditionis p̄ idoneos hoīes inducti i hospitia: comp̄henſi ac uincti sunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus: cuius simulabat iter: profici sci cœpere. sub lucem signa mota: & ad portam retentū agmē: custodesq̄ circa oēs portas missi: nequis egrederetur. Vocati deinde ad concionē: qui pridie uenerant: ferociter in foq̄ ad tribunal impatoris: ut ultro territuri succlamationibus concurrunt. Simul & imperator ascendit: & reducti armati a portis inermi se concioni ab tergo circūfuderunt. Tum oīs ferocia consedit. & ut postea fatebātur: nihil æque eos terruit: q̄ p̄ter spē robur & color imperatoris: quē affectum uisuros crediderant: uultusq̄: qualē ne acie quidem aiebant meminisse. Sedit tacitus paulisper: donec nunciatum est: deductos in forū auctores seditionis: parata iam oīa esse. Tum silentio per p̄conem facto ita cœpit. Nūq̄ mihi defuturā orationem: qua exercitū meum alloquerer: credidi: non quo uerba unq̄ potius: q̄ res exercuerim: sed quia prope a pueritia in castris habitus assueuerā militaribus ingeniis: apud uos quēadmodum loquar: nec cōsilium: nec oratio suppeditat: quos nec quo noīe quidem appellare debeam scio: ciues qui a patria uestra desciuistis? an milites? qui imperiū auspiciūq̄ abnuistis: sacramenti religionem rupistis. hostes? corpora: ora: uestitum: habitū ciuium agnosco: facta: dicta: cōsilia: aīos hostium uideo. Quid enim uos nisi quod illergetes: & lacetani aut optastis aliud? aut speraſtis? & illi tñ Mandonium atq̄ Indibilem regiæ nobilitatis uiros duces furoris secuti sunt. uos auspicium & imperiū ad Vmbrium Actiū: & Calenum Albiū detulistis. Negate uos oēs id feciſſe: aut factum uoluisse milites: paucorum eum furorem: atq̄ amentiam esse libenter credam negantibus: nec. n. ea sunt commissa: quæ uulgata in oēm exercitū sine piaculis ingentibus expiari possint. Inuitus ea tanq̄ uulnera attingo: sed nisi tacta tractataq̄ sanari non possunt. Equidē pulsis Hispania carthaginensibus: nullum locum tota prouincia: nullos homines credebam esse: ubi uita inuisa esset mea. sic me non solum aduersus socios gesserā: sed ēt aduersus hostes. In castris meis heu quantum me opinio fefellit: fama mortis meæ non accepta solum: sed ēt expectata est non quod ego uulgari facinus per oēs uelim. Equidem si totū exercitum meum mortem mihi optasse crederem: hic statim ante oculos uestros morerer: nec me uita iuuaret inuisa ciuibus: & militibus meis: sed multitudo oīs: sicut natura maris per se immobilis est: ut uenti & auræ cient: ita aut tranquillum: aut procellæ in uobis sunt: & cā atq̄ origo omnis furoris penes auctores est uos contagione insaniſtis. Quin mihi ne hodie quidem scire uidemini: quo amentiæ progressi sitis: quid facinoris in me: quid in patriam: parentesq̄: ac liberos uestros: quid in deos sacramenti testes: quid aduersus auspicia: sub quibus militatis: quid aduersus morē militiæ: disciplinamq̄ maioq̄: quid aduersus summi imperii maiestatē ausi sitis? de meipso taceo: temere potius: q̄ auide crediderit is. Is denique ego sim. cuius imperii tædere exercitum minime mirandū sit. patria quid de uobis meruerat: q̄ cum Mandonio & Indibili consociando cōsilia prodebatis. Quid populus romanus: cuius iperium ablatū a tribunis sufragio populi creatis: ad hoīes priuatos detulistis? cum eo ipso non contenti: si pro tribunis eos haberetis fasces iperatoris uestri ad eos: quibus seruus: cui imperarent: nūq̄ fuerat romanus exercitus detulistis. In p̄torio tetenderunt Albius & Actius: classicum apud eos cecinit. signum ab iis petitum est. Sederūt

Vehemēs Scipionis oratio

Multitudinis natura

in tribunali proconsulis.P.Scipionis lictor apparuit.summoto eo incesserunt:fasces cũ securibus præ/lati sunt Lapides pluere:& fulmina iaci de cælo:& insuetos fœtus aĩalia edere:uos portẽta eẽ putatis. Hoc est portentũ:quod nullis hostiis:nullis supplicationibus sine sanguine eorũ: qui tñ facinus ausi sunt:expiari possit.Atq; ego:quãq; nullum scelus rationem habet:tñ ut in re nefaria q̃ mens quod con silium uestrum fuerit:scire uelim.Regium quondam in p̃sidium missa legio:interfectis p scelus prin/cipibus ciuitatis:urbem opulẽtam per decem annos tenuit:pp quod facinus: tota legio millia hoĩum quattuor in foro romano securi percussi sunt.Sed illi tñ non Actiũ umbrum semili xã nominis ẽt abo/minandi ducem:sed Sex.Belliũ tri.militum secuti sunt:nec cum Pyrrho:nec cum samnitibus:nec cum Lucanis hostibus populi romani se coniunxerant.Vos cum Mandonio & Indibili consilia communi castis:& arma cõsociaturi fuistis.Illi sicut campani Capuã tuscis ueteribus cultoribus adempta mamer tini in Sicilia Messanã eam:sic tum Regiũ habituri ppetuam sedem erãt:nec populum romanũ:nec so/cios populi romani ultro lacessituri bello.Sucronẽ ne uos domicilium habituri eratis si uos discedens confecta prouincia imperator relinquerẽ:deum hoĩumq; fidem implorare debebatis:quod nõ redire tis ad cõiuges:liberosq; uestros:sed hoc quoq; memoriam:sicut patriæ meiq; eieceratis ex ais uestris. Viam consilii scelerati sed non ad ultimum dementis exequi uolo:me ne uiuo:& cætero ĩcolumi exer citu cum quo ego uno die carthaginem cœpi:cum quo quattuor iperatores exercitus carthaginensiũ fudi fugauiq; Hispania expuli:uos octomillia hoĩum:maioris certe oẽs p̃tii:q̃ Albius & Vmbrius fũt: quibus uos subiecistis Hispaniam prouinciam:populo ro.erepturi eratis?amolior & amoueo nomen meum:nihil ultra facile creditam mortẽ meam a uobis uiolatus sim.Quid si ego morerer:mecum ex/piratura respublica:mecũ casurum imperiũ erat ne istud Iupiter Optimus Maximus sinat.Vrbẽ auspi cato diis auctoribus in æternũ condita huic fragilli & mortali corpori æqualem esse.Flaminio Paulo: Aemilio:Gracco:Posthumio Albino.M.Marcello.T.Qu.Crispino.G.Fuluio Scipionibus meis:tot tã p̃claris imperatoribus uno bello absumptis:supstes est eritq; respublica mille aliis nunc ferro:nũc mor bo morientibus:meo unius funere elata populi ro.respu.esset?uosipsi hic in Hispania patre:& patruo meo:duobus imperatoribus interfectis:Septimiũ Martium ducem uobis aduersus exultantes recen/ti uictoria pœnos delegistis:& sic loquor:tãq; sine duce Hispaniæ futuræ fuerint.M.Syllanus eodẽ iu/re:eodem imperio mecũ in prouinciã missus.L.Scipio frater meus:&.G.Lælius legati uindices maie/statis imperii deessent?utrum exercitus exercitui:an duces ducibus:an dignitas:an cã comparari pote rat?quibus si oĩbus superiores essetis:arma contra patriam:contra ciues uestros ferretis?Africam ita/liæ:Carthaginem urbi Romæ iperare uelletis?q̃ obnoxiam patriæ?Coriolanum quondam dãnatio in iusta miserum & indignũ exilium:ut iret ad oppugnandã patriam:impulit:reuocauit tñ a publico pa/tricidio priuata pietas.uos:qui dolor:quæ ira ĩcitauit?stipendiũ ne diebus paucis imperatore ægro se tius numeratũ:satis digna cã fuit:cur patriæ indiceretis bellum?cur ad illergetes desciscere tis a populo romano?Cur nihil diuinæ humanarumue reꝝ inuiolatũ uobis esset? Insanistis profecto milites nec maior in corpus meum uis morbi:q̃ in uestras mentes inuasit.Horret aius referre:quid crediderit ho mines:quid sperauerint:quid optauerint auferat oĩa irrita obliuio:si potest.si non:utcũq; silentium te/gat.Non negauerim tristẽ:atrocemq; uobis uisam orationẽ meam.Quãto creditis facta uestra atrocio ra esse:q̃ dicta mea?& me quod feci stis:pati æquum censetis:uos ne dici quidem oĩa æquo aio feretis? sed ne ea quidẽ ipsa ultra exprobrabuntur.Vtinã tam facile uos obliuiscamini eoꝝ: q̃ ego obliuiscar. Itaq; quod ad uos uniuersos attinet:si erroris pœnitet satis superq; pœnaꝝ habeo.Albius Calenus:& Actius Vmbrius:& cæteri nefariæ seditionis auctores sanguine luent:quod admiserunt uobis suppli cii eorum spectaculum:non modo non acerbum:sed lætum etiam:si sana mens rediit: debet esse. De nullis enim:q̃ de uobis infestius aut inimicius consuluerunt.

Imperato/res q secun do bello punico p/erunt



De seditio nis auctori bus sumif suppliciũ

VIX FINEM DICENDI FECERAT:CVM EX præparato simul oĩum terror oculis auribusq; est ef fusus.Exercitus:qui corona concionem circundede rat:gladiis ad scuta cõcrepuit.Prœconis audita uox citantis noia damnatorum in concilio.Nudi in me/dium protrahebãtur:& simul oĩs apparatus suppli/cii expromebatur.Deligati ad palum:uirgisq; cæsi: & securi percussi:adeo torpentibus metu: qui ade/rant:ut non modo ferocior uox aduersus atrocitatẽ pœnæ:sed ne gemitus quidẽ exaudiretur.Tracti in de de medio oẽs:purgatoq; loco citati milites noĩa/tim apud tribunos militũ in uerba.P.Scipionis iu/rauerunt:stipendiũq; ad nomen singulis p̃solutum est.Hunc finem exitũq; seditio militũ cœpta apud su cronem habuit.Per idem tps ad Beti fluuiũ Hãno p̃ fectus a Magone missus a Gadibus cum parua manu afrorum mercede hispanos sollicitando ad.iiii. millia iuuenum armauit.Castris deĩde exutus ab.L.Martio maxima parte militum inter tumultũ ca/

ptorum castroꝝ:quibusdã & in fuga amissis:palatos psequente equite:cum paucis ipse effugit. Dum hæc ad Betĩ fluuium gerunt:Lælius interim freto ĩ Oceanũ euectus ad Carteiã classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est:ubi primũ e faucibus angustis pandit mare. Gadis sine certamine p deditionẽ re cipiendi ultro:q eam rẽ pollicerent:in castra romana ueniẽtibus spes sicut ante dictũ est:fuerat. Sed pa tefacta ĩmatura proditio est. Comphensosq; oẽs Mago Adherbali ptori Carthaginẽ deuehẽdos tradit Adherbal coniuratis in qnqueremẽ impositis:pmissa ea:quia tardior quã triremis erat:ipse cũ octo tri remibus modico iteruallo sequtur. iam fretũ intrabat qnqueremis:cũ Lælius & ipse qnqueremi ex por tu Cartaiæ seqntibus septẽ triremibus euectus in Adherbalẽ:ac triremes inuehit: quinqueremẽ satis credens dephensam rapido in freto in aduersum æstũ reciprocari nõ posse. Pœnus ĩ re subita parump incertus trepidauit:utrũ quinqueremẽ sequeret:an in hostis rostra cõuerteret. ipsa cũctatio facultatem detrectandæ pugnæ ademit. Iam.n. sub ictu teli erant:& undiq; instabãt hostes. Aestus quoq; arbitriũ moderandi naues ademerat. neq; erat nauali pugnæ similis:quippe ubi nihil uoluntarium:nihil artis: aut consilii esset. una natura freti æstusq; totius certaminis potens suis alienisq; nauibus:nequicq̃ remi gio in contrariũ tendentes inuehebat:ut fugientẽ nauem uideres retro uertice intortã uictricibus illa tam:& sequentẽ si in contrarium tractũ incidisset maris fugientis mõ sese auertentẽ. Iam in ipsa pugna nec cũ infesto rostro peteret hostiũ nauem:obliqua ipsa ictũ alterius rostri accipiebat. Illa cũ transuerla obiiceret hosti:repente intorta in ꝓram circũagebatur. Cũ inter triremes fortuna regẽte anceps plium miscereꝫ qnqueremis romana seu pondere tenacior:seu pluribus remoꝝ ordinibus scindentibus uer tices:cũ facilius regeretur:duas triremes suppressit. unius plata impetu lateris alterius remos detersit: cæteraq;:quas adepta esset:mulctasset:ni cũ reliquis quinq; nauibus Adherbal uelis in Africã transmi sisset. Lælius uictor Carteiã reuectus auditis:quæ acta Gadibus erãt:patefactã proditionẽ coniuratosq; missos Carthaginem:spẽ ad iritum redactã:qua uenissent:nunciis ad. L. Martiũ missis: nisi terere fru stra tps sedendo ad Gades uellent:redeundũ ad imperatorã esse:assentiente Martio:paucos post dies tmbo Carthaginem rediere. Ad quorum discessum nõ respirauit mõ Mago:cum terra mariq; ancipi ai metu urgeret:sed ẽt audita rebellione illergetum:spẽ recuperandæ Hispaniæ nactus nũcios Cartha ginem ad senatũ mittit:q simul seditionem ciuilẽ in castris romanis:simul defectionẽ socioꝝ in maius uerbis extollentes hortarent:ut auxilia mitterent:qbus traditũ a patribus imperiũ reperi posset. Man donius & Indibilis in fines regressi pauliſp dum quidnã de seditione statueret:scirent:suspensi quieue runt. si ciuiũ errori ignosceret:non diffidentes sibi quoq; ignosci posse. Posteaq̃ uulgata ẽ atrocitas sup plicii:suã quoq; noxam pœna pari æstimatã rati:uocatis rursus ad arma popularibus:contractisq; etiã: quæ ante habuerãt:auxiliis:in sedetanũ agrum:ubi principio defectionis statiua habuerant:cum. xxv. millibus peditũ:duobus millibus eqtum & qngentis transcenderunt. Scipio cũ fide soluendis pariter oĩbus noxiis innoxiisq; stipendiis:uultu ac sermone in oĩbus placato:facile reconciliatis militum aĩs: priusq̃ castra a Carthagine moueret:concione aduocata:multis uerbis in pfidiã rebellantium regulos inuectus:nequaq̃ eodem aĩo se ire professus est ad uindicandũ id scelus:quo ciuilẽ errorem tnp sana uerit. Tum se haud secus:q̃ uiscera secantẽ sua:cum gemitu:& lachrymis triginta hoĩum capitibus ex piasse octomilliũ seu imprudentiã:seu noxam:nunc læto:& erecto aĩo ad cædem illergetũ ire. Non.n. eos neq; natos in eadẽ terra:nec ulla secũ societate iunctos esse eã:quæ sola fuerat:fidem atq; amicitiam ipsos p scelus rupisse. in exercitu suo se pterq̃ quod oẽs:ciues:seu socios. latiumq; noĩs uideat:ẽt eo mo ueri:quod nemo fere sit miles:q non ex Italia:aut a patruo suo. Gn. Scipione:q primus romani noĩs in eam prouinciã uenerit:aut a patre consule:aut a se ipso sit ex Italia aduectus. Scipionũ nomini auspiciisq; oĩs assuetos:quos secũ in patriam ad meritũ triumphum deducere uelit:quos consulatũ petenti: ue lut si oĩum cõis agatur honos:affuturos speret. Quod ad expeditionẽ attineat:quæ instet: immemorẽ esse rerum suaꝝ gestarum:qui bellũ id ducat. Magonis hercule sibi:qui extra orbem terraꝝ in circũfu sa Oceano insula cum paucis perfugerit nauibus:maiorẽ curam esse:q̃ illergetum. quippe illic & ducẽ carthaginensem:& quantũcunq; punicũq; pfidium esse. hic latrones latronũq; duces:quibus: ut ad po pulandos finitimorum agros:tectaq; urenda:& rapienda pecora aliqua uis sit:ita in acie ac signis colla tis nullam esse. magis uelocitate ad fugam:q̃ armis frætos pugnaturos esse. Itaq; non quod ullũ inde periculum aut semẽ maioris belli uideat:ideo sese:priusq̃ prouincia decedat:opprimendos Illergetes duxisse:sed primum ne impunita tam scelerata defectio esset:deinde nequis in prouincia simul uirtu te tanta & fœlicitate per domita relictus hostis dici possit. proinde deis iuuantibus sequerentur non tã ad bellum gerendum(neq; enim cum pari hoste certamen esse)quã ad expetendas ab hominibus sce lestis pœnas. Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem posterum iubet:profectusq; decimis castris peruenit ad Iberum flumen. inde superato amne die quarto in conspectu hostium posuit castra:campus autem montibus circũseptus erat. in eam uallem Scipio:cum pecora rapta plæraque ex ipsorum hostium agris propelli ad irritandam ferocitatem barbarorum iussisset:uelites subsidio mi sit. a quibus ubi per procursatores commissa pugna esset:Lælium cum equitatu impetum ex occulto facere iubet. mons opportune prominens equitum insidias texit:nec ulla mora pugnæ facta ẽ. Hispa ni in conspecta procul pecora:uelites in hispanos ꝑda occupatos incurrere:primo missilibus territaue re:deinde missis leuibus telis:quæ irritare magis:q̃ decernere pugnam poterant: gladios nudant:&

Carteia q̃ oli & thar tessus

att. pugnã Naualem ĩ freto gadi tano

Scipionis ad bellũ p fecturi ad hortatio

collato pede res cœpta geri est. Anceps pedestre certamen erat: nisi equites superueniissent: neq; ex aduerso tantũ illati obuios obtriuere: sed circũuecti etiam quidã per infima cliui ab tergo se: ut plærosq; intercluderent: obiecerunt: maiorq; cædes fuit: q̃ quantã edere leuia per excursiões prælia solent. Ira magis accẽsa aduerso prælio barbaris est: q̃ iminuti animi. Itaq; ne pulsi uiderẽtur: prima luce postero die in aciẽ processere: nõ capiebat oẽs copias angusta (sicut ante dictũ est) uallis. duæ ferme peditum ptes: & oĩs equitatus in aciem descẽdit: quod reliquũ peditum erat: obliquo constituerũt colle. Scipio pro se & oĩs equitatus in aciem descẽdit: quod reliquũ peditum erat: obliquo constituerũt colle. Scipio pro se esse loci angustias ratus: & qđ in arto pugna romano aptior: q̃ hispano militi futura uidebatur: & qđ in eũ locũ detracta hostium acies esset: qui non oẽm multitudinẽ eoꝝ caperet: nouo ẽt consilio adiecit aĩum: equitem nec posse circundare cornibus in tam angusto spatio: & hosti quem cũ pedite eduxisset inutilẽ fore. Itaq; imperat Lælio ut per colles quãoccultissimo itinere circũducat equites segregetq; q̃ tum possit: equestrẽ a pedestri pugna. ipse oĩa signa peditũ in hostes uertit: quattuor cohortes in frontem statuit: quia latius pandere aciem non poterat. moram pugnãdi nullã fecit: ut ipso certamine auerteret a conspectu transeũtium per colles equitũ: neq; ante circũductos sensere: q̃ tumultum equestris pugnat a tergo accepere. Ita duo diuersa prælia erant: duæ peditũ acies: duo equitatus per longitudinem cãpi: quia miscẽri ex genere utroq; prælium angustiæ nõ patiebãtur: pugnabant. Hispanoꝝ cum neq; pedes equiti: neq; eques pediti auxilio esset: pedes fiducia equitis temere cõmissus campo cæderetur: eques circũuentus nec peditem a fronte (iam. n. stratæ pedestres copiæ: erant) nec ab tergo equitẽ sustineret: & ipsi: cũ diu in orbem sese stantibus equis defendissent: ad unũ oẽs cæsi: sunt: nec quisquã peditum equitũue superfuit: qui in ualle pugnauerunt. tertia pars: quæ in colle ad spectaculũ magis tutũ quam ad partem pugnæ capessandã steterat: & locum & tẽpus ad fugiẽdum habuit. Inter eos & reguli ipsi fugerunt: priusquã tota circũueniretur acies inter tumultum elapsi. Castra eodẽ die hispanoꝝ præter cæterã prædam cũ tribus ferme millibus hoĩum capiuntur. Romani sociiq; ad mille. cc. eo prælio ceciderunt: uulnerata amplius triamillia hoĩum. minus cruenta uictoria fuisset: si patentiore cãpo: & ad fugam capessandã facili foret pugnatum. Indibilis: abiectis belli consiliis: nihil tutius in afflictis rebus experta fide & clæmentia Scipionis ratus Mandoniũ fratrem ad eũ mittit: qui aduolutus genibus fatalem rabiem temporis eius accusat: cum uelut contagiõe quadam pestifera non illergetes mõ & laceta ni: sed castra quoq; romana insanierint: suam: quidẽ & fratris & reliquoꝝ populariũ eam condiciõem esse: ut: aut si ita uideatur reddant spiritum procõsuli. P. Scipioni ab eodem illo acceptũ: aut seruati bis uni debitam uitã pro eo in perpetũ deuoueant. antea in causa sua fiduciã sibi fuisse nõdum experta clæmentia eius nunc contra nullã in causa: omnem in misericordia uictoris specie positã habere. Mos uetustus erat romanis: cum quo nec fœdere nec æquis lægibus iungerẽtur amicitia: non prius imperio in eum tãquã pacatum uti: q̃ oĩa diuina humanaq; dedisset: & obsides accepti: arma adempta: præsidia urbibus imposita forẽt. Scipio multis inuectus in præsentem Mandoniũ: absentemq; Indibilẽ uerbis: illos quidẽ merito periisse ipsoꝝ maleficio ait: uicturos suo atq; populi romani beneficio: cæteroꝝ se neq; armatis ademptuꝝ: quippe ea pignora timẽtium rebellionẽ esse se libere arma relinquere: solutosque metu aios: neq; se in obsides inoxios: sed in ipsos: si defecerint scæuituꝝ nec ab iermi: sed ab armato hoste pœnas expetituꝝ: utranq; fortunam expertis permittere sese: utrũ ꝓpicios: an iratos habere romanos mallent. Ita dimissus Mandonius: pecunia tantũmodo ĩperata: ex qua stipendium militi præstari posset. Ipse Martio in ulteriorem Hispaniã præmisso: Syllano Tarraconẽ remisso: paucos moratus dies dum imperatã pecuniam illergetes pernumerarent: cũ expeditis Martiũ iã appropinquãtẽ Oceano assequitur. Ideo ĩchoata res ante de masinissa aliis atq; aliis de causis dilata erat: quod numida cũ ipso utiq; congredi Scipione uolebat: atq; eiusdem dextra fidẽ sancire: ea tum itineris tam longi ac tã deuii cã Scipioni fuit. Masinissa cum Gadibus esset: certior aduentare eũ a Martio factus: causando corrumpi equos in insula inclusos: penuriamq; oĩum reꝝ & facere cæteris: & ipsos sentire: ad hæc equitẽ marcescere desidia: perpulit: ut se traiicere in continẽtem ad populandos ꝓximos Hispaniæ agros pateret. Progressus tres principes numidaꝝ præmittit ad tẽpus locumq; colloquio statuẽdum: duos ꝓ obsidibus retineri a Scipiõe iubet: & remisso tertio: qui: quo iussus erat: adduceret Masinissam: cũ paucis in colloquium uenerunt. Ceperat iam ante numidam ex fama reꝝ gestaꝝ admiratio uiri: substitueratq; animo speciem quoq; corporis amplam ac magnificam: cæteroꝝ maior præsentis ueneratio cepit: & præterquam quod suapte natura multa maiestas inerat: adornabat promissa cæsaries: habituq; corporis non cultus mundiciis: sed uirilis uere ac militaris: & ætas erat in medio uiriũ robore: quod plenius nitidusq; ex morbo uelut renouatus flos iuuentæ faciebat. Prope attonitus ipso congressu numida gratias de fratris filio remisso agit: ex eo tempore affirmat eam se quæsisse occasionẽ: q̃ tandem oblatam deum ĩmortalium beneficio non omiserit. cupere se illi populoq; romano operã nauare: Ita ut nemo unus externus magis enixe adiuuerit rem romanã. id se etiam: si iampridem uellet: minus præstare ĩ Hispania aliena atq; ignota terra potuisse: in qua autem genitus educatusq; in spem paterni regni esset facile præstatuꝝ: siquidem eundem Scipionẽ ducem in Africam mittant romani: satis sperare per breuis æui Carthaginem esse Lætus eum Scipio uidit audiuitq; cum caput reꝝ in omni hostiũ equitatu Masinissam fuisse sciret: & ipse iuuenis specimen animi præseferret: Fide data acceptaq; ꝓfectus tetro Tarraconem est. Masinissa permissu romanoꝝ: ne sine causa traiecisse in continẽtem uideret: po

Hispanoꝝ cædes

Indibilis ... Scipion supplicater ... Att. ueterẽ romorem in iũgẽda amicitia

Venit Masinissa ... Scipione ... colloquia

Conuenit Scip. & Mas.

pulatus ꝓximos agros Gades rediit. Magoni desperatis in Hispania rebus: in quaꝝ spē seditio primū militaris: deinde defectio Indibilis aīos eius sustulerāt: parāti traiicere in Africā nunciatū ab Carthagine ē: iubere senatū ut classem: q̄ Gadibus habere in Italiā traiiceret: conductaq; ibi galloꝝ atq; liguꝝ: q̄ ta maxima Posset iuuentute: cōiungeret se Annibali: neu senescere bellū maximo impetu maiore fortuna cœptū sineret: Ad eam rē & a Carthagine pecunia Magoni aduecta est: & ipse: q̄tū potuit: a gaditanis exegit nō ærario mō eoꝝ: sed ēt tēplis spoliatis: & priuatim oībus coactis: auꝝ argentūq; in publicū conferre. Cū præterueherent Hispaniæ orā: haud procul Carthagine noua: expositis in terrā militib⁹ ꝓximos depopulatus agros: ide ad urbē classem appulit. ibi cū iterdiu milites in nauibus tenuisset: nocte in littus expositos ad partē eā muri: qua capta Carthago a romanis fuerat: ducit nec præsidio satis ualido urbē teneri ratus: & aliquos oppidanoꝝ ad spē nouādi res aliquid moturos. Cæteꝝ nuncii ex agris trepidi simul populationē agrestiūq; fugam: & hostiū aduentū attulerāt: & uisa iterdiu classis erat nec sine cā erectā ante urbē stationē apparebat. Itaq; īstructi armatiq; intra portā ad stagnū ac mare uersam cōtinebant. ubi effusi hostes mixta inter milites nauali turma ad muros tumultu maiore: q̄ ui subierunt: patefacta repente: porta romani cū clamore erūpunt: turbatosq; hostes & ad primū incursum: coniectūq; teloꝝ auersos usq; ad littus tū multa cæde persequunt. nec nisi naues littori a appulsæ trepidos accepissent: superfuisset fugæ ac pugnæ quisquā. In ipsis quoq; trepidatū nauibus est: dum nec hostes cū suis simul irrumperēt: trahūt scalas oraſq; & anchoras: ne in moliendo mora: eēt: præcidūt: multiq; adnatantes nauibus incerto præ tenebris quid aut peterēt aut uitarēt: fœde interierūt. Postero die cū classis inde retro ad Oceanū unde uenerat: fugisset: ad octingentos hoīes cæsi inter muꝝ littusq; ad duomillia armatoꝝ iuuēta. Mago cū Gades repetisset: exclusus inde ad Cimbim (haud procul a Gadibus is locus abest) classe appulsa mittendis legatis: querēdoq; quod portæ sibi socio atq; amico clausæ forent. purgātibus iis multitudinis concursu facto infeste ob direpta quædā absc̄dentibus naues militibus ad colloquiū Sufeces eoꝝ: qui sūmus pœnis est magistratus: cū quæstore elicuit lacer atosq; uerberibus cruci affigi iussit: inde nauibus ad pitusam insulā centū millia ferme a cōtinenti (pœni tū eam colebāt) traiecit. Itaq; classis bona cum pace accepta est: nec cōmeatus mō benigne præbiti: sed i supplementū classis iuuētus: armaq; data: quoꝝ fiducia pœnus in Baleares insulas. quinquagīta millia abstulit transmisit. Duæ sunt Baleares insulæ: altera maior atq; opulētior armis uiriſq; & portū habet: ubi commode hybernatuꝝ se (& iam extremū autūni erat) credebat cæteꝝ haud secus: q̄ si romani eā insulam i colerent: hostiliter classi occursum est. Fundis ut nūc plurimū: ita tūc solo eo telo utebant: nec quisquā alterius gētis unus tantū ea arte: quantū inter oēs alios baleares excellunt. itaq; tāta uis lapidū creberrimæ grandinis mō in propinquantē iam classem terræ effusa est: ut itrare portū nō ausi auerterent i altum naues. In minorē inde Baleariū īsulā traiecerunt fertilē agro: uiris armis haud æque ualidam. Itaq; egressi nauibus supra portū loco munito castra locant: ac sine certamine urbe agroq; potiti duobus millibus auxiliariū inde conscriptis missisq; Carthaginē ad hybernandū naues: subduxerūt: post Magonis ab Oceani ora discessum gaditani romanis deduntur.



HAEC IN HISPANIA. P. SCIPIONIS DVCTV auspicioq; gesta ipse. L. Lentulo: &. L. Manlio Acci/dino ꝓuincia tradita: cum decē nauibus Romā re/diit: & senatu extra urbē dato in æde Bellonæ quas/res in Hispania gessisset: disseruit. quotiēs signis collatis dimicasset: quot oppida ex hostibus ui cœpisset: quas gentes in ditionē populi romani redegisset aduersus quattuor se impatores quattuor uicto/res exercitus in Hispaniā misisse: neminē carthagi/nēsem in iis terris reliquisse. Ob has res gestas magis est tētata triumphi spes: q̄ petita pertinaciter quā neminē ad eā diē triumpha sse: qui sine magistratu/res gessisset: cōstabat. Senatu misso: urbem ē ingressus argētiq; præse tulit in ærariū quattuordecimilia pōdo. ccc. xl. duo & signati magnum numeꝝ: comitia inde creādis cōsulibus habuit. L. Veturius Philo: centuriæq; oēs ingēti fauore. P. Scipionē cōsulem dixerūt. collega addit ei. P. Licinius Crassus pontifex maximus: cæteꝝ comitia maioreq; ulla per id bellū celebrata frequentia proditū memoriæ est conuenerāt undiq; non suffragandi mō: sed etiam spectandi causa. P. Scipionis: cōcurrebantq; & domū frequētes: & in capitoliū ad īmolātem eū cum centum bobus uotis Ioui in Hispania sacrificaret. spondebātq; aīs: sicut. C. Luctatius superius bellū finisset punicū. ita id: qđ instaret. P. Cornelius finituꝝ: atq; ut Hispania omni pœnos expulisset: sic Italia pulsurum esse: Africā ei perinde ac debellatū. in Italia foret ꝓuinciam destinabant prætoria inde comitia habita. creati duo: qui tum ædiles plebis erat. Sp. Lucretius: &. Gn. Octauius: & ex priuatis. Gn. Seruilius Cepio: &. L. Aemylius Pappus. Quartodecimo anno punici belli. P. Cornelius Scipio: &. P. Licinius Crassus ut consulatū inierunt: noīatæ consulibus ꝓuinciæ sunt: Sicilia Scipioni extra sortem cōceden

Hostiū cædes circa carthaginē

Baleares

Gaditani Romanis deduntur Scipio romā regressus

Scipio & P. licinius consl.

atipuit:tenuit tamen ueſtigia Bocchar:adeptuſq; eũ patẽtibus cãpis prope Clupeã urbem circũuenit ut præter q̃ttuor eqtes oẽs ad unũ interficeret:cũ iis ipſum quoq; Maſiniſſam ſauciũ ꝓpe e manibus iter tumultũ amiſit in conſpectu erant fugiẽtes alæ equitũ diſperſæ lato cãpo:quibuſdã ut occurrerent per obliq̃ tẽdentibus.Quacũq; hoſtes ſeq̃bãtur:amnis ingẽs fugiẽtes accepit:neq; n.cũctãter:ut quos maior metus urgeret:ĩmiſerãt equos:raptiq; gurgite:& in obliquũ relati:duobus in ꝓruptũ gurgitẽ in cõſpectu hoſtium hauſtis ipſe periſſe creditus:ac duo reliqui eqtes cũ eo uirgulta ulterioris ripæ tenu erũt.Is finis Bocchari fuit ſequẽdi:nec ingredi flumẽ auſo:nec habere credẽti ſe:iam quẽ ſequeret:ĩde uanus auctor abſumpti Maſiniſſæ ad regẽ rediit:miſſiq; qui carthaginẽ gaudiũ ingẽs nũciarẽt:totaq; Africa fama mortis Maſiniſſæ repleta uarie aĩos affecit.Maſiniſſa in ſpelũca occulta cũ herbis curaret uulnus duoꝝ equitũ latrocinio per dies aliquot uixit.ubi primũ ducta cicatrix patiq; poſſe ẽ uiſa iacta ctionẽ:audacia ingẽti pgit ire ad regnũ repetẽdũ:atq; in ipſo itinere haud plus. xl. equitibus collectis: cũ in Maſſulos palã iam qs eẽt:ferens ueniſſet:tm̃ motũ cũ fauore priſtino tũ gaudio imſpato: qd quẽ periſſe crediderãt:incolumẽ cernebãt:fecit ut ĩtra paucos dies ſexmillia peditũ armatoꝝ:quattuor eqtum cõuenirẽt:Iamq; nõ in poſſeſſiõe mõ paterni regni eẽt:ſed ẽt ſocios carthaginenſiũ populos:maſulorũq; fines (id Syphacis regnũ erat) uaſtaret.Inde irritato ad bellũ Syphace:inter Cirthã Hipponẽq; in iugis opportunoꝝ ad oĩa montiũ cõſedit.Maiorẽ igit eã rẽ iã Syphax rex ratus:q̃ ut per ꝓfectũ ageret.cũ filio iuuene(nomẽ Verminæ erat)parte Miſſa exercitus ĩperat:ut circũducto agmine in ſe itẽtũ hoſtẽ ab tergo inuadat.Nocte ꝓfectus Vermina:qui ex occulto aggreſſurus eũ erat:Syphax aũt interdiu aperto itinere:ut q ſignis collatis acie dimicaturus eſſet:mouet caſtra.Vbi primo tps uiſum ẽ:quo pueniſſe iã circũmiſſi uideri poterant & ipſe leui cliuo ferente ad hoſtẽ tũ multitudine fœtus:tũ præparatis a tergo inſidiis per aduerſum montẽ erectã aciẽ ducit:Maſiniſſa fiducia maxime loci quo multo æquiore pugnaturus erat:& ipſe dirigit ſuos.Atrox præliũ & diu anceps fuit loco & uirtute militũ Maſiniſſam multitudine:q̃ nimio maior erat Syphacẽ iuuante.Ea multitudo diuiſa:cũ pars a frõte urgeret:pars a tergo ſe circũfudiſſet:uictoriã haud dubiã Syphaci dedit:& nec effugiũ quidẽ patebat hic a frõte:hinc a tergo incluſis.Itaq; cæteri pedites equiteſq; cæſi aut capti ducentos ferme equites Maſiniſſa circa ſe cõglobatos diuiſoſq; turmatĩ in tris ptes erumpe iubet:loco p̃dicto:ĩ quẽ ex diſſipata cõuenirẽt fuga:ipſe:qua intẽderat:inter media tela hoſtiũ euadit.Duæ turmæ hæſere:altera metu dedita hoſti:altera ptinacior in repugnãdo telis obruta & confixa ẽ Verminã,ppe ueſtigiis inſtãtẽ in alia at q; alia flectẽdo itinera ludẽs tedio & deſpatione tandẽ feſſum abſiſtere a ſequẽdo coegit.Ipſe cũ.lxx.eq tibus ad minorẽ Syrtim puenit.ibi cũ conſcĩa egregia ſæpe repetiti regni paterni inter punica emporia: gentẽq; garamantũ oĩe tẽpus uſq; ad.G.Lælii claſſiſq; romanæ aduentũ in Africã conſũpſit.Hæc aĩum iclinãt:ut cũ modico potius q̃ cũ magno ꝓſidio eqtũ ad ſcipionẽ quoq; poſtea uẽiſſe Maſiniſſã credam quippe illa regnãti multitudo hæc paucitas exulis fortunæ cõueniẽs eſt:carthaginẽſes ala equitũ cũ præfecto amiſſa:alioq; equitatu per nouũ delectũ cõparato:Hannonẽ Amilcaris filiũ præficiũt.Aſdrubalẽ ſubinde ac Syphacẽ per litteras nũcioſq;:poſtremo ẽt ꝓ legatoſ accerſunt:Aſdrubalẽ opẽ ferre circũſeſſæ p̃iæ iubẽt:Syphacẽ orãt:ut carthagini:& uniuerſæ Africæ ſubueniat.Ad uticã tũ caſtra ſcipio ferme mille paſſus ab urbe habebat trãſlata a mari:ubi paucos dies ſtatiua cõiuncta claſſi fuerãt.Hãno nequaq̃ ſatis ualido nõ mõ ad laceſſendũ hoſtes ſed ne ad tuẽdos quidẽ a populationibus agros equitatu accepto:id oĩum primũ egit:ut per conquiſitionẽ numeꝝ equitũ augeret nec aliaꝝ gentiũ aſpernatus maxime tamẽ numidas(id longe primũ equitũ in Africa eſt genus cõducit.Iã ad quattuormilia equitũ habebat:cum Salerã noĩe urbem occupauit.xy.ferme millia ab romãis caſtris:quod ubi ſcipioni relatũ eſt:æſtiua ſub tectis agere equitatus.inquit:ſint uel plures:dum talẽ ducẽ habeãt.Eoq; minus ſibi ceſſandũ ratus:quo illi ſegnius rem agerẽt.Maſiniſſam cũ equitatu præmiſſũ portis obequitare:atq; hoſtẽ ad pugnã elicere:iubet.ubi oĩs multitudo ſe effudiſſet:grauioriq; iã in certamine eẽt:q̃ ut facile ſuſtineri poſſet:cederet paulatim:ſe in tpe pugnæ uẽturꝝ:tantũ moratis:quantũ ſatis tẽporis prægreſſo uiſum ad eliciẽdos hoſtes:cũ romano equitatu ſecutus tegẽtibus tumulis:qui peroppor tunæ circa uiæ flexus ſuppoſiti erãt:occultus ,pceſſit.Maſiniſſa ex cõpoſito nũc terẽtis:nũc timẽtis mõ aut ipſis obequitabat portis aut cedendo cũ timoris ſimulati ſpecie audaciã hoſti faceret:ad in ſequendum temere eliciebat.Nondũ oẽs egreſſi erant:uarieq; dux fatigabaꝫ:alios uino:& ſomno graues arma capere:& frenare equos cogẽdo:aliis ne ſparſi & in conditi ſine ordine:ſine ſignis oĩbus portis excurrerent obſiſtẽdo:primo incaute ſe inuehẽtes Maſiniſſa excipiebat:mox plures ſimul cõferti porta effuſi æquauerãt certamen poſtremo iam oĩs equitatus prælio cũ ad eẽt ſuſtineri ultra nequiuere.nõ tamẽ effuſa fuga Maſiniſſa ſed cedẽdo ſenſim impetus eoꝝ excipiebat:donec ad tumulos tegẽtes romanũ equitatũ pertraxit.Inde exorti equites:& ipſi integris uiribus & recẽtibus equis Hãnone afriſq; pugnãdo ac ſeq̃ndo feſſis ſe circũfudere:& Maſiniſſa:uerſis ſubito eqs i pugnã rediit.Mille:ferme q primi agminis fuerãt:quibus haud facilis receptus fuit:cũ ipſo duce Hãnone intercluſi atq; interfecti ſunt.Cæteros ducis præcipue territos cæde effuſe fugiẽtes per trigintamillia paſſuũ uictores ſecuti: ac duo præterea millia equitũ aut ceperũt:aut occiderunt.Inter eos ſatis conſtabat nõ minus ducẽtos carthaginenſiũ eqtes fuiſſe & diuitiis quoſdã & genere illuſtres.Eodẽ forte quo hæc geſta ſunt die naues:quæ prædã in Siciliã uexerãt:cũ cõmeatu rediere uelut ominatæ ad ꝑdã alterã repetẽdã ſeſe uenis

Lucius Maſiniſſa Boccharem regis filium ſpernit

Iteꝝ Maſiniſſa ĩgnominia pellitur

Maſiniſſa cũ paucis militibꝫ Syphacẽ effugit

Scipiõis cõſiliũ in oppugnãdo Hannonis equitatu

Romanum Victoria

Hanno cũ mille eqtibus occidi tur

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

se. Duos eodē noīe carthaginenſiū duces duobus equeſtribus prælijs ītерfectos nō oēs auctores ſūt ue riti: credo: ne falleret bis relata eadē res: Cælius quidē: & Valerius captū ēt Hannonū tradunt. Scipio p̄ fectos equiteſq; put cuiuſq; opa fuerāt: & ante oīs Maſiniſſam inſignibus donis donat: & firmo p̄ſidio Salera — Saleræ īpoſito: ipſe cū cætero exercitu p̄fectus nō agris mō: quacūq; īcedebat: populatis: ſed urbibus ēt qbuſdā uiciſq; expugnatis: late fuſo terrore belli: ſeptīo die: q̄ p̄fectus erat: magnā uim hoīum & peco tis & oīs generis p̄dæ trahēs in caſtra redit: grauesq; itex hoſtiū ſpoliis naues dimittit. Inde omiſſis ex peditiōibus puis populatiōibuſq; ad oppugnandā Vticā oēs belli uires cōuertit: eā deīde ſi cepiſſet ſe dē ad cætera exequēda habiturus: ſimul & a claſſe nauales ſocii: q̄ ex p̄te urbs mari alluit: ſimul & ter restris exercitibus ab īminēte p̄pe ipſis mœnibus tumulo ē admotus. Torméta machinaſq; ēt aduexe rat ſecū: & ex Sicilia cū cōmeatu miſſa erāt: & noua in armamētario multis taliū opex artificibus de ídu ſtria incluſis fiebāt. Vticēſibus tāta undiq; mole circūſeſſis in carthaginēſi populo: carthaginēſibus i Aſ drubale: ita ſi is mouiſſet Syphacē: ſpes oīs erat: ſed deſiderio indigentiū auxilii tardius: cuncta moue bant. Aſdrubal intētiſſima cōqſitiōe cū ad. xxx. millia peditū: tria equitū cōfeciſſet: nō tñ ante aduentū Syphacis caſtra p̄pius hoſtē mouere ē auſus. Syphax cū. l. millibus peditū. x. equitū aduenit: cōfeſtimq; motis ab Carthagine caſtris: haud p̄cul Vtica munitiōibuſq; romanis cōfedit: quox aduentus hoc tñ mométi fecit: ut Scipio: cū. xl. ferme dies neqquā oīa experiēdo obſedíſſet Vticā: abſcederet īde irrito īcœpto: etenī hyems iſtabat: caſtra hybernā i p̄mōtorio: qd tenui iugo cōtinēti adhærēs in aliquātū ma ris ſpaciū extendit: cōmunit uno uallo & naualiū caſtra amplectit: iugo medio legionū īpoſitis caſtris: littus ad ſeptētrionē uerſus: ſubductæ naues naualeſq; ſocii tenebāt meridianā uallē ad altex littus de uexā. Hæc ī Africa uſq; ad extremū autūni geſta. Præter cōuectū undiq; ex populatis circa agris frumē tū: cōmeatuſq; ex Sicilia atq; Italia aduectos. Gn. Octauius p̄ptor ex ſardinia ab. T. Claudio p̄tore: cui' ea p̄uīcia erat: īgentē uim frumēti aduexit: horreaq; nō ſolū ea: quæ iā facta erāt: repleta: ſed noua ædi' ficata. Veſtimēta exercitui deerāt: id mādatū Octauio ut cū p̄tore ageret: ſiqd ex ea p̄uīcia cōparari: aut Parua rōa — mitti poſſet: ea quoq; haud ſegniter curata res: mille ducētæ togæ breui ſpatio &. xii. millia tunicarum noxx cædes — miſſa. Aeſtate ea: qua hæc ī Africa acta ſūt. P. Sēpronius cōſul: cui Brutii p̄uīcia erat: in agro crotonenſi ī italia — cū Annibale ī ipſo itinere tumultuario p̄lio cōflixit: agminibus magis: q̄ acie pugnatū eſt. Romani pul ſi & tumultu uerius quā pugna: ad mille &. cc. de exercitu cōſulis iterfectis in caſtra trepidi redíere: ne/ q; oppugnare tamē ea hoſtes auſi: cætex ſilentio p̄xímæ noctis p̄fectus inde cōſul: p̄miſſo nūcio ad. P. Liciniū p̄cōſulē: ut ſuas legiōes admoueret. copias cōiunxit. ita duo duces: duo exercitus ad Annibalē redierūt. nec mora dimicādi facta ē: cū cōſuli duplicatæ uires: pœno recēs uictoria aīos faceret. In ipſam aciē ſuas legiōes Sēpronius induxit ī ſubſidiis locatæ. P. Licinii legiōes. Cōſul principio pugnæ ædem Fortunæ Primi geniæ uouit: ſi eo die hoſtes fudiſſet cōpoſq; eius uoti fuit. Fuſi ac fugati pœni ſupra Pœnorum — q̄ttuormillia armatox cæſa: paulo mīus trecēti capti uiui & eq. xl. &. xi. militaria ſigna. Perculſus aduer cædes — ſo p̄lio Annibal crotonē exercitū reduxit. Eodē tpe. M. Cornelius cōſul ī altera pte Italiæ nō tā armis: q̄ iudicioq; terrore Ethruriā cōtinuit totā ferme ad Magonē: ac p eū ad ſpē nouādi res uerſā. Eas q̄ſtio/ nes ex. S. C. minime ambitioſe habuit. multiq; nobiles Ethruſci: q aut ipſi ierāt: aut miſerant ad Mago nē de populoq; ſuox defectiōe: primo erāt p̄ſentes cōdēnati poſtea cōſciētia ſibimetipſi exiliū cōſciſcen tes cū abſentes dānati eēnt: corpibus ſubtractis: bona tñ: q̄ publicari poterāt: pigneráda pœnæ præbe bāt: Dū hæc cōſules diuerſis regiōibus agunt: cēſores īterim Romæ. M. Liuius &. G. Claudius ſenatū recitarūt. Principes itex delectus. Qu. Fabius Maximus: notati ſeptē: nemo tñ: qui ſella curuli ſediſſet ſarta tecta acriter & cū ſūma fide exegerūt. Viam e foro Boario: & ædē Veneris circa foros publicos: & ædē matris magnæ in palatio faciendā locauerūt: Vectigal ēt nouū ex ſalaria annona ſtatuerūt. ſex tan te ſal & Romæ & per totā Italiā erat: & Romæ p̄tio eodē pluris in foris & cōciliabulis: & alibi alio p̄tio p̄bēdū locauerūt. Id uectigal cōmētū altex ex cēſoribus ſatis credebāt populo iratū: qd iniquo iudicio & quōdā dānatus eſſet: & ī p̄tio ſalis maxie oneratas tribus: quax opa dānatus erat: credebāt: inde ſali/ Vnde ſali — natori Liuio inditū cognomē. Luſtrū cōditū ſerius: qa p̄ uīcias dimiſerūt cēſores: ut ciuiū romanorū natoris co/ — ī exercitibus: quātus ubiq; eēt: referret numerus. Cenſa cū iis. cc. xy. millia hoīum. cōdidit luſtrum. G. gnomen — Claudius Nero: Duodecī deinde coloniax: qd nunq; ante factū erat: deferētibus cenſoribus cēſum re Vallerius Max: li. 2. ca. 4. eadē verba ſcribit — ceperūt: ut quantū numero militū: q̄tū pecunia ualerēt: in publicis tabulis monuméta extarent. Equi/ tū deinde cēſus agi cœptus eſt: & ambo forte cēſores equū publicū habebāt: cū ad tribū Polliū uentū ē in qua. M. Liuii nomē erat: & p̄co cūctaret citare ipſū cenſorē: cita: īquit: Nero. M. Liuium: & ſiue ex reſi dua & uetere ſimulate: ſiue intēpeſtiua iactatiōe ſeueritatis inflatus. M. Liuiū: qa populi iudicio ēet cō/ Atē. fœdū — dēnatus equū uēdere iuſſit. Itē. M. Liuius cū ad tribū Narniēſem: & nomē collegæ uentū eſt: uendere inter cenſo — equū. G. Claudiū iuſſit duax rex cā: unius qd falſum aduerſus ſe teſtimoniū dixiſſet: alterius qd non res certa — ſincera fidē ſecū in gratiā rediſſet. Itaq; ibi fœdū certamē inqnādi famā alterius cū ſuæ famæ dāno factū men — ē. Exitu cēſuræ cū ī leges iuraſſet. G. Claudius: & ī ærariū aſcēdiſſet inter noīa eox: quos ærarios relinq bat: dedit collegæ nomen. Deīde. M. Liuius ī ærariū uenit & p̄ter Metiā tribū: q̄ ſe nec cōdēnaſſet: neq; cōdemnatū aut cōſulē: aut cenſorē feciſſet: populū romanū oēm q̄ttuor & trigīta tribus ærarios reliqt qd inocentē ſe cōdēnaſſent: & cōdemnatū cōſulē: & cenſorē feciſſent: neq; ificiari poſſēt aut iudicio ſe mel: aut comitiis bis ab ſe peccatū eſſe: ī q̄ttuor & trigīta tribus &. G. Claudiū ærariū fore: qd ſi exem

plum haberet:bis eundē ærariū relinquēdi.G. Claudiū noiatim iter ærarios fuisse relictuꝝ.Prauum certamē notaꝝ iter cēsores:castigatio icōstātiæ populi cēsoria grauitate tēpoꝝ illoꝝ digna i iudicia cēso res cū eēnt crescēdi ex his ratus eē occasionē.Gn.Bebius tribunusplebis diē ad populū utriq; dixit: ea res cōsensu patrū discussa ē:ne postea obnoxia populari auræ cēsura esset eadē æstate in brutiis iā Peti lia a cōsule deuicta. Cōsentia:& Pandosia:& ignobiles aliæ ciuitates uolūtate in deditionē uenerūt. Et cū comitioꝝ iā appeteret tēpus:Corneliū potius ex Ethruria ubi nihil belli erat: Romā accīri placuit. Cōsules &.Gn.Seruiliū Cepionē:&.Gn.Seruiliū geminū creauit.Inde prætoria comitia habita creati P.Cornelius Lētulus.L.Quītilius Varus.P.Elius Pætus.P.Iulius:&.T.Apuleius.Hi duo cum ædiles plebis eēnt:ptores creati sunt.Cōsul:comitiis pfectis ad exercitū in Ethruriā redit.Sacerdotes eo anno mortui:atq; in locū eoꝝ suffecti.T.Veturius Philo flamē martialis in locū.M. Aemylii Regilii:q prio re anno mortuus erat:creatus inauguratusq;:& in.M.Pōponii Mathonis auguris & decēuiri locū crea ti decēuir.M.Aurelius Cotta:augur.T.Sēpronius Gracchus admodū adolescēs:qđ tūc perraꝝ in man dādis sacerdoti is erat.quadrigæ aureæ eo anno i capitolio positæ ab ædilibus curulibus. G.Leuio:& M.Seruilio Gemino:& ludi romani biduū iustaurati.Item per biduū plebeii ab ædilibus.P.Elio.P.Iu lio:& Iouis epulum fuit ludoꝝ causa.

Exitus cen suræ liuii & Neronis

Gn.seruili us cæpio Gn. seruili us gemin' conss.

LIBER DECIMVS.

CN SERVILIVS CEPIO:ET GNEVS SERVILIVS GEMINVS CONSVLES sextusdecimus is annus belli punici erat(cū de rep.belloq; & puinciis ad senatum rettulissent,censuerūt prēs:ut consules inter se cōpararent,sortirēturue uter Brutios aduersus Annibalē:uter Ethruriam,ac Liguriā puinciam haberet:cui Brutii euenis sent,exercitū a.P.Sempronio acciperet.P.Sempronius(ei quoq;.n.pconsuli imperi um in annū progabat)P.Licinio succederet:is Romā reuerteretur.Bello quoq; bo nus habitus ad cætera:quibus nemo ea tēpestate instructior ciuis habebatur:conge ftis oībus humanis a natura fortunaq; bonis:nobilis idē ac diues erat:forma uiribusq; corporis excel lebat:facundissimus habebatur:seu causa oranda:seu in senatu & ad populum suadendi ac dissuaden di locus esset:iuris pōtifici peritissimus:sup hoc bellicæ quoq; laudis consulatus compotē fecerat:cui i Brutiis puincia eidē in Ethruria ac liguribus decreta.M.Cornelius nouo consuli tradere exercitū iuſ sus:ipse progato imperio Galliā prouinciā obtinere cū legionibus iis.quas proconsul.Qu.scribonius priore anno habuisset.sortiti deinde puincias:Cepioni Brutii seruilio Gemino Ethruria euenit.Tū p toꝝ puinciæ in sortē cōiectæ:iurisdicionē urbanā Pætus Elius:sardiniam.P.Lentulus:siciliā.G.Julius: Ariminū:cū duabus legionibus(sub Lucretio spurio eæ fuerāt)Quītilius Varus ē sortitus & Lucretio progatū imperiū ē:ut Genuā oppidū a Magone pœno dirutū exædificaret.P.Scipioni nō tpis: sed rei gerendæ fine:donec debellatū in Africa foret:prorogatū imperiū ē:decretūq; ut supplicatio fieret: qđ si is in Africā puinciā traiecisset:ut res salutaris populo ro.ipsiq; duci atq; exercitui eēt in sicilia triamil lia militū sunt scripta & quia:qđ roboris ea puincia habuerat:in Africā traiectū fuerat:nequa classis ex Africa traiiceret.xl.nauibus custodiri placuerat siciliæ maritimā orā.tredecim nouas naues Iulius secū in siciliā:duxit cæteraꝝ in sicilia ueteres refectæ.huic classi.M.Pōponius prioris anni ptor progato im perio ppositus nouos milites ex Italia aduectos in naues iposuit.parē nauium numeꝝ.C.Octauio p tori itē prioris anni cū pari iure iperii ad tuendā sardiniæ orā pres decreuerūt.Lentulus ptor duomil lia militū dare in naues iussus:& Italiæ ora:qa incertū erat:quo missuri classem carthaginēses forēt(ui debāt aūt qcquid nudatū præsidiis eēt:petituri)M.martio prætori prioris anni cū totidē nauibus tuē da data est.Triamillia militū in eā classē ex decreto patꝝ cōsules cōscripserūt: & duas legiōes urbanas ad incerta belli.Hispaniæ cū exercitibus impioq; ueteribus impatoribus Lucio lētulo & Lucio mālio Accidino decretæ.decē oīo legiōibus:&.c.xl.nauibus lōgis res romana eo anno gesta.Prætores in p uincias ire iussi.cōsulibus impatū ut prius:q; ab urbe pficiscerētur:ludos magnos facerēt:quos.T.Mā lius Torquatus dictator in quintū annū uouisset:si eodē statu resp.staret & nouas religiōes excitabāt in aīs hoium pdigia ex pluribus locis nūciata.Aug in capitolio corui non laceraſſe tm rostris crediti: sed etiā edisse.mures Antii coronā auream arrosere.circa Capuam oēm agꝝ locustaꝝ uis ingēs: ita ut unde aduenissent:paꝝ cōstaret:cōpleuit.equuleus Reate cū quinq; peditibus natus. Anagniæ sparsi primū ignes:in cælo deinde fax ingēs arsit.Frusinone arcus solem tenui linea amplexus est:circulum deinde ipsum maior solis orbis extrinsecus inclusit.Arpini terra cāpestri in agro in igentē sinū cōsedit Consulū alteri primā hostiam imolanti caput iecinori defuit.ea prodigia maioribus hostiis pcurata: editi a collegio pontificū dii:quibus sacrificaret.Is transactis cōsules prætoresq; in puincias pfecti oī bus tamē uelut eā sortitis Africæ cura erat:seu quia ibi summā reꝝ belliq; uerti cernebāt:seu ut Scipio ni gratificarent:in quem tū oīs ciuitas uersa erat.Itaq; nō ex Sardinia tantū sicut ante dictū est:sed ex Si cilia quoq; & Hispania uestimenta:frumentūq;:armaq;:& omne genus cōmeatus eo portabatur. Nec Scipio ullo tēpore hyemis belli opa remiserat:quæ multa simul undiq; circūstabant Vticam obsidebat castra in conspectu Asdrubalis erāt:carthaginenses deuexerant naues:classem paratā instructamq; ad cōmeatus intercipiēdos habebant.Inter hæc ne Syphacis quidem reconciliandi curā ex aīo dimiserat

P.licinii dotem

P. Scipioni progatū imperiū

Genua a magone diruta

Religiōz noua excitatū pdigia nūciata

Prodigia

si forte iam satis amoris in uxore ex multa copia eũ cepisset. Ab Syphace magis pacis pro carthaginen
sibus conditiones: ut, romani Africa pœni Italia excederẽt: q̃ si bellaretur: spes ulla desitus afferebat.
Hæc per nuncios magis equidem acta crediderim: & ita pars maior auctores sunt: q̃ ipsum Syphacem
ut Valerius Antias ꝓdit: in castra romana ad colloquiũ uenisse. Primo eas conditões imperator roma
nus uix auribus admisit: Postea ut causa ꝓbabilis uisa cõmeandi foret in castra hostium: mollius eadẽ
illa abnuere: ac spem facere sæpius ultro citroq; agitantibus rẽ conuẽturam Hybernacula carthaginen
siũ cõgesta temere ex agris materia ex ædificata lignea ferme tota: erãt numidæ p̃cipue arundine texta
storiaq; pars maxima tectis passim nullo ordine: quidã ut sine ĩperio occupatis locis: extra fossam, ual-
lumq; habitabãt: Hæc relata Scipioni spem fecerant castra hostiũ per occasionem incẽdendi. Cum lega
tis: quos mitteret Ad Syphacẽ: calonum loco primos ordinis spectatæ uirtutis atq; prudẽtiæ seruili ha
bitu mittebat: qui: dum in colloquio legati essent: uagi per castra alius alia: aditus exitusq; oẽs: situ for
mamq; uniuersoꝝ castroꝝ & partium: qua pœni: qua numidæ haberẽt quãtum interualli: Inter Asdru
balis ac regia castra essent: specularẽtur: moremq; simul noscerent stationũ uigiliarumq;: nocte an inter
diu opportuniores insidiantibus essent: & inter crebra colloquia alii atq; alii de industria: quo plurib⁹
oĩa nota essent: mittebantur. Cũ sæpius agitata res certiorem spẽ pacis in dies & syphaci: & carthaginẽ
sibus per eũ fecerunt: legati romani uetitos se reuerti ab impatore aiunt: nisi certum respõsum detur
proinde seu ipsa staret iam sentẽtia: seu cõsulendus Asdrubal & carthaginenses essent: cõsuleret: tẽpus
esse aut pacem componi: aut bellum nouiter geri. Dum cõsulitur Asdrubal ab Syphace: ab Asdrubale
carthaginẽses: & speculatores oĩa uisendi: & Scipio ad cõparanda ea: quæ in rem opus erãt: tẽpus habu
it: & ex mentione & spe pacis negligentia: ut fit: apud pœnos numidasq; orta cauendi: nequid hostile i
terim paterẽtur. tandem relatũ responsum quibusdã: quod nimis cupere romanus pacem uidebatur
iniquis per occasionẽ adiectis: quæ peropportunæ cupienti tollere inducias: Scipioni causam præbue
Scipiõis cõsiliũ hoste inuadẽdo re: ac nuncio regis: cum relatuꝝ se ad cõsilium dixisset. postero die respõdit: se uno frustra tendẽte nul
li alii pacem placuisse: renunciaret igitur nullã aliam spem pacis: q̃ relictis carthaginensibus Syphaci cũ
romanis esse. ita tollit inducias: ut libera fide incœpta exequeret: deductisq; nauibus (& iam ueris prĩ
cipium erat) machinas tormentaq; uelut a mari aggressurus Vticã imponit. duomillia militũ ad capiẽ
dum: quẽ ante tenuerat tumulum: super Vticã mittit: simul: ut ab eo quod parabat: in alterius rei curã
conuerteret hostium aĩos: simul ne qua cũ ipse ad syphacem Asdrubalẽq; profectus esset eruptio ex ur
be & impetus in castra sua relicta cum leui præsidio fieret. His præparatis aduocatoq; cõcilio: & dicere
exploratoribus iussis: quæ cõperta afferrent: Masinissaq; : cui oĩa hostium nota erãt: postremo: quid ip
se pararet in proximã noctem ꝓponit. Tribunis edicit: ut ubi prætorio dimisso signa cõcinuissent: ex
templo educerẽt e castris legiones. ita: ut ĩperauerat signa sub occasu solis efferri sunt cœpta. Ad primã
ferme uigiliam agmen explicauerunt: media nocte (septẽ. n. millia itineris erant) modico gradu ad ca
stra hostiũ peruẽtum ẽ. Ibi scipio partem copiaꝝ Lælio Masinissamq; ac numidas attribuit: & castra sy
phacis inuadere: igneisq; coniicere iubet singulos deinde sepatim Lælium ac Masinissã seductos obte
statur: ut quantũ nox ꝓuidentiæ adimat, tantũ diligenti expleãt cura: unaq; se Asdrubalem punicaq;
castra aggressuꝝ: cæteꝝ non ante cœptuꝝ: q̃ ignem in regiis castris cõspexisset. Neq; ea res morata diu
est: nã ut proximis castris iniectus ignis hæsit: extemplo ꝓxima quæq;: & deiceps contigua amplexus
totis se passim dissipauit castris: & trepidatio quidẽ quãtam necesse erat: in nocturno effuso tam late i
cendio orta est: cæteꝝ fortuitũ non hostilem ac bellicũ agmen rati esse: sine armis ad restinguẽdum in
cendiũ effusi ĩ armatos inciderũt hostes: maxime numidas ab Masinissa notitia regioꝝ castroꝝ ad exi
tus ĩtineꝝ idoneis locis dispositos. Multos in ipsis cubiculis semisõnes hausit flama: multi ĩ præcipiti
Modico tẽporis spatio bina castra incẽsa fuga ruentes super alios: alii in angustiis portaꝝ obtriti sunt: Relucẽtem flamã primo uigiles cartha
giniẽsium: deinde excitati alii nocturno tumultu cũ conspexissent ad eodẽ errore credere ipsi sua spõ
te incẽdium ortũ: & clamor inter cædẽ & uulnera sublatus: an ex trepidatiõe nocturna esset cõfusus sẽ
sum ueri adimebat. Igitur ꝓ se quisq; inermes: ut quibus nihil hostile suspectũ esset: oĩbus portis: qua
cuiq; proximũ erat: ea mõ quæ restinguẽdo igni forent: portãtes: in agmẽ romanũ ruebant. Quibus
cæsis oĩbus: præterq̃ hostili odio: ẽt nequis nũcius effugeret: extẽplo scipio neglectas ut in tali tumul
tu portas inuadit: ignibusq; in ꝓxima tecta coniectis: effusa flama primo ueluti sparsa pluribus locis
reluxit: deinde per continua serpẽs uno repente, oĩa incẽdio hausit. Ambusti hoĩes iumẽtaq; fœda pri
mum fuga: deinde strage obruebant itinera portaꝝ: quos nõ oppresserat ignis: ferro absumpti: bina
q; castra die una deleta: duces tamẽ ambo & ex tot millibus armatorũ. xx. millia peditũ & quingẽti eq
tes semiermes' magna pars saucii afflatiq; incẽdio effugerunt. Cæsa aut hausta flamis ad. xl. millia ho
minũ sunt: capti supra. yi. millia: carthaginẽsium nobiles. xi. senatores: signa militaria. c. xxyiiii. eq nu
midici supra. ii. millia. dcc. elephanti sex capti: octo flama ferroq; absumpti: magnaq; uis armoꝝ capta
Atr̃: hostium cladẽ ea oĩa ĩperator Vulcano sacra incẽdit. Asdrubal ex fuga cũ paucis afroꝝ urbem proximã petierat: eoq
oẽs: qui supererãt: uestigia ducis sequẽtes se cõtulerant: metu deinde: ne dederetur Scipioni: urbe ex
cessit. Mox eodẽ patentibus portis romani accepti: nec quicquã hostile: quia uolũtate cõcesserant: in
dicionẽ factũ duæ subinde urbes captæ direptæq;: ea præda: & quæ castris incensis ex igne rapta erat.
militi cõcessa est. Syphax octomilliũ ferme inde spatio loco cõmunito cõsedit. Asdrubal Carthaginẽ

contendit:nequid per metũ ex recenti clade mollius consuleret:quo tantus primo terror est allatus:ut amissa Vtica Carthaginẽ crederent extẽplo Scipionẽ oppressũ. Senatũ itaq; Suffeces:qđ uelut cõsulare imperiũ apud eos erat:uocauerũt.ibi tribus dictis sentẽtiis:una de pace legatos ad Scipionẽ decernebat:altera Annibalẽ ad tuẽdam ab exitiabili bello patriã reuocabat:tertia romanæ in aduersis rebus constantiæ exẽplo reparandũ exercitum:Syphacẽq; orandũ:ne bello absisteret:censebat. Hæc sentẽtia qa Asdrubal præsens barchinæq; oẽs factionis bellũ malebãt:uicit. Inde delectus in urbe agrisq; haberi cœptus:& ad Syphacẽ legati missi summa ope & ipsum reparantẽ bellũ:cũ uxor iam nõ ut ante blandiciis satis potẽtibus ad animũ amantis:sed præcibus & misericordia ualuisset plena lachrymaq; obtestãs:ne patrẽ suũ patriamq; perderet:iisdẽq; flãmis Carthaginẽ:quibus castra cõflagrassent: absumi sineret:Spem quoq; opportune oblatã afferebant legati:q̃ttuormillia celtiberoq; circa urbẽ noie Olbã ab cõqsitoribus suis cõducta in Hispania egregiæ iuuẽtutis sibi occurrisse:& Asdrubalẽ ꝓpediẽ affore cũ manu haud quaq̃ cõtẽnẽda. Is nõ benigne mõ legatis rñdit:sed ostẽdit ẽt multitudiné numidaq; agrestiũ quibus p eosdem dies arma equosq; dedisset:& oẽm iuuentutẽ affirmat excituꝝ ex regno:scire in cẽdio nõ prælio cladẽ acceptã:eũ bello inferiorẽ esse:qui armis uincaꝫ. Hæc legatis respõsa:& post dies paucos rursus Asdrubal & Syphax copias iunxerunt. is oĩs exercitus fuit. xxx. ferme millia armatoꝝ. Scipionẽ uelut iam debellato:qđ ad Syphacẽ carthaginẽsesq; attineret: Vticæ oppugnãdæ intentũ iãq; machinas admouentẽ muris:auertit fama redintegrati belli:modicisq; præsidiis ad speciẽ mõ obsidionis terra mariq; relictis:ipse cũ robore exercitus ire ad hostes pergit:primo in tumulo quattuor ferme millia distante ab castris regiis cõsedit. postero die cũ equitatu in Magnos (ita uocãt) cãpos: subiectos ei tumulo digressus succedẽdo ad stationes hostiũ lacessẽdoq; leuibus ꝓliis diẽ aflũpsit: & p insequẽs biduũ tumultuosis hinc atq; illinc excursionibus inuicẽ nihil dictu satis dignũ fecerũt. Quarto die in aciẽ utrinq; descẽsum ẽ: romanus post principes hastatoꝝ prima signa in subsidiis triarios cõstituit: equitatum. Italicum ab dextero cornu ab leuo numidas Masinissamq; oppositi. Syphax Asdrubalq; numidis aduersus Italicũ equitatũ: carthaginẽsibus cõtra Masinissam locatis: celtiberos in mediã aciem ĩ ad uersa signa legionũ accepere. Ita instructi concurrũt primo ĩpetu: simul utroq; cornu: & numidæ: & carthaginẽses pulsi: nã neq; numidæ maxime pars agrestis romanũ equitatũ: neq; carthaginenses & ipse nouus miles masinissam recẽti supra cætera uictoria terribilem sustinuere nudata utrinq; cornibus celtiberoꝝ acies stabat: quod nec in fuga salus ulla ostẽdebatur locis ignotis: neq; spes ueniæ ab Scipiõe erat: quem benemeritũ de se gẽte sua mercẽnariis armis in Africã oppugnatũ uenissent. Igit circũfusis undiq; hostibus alii super alios cadẽtes obstricti moriebant: oĩbusq; in eos uersis aliquãtum ad fugam tẽporis Syphax & Asdrubal præceperunt. fatigatos cæde diutius: q̃ pugna uictores nox oppressit. Postero die Scipio Læliũ Masinissamq; cũ omni romano & numidico equitatu expeditisq; militũ ad persequẽdos Syphacẽ atq; Asdrubalem mittit. Ipse cũ robore exercitus urbes circa oẽs: quæ carthaginensium ditionis erãt partim ui: partim metu subegit. Carthagini quidẽ erat ingẽs terror & circũferentem arma Scipionẽ oĩbus finitimis raptim perdomitis ipsam Carthaginẽ repente aggressuꝝ credebãt. Itaq; & muri reficiebãtur: ꝓpugnaculisq; armabãtur: & pro se quisq; quæ diutinæ obsidioni tolerãdæ sũt: ex agris necessaria conuehit. Rara mentio ẽ pacis: frequẽtior legatoꝝ ad Annibalem accersendũ mittẽdoꝝ: pars maxima classem: quæ ad cõmeatus excipiẽdos parata erat: mittere iubent ad opprimẽdam stationẽ nauium ad Vticam incaute agentẽ forsitan etiã naualia castra relicta cũ leni præsidio oppressuros. In hoc cõsilium maxime inclinãt: legatos tamẽ ad Annibalẽ mittẽdos censent quippe classe: ut fœliciſſime gerãtur res: parte aliqua leuari Vticæ obsidionem: Carthaginẽ ipsam: qui tueatur: neq; imparatorem aliũ quam Annibalẽ: neq; exercitũ alium quam Annibalis superesse. Deductæ ergo postero die naues: simul & legati in Italiam profecti: raptimq; oĩa: stimulante fortuna: agebantur: & in quo quisq; cessasset: prodi ab se salutẽ oĩum rebatur. Scipio grauem iã spoliis multis multaꝝ urbium exercitũ trahens: captiuis aliaq; præda inuetera castra ad Vticam missis: iam in Carthaginẽ intentus occupat relictum fuga custodum Tuneta: abest ab Carthagie. xii. millia ferme passuũ: locus tum operibus: tũ sua pte natura tutus: & qui ab Carthagine cõspici: & præbere ipse conspectũ tum ad urbem: tũ ad circunfusum mare urbi posset: Inde cũ maxime uallũ romani iacerent: cõspecta classis hostium est Vticam a Carthagine petens. Igit omisso ope, pnunciatũ iter: signaq; raptim ferri sunt cœpta: ne naues in terrã: & ad obsidionẽ uersæ ac minime nauali prælio aptæ opprimerẽtur: Qui. n. restitissent agili & nautico iſtrumento aptæ: & armatæ classi naues tormenta machinasq; portãtes: & aut in onerariaꝝ usum uersæ: aut ita appulsæ ad muros ut pro agere ac pontibus præbere accessum possent. Itaq; Scipio: posteaq̃ eo uentum est: ut in nauali certamine solet: rostratis: quæ præsidio aliis esse poterãt in postremã aciem receptis prope terrã: onerariaꝝ quadruplicem ordinẽ pro muro aduersus hostẽ opposuit: easq; ipsas: ne in tumultu pugnæ turbari ordines possent: malis antennisq; de naue in nauem traiectis: ac ualidis funibus uelut uno inter se uinculo illigatis compressit: tabulasq; super instrauit: ut peruiũ nauium ordinem faceret: & sub ipsis pontibus interualla fecit: qua procurere speculatoriæ naues in hostẽ ac tuto recipi possent. His raptim pro tẽpore instructis mille ferme delecti propugnatores onerariis imponũtur: teloꝝ maxime massilium: ut quãuis longo certamine sufficerent. uis ingens congeritur: ita parati instructiq; hostium aduentũ opperiebantur. Carthaginenses: qui si maturassent: oĩa permixta turba

Reparant hostiũ copiæ

Hostiũ cornua pelluntur

Victoria

Tuneta occupat Scipio

trepidantium primo impetu deprehendissent: perculsi terrestribus cladibus: atq; inde ne in mari quidem: ubi ipsi plus poterant: satis fidentes die segni nauigatione absumpto: sub occasum solis in portū (Rusucinona afri uocāt) classem appulere: postero die sub ortum solis instruxere ab alto naues uelut ad iustum prælium nauale: & tāquam exituris cōtra romanis. cum diu stetissent: posteaquam nihil moueri ab hostibus uiderunt tum demū onerarias aggrediuntur. Erat res minime certamini nauali similis: pxime speciem muros oppugnantium nauium: altitudine aliquātum onerariæ superabant: ex rostratis pœni uana plæraq; ut pote supino iactu tela in locum superiorē mittebant: rarior: ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat. Speculatoriæ naues ac leuia ipsa nauigia: quæ sub constratis pontium per interualla excurrebant: primo ipso tātum impetu ac magnitudine rostrataq; obruebātur. deinde & ꝓpugnatoribus quoq; incōmodæ erant quod præmixtæ cum hostiū nauibus inhibere sæpe tela cogebat: metu ne ambiguo ictu suis inciderent. Postremo asseres ferreo unco præfixi (harpagones uocant milites) ex punicis nauibus iniici in romanas cœpti: quos cū neq; ipsos: neq; cathænas: quibus suspensi iniiciebantur: incidere posset: ut quæq; retro inhibita rostrata onerariam hærente unco traheret: scindi uideres uincula quibus aliis alia innexa erant: seriéq; aliam simul pluriū nauium trahi. Hoc maxime modo lacerati quidē oēs pontes: & uix transiliēdi in secūdum ordinē nauium spatiū propugnatoribus datū est. Sex ferme onerariæ puppibus abstractæ Carthaginē sūt: maior quā pro rei lætitia: sed eo maior quod inter assiduas clades ac lachrymas unum quantūcumq; ex insperato gaudium affulserat: cum eo: ut appareret: haud procul exitio fuisse romanā classem: ni cessatum a præfectis suaq; nauium foret: & Scipio in tēpore subuenisset. Per eosdem forte dies cū Lælius: & Masinissa quintodecimo ferme die in Numidiā peruenissent: massuli regnum paternun Masinissæ læti ut ad regem diu desideratū concessere: Syphax: pulsis inde præfectis præsidiisq; suis: uetere se cōtinebat regno: neutiq; quieturus. stimulabat ægrum amore uxor socerq;: & ita uiris equisq; abundabat: ut subiectæ oculis regni per multos florentes annos uires: etiam minus barbaro atq; impotēti aīo spiritus possent facere. Igitur oībus: qui bello apti erant: in unū eductis: equos arma tela diuidit: equites in turmas: pedites in cohortes: sicut quondā ab romanis centurionibus didicerat: distribuit. Exercitu haud minore: q̄ quem prius habuerat: cæteq; omni prope nouo: atq; incōdito ire ad hostes pergit in castris & propinquo positis: primo pauci equites ex tuto speculatores ab stationibus ꝓgredi: inde iaculis summoti recurrere ad suos inde excursiones inuicem fieri: & cū pulsos indignatio accēderet plures subire: quod ritamētum certaminum equestrium est: cum aut uincentibus spes: aut pulsis ira aggregat suos. Ita tū a paucis prælio accenso omnem postremo utrinq; equitatum certaminis studium effudit: ac dū equestre prælium erat: multitudo massuloq; ingentia agmina Syphace emittente sustineri uix poterat. Deinde ut pedes romanus repentino per turmas suas uiam dantes intercursu stabilem aciē fecit: abstterruitq; effuse inuehētem sese hostem: primo barbari segnius permittere equos deinde stare ac prope turbari nouo genere pugnæ: postremo non pediti solum cedere: sed ne equitem quidē sustinere peditis pfidio audentē. iam signa quoq; legionum apropinquabant: tum uero massuli non mō primum impetum: sed ne conspectū quidem signoq; atq; armoq; tulerunt: tantum seu memoria prioq; cladum seu pfens terror ualuit. Syphax dum obequitat hostium turmis: si pudore: si periculo suo fugam sistere posset: equo grauiter icto effusus opprimitur capiturq;: & uiuus lætū ante oēs Masinissæ præbiturus spectaculum ad Lælium pertrahitur. Cirtha caput regni Syphacis erat: eoq; se ingēs hominum ius ex fuga contulerat. Cædes in eo prælio minor: q̄ uictoria fuit: quia equestri tantūmodo prælio certatū fuerat. Non plus quinquemillia occisa: minus dimidium eius hominum captum est: impetu in castra facto: quo perculsa rege amisso multitudo se contulerat.



MASINISSA LAELIO DICERE SIBI Q. VIdem nihil esse in præsentia pulchrius: q̄ uictorē recuperatum tanto post interuallo patrium inuisere regnum. sed tam secūdis: q̄ aduersis rebus nondari spatium ad cessandū: si se Lælius cum eqnitatu: uictoq; Siphace Cirtha præcedere sinat: trepida omnia metu se oppressuq;: Lælium cū peditibus subsequi modicis itineribus posse. Assentiēte Lælio prægressus Cirtham euocari ad colloquium principes cirthensium iubet: sed apud ignaros regis casus: neq; quæ acta essent: ꝓmendo: nec minis: nec suadendo ante ualuit: qua rex uinctus in conspectū datus esset. Tum ad spectaculum tam fœdū comploratio orta: & partim pauore mœnia sunt deserta: partim repentino consensu gratiam apud uictorē quærentium patefactæ portæ: & Masinissa præsidio circa portas opportunaq; mœnium dimisso: ne cui fugæ pateret exitus: ad regiam occupādam citato uadit: equo: intranti uestibulū in ipso uestibuli limine Sophonisba uxor Syphacis filia Asdrubalis pœni occurrit: & cum ī medio agmine armatoq; Masinissam

Naualis pugna

Asseris

Restitutis Masinissæ & Scipiom in regnū transsuls

Siphax Viuus Masinissæ ꝓsentatur

Capitur Syphax

Recensho stiū clades

Cirtha a Lælio & Masinissa capitur

Occurrit Vxor Syphaci Masinissæ

insignem cũ armis:tũ cætero habitũ cõspexisset & regem esse id:qđ erat:rata:genibus aduoluta eius. Oia qdẽ:inqt:ut posses ī nos dii tibi dederũt:uirtusq; & fœlicitas tua sed si captiuæ apud dominũ uitæ necisq; suæ uocẽ supplicẽ mittere licet:si genua si uictricẽ attigere dextrã:pcor:q̃soq; p maiestatẽ regiã: in qua pauloante nos quoq; fumus perq; gẽtis numidaꝝ nomẽ:qđ tibi cũ Syphace cõmune fuit:per huiusce regiæ deos:qui te melioribus oĩbus accipiant:q̃ Syphacẽ hinc miserũt:hãc uenĩã supplici des: ut ipse:quodcũq; ferret aĩus de captiua:statuas:neq; me in cuiusquã romani superbũ ac crudele arbitri um uenire sinas.si nihil aliud:q̃ Syphacis uxor fuissem tñ numidæ atq; ī eadem mecũ Africa geniti: q̃ alienigenæ & externi fidẽ experiri mallẽ:Quid carthaginẽsi ab rõano:qd filiæ Asdrubalis timendũ sit uides.Si nulla alia re potes me:morte:ut uindices ab romanoꝝ arbitrio oro:obtestor.Formaq; erat isi gnis & florẽtissima ætas:itaq; cum mõ dextrã amplectẽs in id ne cui romano traderet fidẽ exposceret: ppiusq; iam blãditias oratio eẽt:q̃ præces:nõ in misericordiã mõ ,plapsus est aĩus uictoris sed(ut est ge nus numidaꝝ in uenerẽ pceps)amore captiuæ uictor captus:data:dextra in id:qđ petebat:obligãdæ fidei in regiã cõcedit.instituit deinde reputare secũ ipse:quẽadmodũ ,pmissi fidẽ pstaret:qđ cũ expedire nõ posset:ab amore temerariũ atq; impudẽs mutuat cõsiliũ.nuptias ī eũ ipsum diẽ repẽte parari iubet neqd relinqueret īregri aut Lælio:aut ipsi Scipioni cõsulendi uelut in captiuã:q̃ Masinissæ iã nupta fo ret.factis nuptiis supuenit Lælius:& adeo nõ dissimulauit īprobare factũ:ut primo ẽt cũ Syphace:& cæ teris captiuis detractã iam thoro geniali mittere ad Scipionẽ conatus sit.Victus deide præcibus Masi nissæ orãtis ut arbitriũ utrius regũ duoꝝ fortunæ accessio eẽt Sophonisba ad Scipionẽ reiiceret: misso Syphace:& cæteris captiuis:cæteras urbes Numidiæ:q̃ præsidiis regiis tenebãtur:adiuuãte Masinissa: recepit.Syphacẽ in castra adduci cũ esset nũciatũ:oĩs uelut ad spectaculũ triũphi multitudo effusa est:p cedebat ipse uinctus:sequebat grex nobiliũ numidaꝝ.Tũ quantũ plurimũ quisq; poterat magnitudi ni Syphacis famæ gẽtis uictoriã suã augendo addebat:illũ eẽ regẽ:cuius tñ maiestati duo potẽtissimi ī terris tribuerint populi:romanus carthaginẽsisq;:ut Scipio impator suis ad amicitiã eius petendã:re licta ,puincia Hispania exercituq;:duabus quinqueremibus in Africã nauigaret.Asdrubal pœnoꝝ im perator nõ ipse mõ ad eũ in regnũ uenerit.sed ẽt filiã ei nuptã dederit:habuisse eũ uno tpe in ptãte du os impatores pœnũ romanũq;:sicut ab diis īmortalibus pars utraq; hostiis mactandis pacẽ petisset:ita ab eo utrinq; pariter amicitiã petitam iã tantas habuisse opes:ut Masinissam regno pulsum eo redege rit:ut uita eius fama mortis & latebris ferraꝝ mõ in siluis rapto uiuẽtis tegeret.His sermonibus circũ stantiũ celebratis:rex in ptoriũ ad Scipionẽ est ,pductus.mouit & Scipionẽ tñ fortuna pristina uiri præ senti fortunæ collata:tũ recordatio hospitii:dextræq; datæ:& fœderis publice ac priuatim iuncti. eadẽ hæc & Syphaci aĩum dederũt in alloquẽdo uictorẽ.nam cũ Scipio:quid sibi uoluisset:quæreret:qui nõ societatẽ solum abnuisset romanã sed ultro bellũ intulisset:tũ ille peccasse quidẽ sese atq; insanisse fate batur:sed tũ ,demũ cum arma aduersus populũ romanũ recepisset:exitũ sui furoris fuisse nõ principiũ tũc se insanisse cũ hospitia priuata:& publica fœdera oĩa ex aĩo eiecisset:cum carthaginensem matronã domũ accepit: illis nuptialibus facibus regiã cõflagrasse suã:illam furiã pestẽq; oĩbus delinimẽtis an mũ suum auertisse atq; alienasse:nec quieuisse:donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma aduersus ho spitẽ atq; amicum induerit.perdito tamen sibi,atq; afflicto hoc in miseriis solatii esse qđ in oĩum homi nũ inimicissimi sibi domũ ac penates eandẽ pestem ac furiã trãsisse uideat,neq; prudẽtiorẽ neq; cõstan tiorẽ Masinissam:q̃ syphacẽ esset:ẽt ab iumenta ī cautiorẽ: certe stultius illũ,atq; intẽperatius eã quã se duxisse.hãc nõ hostili mõ odio:sed amoris ẽt stimulis armatã apud æmulũ cernẽs cũ dixisset: non me diocri circa scipiõis aĩum pepulit & fidẽ criminibus factæ ppe inter arma nuptiæ neq; cõsulto:neq; ex pectato Lælio faciebãt tanq̃ pceps festinatio:ut quo die capta reginã uidisset:eodẽ matrimonio iunctã accipet:& apud penates hostis sui nuptiale sacrũ cõficeret.ẽt eo fœdiora hæc uidebãtur scipiõi:qđ ipsũ in hispania iuuenẽ nullius forma pepulerat captiuæ.Hæc secũ uoluẽti Lælius ac Masinissa superuene rũt:quos cũ pariter ambos benigno uultu excepisset:& egregiis laudibus frequẽti prætorio celebras set:adductũ in secretũ Masinissã sic alloquit.Aliqua te existimo Masinissa intuẽtẽ in me bona: & princi pio in Hispania ad iungẽdã amicitiã mecũ uenisse:& postea in Africa teipsũ spesq; oĩs tuas in fidẽ meã cõmisisse:atqui nulla eaꝝ uirtus est:pp quã appetendus tibi uisus sim in qua ego æque atq; tẽperãtia: & cõtinẽtia libidinũ gloriatus fuerim:hãc te quoq; ad cæteras tuas eximias uirtutes Masinissa adiecis se uelim:nã non ẽ mihi crede tñ ab hostibus armatis ætati nostræ periculũ quantũ ab circũfusis undi q; uoluptatibus:qui eas sua tẽperãtia frenauit ac domuit multo maius decus:maiorẽq; uictoriã sibi pe perit:q̃ nos syphace uicto habuimus.Quæ me absente strenue ac fortiter feciſti libẽter & cõmemora ui & memini.cætera teipsum reputare tecũ:q̃ me dicẽte erubescere malo.syphax populi romani auspi ciis uictus,captusq; est:ita ipse,cõiunx:regnũ:agri,oppida:hoies;qui incolũt:quicqd deniq; syphacis fu it:præda populi romani est:& regẽ & coniugẽ eius:ẽt si nõ ciuis carthaginẽsis eẽt:etiã si nõ patrẽ eius ī peratorẽ hostiũ uideremus:Romã oporteret mitti:ac senatus populiq; romani de ea iudicium, atq; ar bitriũ esse:quæ regẽ nobis sociũ alienasse:atq; in arma coegisse præcipitẽ dicatur.uince aĩum:caue: ne deformes multa bona uno uitio:& tot meritoꝝ gratiã maiore culpa:q̃ causa culpæ ẽ:corrumpas.Masi nissæ hæc audienti non rubor est solũ suffusus:sed lachrymæ etiã obortæ:& cũ se quidẽ in potestate fu turũ imperatoris dixisset:oraſſetq; eum:ut quãtum res sineret: fidei suæ temere obstrictæ consuleret:

Verba so phonisbæ ad masinis sam

Masinissa forma Sopho nisbe rapta est

Atť.fortu næ uolubi litatem

Diuite ad Scip. Syphax vt eras

Verba sy phacis ad scipionem

Irritat Massinissa Scipio

Illustris Scipio

Atť.suauẽ scipiõis ca stigationẽ

Massinissa ex Scipionis pudore recreptus

promisisse.n.sese in nullius potestate eã traditurꝝ:ex prætorio ĩ tabernaculũ suum cõfusus cõcessit: ibi arbitris remotis:cũ crebro suspirio & gemitu: quo facile a circũstantibus tabernaculũ exaudiri posset: aliquantũ tpis consũpsisset:ingẽti ad postremũ edito gemitu:fido ex seruis uno accito:sub cuius custodia regio more ad incerta fortunæ uenenũ erat:ei mixtũ in poculo ferre ad Sophonisbã iubet ac simul nunciare Masinissam libẽter ei primã fidẽ præstaturꝝ fuisse:q̃ uir uxori debuerit:qm̃ eius arbitriũ: qui possint adimant:secũdam fidẽ præstare:ne uiua in ptãtem romanoꝝ ueniat:memor patris impatoris: patriæq; & duoꝝ regũ quibus nupta fuisset sibi ipsa cõsuleret. Hũc nunciũ ac simul uenenũ ferẽs minister cũ ad Sophonisbã uenisset: Accipio:inqt:nuptiale munus:neq; ingratũ:si nihil maius uir uxori pstare potuit:hæc tñ nũcia melius me moriturã fuisse:si nõ in funere meo nupsissem. nec locuta ẽ ferocius quã acceptũ poculũ nullo trepidatiõis signo dato ĩpauide hausit:Quod ubi nũciatũ est:Scipioni:ne quid æger aĩo ferox iuuenis grauius cõsuleret:accitũ eũ extẽplo nũc solat:nũc qđ temeritatẽ temerita te alia luerit:tristiorẽq; rem:q̃ necesse fuit:fecerit:leniter castigat. Postero die ut a præsenti motu auerteret aĩum eius:in tribunal ascẽdit:& concionẽ aduocari iussit:ibi Masinissã primũ regẽ appellatũ: eximiisq; ornatum laudibus:aurea corona:aurea patera:fella curuli eburnea:& scipiõe eburneo:toga picta: & palmata tunica donat:addit uerbis honorẽ neq; magnificẽtius quicquã triũpho apud romanos:neq; triũphãtibus ampliorẽ eo ornatu eẽ:quo uno oĩum externoꝝ dignũ Masinissam populo romano ducat. Læliũ deinde:& ipsum collaudatũ aurea corona donat:& alii militares uiri: ꝑut a quoq; nauata opera erat:donati. Is honoribus mollitus regis aĩus:erectusq; in spẽ ꝑpinquã:sublato Syphace oĩs Numidiæ potiũdæ. Scipio. G. Lælio cũ Syphace aliisq; captiuis Romã misso: cũ quibus & Masinissæ legati missi sunt:ipse ad Tuneta rursum castra refert:& quæ munimẽta inchoauerat. permunit. Carthaginẽses nõ breui solũ:sed prope uano gaudio ab satis ꝑspera in ꝑsens oppugnatiõe classis perfusi. post famã capti Syphacis:in quo plus ꝑpe quã in Asdrubale:atq; exercitu suo spei reposuerãt:perculsi:iam nullo auctore belli ultro audito:oratores ad pacẽ petẽdam mittũt. xxx. senioꝝ principes: id erat sanctius apd illos consiliũ maximaq; ad ipsum senatũ regendũ uis:qui:ubi in castra romana & prætoriũ puenerũt:more adulãtium accepto:credo:ritu ex ea regiõe:ex qua oriundi erãt:ꝓcubuerunt. Cõueniẽs oratio tã humili adulationi fuit:nõ culpam purgantiũ:sed trãsferentiũ initiũ culpæ in Annibalẽ ĩpotẽtiæq; eius fauto res:ueniã ciuitati petebãt:ciuiũ temeritate bis iã ante euersæ incolumi futuræ ĩteꝝ hostiũ beneficio. imperiũ ex uictis hostibus populo romano nõ perniciẽ peteret:patis obediẽter seruire:quæ uellet: ĩperaret. Scipio & ueniisse ea spe in Africã se ait:& spẽ suam ꝑspero belli euẽtu auctam:uictoriã se: nõ pacem domũ reportaturꝝ esse:tñ cũ uictoriã prope in manibus habeat:pacẽ nõ abnuere:ut oẽs gentes sciãt populũ romanũ & suscipere iuste bella:& finire. Leges pacis se has dicere:captiuos:& perfugas restituant. exercitus ex Italia & Gallia deducant: Hispania abstineãt:insulis oĩbus:quæ inter Italiã & Africã sũt decedant:naues longas oẽs:præter uiginti tradãt tritici quingẽta:hor dei. ccc. millia modiũ: Pecuniæ sum mã:quãtam ĩperauerit:paꝝ cõuenit:alibi quinquemillia talentũ:alibi quinquemillia põdo argenti:alibi duplex stipendium militibus imperatum inuenio. His cõditionibus inquit:si placeat pax:triduum ad consultandum dabitur:si placuerit:mecum inducias facite. Romam ad senatum mitti te legatos. ita dimissi carthaginenses nullas recusandas conditiones pacis cum censuissent:quippe qui moram temporis quærerent:dum Annibal in Africam traiiceret:legatos alios ad Scipionem:ut inducias faceret: alios Romam ad pacem petendam mittunt ducentes paucos in speciem captiuos perfugasq; & fugitiuos: quo impetrabilior pax esset.



MVLTIS ANTE DIEBVS LAELIVS CVM Syphace primoribusq; numidaꝝ captiuis Romam uenit:quæq; in Africa gesta essent:oĩa exposuit ordine patribus:ingẽti oĩum & in ꝑsens lætitia:& ĩ futuꝝ spe. Consulti inde patres regẽ in custodiã Albã mittendũ censuerũt: Læliũ retinendũ donec legati carthaginẽses uenirẽt:supplicatio in quatriduũ decreta ẽ. Publius Elius prætor senatu misso: & cõcione inde aduocata cũ. G. Lælio ĩ rostra ascẽdit. Ibi uero audiẽtes fusos carthaginensiũ exercitus: deuictũ & captum ingentis noĩs regem: Numidiã oẽm egregia uictoria peragratã: tacitũ cõtinere gaudiũ nõ poterãt: quin clamoribus quibusq; aliis multitudo fo let: lætitiam ĩmodicã significarent. Itaq; prætor extẽplo edixit: uti æditui ædes sacras oẽs tota urbe apirent: circuneundi salutandiq; deos agẽdiq; gratias per totum diẽ populo potestas fieret. Postero die legatos Masinissæ in senatum ĩtroduxit. gratulati primũ senatui sunt. quod. P. Scipio ꝑspere res in Africa gessisset: deinde gratias egerunt: quod Masinissam non appellasset modo regem: sed fecisset restituendo paternum regnum: in quo post Syphacẽ sublatum: si ita patribus uisum esset: sine metu & certamine eẽt regnaturus: deinde quod collaudatum pro concioe amplissimis decorasset donis quibus ne-

Sophonisbæ iteritus

Scipionis consiliũ in Masinissæ dolore lenidendo

Cõditiões pacis a scipione Cartha. ꝓpositæ

indignus esset & dedisse operam Masiniſſam & porro datuꝝ esse: petere ut regiũ nomen: cæteraq; Scipionis beneficia: & munera senatus decreto confirmarent: & nisi molestũ esset: illud quoq; petere: Masiniſſam: ut numidas captiuos: qui Romæ in custodia essent: remitterent: id sibi amplũ apud populares futuꝝ esse. Ad ea respondũ legatis: regꝝ gestarum in Africa prospere cõem sibi cũ rege gratulationem esse: Scipionem recte atq; ordie uideri feciſſe qđ eum regẽ appellauerit: & qcquid aliud fecerit: quod honori foret Masiniſſæ: ei patres cõprobare atq; laudare: munera: quæ legati ferrent regi: decreuerunt. sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis: & lato clauo tunicis equos duos phaleratos: bina eque ſtria arma cum loricis: & tabernacula: militarem q; ſuppellectilẽ: qualem præberi consuli mos est. Hæc regi prætor mittere iuſſus: legatis ĩ singulos dona ne minus quinũmillium comitibus eoꝝ mille æris & uestimenta bina legatis: singula comitibus: numidisq; q ex custodia missi. redderent. regiæ ad hoc ædes libera loca lautia legatis decreta. Eadẽ æstate: qua hæc decreta Romæ: & in Africa gesta sunt: Publius Quintilius Varus ꝓtor: &. M. Cornelius ꝓconsul in agro insubriũ gallorum cũ Magone pœno signis collatis pugnauerunt. ꝓtoris legiones in prima acie fuerunt. Cornelius suas in subsidiis tenuit. ipse ad prima signa equo aduectus: proq; duobus cornibus ꝓtor ac proconsul milites ad inferenda in hostes signa summa ui hortabantur: posteaq; nihil cõmouebant: tum Cornelio. Quintilius: lentior: ut uides: fit pugna: inqt: & induratus ꝓter spẽ resistendo hostiũ timor: ac ne uertatur ĩ audaciã: periculum est: equestrem procellã excitemus oportet: si turbare ac statu mouere uolumus. itaq; uel tu ad prima signa ꝓlium sustine: ego inducã in pugnam equites: uel ego hic ĩ prima acie rem gerã: tu quattuor legionum equites in hostẽ emittito. Vtrã uellet ꝓtor muneris partẽ proconsule accipiente: Quintilius ꝓtor cum filio: cui Marco prænomen erat: impigro iuuene ad equites ꝓgit: iussosq; ascendere in equos repẽte in hostem emittit. tumultum equestrem auxit clamor ab legionibus additus: nec sterisset hostium acies: ni Mago ad primũ equitum motũ paratos elephantos extẽplo in prælium induxisset: ad quorũ ſtridorem odoremq; & aspectũ territi equi uanum equestre prælium fecerunt: & ut in rem permixtis: ubi cuspide uti: & comminus gladio posset: roboris maioris romanus eques erat: ita in ablatum pauẽtibus procul equis melius ex interuallo numidæ iaculabantur: simul & peditũ legio duodecima magna ex parte cæsa pudore magis: q̃ uiribus tenebat locum: nec diutius tenuisset: ni ex subsidiis tertia decima legio in primam aciem inducta prælium dubium excepisset: Magoq; ex subsidiis gallos intergre legioni opposuisset: quibus haud magno certamine fusis: hastati legionis undecimæ conglobant sese: atq; elephantos iam etiam peditum aciem turbantes inuadunt: in quos cum pila confertos conicerent nullo ferme frustra emisso: omnes retro in aciem suorum auerterunt: quattuor grauati uulneribus corruerũt. Tum prima commota hostium acies simul omnibus peditibus: ut auersos uidere elephantos ad augendum pauorem ac tumultum effusis: sed donec stetit ante signa Mago gradum sensim referentes ordines tenorem pugnæ seruabant: posteaq; fœmine transfixo cadentem auferrique ex ꝓlio prope exanguem uidere: extemplo in fugam omnes conuersi ad. y. millia hostium eo die cæsa: & signa militaria duo & uiginti capta. nec romanis incruenta uictoria fuit. ii. millia: &. ccc. de exercitu prætoris: pars multo maxima ex legione. xii. amissa: inde tribuni militum duo Marcus Cosconius: & Marcus Menius: tertiædecimæ quoq; legionis: quæ postremo prælio affuerat. Gn. Heluius tribunus militum in restituenda pugna cecidit: & duode. xx. ferme equites illustres obtriti ab elephantis cum centurionibus aliquot perierunt: & longius certamen fuisset: ni uulnere ducis concessa uictoria esset. Mago proxime noctis silentio profectus quantum pati uiæ per uulnus poterat: itineribus extentis ad mare in ligures ingaunos peruenit: ibi eum legati ab Carthagine paucis ante diebus in sinum gallicum appulsis nauibus adierunt: iubentes primo quoq; tempore ĩ Africam traiicere: idem & fratrem eius Annibalem (nam ad eum quoq; isse legatos eadem iubentes) facturum: non in eo esse carthaginensium res: ut Galliam: atq; Italiam armis obtineant. Mago non imperio modo senatus: periculoq; patriæ motus: sed metuens etiam ne uictor hostis moranti instaret: ligures q; ipsi relinqui Italiam a pœnis cernentes ad eos: quorum mox in potestate futuri essent: deficerent: simul sperans leniorem in nauigatione: quam in uia iactationem uulneris fore: & curationi omnia commodiora: impositis copiis in naues profectus uix dum superata Sardinia ex uulnere moritur: naues quoq; aliquot pœnorum disiectæ in alto a classe romana: quæ circa Sardiniam erat: capiuntur. Hæc terra mariq; ĩ parte Italiæ quæ iacet ad alpes: gesta consul. Gn. Seruilius nulla memorabili re in prouincia Ethruria: & Gallia (nam eo quoq; proceſſerat) gesta: patre. Gn. Seruilio: &. C. Luctatio patruo ex seruitute post decimũ sextum annum receptis: qui ad uicũ Canetum a Boiis capti fuerant: hinc patre: hinc patruo latera circũdantibus priuato magis quã publico decore insignis Romã rediit: Latũ ad populum est: ne. G. Seruilio fraudi esset: qđ patre q sella curuli sedisset: uiuo: cũ id ignoraret: tribunus plebis: atq; ædilis ple. fuisset: contra quã sancitũ legibus erat. Hac rogatione plata in quinciã rediit: ad Gn. Seruiliũ consulẽ: q in Brutiis erat. Cõsentia: Vfugũ: Vergæ: Besidiæ: Hetriculũ: Sypheũ: Argentanũ: Dampetia: multiq; alii ignobiles populi senescere punicũ bellum cernentes defecere. Idẽ consul cũ Annibale in Agro Crotonensi acie conflixit. obscura eius pugnæ fama est. Valerius Antias quinq; milia hostiũ cæsa ait: quæ tanta res est: ut aut impudẽter ficta sit: aut negligẽter prætermissa. Nihil certe ultra rei ab Annibale in Italia gestũ est: nam ad eum quoq; legati ab Carthagine uocãtes in Africã iis forte diebus: qbus ad magonẽ uenerũt. frendens: fre-

Cõfirmauit Se. Rom. a Scipio in massinissã obtulerat

Munera Masiniſſæ publice ab urbe missa

Hostiũ cædes in insubribus

Magonis Barchini interitus

Legati Carth. ad Hannibalem uenerunt

mens:gemenſq;ac uix lachrymis tẽperans dī legatoꝝ uerba audiſſe poſteaq̃ edicta ſunt mandata.Jam non pplexe:iuquit:ſed palã reuocant:q uetãdo ſupplementũ:& pecuniam mitti iã pridem retrahebãt.

Atq̃.Annibalis querellas

Vicit ergo Annibalẽ non populus ro.totiens cæſus fugatuſq;:ſed ſenatus carthaginenſis obtrectatiõe atq; inuidia:neq; hac deformitate reditus mei tã Publius Scipio exultabit atq; efferet ſeſe:quã Hanno: q domũ noſtram:qñ alia re non potuit:ruina Carthaginis oppreſſit:Jã hoc ipm pſagiens aïo ꝓparauerat ante naues.Itaq; inutili militũ turba pſidii ſpecie in oppida Brutii agri:q̃ pauca magis metu: quam fide continebanꝫ:dimiſſa:qđ roboris in exercitu erat:in Africã tranſuexit: multis Italici generis:quia i Africã ſecuturos abnuentes cõceſſerant in Iunonis Laciniæ delubrũ inuiolatũ ad eum diem in templo ipſo fede interfectis:Raro quẽq̃ alium patriã exilii cã relinquentẽ magis mœſtũ abiſſe ferunt.quã Annibalem hoſtiũ terra excedentẽ.reſpexiſſe ſæpe Italiæ littora:& deos hoieſq; accuſantẽ:in ſe quoq; ac ſuum ipſius caput execratũ:quod non cruentũ ab cannenſi uictoria militẽ Romam duxiſſet:Scipionem ire ad Carthaginẽ auſum:q conſul hoſtẽ in Italia pœnũ nõ uidiſſet:ſe centũ millibus armatoꝝ ad Thraſimenũ & Cannas cæſis:circa Caſilinum:Cumas:Nolãq; cõſenuiſſe. Hæc accuſans q̃renſq; ex diutina poſſeſſione Italiæ eſt detractus.Romã per eoſdẽ dies & Magonẽ:& Annibalẽ profectos allatũ eſt:cuius duplicis gratulationis relatio minuit lætitiã:& quod paꝝ duces in retinendis iis (cũ id mandatũ abſet) natu eſſet)aut animi:aut uiriũ habuiſſe uidebantur:& quod ſolliciti erant:omni belli mole in unũ ducem exercitũq; inclinata:quo euaſura eẽt res.Per eoſdẽ dies legati ſaguntini uenerunt cõpræhenſos cũ pecunia adducentes carthaginenſes:q ad conducẽda auxilia in Hiſpaniã traieciſſent:ducentũ & quinquaginta auri:octingenta pondo argẽti in ueſtibulo curiæ poſuerunt.Hoibus acceptis & in carcerẽ cõditis:auro argentoq; reddito:gratiæ legatis actæ atq; inſup munera data:ac naues:qbus in Hiſpaniam reuerterentꝫ.Mentio deinde ab ſenioribus facta eſt.ſegnius hoies bona.quã mala ſentire.tranſitũ Annibalis in Italiã quantũ terroris pauoriſq; eſſe ſe ſp meminiſſe.quas deinde clades:quos luctus incidiſſe.uiſa caſtra hoſtiũ e muris urbis.q̃ uota ſingulorũ uniuerſorumq; fuiſſe.quotiens in conciliis uoces manus ad cælũ porrigentiũ auditas.en unq̃ ille dies futurus eſſet.quo uacuã hoſtibus Italiã bona pace florentẽ uiſuri eſſent.dediſſe id deos tandem ſextodecimo demũ anno.nec eſſe q diis gratias agendas cenſeant:adeo ne aduenientẽ quidem gratiã hoies benigni accipe.nedũ ut præteritæ ſatis memores ſint.Conclamatũ deinde ex oĩ parte curiæ eſt.uti referret Publius Elius prætor.decretũq; eſt:ut.y.dies circa oĩa puluinaria ſupplicaretꝫ.uictimæq; maiores ĩmolarentꝫ.cxx.Jam dimiſſo Lælio:legatiſq; Maſſiniſſæ cũ carthaginenſiũ legatos de pace ad ſenatũ uenientes Puteolis uiſos:inde terra uenturos allatũ eſſet reuocari.G.Læliũ placuit.ut corã eo de pace ageretur.Qu.Fuluius Gillo legatus Scipionis carthaginẽſes Romã adduxit.quibus uetitis ingredi urbẽ hoſpitiũ in uilla publica ſenatus ad ædẽ Bellonæ datus eſt.Orationẽ eandem ferme.quã apud Scipionẽ habuerunt.culpã oẽm belli a publico conſilio in Annibalẽ uertentes.eũ iniuſſu ſenatus non Alpes mõ.ſed Ibeꝝ quoq; tranſgreſſũ: non romanis ſolũ: ſed ante ẽt ſaguntinis priuato conſilio bellũ intuliſſe:ſenatui ac populo carthaginenſiũ: ſiquis uere exiſtimet:fœdus ad eã diem inuiolatũ eſſe cũ romanis.Itaq; nihil aliud ſibi mandatũ eſſe uti peterent:q̃ ut in ea pace:q̃ poſtremo cũ conſule Luctatio facta ẽ:mare liceret.Cũ more tradito a patribus poteſtatem interrogandi:ſiqs quid uellet legatos ꝓtor feciſſet:ſenioreſq; qui fœderibus interfuerant:alia alii iterrogarent:nec meminiſſe ſe p ætatẽ &.n.oẽs ferme iuuenes erant:dicerent legati:conclamatũ ex oĩ parte curiæ eſt:punica fraude electos:qui ueterẽ pacem repeterent:cuius ipſius non meminiſſent.emotis deinde curia legatis:ſniæ interrogari cœptæ.M.Liuius.Gn.Seruiliũ conſulem:qui propior eſſet: accerſendum:ut corã eo de pace ageretur:cenſebat:cũ de re maiore:q̃ quanta eſſet conſultatio incidere non poſſet:non uideri ſibi abſente conſulũ altero ambobuſue eam rẽ agi ſatis ex dignitate po.ro.eſſe.Qu. Metellus:q triẽnio ante conſul dictatorq; fuerat:cũ.P.Scipio cædendo exercitus: agros populando in eã neceſſitatem cõpuliſſet hoſtes:ut ſupplices pacẽ peterent:& nemo oĩum uerius exiſtimare poſſet:q̃ mente ea pax peteretꝫ:q̃ eum:q ante portas Carthaginis bellũ gereret:nullius alterius cõſilio:q̃ Scipionis accipiendã abnuendãq; pacem eſſe.M.Valerius Leuinus:q bis conſul fuerat:ſpeculatores nõ legatos ueniſſe arguebat:iubendoſq; eos Italia excedere:& cuſtodes cũ iis uſq; ad naues mittendos:Scipionicq; ſcribendũ ne bellum remitteret Lælius Fuluiuſq; adiecerunt: & Scipionẽ in eo poſitam habuiſſe ſpẽ pacis ſi Annibal & Mago ex Italia nõ reuocarentur:cæterum oĩa ſimulaturos carthaginẽſes duces eos exercituſq; expectantes:deinde q̃uis recentũ fœdeꝝ:& deorum oĩum oblitos bellum geſturos:eo magis in Marci Leuini ſniam diſceſſum.Legati pace infecta ac ꝓpe ſine reſponſo dimiſſi.Per eos dies. Gn.Seruilius conſul haud dubius qn pacatæ Italiæ penes ſe gloria eſſet:uelut pulſum ab ſe Annibalẽ pſequens in Siciliã:inde in Africã tranſiturus traiecit.quod ubi Romæ uulgatũ eſt: primo cenſuerunt patres:ut prætor ſcriberet conſuli ſenatũ æquum cenſere in Italiã reuerti eum:deinde cum ꝓtor ſpretu rum eũ litteras ſuas diceret:dictator ad idipſum creatus.P.Sulpicius pro iure maioris ĩperii conſulẽ in Italiam reuocauit.Reliquũ anni cum.M.Seruilio magiſtro equitũ circuneundis Italiæ urbibus:q̃ bello alienatæ fuerant:noſcendiſq; ſingulaꝝ cauſis conſumpſit.Per induciarum tps & ex ſardinia ab Lentulo ꝓtore centum onerariæ naues cum cõmeatu uiginti roſtratarum præſidio actæ:& ab hoſte:& ab tẽpeſtatibus mari tuto in Africam tranſmiſerunt.Gn.Octauio.cc.onerariis.xxx.longis nauibus ex ſicilia traiicienti non eadem fortuna fuit.in conſpectu ferme Africæ proſpero curſu uectum primo deſti-

Seruilii cõſulis ambitio

tuit uentus:dein uersus in Africũ turbauit:ac passim naues disiecit:ipse cũ rostratis p aduersos fluctus ingenti remigũ labore enixus Apollinis.promontoriũ tenuit:onerariæ pars maxima ad Egimurũ insulam:ea sinũ ab alto claudit:i quã sita Carthago est.xxx.ferme millia ab urbe:aliæ aduersus urbẽ ipsam ad calidas aquas delatæ sunt.oĩa in conspectu Carthaginis erant.Itaq; ex tota urbe in forũ cõcursum ẽ magistratus senatũ uocare:populus in curiæ uestibulo fremere ne tanta ex oculis manibusq; amittere tur præda.Cũ quidam pacis petitæ:alii inducias(necdum.n.dies exierat)fidẽ opponerent:postremo ꝓmixto pœne senatus populiq; concilio:cõsensum est:ut classe qnquaginta nauiũ Asdrubal Egimurũ traiiceret:indeq; p littora portusq; dispersas romanas naues colligeret.Desertæ fuga nautarũ primum ab Egimuro:dein ab calidis aquis onerariæ Carthaginẽ puppibus tractæ sunt. Cartha.ꝑsidia



NONDVM REVERTERANT AB ROMA legati:neq; sciebãt:quæ senatus romãi de bello aut pace sententia esset:necdum inducias dies exierat eo indigniorẽ iniuriam ratus Scipio:ab iis:q petissent pacẽ:& inducias:spem pacis & fidẽ inducias uiolatã esse:legatos Carthaginẽ.L.Bebium.M.Seruilium.L.Fabiũ extẽplo misit:q cum multitudinis concursu ꝓpe uiolati essent:nec reditũ tutiorẽ cernerent futurũ:petierunt a magistratibus:quorũ auxilio uis ꝓhibita erat:ut naues mitterent:q̃ se ꝓsequerent:datæ triremes duæ cũ ad Bregadã flumẽ puenissent:unde castra romana cõspiciebant:Carthaginẽ rediere.Classis punica ad uticã stationem habebat:ex ea tres quatriremes seu clã misso a Carthagine nuncio:ut fieret:seu Asdrubale:q classi pẽerat:sine publica fraude auso facinus.qnqueremẽ romanam supantẽ promõtoriũ ex alto repẽte agressæ sunt.sed neq; rostro ferire celeritate subterlabentẽ poterant:neq; transilire armati ex humilioribus in altioré nauem:& defendebaẽ egregiæ:quoad tela suppeditarant:qbus deficiẽtibus:iã nulla alia res eã quam ꝓpinquitas terræ multitudoq; a castris in littus effusa tueri potuisset:concitatã remis:quanta maxime ui poterant:in terrã cum imisissent:nauis tñ iactura facta icolumes ipsi euaserunt.alio sup alio ud scelere cũ haud dubie inducię ruptæ essent:Lælius Fuluiusq; ab Roma cũ legatis carthaginẽsibus supauerunt.quibus Scipio:& si nõ inducias fides mõ a carthaginensibus:sed ẽt ius gentium in legatis suis uiolatũ esset:tñ se nihil nec institutis populi ro.nec suis moribus indignũ in iis factum esse cũ dixisset:legatis dimissis:bellũ parabat.Annibale iã terræ appropinquante iussus a nautis unus ascendere i malũ:ut specularet:q̃ tenerent regionẽ cum dixisset sepulchrũ dirutũ proram spectare:locũ abominatus ꝓteruehi iusso gubernatore ad Leptim appulit classem:atq; ibi copias exposuit.Hæc eo ãno in Africa gesta.Insequntia excedũt in eũ annum:quo.M.Seruilius Geminus:q tum magister equitũ erat:&.T.Claudius Nero consules facti sunt.cæterũ exitu supioris anni cũ legati sociorũ urbiũ ex græcia questi essent:uastatos agros ab regiis ꝓsidiis:ꝓfectosq; in Macedoniã legatos ad res repetendas non admissos ad Philippũ regem:simul nunciassent quattuormillia militũ cum Sopatro duce traiecta in africã duci:ut essent carthaginẽsibus ꝓsidio:& pecuniæ aliquantũ una missũ:legatos ad regẽ:qui hæc aduersus fœdus facta uideri patribus nũciarent:mittendos cẽsuit senatus.Missi Gaius Terẽtius Varro.Gn.Mãlius Marcus Aurelius:iis tres quinqueremes datæ.Annus insignis incẽdio ingẽti:quo cliuus publicus ad solũ exustus est & aquarũ magnitudine:sed & ãnonæ uilitate fuit:ꝓterq̃ quod pace oĩs Italia erat apta:ẽt quod magnã uim frumenti ex hispania missam.M.Valerius Falco:&.M.Fabius Buteo ædiles curules quaternis æris uicatim populo descripserunt.Eodem anno.Qu.Fabius Maximus moritur exactæ ætatis:siquidem ueterẽ est:augurem duos &.xl.ãnos fuisse:qd quidã auctores sunt.uir certe fuit dignus tanto cognomine:uel si nouũ ab eo incipet:superauit paternos honores auitos æquauit:pluribus uictoriis & maioribus ꝓliis auus insignis Rullus:sed oĩa æquare unus hostis Annibal ꝓt:cautior tñ quã promptior hic habitus fuit:& sicut dubites utrũ ingenio cũctatior fuerit:an quia ita bello ꝓprie:quod tũ gerebatur:aptũ erat:sic nihil certius ẽ:q̃ unum hoĩem nobis cũctando rẽ restituisse:sicut Ennius ait. Augur in locũ eius inauguratus.Qu.Fabius Maximus filius eius.in eiusdẽ locum pontifex(nã duo sacerdotia habuit)Seruius Sulpicius Galba:ludi romani diẽ unum plebeii ter toti instaurati ab ædilibus M.Sestio Sabino:& Gnæo Tremellio Flacco.Ii ambo ꝓtores facti:& cũ iis.G.Liuius Salinator:& Gaius Aurelius Cotta:Comitia eius anni utrũ Gn.Seruilius consul habuerit:an qa eũ res in Ethruria tenuerint:q̃stiones ex sociis de coniurationibus principũ habentem dictator ab eo dictus.P.Sulpicius:sic in certũ diuersi auctores faciunt.Principio insequentis anni Marcus Seruilius:&.T.Claudius:senatu i capitolium uocato:de prouinciis rettulerunt:Italiã atq; Africã in sortem coniici:Africam ambo cupiẽtes uolebant.cæterum:Qu.Metello maxime annitente:neq; data:neq; negata est Africa.Cõsules iussi cũ tribunis plebis agere:ut si iis uideretur:populũ rogarent:quẽ uellent in Africa bellum gerere.oẽs tribus Publiũ Scipionem iusserũt:nihilominus cõsules prouinciã Africã(ita.n.senatus decreuerat)i sor- Legati sopatri carthaginẽsibus uiolati

Annibalis i Africã aduentus

M.seruilius.T.Claudius consſ.

Qu.fabius maximus moritur

Prouinciarũ ordinatio

tem coniecerũt. Tito Claudio Africa euenit: ut qnquaginta nauiũ classem: oẽs qnqueremes in Africã traiceret: pariq; ꝑio cũ Scipione impator esset. M. Seruilius Ethruriã sortitus. In eadẽ ꝓuincia & Gn. Seruilio ꝓrogatũ impium: si cõsules manere ad urbẽ senatui placuisset. Prætores. M. Sestius Galliã est sortitus: ut duas legiones ꝓuinciaq; traderet ei. P. Quintilius Varus. G. Liuius Brutios cum duabus legionibus: qbus. P. Sẽpronius proconsul prioris anni ꝑfuerat. Gn. Tremellius siciliam: ut ab Appio Appulo ꝑtore prioris anni ꝓuinciã: & duas legiones accipet. Iulius ꝓprætor cũ. xx. nauibus longis militibus mille orã siciliæ tutaret. inde. M. Põponius. xx. nauibus reliqs mille & qngẽtos deportaret milites Roma. G. Aurelio Cottæ urbana euenit. cæteris: ita uti qsq; obtinebant ꝓuincias exercituſq; ꝓrogata impia: sedecim nõ amplius anno eo legionibus defensũ impiũ est: & ut a placãdis diis oĩa incipent agerentq; quos ludos. M. Claudio Marcello. T. Quintio cõsulibus. T. Mãlius dictator q̃sq; hostias maiores uouerat: si p qnquenniũ illud resp. eodẽ statu fuisset: ut eos cõsules: priusq; ad bellũ proficiscerent: facerent. Ludi in circo p quatriduũ facti: hostiæq; qbus uotæ erant: diis: cæsæ. Inter hæc simul spes: simul cura ĩ dies crescebat: nec satis certũ constare apud aĩum poterat: utr̃ gaudio dignũ esset Annibalẽ post sextũdecimum annũ ex Italia decedentẽ uacuam possessionẽ eius reliqsse po. ro. an magis metuendũ: qđ incolumi exercitu in Africã traiecisset: locũ nimiq; non piculum mutatũ: cuius tantæ dimicatiõis uatem: q nuper decessisset. Qu. Fabiũ haud fruſtra canere solitũ: grauiorem in sua terra futur̃ hostẽ Annibalem quã in aliena fuisset: nec Scipiõi aut cũ Syphace incõditæ barbariæ rege: q ſtatarios semilixas ducere exercitus solitus sit: aut cũ socero eius Asdrubale fugacissimo ducerẽ futurã: aut tumultuariis exercitibus ex agrestiũ semiermi turba subito collectis: sed cũ Annibale ꝑpe nato in ꝑtorio patris fortissimi ducis alito atq; educato inter arma puero: quondã milite uixdũ iuuene impatore: qui senex uincendo factus Hispanias. Gallias: Italiã ab alpibus ad fretum monumẽtis ingentiũ rer̃ cõplesset: ducere exercitum æqualẽ ſtipẽdiis suis duratũ oĩum rer̃ patientia: qs uix fides fiat hoĩes passos ꝑfusum millies cruore romano: exuuias non militũ modo: sed ẽt impator̃ portantẽ: multos occursuros Scipioni in acie: q ꝑtores: qui ĩperatores: qui cõsules romanos sua manu occidissent: muralibus uallaribusq; insignes coronis ꝓuagatos capta castra: captas urbes romanas: nõ esse hodie tot fasces magĩatibus populi ro. quot captos ex cæde impator̃ præsẽ ferre posset Annibal. Has formidines agitando aĩs ipsi curas & metus augebant. & iã quod cũ assuessent p aliquot annos bellũ ante oculos aliis atq; aliis in Italiæ ꝑtibus lẽta spe in nullũ ꝓpinquum debellandi finẽ gerere: erexerat oĩum aĩos Scipio & Annibal uelut ad supm̃ certamen cõparati duces. ii. quoq; qbus erat ingẽs in Scipione fiducia & uictoriæ spes: quo magis in ꝓpinquã eam iminebant aĩs: eo curæ intẽtioris erant. Haud dispar habitus aĩor̃ carthaginensibus erat: quos mõ petisse pacẽ intuentes. Annibalẽ ac rerum gestar̃ eius magnitudĩes: pœnitebat: mõ cũ respiceret bis sese acie uictos Syphacẽ captũ: pulsos se Hispania: pulsos Italia: atq; ea oĩa unius uirtute & cõsilio Scipionis facta: uelut fatalẽ eũ ducẽ in exitiũ suũ natũ horrebãt. Iã Adrumentũ puenerat Annibal: unde ad reficiendũ ex iactatiõe maritima militẽ paucis diebus sũptis: excitus pauidis nunciis oĩa circa Carthaginẽ obtineri armis afferentiũ magnis: itineribus Zamã contẽdit. Zama qnq; diẽr̃ iter ab Carthagine abest. inde p̃missi speculatores cũ excepti a custodibus romanis deducti ad Scipionẽ essent traditos eos tribunis militũ: iussosq; omisso metu uisere oĩa p castra: qua uellent: circũduci iussit: pcuncta tosq; satin pcõmode oĩa exploraſſent: datis: qui psequerent̃: retro ad Annibalẽ dimisit. Annibal nihil quidẽ eor̃: quæ nunciabant̃: nã & Masiniſſam cũ sexmillibus peditũ: quattuor equitũ uenisse eo ipso forte die afferebant: læto aĩo audiuit: maxime hostis fiducia: q̃ non de nihilo ꝑfecto cõcepta est: perculsus. Itaq; quãq; & ipse cã belli eus erat: & aduentu suo turbauerat pactas inducias & spẽ fœderum: tñ si integer: q̃ si uictus peteret pacẽ: æquiora posse ĩpetrari ratus: nunciũ ad Scipionẽ misit: ut colloquẽdi se cum ptãtem faceret. Id utr̃ sua sponte fecerit an publico consilio: neutrũ: cur affirmẽ: habeo. Valerius Antias primo p̃lio uictum eũ a Scipione: quo duodecimmillia armator̃ in acie sunt cæsa: mille & septingenti capti legatũ cum aliis decẽ legatis tradit in castra ad Scipionẽ uenisse. cæter̃ Scipio cũ colloquiũ haud abnuisset: ambo ex cõposito duces castra protulerunt: ut coire ex ꝓpinquo possent. Scipio haud ꝑcul Nadagara urbe tum ad cætera loco opportuno: tum qđ aquatio intra teli coniectũ erat: cõsedit. Annibal tumulũ a quattuor millibus inde tutũ cõmodũq; alioquin: nisi quod longinquæ aquationis erat: cœpit. ibi in medio locus cõspectus undiq; ne quid insidiar̃ esset: delectus: summotis pari spatio armatis: cũ singulis interpretibus cõgressi sunt. Nõ suæ mõ ætatis maximi duces: sed oĩs ante se memoriæ oĩum gentiũ: cuiuslibet regũ imperatorũue pares paulisper alter alterius conspectu admiratione mutua prope attoniti conticuere.



Att. scipionis & annibalis congressum

TVM ANNIBAL PRIOR: SI HOC ITA FAto datũ erat: ut q primus bellũ itulit po. ro. q̃ toties

prope in manibus uictoriã habui:is ultro ad pacẽ petendam uenirẽ:lætor te mihi forte potissimũ datũ a quo pacẽ peterem. Tibi quoq; inter multa egregia non in ultimis laudũ hoc fuerit: Annibalẽ:cui tot de romanis ducibus uictoriã dii dedissent:tibi cessisse:teq; huic bello uestris plus quã nostris cladibus insigni finẽ imposuisse. Hoc quoq; ludibriũ fortuna:an casus ediderit:ut cũ patre tuo consule ceperim arma:cũ eodem primũ romano impatore signa contulerim:ad filiũ eius inermis ad pacẽ petendam ueniam. Optimũ qdem fuerat eã patribus nostris mentẽ datam ab diis esse ut & uos Italiæ:& nos Africæ iperio contenti essemus:neq; n. ne nobis qdem sicilia:atq; sardinia satis digna ptia sũt pro tot classibus tot exercitibus tot tãq; egregiis amissis ducibus sed pterita magis reprehendi possunt q̃ corrigi. ita alienа appetiuimus:ut de nostris dimicaremus:nec in Italia solũ uobis bellũ:nobisq; i Africa est:sed & uos in portis uestris prope ac mœnibus signa armaq; hostiũ uidistis:& nos ab Carthagine fremitũ castrorum romanoꝝ exaudiuimus. Quod igit nos maxime abominaremur:uos ãt ante oĩa optaretis:in meliore uestra fortuna de pace agit:agimusq; ii:quoꝝ & maxime interest pacem esse:& q quodcũq; egerimus:ratũ ciuitates nostræ habituræ sint:aio tm̃ nobis opus est nõ abhorrente a quietis consiliis. qd admodum attinet:iam ætas senem in patriã reuertentẽ:unde puer profectus sum:iã secundæ:iam aduersæ res ita erudierunt:ut rationẽ sequi:q̃ fortunã malim:tuam & adolescentiã:& perpetuam fœlicitatẽ:ferocia utraq;:q̃ quietis opus est consiliis:metuo non temere incerta casuũ reputat quem fortuna nunq̃ decepit. Quod ego fui ad Thrasymenũ:ad Cannas:id tu hodie es:uix dũ militari ætate impio accepto oĩa audacissime incipientẽ nusq̃ fefellit fortuna. Patris & patrui psecutus mortem ex calamitate uestræ domus decus insigne uirtutis pietatisq; eximiæ cepisti amissas Hispanias recupasti quattuor inde punicis exercitibus pulsis:consul creatus cũ cæteris ad tutandũ Italiam paꝝ animi esset:transgressus in Africam duobus his exercitibus cæsis. binis eadẽ hora captis simul incensisq; castris:syphace potentissimo rege capto:tot urbibus regni eius:tot nostri imperii ereptis:me sextũdecimum iam annũ hærentem i possessione Italiæ detraxisti. potest uictoriã inquam malle:quã pacem aĩus:noui uobis spiritus magis magnos:q̃ utiles:& mihi talis aliqñ fortuna affulsit:quod si in secundis rebus bonam mentẽ quoq; donarent:dii:non ea solũ:quæ euenissent:sed ẽt ea:quæ euenire possent:reputaremus. ut oĩum obliuiscatis:alioꝝ satis ergo documenti in oẽs casus sum:quẽ modo castris inter anienẽ atq; urbem Romã posiтis:signa i ferentẽ ad mœnia romana uideras:hic cernas duobus fortissimis uiris fratribus clarissimis imperatoribus orbatũ ante mœnia prope obsessæ patriæ:qbus terrui uestrã urbem:ea pro mea dẽpcantem. maxime cuiq; fortunæ minime credendũ est. In bonis tuis rebus nostris dubiis tibi ampla ac speciosa danti est pax:nobis petentibus magis necessaria:q̃ honesta:melior tutiorq; est certa pax:q̃ spe incerta uictoria. hæc in tua:illa in deoꝝ manu est. ne tot annoꝝ fœlicitatẽ in unius horæ dederis discrimen: cũ tuas uires:tum uim fortunæ martemq; belli cõem propone aĩo. utrinq; ferrũ:corpora humana erũt: nusq̃ minus. quã in bello euentus respondent:non tm̃ ad id:quod data pace iam habere potes: si plꝰ uincas:gloriæ adieceris:q̃tum ademeris:siquid aduersi eueniat:simul pta ac spata decora unius horæ fortuna euertere potest:oĩa in pace iungenda tuæ ptãtis sunt Publi Corneli:tunc ea habenda fortuna erit:q̃ dii dederint. Inter pauca fœlicitatis uirtutisq; exempla. M. Attilius quondã in hac eadẽ terra fuisse fertur:qui sic uictor pacẽ petentibus patribus nostris abnuit:sed non statuendo tãdem fœlicitati modum:nec cohibendo efferentem se fortunã:q̃to altius elatus erat:eo fœdius corruit. Est quidẽ eius qui dat:non qui petit:conditiones dicere pacis:sed forsitã non indigni simus. qui nobis metipsis multã irrogemus:q non recusamus:quin oĩa:pp quæ bellũ initum est:uestra sint. Sicilia Sardinia Hispania: qc quid insulaꝝ toto inter Africam Italiãq; continetur mari:carthaginenses inclusi Africæ littoribus:uosq̃ ita diis placuit:externa ẽt terra mariq; uideamus regentes iperia. Haud necauerim pp nõ nimis sincere petitam:aut expectatã nuper pacẽ:suspectam esse uobis punicam fidẽ:multum p quos petita sit:ad fidem tuendæ pacis pertinet Scipio uestri quoq; ut audio patres nõ nihil ẽt ob hoc:quia paꝝ dignitatis in legatione erat:negauerunt pacẽ. Annibal peto pacẽ:qui neq; peterẽ:nisi utilẽ crederem:& pp eandem utilitatẽ tuebor eam:pp quam petii. Et quẽadmodum quia a me bellũ conceptũ ẽ:nequẽ eius pœniteret:quoad ipsi non inuidere dei:pstitu:ita annitar nequẽ pacis per me partæ pœniteat. Ad hæc imperator romanus in hanc fere sniam respondit. Non me fallebat Annibal aduentus tui spe carthaginẽ ses & pstentem inducias fidem:& spẽ pacis turbasse:neq; tu id sane dissimulas:q de cõditionibus supioribus pacis oĩa subtrahis:pter ea:quæ iãpridem in nĩa ptãte sunt. cæteꝝ sicut tibi curæ est sentire ciues tuos:q̃to p te onere leuent:sic mihi laborandũ est:ne q̃ tunc pepigerũt:hodie subtracta ex conditionibus pacis pmia pfidiæ hẽant:indigni qbus eadẽ pateat cõditio:ut ẽt prosit uobis fraus petitis: neq; patres nĩi priores de Sicilia. neq; nos de Hispania fecimus bellũ:& tũ mamertinoꝝ socioꝝ piculũ:& nunc Sagũti excidiũ nobis pia ac iusta induerunt arma. uos lacessisse:& tu ipse fateris:& dii testes sunt:q & illius belli exitũ secundũ ius fasq; dederũt:& huius dant & dabũt. Quod ad me attinet:& hũanæ infirmitatis memini:& uim fortunæ reputo:& oĩa:quæcũq; agimus:subiecta esse mille casibus scio: cæterum quẽadmodum supbæ & uiolenter me facere faterer:si prius quã in Africã traiecissem:te tua uoluntate cedentẽ Italia:& iposito in naues exercitu ipm uenientẽ ad pacẽ petendã aspnarer:sic nunc cũ ppe manu consertũ restitantẽ ac tergiuersantẽ in Africã attraxerim:nulla sum tibi uerecũdia obstrictus. pinde siquid ad ea:in quæ tũ pax conuentura uidebat (quæ sunt nosti multa:nauiũ cũ cõmeatu p idncias ex

Prior lequit Hannibal

Pretereita magis reprehendi possũt quã corrigi

Attẽ. Hãnibalis uerba

reguli exẽplũ ab ãnibale, pponitur scipiõi

Scipiõis responsum

pugnatax legatorumq uiolatox) adiicitur: est quod referã ad conciliũ: sin illa quoq grauia uidentur bellũ parate qm̃ pacem pati non potuistis. Itaq infecta pace ex colloquio: cũ se ad suos recepissent: frustra uerba pacata renunciant: armis decernendũ esse: habendãq eam fortunã: q̃ dii dedissent. in castra: ut est uentũ pronunciant ambo arma expedirent milites. aĩosq ad sup̃mum certamẽ non in unũ diem sed in ppetuũ: si fœlicitas adesset: uictores. Roma an Carthago iura gentibus daret: ante craſtinam noctem scituros. neq. n. Africã aut Italiam: sed orbẽ terrax uictoriæ p̃mium fore. par piculum p̃mio: quibus aduersæ pugnæ fortuna fuisset: nã neq romanis effugiũ ullum patebat in aliena ignotaq terra etiam Carthagini sup̃mo auxilio effuso adesse uidebat̃ p̃sens excidium. ad hoc discrimẽ procedunt postero die duox opulentissimox populorum duo longe clarissimi duces: duo fortissimi exercitus: multa ãte parata decora aut cumulaturi eo die: aut euersuri. Anceps igitur spes & metus miscebant aĩos: contemplantibusq mõ suam: mõ hostium aciẽ: cum oculis magis: q̃ rõne pensarent uires: simul tristia obuersabant̃: q̃ ipsis sua sponte nõ succurrebant: ea duces admonendo atq hortando subiiciunt. Pœnus. xvi. annox in terra Italia res gestas: tot duces romanos: tot exercitus occidione occisos: & sua cuiq decora: ubi ad insignẽ alicuius pugnæ memoria militẽ uenerat: referebat. Scip. Hispanias: & recẽtia in Africa p̃lia: & confessionẽ hostium: qd neq non petere pacẽ pp metum: neq manere in ea præsita aĩs p̃sidia potuissent. ad hoc colloqum Annibalis in secreto habitũ ac libex fingenti qua uelit flecti: ominat̃: quibus quondã auspiciis patres eox pugnauerint ad Egatis insulas: ea illis exeuntibus i aciẽ portendisse deos: adesse finẽ belli ac laboris: in manibus esse p̃dã Carthaginis: reditũ domum i patriã ad parentes: liberos: coniuges: penatesq deos. adeo celsus hæc corpore uultuq ita læto: ut uicisse iam crederes: dicebat. Instruit deinde prios hastatos: post eos p̃cipes: triariis postremã aciem clausit. nõ cõfertas ãt cohortes ante sua quẽq signa instruebat: sed manipulos aliquantũ inter se distantes: ut eẽt spatium: quo elephanti hostiũ accepti nihil ordines turbarẽt. Læliũ: cuius ante legati eo ãno q̃storis sorte ex. S. C. opa utebat̃ cũ Italico equitatu ab sinistro cornu: Masinissam: numidasq ab dextero oppositum: uias patentes inter manipulos antesignariox uelitibus (ea tunc leuis armatura erat) cõpleuit: dato p̃cepto ut ad ĩpetum elephantox aut post rectos refugerẽt ordines: aut in dexterã leuãq discursu applicantes se ante signanis uiã: qua irruerent in ancipitia tela: beluis darent. Annibal ad terrorẽ primũ elephantos (Lxxx. aũt erant quot nulla unq in acie ante habuerat) instruxit: deinde auxilia liguxe gallorũq balearibus mauriscq admixtis in secũda acie carthaginẽses afrosq & macedonũ legionem modico interuallo relicto: subsidiariã aciem italicox militũ (brutii plærique erant ui ac necessitate plures: q̃ sua uoluntate decedentẽ ex Italia secuti) instruit. Equitatum ẽt ĩpm circũdedit cornibus: dextex carthaginenses sinistx numidæ tenuerunt. Varia exhortatio erat in exercitu inter tot hoĩes: qbus non lingua: non mores: nõ lex: non arma: nõ uestitus habitusq non cã militandi eadẽ esset. auxiliaribus & p̃sens & multiplicata merces ex p̃da ostentat̃. galli, pprio atq insito in romanos odio accendunt̃: liguribus cãpi uberes Italiæ deductis ex asperrimis mõtibus in spẽ uictoriæ ostentant̃: mauros numidasq in Masinissæ ĩpotenti futuros dñatu terret: aliis aliæ spes ac metus iactant̃: carthaginẽsibus mœnia p̃iæ: dii penates: sepulchra maiox: liberi cũ parentibus: cõiuges pauidæ: aut excidiũ seruitiumq: aut ipium orbis terrax: nihil aut in metũ aut in spẽ medium ostentat̃. Cũ maxime hæc impator apud carthaginẽses duces suax gentiũ: inter populares plæraq p interptes intermixtos alieniginis ageret: tubæ cornuaq ab romanis cecinerunt: tantusq clamor ortus: ut elephanti in suos sinistro maxime cornu conuerterentur. mauris ac numidis addidit facile Masinissa pculsis terrorẽ: nudauitq ab ea pte aciem equestri auxilio: paucæ tñ bestiax intrepidæ in hostẽ actæ inter uelitũ ordines cũ multis suis uulneribus ingentẽ stragẽ edebant: resilientes. n. ad manipulos uelites: cũ uiam elephãtis: ne obtererent̃: fecissent in eas ancipites ad ictũ utrinq coniiciebãt hastas nec pila ab antesignanis cessabant: donec undiq incidẽtibus telis exacti ex romana acie: hi quoq in suo dextero cornu ipsos carthaginensiũ equites in fugã uerterunt. Lælius: ut turbatos uidit hostes: addit pculsis terrorẽ. utrinq equite nudata erat punica acies: cũ pedes cõcurrit nec spe: nec uiribus iam par: ad hoc ductu parua: sed magna eadẽ in re gerenda momenti res: cõgruens clamor a romanis eoq maior & terribilior: dissonæ illis ut gentiũ multax discrepantibus linguis uoces: pugna romana stabilis & suo & armox pondere incũbentium in hostẽ: concursatio & uelocitas illinc maior: quã uis. Igit̃ primo impetu extẽplo mouere loco hostiũ aciem romani: ala deinde & umbonibus pulsantes in sũmotos gradu illato: aliquantũ spatii uelut nullo resistente incessere urgentibus & nouissimis primos: ut semel motã aciem sensere: qd ipm uim magnã ad pellendum hostẽ addebat. Apud hostes auxiliares cedentes secũda acies afri & carthaginenses adeo non sustinebant: ut cõtra ẽt ne resistentes ptinaciter primos cedẽdo ad se peruenirent hostis: pedem referret. Igitur auxiliares terga dant: repente & in suos uersi ptim refugere in secundã aciem: partim non recipientes cædere: uti pauloante non adiuti: & tunc excluſi: & prope duo iam pmixta p̃lia erant: cũ carthaginenses simul cum hostibus: simul cũ suis cogerent̃ conserere manus: non tñ ita perculsos iratosq in aciẽ accepere: sed densatis ordinibus in cornua uacuũq circa campũ extra p̃lium eiecere pauidos fuga uulneribusq milites ne certã & integram aciẽ miscerent. Cætex tanta stragæ hoĩum armorũq locum: in quo steterant: ante auxiliares cõpleuerant: ut ppe difficilior transitus esset: quã p cõfertissimos hostes fuerat. itaq q primi fuerunt hastati p tumulos corpox armorumq & tabem sanguinis: qua quisq poterat: sequentes

Scipionis stratagema

Annibalis stratagema

Elephantorũ cõsternatiõe utrinq equitatu nudat̃ hostium acies

hostem:& signa:& ordines confuderunt.principũ quoq; signa fluctuare cœperant uagã ante se cernentes aciẽ:quod Scipio:ubi uidit:receptui ꝓpere canere hastatis iussit:& sauciis in postremã aciem subductis:principes triariosq; in cornua inducit:quo tutior firmiorq; media hastatoꝝ acies eẽt.ita nouum de integro præliũ ortum ẽ:quippe ad ueros hostes puentũ erat & armoꝝ genere:& usu militiæ:& fama rerum gestaꝝ:& magnitudine uel spei:uel piculi pares.sed numero romanus supior erat: & aio quod iã equites:iã elephantos fuderat:iã prima acie pulsa in secunda pugnabat.In tpe Lælius:ac Masinissa pulsos ꝑ aliquantũ spatii secuti equites:reuertentes in auersam hostiũ aciem incurrere. is demũ equitum ipetus perculit hostẽ:multi circũuenti una ue cæsi ꝑ patentẽ circa campũ fuga sparsi tenente oia equitatu passim interierũt.carthaginensiũ sociorumq; cæsa eo die supra millia uiginti:par ferme numerus captus est cũ signis militaribus centũ trigintatribus:elephantis undecim:uictores ad decẽmillia cecidere Annibal cũ paucis eqtibus inter tumultũ elapsus Adrumetũ perfugit:oia & in prælio & ante aciẽ:priusq; excederet pugna:expertus.& cõfessione ẽt Scipionis oiumq; peritoꝝ militiæ illam laudẽ adeptus: singulari arte aciẽ eo die instruxisse:elephantos in prima fronte:quoꝝ fortuitus impetus atq; intolerabilis uis signa sequi:& seruare ordines:in quo plurimũ spei ponerent:romanos ꝓhiberet.deinde auxiliares ante carthaginensiũ aciem:ne hoies mixti ex colluuione oium gentiũ:quos nõ fides teneret:sed merces:libeꝝ receptũ fugæ haberent:simul primũ atq; impetũ hostium excipientes fatigarẽt:ac si nihil aliud alii missilibus:alii uulneribus suis ferꝝ hostiũ habetarent.tum ubi oĩs spes esset:milites carthaginenses afrosq; ut oĩbus rebus aliis pares:eo quod:integri cũ fessis ac sauciis pugnarent:supiores eẽnt. italicos interuallo quoq; diremptos icertos:socii an hostes essent:in postremã aciem sũmotos.Hoc edito uelut ultimo uirtutis ope Annibal cũ Adrumetum pfugisset: accitusq; inde Carthaginẽ.vi.ac.xxx. anno:posteaq̃ puer inde profectus erat:rediisset fassus in curia est non ꝑlio mõ se esse:sed bello uictum nec spem salutis alibi:quã in pace ipetranda esse.Scipio confestim expugnatis a ꝑlio hostiũ:castris direptisq;:cũ ingenti ꝑda ad mare ac naues rediit:nuncio allato.P.Lentulũ cum.l.rostratis.c.onerariis nauibus cũ omni genere cõmeatus ad Vticã accessisse.Admouendũ igitur undiq; terrorẽ perculsæ carthagini ratus:misso Lælio Romã cum uictoriæ nũcio.G.Octauiũ terrestri itinere ducere legiones carthaginem iubet:ipse ad suã ueterem noua Lentuli classe adiuncta:ꝓfectus ab Vtica portũ carthaginis petiit.Haud procul aberat:cũ uelata infulis ramisq; oleæ carthaginensiũ occurrit nauis: decẽ legati erant principes ciuitatis auctore Annibale missi ad petendã pacem:q cũ ad puppim ꝓtoriæ nauis accessissent uelamenta supplicũ porrigentes orãtes iploranteſq; fidẽ & misericordiã Scipionis:nullũ iis aliud respõsum datũ:quam ut Tunetẽ uenirent:eo se motuꝝ castra ipse ad contẽplandum sitũ Carthaginis nõ tã noscendi in ꝓsentia:q̃ terrendi hostis cã:Vticam eodẽ Octauio reuocato rediit.Inde ꝓcedẽtibus ad tunetẽ nuncius allatus Verminã Syphacis filiũ cum eqtibus pluribus:quã peditibus uenire carthaginẽsibus auxilio:ps exercitus cũ omni eqtatu missa:turmalibus primis agmẽ aggressa numidaꝝ leui certamine fudit:exitu quoq; fugæ intercluſſo parte oĩ circundatis eqtibus.xy.millia hoium cæsa.mille & cc.uiui capti sunt:& eq numidici mille &.d.signa millitaria duo &.lxx.regulus ipse inter tumultũ cum paucis effugit.Tũ ad Tunetem eodẽ quo antea loco castra posita legati q̃.xxx.Carthagie ad Scipionẽ uenerunt:& illi quidẽ multo miserabilius:quã ante:quia magis cogebat fortuna:egerunt:sed aliquanto minore tñ misericordia ab recentis memoria pfidiæ auditi sunt:quãq̃ iusta ira oẽs ad delendã stimulabat Carthaginem.tñ cum & q̃ta res esset:quã longi tpis obsidio tam inuictæ:& tã ualidæ urbis reputarent:& ipm Scipionẽ expectatio successoris futuri ac uenturi ad paratã alterius labore ac periculo finiti belli famã sollicitaret:ad pacem oium aĩ uersi sunt.Postero die reuocatis legatis:& cũ multa castigatione pfidiæ monitis:ut tot cladibus edocti tãdem deos & iusiurandũ esse crederẽt: conditiones pacis dictæ:ut liberi legibus suis uiuerent:quas urbes:quosq; agros:qbusq; finibus ante bellũ tenuissent tenerent:populandiq; finẽ eo die romanus faceret:pfugas:fugitiuosq;:& captiuos oẽs redderẽt romanis & naues rostratas ꝑter triremes traderent:elephãtosq;:quos haberent domitos:neq; domarent alios: bellũ neue ĩ Africa:neue extra Africã iniussu po.ro. gererent:Masinissæ res redderẽt:fœduſq; cũ eo facerent:frumentũ stipendiumq; auxiliis:donec ab Roma legati uenissent:ꝑstarent.x.millia talentũ argẽti descripta pensionibus æquis in annos.l.soluerent: obsides centũ arbitratu Scipionis darent:nec minores.xiiii.annis:neu.xxx.maiores:inducias ita se daturum:si ꝑ priores inducias naues onerariæ captæ: quæq; fuissent in nauibus:restituerent:aliter nec inducias:nec spẽ pacis ullam esse.

HAS CONDITIONES LEGATI CVM DOmum referre iussi in cõcionem ederent: & Gisco ad dissuadẽdum pacem processisset:audireturq; a multitudine inquieta & imbelli:ĩdignatus Annibal dici ea in tali tempore audirique: & arreptum Gisco



Ro: spẽ hostis: Victoria

Attẽ.pœnorũ stragem

Annibalis laus

Hanno Carthaginẽsiũ patrẽ pertinacẽ suadet

annibal pacem petendam cẽset

Scipio cõsule nauẽ obuiã habet à parte Veneris

Verminã Syphacis filiũ fugat

Attẽ.recẽtẽ hostiũ cladem

Quod Scipio ad pacem rumpendã stimulauit

Pacis conditiones Carthaginẽsibus proponit

Cõditiões pacis dictæ carthaginẽ sibus a sci pione

nem manu sua ex supiore loco detraxit:quæ insueta liberæ ciuitati spẽs cum fremitũ populi mouisset: & pturbatus militaris uir urbana libertate:Nouẽ:inquit:annoꝝ a uobis ꝓfectus post sextum & triceſi mum annũ redii:militares artes:quas me a puero fortuna nũc priuata:nunc publica docuit: ꝓbe uidẽ or scire:urbis ac fori iura leges mores uos me oportet doceatis. excusata ĩprudentia differuit de paceꝫ multis uerbis:quã nec iniqua & necessaria eẽt.id oĩum maxime difficile erat:qđ ex nauibus p induci as captis nihil pter ipsas cõparebat naues:nec inqsitio erat facilis:cũ aduersantes paci arguerent:placu it naues reddi:& hoĩes undiqꝫ inqri:cætera:quæ abessent:æstimãda Scipioni pmitti:atqꝫ ita pecũia lue re carthaginẽses. Sunt q Annibalẽ ex acie ad mare pueniſſe:inde ꝓparata naue ad regẽ Antiochum ex templo ꝓfectũ tradant:postulantiqꝫ ante oĩa Scipioni:ut Annibal sibi traderet: responsũ est Annibalẽ in Africa nõ esse. posteaq̃ redierunt ad Scipionẽ legati:quæqꝫ publica in nauibus fuerãt:ex publicis de scripta rationibus q̃stores:quæ priuata ꝓfiteri dñi iussi:pro ea sũma pecuniæ.xxy.millia pondo argẽti ꝓsentia exacta:induciæqꝫ carthaginẽsibus datæ ĩ tres menses additũ ne p induciarum tps alio usq̃ quã Romã mitterent legatos:& quicũqꝫ legati Carthaginẽ ueniſſent:ne ante dimitterent eos quã romanũ ĩpatorem:q & q̃ petentes ueniſſent:certioꝛẽ facerent: Cũ legatis carthaginensibus Romam missi.L. Veturius Philo:& Marcus Martius Ralla:& Lucius Scipio ĩperatoris frater. Per eos dies cõmeatus ex Sicilia Sardiniaqꝫ tantã uilitatem ãnonæ fecerũt:ut pro uectura frumentũ nautis mercatores relinq̃ret. Romæ ad nunciũ primum rebellionis carthaginensiũ trepidatum fuerat. iussus erat Titus Claudius mature in Siciliã classem ducere:atqꝫ inde in Africã traiicere:& alter consul Mar. Seruilius ad urbẽ mo rari:donec:quo statu res in Africa eẽnt:sciret. Segniter oĩa in cõparãda deducẽdaqꝫ classe ab Tito Clau dio consule facta erant:qđ patres de pace Scipionis potius arbitriũ esse:quibus legibus daret:quã con sulis censuerãt. prodigia ergo nũciata sub ipsa fama rebellionis terroꝛẽ attulerãt. Cumis solis orbis mi nui uisus:& pluuit lapideo ĩbri:& in ueliterno agro terra ingẽtibus cauernis consedit:arboresqꝫ in pro fundũ haustæ. Aritiæ foꝝ:& circa tabernæ. Frusinone murus aliquot locis:& porta de cælo tacta: & in palatio lapidibus pluuit.id ꝓdigiũ more patriæ nouendiali sacro:cætera hostiis maioribus expiata:in ter q̃ & iam aquaꝝ insolita magnitudo in religionẽ uersa:nã ita abundauit tyberis:ut ludi Apollinares

Prodigia

circo inundato extra portã collinam ad ædẽ erycinæ Veneris pati sint.cæteꝝ ludorũ ipso die serenita te subita orta. põpa duci cœpta ad portã collinam: reuocata ductaqꝫ in circũ est:cũ decessisse inde aquã

Verius co sanũ laurẽ tinũqꝫ lege ris siue lo rẽtinum

nunciatũ esset:lætitiãqꝫ populo:& ludis celebritatẽ addit:sedes sua soleni spectaculo reddita Clau. con sulem ꝓfectũ tandem ab urbe inter portus compsanũ loretanũqꝫ atrox uis tẽpestatis adorta in metum ingentẽ adduxit. populonios inde cũ puenisset:stetisset:qꝫ ibi:dũ reliquum tẽpestatis exæuiret Iluã in sulã:ex Ilua Corsicã:a Corsica in Sardiniã traiecit:ibi supantẽ insanos montes multo sæuior & infestio ribus locis tẽpestas adorta disiecit classem. multæ q̃ssatæ:armamẽtisqꝫ spoliatæ naues:q̃dam fractæ:ita uexata ac lacerata classis Carales tenuit:ubi dũ subductæ reficiunt naues:hyems oppressit:circũactumqꝫ anni tps:& nullo ꝓgante impium priuatus. T. Claudius classem Romã reduxit. M. Seruilius:ne co mitioꝝ cã ad urbem reuocaret:dictatore dicto Gn. Seruilio Gemino ĩ ꝓuinciã est ꝓfectus. Dictator ma gistrũ eqtum Eliũ Pætum dixit. sæpe comitia indicta pfici tẽpestates ꝓhibuerunt. itaqꝫ cũ præter idus martias ueteres magistratus abessent:noui suffecti nõ essent: respublica sine curulibus magistratibus erat L. Mãlius torquatus põtifex eo anno mortuus:in locũ cuius suffectus. Lucius Galba ab. L. Licinio Lu cullo:&. Qu. Fuluio ædili curuli. ludi romani ter toti instaurati pecuniã ex ærario scribæ:uiatoresqꝫ ædi litii clam egisse p indicẽ dãnati sunt:nõ sine infamia Luculli ædilis. P. Elius tubero:&. L. Lictorius ædi les plebis uitio creati magistratu se abducauerũt:q cũ ludos ludorũqꝫ cã epulũ Ioui feciſſet:& signa tria ex mulctatitio argẽto facta:ĩ capitolio posuisset cerealia. ludos dictator:& magr eqtũ ex senatusco. fecerũt.

Nũtius uictoriæ & ciuitatis lætitia



LEGATI EX AFRICA ROMANI SIMVL carthaginẽsesqꝫ cum ueniſſent. Romam:senatus ad ædẽ bellonæ habitus:ubi cũ. L. Veturius Philo pu gnatum cũ Annibale esse suprema cum carthaginẽ sibus pugna:finemqꝫ tandem lugubri bello impos tum ingenti lætitia patrum exposuisset:adiecit Ver minam ẽt Syphacis filiũ: quæ parua bene gestæ rei accessio erat:deuictum:in concionem inde prodire iussus:gaudiumqꝫ id populo impartire. Tum patue re facta gratulatione oĩa in urbe templa:supplicatio nesqꝫ decretæ in triduum. legatis carthaginensium: & Philippi regis (nam ii quoque uenerant) peten tibus: ut senatus sibi daretur: responsum iussu pa trum a dictatore est consules nouos iis senatum da turos esse. Comitia inde habita: creati consules

Gn. Cornẽ lius. P. Eli us cons.

Gnæus Cornelius Lentulus: Publius Elius Pætus: prætores Marcus Iulius Pœnus: cui sors urbana euenit: Marcus Valerius Flaccus Brutios: Marcus Fabius Buteo Sardiniam: Publius Elius Tubero si iliam est fortitus. tum uero de prouinciis consulum nihil ante placebat agi: quã legati regis: & cartha

ginenſiũ auditi eſſent.belli finẽ alterius:principiũ alterius ꝓſpiciebant aiẽs.Gn.Lentulus cõſul cupidita te flagrabat ꝓuinciæ Africæ:ſeu bellũ foret:facilem uictoriã fore:ſeu iã finiretur finiti tanti belli ſe cõſu le gloriã petens:negare itaq; prius quicq̃ agi paſſuꝝ:quam ſibi Africa decreta eſſet:cõcedente collega moderato uiro & prudenti:q gloriæ eius certamen cũ Scipione:ꝑterq̃:quod iniquũ eſſet:ẽt impar fu tuꝝ cernebat.Qu.Minutius Thermus:&.M.Attilius Glabrio tri.ple.rẽ priore anno neqcq̃ tentatã ab T.Claudio conſule.G.Corneliũ tentare aiebant.ex auctoritate patrũ latum ad populũ eſt:cuius uellẽt impiũ i Africa eẽ.oĉs.y.&.xxx.tribus.P.Scipioni id ĩpium decreuiſſe.multis cõtentionibus ĩ ſenatu & ad populũ acta res:poſtremo eo deducta ẽ:ut ſenatui pmitterent.Patres igit̃ iurati(ita cõuenerat)cen fuerunt:uti conſules ꝓuincias ĩter ſe cõpararent.ſortirẽturue uter Italiã:uter claſſem nauiũ.l.hĩet:cui claſſis obueniſſet:in Siciliã nauigaret:ſi pax cũ carthaginenſibus cõponi neqſſet:in Africã traiiceret.cõ ſul mari:Scipio eodẽ:quo adhuc iure ĩperii terra rẽ gereret:ſi cõditiones cõuenirent pacis:tri.ple.popu lũ rogarent:utꝝ conſulẽ:an ꝓtorem Scipionẽ iuberent.pacẽ dare:quem.& ſi deportandus exercitus ui ctor ex Africa eſſet:deportare:Si pacẽ ꝑ Publium Scipionẽ dari:atq; ab eodẽ exercitum deportari iuſ ſiſſent:ne conſul ex ſicilia in Africã traiiceret:alter conſul:cui Italia eueniſſet:duas legiones a Seſtio ꝓ Prouincia-
tore acciperet.Publio Scipioni cũ exercitibus:quos hĩet in ꝓuĩcia Africa:prorogatũ impium ꝓtori.M. rũ ordiatio
Valerio Falconi duæ legiones in Brutiis:qbus.G.Liuius priore ãno ꝓfuerat:decretæ.P.Elius ꝓtor du as legiones in Sicilia ab.Gn.Tremelio accipet.legio una Fabio in ſardiniã:quam.P.Lentulus Proꝓtor habuiſſet:decernit̃.M.Seruilio prioris anni conſuli cũ ſuis duabus itẽ legionibus in Ethruria ꝓroga tum impiũ eſt.Quod ad Hiſpanias attineret aliquot iã annos ibi.L.Corneliũ Lentulum:&.L.Manliũ Accidinũ eſſe:ut ii cõſules cũ tribunis agerent:ſi eis uideret̃:ut plebẽ rogarent:cui iuberent ĩ Hiſpania impium eẽ:is ex duobus exercitibus unã legionẽ conſcriberet romanos milites:& in.xy.cohortes ſo cios latini noĩs:qbus Prouinciã obtineret.Veteres milites.L.Cornelius:&.L.Manlius in Italiã depor tarent.Cornelio cõſuli.L.Nauiũ claſſis ex duabus claſſibus Gnæi Octauii:q̃ in Africa eſſet.P.Iulii:q̃ ſi ciliæ orã tuebat̃:decreta:ut quas naues uellet:deligeret:Publius Scipio qnquaginta lõgas naues hĩet quas habuiſſet:qbus ſi Gn.Octauius:ſicut ꝓfuiſſet:præeſſe uellet.Octauio Proꝓtori in eũ annum ĩpe riũ eſſet:ſi Lælium ꝓficeret:Gn.Octauius Romã decederet:reduceretq; naues:qbus cõſuli uſus non eſ ſet.Et.M.Fabio in Sardiniã.x.longæ naues decretæ:& cõſules duas legiones urbanas ſcribere iuſſi ut quattuordecim legiõibus eo anno centũ nauibus longis reſp.adminiſtraret̃.Tũc de legatis Philippi & carthaginenſiũ actum:priores macedonas ĩtroduci placuit:quoꝝ uaria oratio fuit:ptim purgantiũ. quæ q̃ſti erant:miſſi ad regẽ a Roma legati de populatione ſocioꝝ:ptim ultro accuſantiũ qdem & ſoci os populi ro.ſed multo infeſtius.M.Aureliũ:quem ex tribus ad ſe miſſis legatis:delectu habito:ſubſti tiſſe:& ſe bello laceſſiſſe contra fœdus:& ſæpe cum ꝓfectis ſuis ſignis collatis pugnaſſe:poſtulantiũ: ut macedones duxq; eoꝝ Sopater:q apud Annibalẽ mercede militaſſent captiq; in uinculis eẽnt: ſibi re- macedonũ
ſtituerent̃.Aduerſus ea.M.Furius miſſus ad id ipm ab Aurelio ex Macedonia diſeruit.Aurelium reli Poſtulata
adoriretur.non fefellere insidiæ:itaq; reuocatis:qui discurrerant ad ꝑdandum militibus ĩstructisq; ad oppugnandum castellũ Eleusinem profectus cum multis inde uulneribus receſſit:Philippoq; seueniẽ ti ex Achaia coniunxit.tentata & ab ipso rege oppugnatio eius castelli est:sed naues romanæ ab Epiro uenientes intromissumq; ꝑsidium absistere incœpto coegerunt.Diuiso exercitu rex cũ parte Philoclẽ Athenas mittit:cum parte ipse Pyræum pergit:ut cũ Philocles subeũdo muros cõminanda oppugnatione contineret urbe athenienses:ipsi Pyræum leui cum præsidio relictũ expugnandi facultas esset. Cæterũ nihil ei Pyræi quã Eleusinis facilior iisdem fere defendẽtibus oppugnatio fuit:a Pyræo Athenas repente duxit.inde eruptione subita peditum equitũq; ĩter angustias semiruti muri: qui brachiis duobus Pyræum Athenis iungit: repulsus: omissa oppugnatione urbis: diuiso cum Philocle rursus exercitu:ad agros uastandos profectus: cum priorem populationẽ sepulchris circa urbem diruendis exercuisset:nequid inuiolatum relinqueret:tẽpla deum:quæ pagatim sacrata habebant:dirui atq; incendi iussit:& ornata eo genere opeꝝ eximie terra attica & copia domestici marmoris & ingeniis artificum præbuit huic furori materiam. neq; enim diruere modo ipsa templa ac simulacra euertere satis habuit:sed lapides quoque: ne integri cumularent ruinas: frangi iussit.& posteaq̃ non tam ira satiata quam iræ exercendæ materia hæc deerat:agro hostium ĩ Bœotiam excessit: nec aliud quicq̃ dignum memoria in græcia egit.

Oppugnatio Eleusinis philippi non successit

philippi cõ silium oppugnandis athenis

Templa deum aliaq; magnifica ædificia solo æquasse dicit phil: circa Athenas



CONSVL SVLPITIVS EO TEMPORE INter Apolloniam ac Dyrhachium habebat castra ad tarsum flumẽ:quo accersitum Titum Apustium legatum cum parte copiarum ad depopulandum hostium fines mittit.Apustius extrema Macedõiæ populatus:Corrhago & Gerrunio & Orresso castellis primo impetu captis:ad Antepatriam ĩ faucibus angustis sitam urbem uenit:ac primo euocatos principes ad colloquium:ut fidei romanorum se committerent:perlicere est conatus:deinde ubi magnitudine ac mœnibus situq; urbis fræti dicta aspernabantur:ui atq; armis adortus expugnauit: puberibusq; interfectis præda omni militibus cõcessa diruit muros:atq; urbem incendit.Hic metus Codrionem satis ualidum & munitum oppidum sine certamine: ut dederetur romanis:effecit.præsidio ibi relicto:Induſnomen propter alteram in Asia urbem:quã oppidum notius ui capitur.Reuertentem legatum ad consulem cum satis magna præda Athenagoras quidam regius præfectus in transitu fluminis a nouissimo agmine adortus postremos turbauit: ad quorum clamorem & trepidationem cum reuectus equo propere legatus signa conuertisset:coniectisq; in medium sarcinis aciem direxisset:non tulere impetum romanorum militum regii.multi ex iis occisi: plures capti. Legatus incolumi exercitu reducto ad consulem: remittitur inde extemplo ad classem. Hoc satis fœlici expeditiõe bello commisso: reguli ac principes accolæ macedonum in castra romana ueniunt. Pleuratus Serdileni filius:& Aminander athamanum rex: & ex dardanis Bato Longari filius(bellum suo nomine Longarus cum Demetrio Philippi patre gesserat)pollicentibus auxilia respõdit consul dardanorum:& Pleurati opera:cum exercitum in macedoniam induceret:se usurum:Aminandro ætolos concitandos ad bellum attribuit:Attali legatis(nam ii quoq; per id tempus uenerant) mandat:ut Aeginæ rex:ubi hybernabat:classem romanam opperiretur:qua adiuncta bello maritimo sicut ante Philippũ urgeret.ad rhodios quoq; missi legati:ut capesserent partẽ belli.Nec Philippus segnius(iam.n.in Macedoniã peruenerat)apparabat bellũ:filium Persea pueꝝ admodum datis ex amicoꝝ numero:q ætatem eius regerent:cum parte copiaꝝ ad obsidendas angustias:quæ ad Pelagoniam sunt:mittit.Sciatũ & Pepetrecum haud ignobiles urbes:ne classi hostiũ prædæ aut præmio essent:dirumpit.ad ætolos mittit legatos:ne gens inquieta aduentu romanorum fidem mutaret.concilium ætolorum statuta die:quod panætoliũ uocant:futurum erat:huic ut occurrerent:& legati regis iter accelerarunt: & ab consule missus Lucius Ruffus Purpurio legatus uenit:athenienſiu m quoq; legati ad id concilium occurrerunt.Primi macedones:cum quibus recentissimum fœdus erat:auditi sunt:qui noua nulla re nihil se noui habere:quod afferrent:dixerunt.quibus enim de causis experta inutili societate romana pacem cum Philippo fecissent cõpositam semel seruare eos debere.an imitari:inquit unus ex legatis romanoꝝ licentiam:an leuitatem:dicam:mauultis? qui cum legatis uestris Romæ responderint iussissent:quid ad nos uenitis ætoli:sine quorũ auctoritate pacem cum Philippo fecistis? iidem nũc ut bellum secum aduersus Philippum geratis:postulant:& antea propter uos:& pro uobis arma sumpta aduersus eum simulabãt:nunc uos in pace esse cum Philippo ꝓhibent.Messanæ ut auxilio essent primo in Siciliã conscenderunt:iteꝝ ut Syracusas oppressas ab carthaginensibus in libertatem eximerẽt & Messanam:& Syracusas:& totam Siciliam ipsi habent:uectigalemq; prouinciã securibus: & fascibus subiecerunt.Scilicet sicut uos Naupacti legibus uestris ꝑ magistratus a uobis creatos concilium habe-

Sulpitij consulis successus

Antepatria crudeliter oppugnata

Multi reguli accolæ macedonum petierũt Aminiã &c

Varii bello rũ appatus

Panætoliũ

tis:ſocium hoſtemq; libere:quem uelitis:lecturi pacē ac bellum arbitrio habituri ueſtro:ſic ſiculoꝝ ciui
Acriſmace donis lega ti actio i ro manos
tatibus Syracuſas:aut Meſſanam:aut Lilybæū indicitur conciliū populi romani:romanus conuentus agitur:eo imperio euocati conueniunt:excelſo in ſuggeſtu ſuperba iura reddentem ſtipatū lictoribus uident:uirgæ tergo:ſecures ceruicibus imminent:& quotannis alium atq; alium dñm ſortiuntur. nec id mirari debent:aut poſſunt:cū Italiæ urbes Rhegium Tarentū Capuamue finitimas quarum ruinis creuit urbs romana:eiuſdem ſubiectas uideant imperio. Capua quidē ſepulchrum & monumentum campani populi data:extorri & eiecto ipſo populo ſupereſt urbs trunca ſine ſenatu:ſine plebe: ſine magiſtratibus:prodigium relicta crudelius habitanda:quam ſi deiecta foret. Furor eſt:ſi alienigenæ hominēs plus lingua & moribus & legibus:quam maris terrarumq; ſpatio diſcreti hæc tenuerint: ſperare quicq̄ eodem ſtatu manſurum: Philippi regnum officere aliquid uideri libertati ueſtræ:qui cū meriſtrate uoluntin qua conſultatione nihil fortuna mutauit:cur uos mutetis:non uideo. Secundū macedonas ipſis romanis ita concedentibus iubentibuſq; athenienſes:qui fœda paſſi iuſtius in crudelitatem ſæuitiamq; regis inuehi poterant:introducti ſunt. Deplorauerunt uaſtationem populationemq; miſerabilem agrorum:neq; id ſe queri quod hoſtilia ab hoſte paſſi forēt:eſſe.n.quædam belli iura:quæ ut facere:ita pati ſit fas:ſata exuri:dirui tecta:p̄das hoīum pecorumq; agi:miſera magis: q̄ indigna patienti eſſe:uerum eniuero id ſe queri:quod qui romāos alienigenas & barbaros uocet:adeo omnia ſimul diuina humanaq; iura polluerit:ut priore populatione cum infernis diis:ſecūda cum ſuperis bellum nefarium geſſerit:omnia ſepulchra monumentaq; diruta eſſe in finibus ſuis:omnium nudatos manes: nullius oſſa terra tegi:delubra ibi diruta:quæ quondam pagatim habitantes in paruis illis caſtellis uiciſq; conſecrata:ue in unam urbem quidem contributi maiores ſui deſerta reliquerint:circa ea oīa templa Philippum infeſtos circūtuliſſe ignes:ſemiuſta & truncata ſimulacra deum inter proſtratos iacere poſtes templorum. qualem terram atticam fecerit exornatam quondam opulentamq; talem eum:ſi liceat:Aetoliam Græciamq; omnem facturum. urbis quoq; ſuæ ſimilem deformitatem futuram fuiſſe: niſi romani ſubueniſſent. eodem.n.ſcelere urbem colentem hos deos p̄ſidemq; arcis Mineruam petitam:eodem eleuſinæ Cereris templum eodē Pyrræi Iouem Mineruam. Sed ab eorum nō templis mōſed ēt mœnibus ui atq; armis repulſum:in ea delubra:quæ ſola religione tuta fuerint:ſcæuiſſe. Itaq; ſe
Legati romani actio in Aetolo rū concilio
orare atq; obſecrare ætolos:ut miſerti athenienſium ducibus diis immortalibus:deinde romanis:qui ſecundum deos plurimum poſſint:bellum accipiāt. Tum romanus legatus totam orationis meæ formam macedones primū:deinde athenienſes mutarunt:nam & macedones cum ad conquerēdas Philippi iniurias in tot ſocias nobis urbes ueniſſent:ultro accuſando romanos defenſionem:ut accuſationē potiorem haberem:effecerunt:& athenienſes in deos ſuperos inferoſq; nefanda atq; inhumana ſcelera eius:referendo:quid mihi aut cuiq̄ reliquerunt:quod obiicere ultra poſſimus? Eadem chios:abydenos:æneos:maronitas:thaſios:parios:ſamios:lariſſenſes:meſſinios:hinc ex Achaia exiſtimate queri grauiora etiam acerbioraq; eos:quibus nocendi maiorem facultatem habuit. Nam quod ad ea attinet:quæ nobis obiecit:niſi gloria digna ſunt:fateor ea defendi non poſſe. Rhegium:& Capuam:& Syracuſas nobis obiecit. Rhegium Pyrrhi bello legio a nobis rheginis ipſis: ut mitteretur: orantibus in præſidium miſſa:urbem: ad quam defendendam miſſa erat. per ſcelus poſſedit. comprobauimus igitur id facinus? an bello perſecuti ſceleratam legionem in poteſtatem noſtram redactam tergo & ceruicibus pœnas ſociis pendere cum coegiſſemus: urbem agros ſuaque omnia cum libertate legibuſque rheginis reddidimus? Syracuſanis oppreſſis ab externis tyrannis: quo indignius eſſet: cum tuliſſemus opem:& fatigati prope per triennium terra marique urbe munitiſſima oppugnanda eſſemus:cū ipſis ſyracuſanis ſeruire tyrannis:q̄ capi a nobis mallent. captam iiſdem armis:& libertatem & urbem reddidimus: neque inficiati ſumus Siciliam prouinciam noſtram eſſe:& ciuitates:quæq; in parte carthaginenſium fuerunt:& uno aio cum illis aduerſus nos bellum geſſerunt:ſtipendiarias nobis ac uectigales eſſe. Quin contra hoc & uos & oēs gentes ſcire uolumus:pro merito cuiq; erga nos fortunam eſſe. An cāpanorum pœne:de qua neq; ipſi qdem queri poſſūt: nos pœniteat? hi homines cum pro iis bellum aduerſus ſamnites per annos prope ſeptuaginta cum magnis noſtris cladibus geſſiſſemus: ipſos fœdere primum:deinde connubio:atque inde cognationibus:poſtremo ciuitate nobis coniunxiſſemus: tempore noſtro aduerſo primi omnium Italiæ populorum præſidio noſtro fœde interfecto ad Hannibalem defecerunt. deinde indignati ſe obſideri a nobis Hannibalem ad oppugnandam Romam miſerunt. Horum ſi neq; urbs ipſa: neq; homo quiſquam ſupereſſet: quis id durius quā pro merito ipſorum ſtatutum indignari poſſet? plures ſibimetipſi conſcientia ſcelerum mortem conſciuerunt:q̄ a nobis ſupplicio affecti ſunt. cæteris ita oppidum: ita agros ademimus ut agrum locūq; ad ha-
Att. romāi legati uehemētem actionem

bitandū daremus:urbē innoxiam ſtare incolumē pateremur:ut qui hodie uideat:eā nullum oppugnatæ captæue ibi urbis ueſtigiū inueniat.Sed quid ego Capuā dico?cum Carthagini uictæ pacē ac libertatem dederimus?magis illud eſt periculū ne nimis facile uictis ignoſcendo:plures ob id ipſum ad experiundā aduerſus nos fortunā belli incitemus.Hæc pro nobis dicta ſunt.Hæc aduerſus Philippū:cuius domeſtica parricidia:& cognatoꝝ amicorūq; cædes:& libidinem ꝑpe inhumaniorem:q̄ crudelitatem uos:quo propiores Macedoniæ eſtis:melius noſtis:Quod ad uos attinet ætoli:nos pro uobis bellum ſuſcepimus aduerſus Philippū:uos ſine nobis cū eo pacem feciſtis:& forſitan dicatis bello punico occupatis nobis coactos metu uos leges pacis ab eo:q̄ tum plus poterat:accepiſſe:& nos cum alia maiora urgerent:depoſitū a uobis bellum & ipſi omiſimus.nunc & nos deū benignitate punico perfecto bello totis uiribus noſtris in macedoniā incubuimus:& uobis reſtituendi uos in amicitiā ſocietatemq; noſtrā fortuna oblata eſt:niſi perire cum Philippo:q̄ uincere cū romanis mauultis.Hæc dicta ab romano cum eſſent:inclinatis oīum animis ad romanos:Democritus prætor ætoloꝝ pecunia:ut fama ē. ab rege accepta:nihil aut huic:aut illi parti aſſenſus:rem magni diſcriminis conſiliis nullā eſſe tam inimicam:quā celeritatem dixit:celerem.n.pœnitentiā:ſed tandem ſerā atq; inutilem ſequi:cum præcipitata raptim conſilia:neq; reuocari:neq; in integrū reſtitui poſſint:deliberationis aūt eius:cuius ipſe maturitatem expectandā putaret:tps ita iam nunc ſtatui poſſe:cū legibus cautum eſſet:ne de pace belloue niſi impanætolico & pyrrhiaco concilio ageretur:decernerent extemplo:ut prætor ſine fraude:cū de bello & pace agere uelit:aduocet conciliū:& quod tum referat.decernaturq;:ut perinde ius ratumq;: ac ſi in panætolico aut pyrrhiaco concilio actum eſſet.Dimiſſis ita ſuſpenſa re legatis egregie conſultū genti aiebat:nam utrius patris melior fortuna eſſet belli ad eius ſocietatem inclinaturos.Hæc in concilio ætolorum acta.Philippus impigre terra mariq; parabat bellum:nauales copias Demetriadem i Theſſaliam contrahebat:Attalum romanamq; claſſem principio ueris ab Aegina ratus moturos nauibus maritimæq; oræ ꝑfecit Heraclidam:quem & ante ꝑfecerat.Ipſe terreſtris copias comparabat:magna ſe:duo auxilia detraxiſſe romanis credens:ex una parte ætolos:ex altera dardanos:faucibus ad Pelagoniam a filio Perſeo interclusis.Ab conſule non parabatur:ſed gerebatur iam bellum per Darſetiorum fines exercitum ducebat:frumentū:quod ex hybernis extulerat:integrum uehens:quod in uſum militi ſatis eſſet ꝑbentibus agris.oppida uiciq; partim uoluntate:partim metu ſe tradebant:quædā ui expugnata:quædam deſerta in montes propinquos refugientibus barbaris inueniebantur.Ad lyncum ſtatiua poſuit prope flumen bætum:inde frumentatum circa horrea darſetiorum mittebat.Philippus conſternata quidem oīa circa:pauorēq; ingentem hoīum cernebat:ſed parum gnarus quā partem peteret conſul:alam equitū ad explorandum:quonā hoſtes iter intendiſſent:miſit.idem error apud conſulem erat:mouiſſe ex hybernis regem ſciebat:q̄ regionem petiſſet ignorans.is quoq; ſpeculatum miſerat equites.hæ duæ alæ ex diuerſo:cum diu incertis itineribus uagatæ pro darſetios eſſent:tādem in unum iter conuenerunt.neutros fefellit:ut fremitus procul hoīum equorumq; exauditus eſt hoſtes a propinquare:itaq; priuſq̄ in conſpectum uenirent:equos arma expedierant.nec mora:ubi primū hoſtem uidere:concurrendi facta eſt.forte & numero & uirtute utpote lecti utrinq; haud impares: æquis uiribus per aliquot horas pugnauerunt.fatigatio ipſoꝝ equorumq; incerta uictoria diremit ꝓlium.macedonum.xl.equites:romanoꝝ quinq; &.xxx.ceciderunt.neq; eo magis explorati quicq̄:in qua regione hoſtium caſtra eſſent:aut illi ad regem:aut iſti ab conſulem rettulerunt:per tranſfugas cognitū eſt:quos leuitas ingeniorum ad cognoſcēdas hoſtium res in oībus bellis ꝑbet.Philippus aliquid & ad caritatem ſuorum:& ut promptius pro eo periculū adirent:ratus profectuꝝ ſe:ſi equitum:qui ceciderāt:inexpeditione ſepeliendoꝝ curam habuiſſet:afferri eos in caſtra iuſſit:ut conſpiceretur ab oībus funeris honos.Nihil tam incertum:nec tam inæſtimabile eſt:q̄ animi multitudinis:quod promptiores ad ſubeundam oēm dimicationē uidebatur factuꝝ:id metum pigritiāq; icuſit:nam qui haſtis ſagittiſq; & rara lanceis uulnera facta uidiſſent:cum græcis Illyriciſq; pugnare aſſueti poſteaq̄ gladio hiſpaniēſi de truncata corpora brachiis abſciſſis:aut tota ceruice deſecta diuiſa a corpore capita patentiaq; uiſcera:& fœditatem aliam uulneꝝ uiderunt:aduerſus quæ tela:quoſq; uiros pugnandū eſſet:pauidi uulgo cernebant.ipſum quoq; regē terror cœpit nondum iuſto ꝓlio cum romanis congreſſum.itaq; reuocato filio ꝓſidioq;:quod in faucibus Pelagoniæ erat:ut iis copiis ſuas augeret:Pleurato dardaniſq; iter i Macedoniam patefecit.Ipſe cum.xx.millibus peditum quattuormillibus equitum ducibus tranſfugis ad hoſtem profectus:paulo plus.cc.paſſus a caſtris romanis tumulum propinquum Athaco foſſa ac uallo cōmuniuit:ac ſubiecta cernens romana caſtra admiratus eſſe dicitur:& uniuerſam ſpeciem caſtroꝝ:& deſcripta ſuis quæq; partibus tum tendentium ordine:tum itineꝝ interuallis.& negaſſe barbarorū ea caſtra ulli uideri poſſe.Biduo conſul & rex alter alterius conatus expectantes continuere ſuos ītra ualum:tertio die romanus omnis copias in aciem eduxit.Rex tam celerem aleam uniuerſi certaminis timens quadringentos Trallis (illyricorum id:ſicut alio diximus loco eſt gens)& cretenſes.ccc.additos iis peditibus primum numero equitum cum duce Athenagora uno ex purpuratis ad laceſſendos hoſtium equites miſit.ab romanis autem aberat acies eorum paulo plus quingentos paſſus:uelites & æquum duæ ferme alæ emiſſæ:ut numero quoq; eques pedeſque hoſtem æquarent.Credidere regii genus pugnæ:cui aſſueuerant fore:ut equites inuicē inſeq̄ntes refugienteſq; nunc telis uterent:nūc ter-

Celeritas cōſiliis inimica

Equeſtre certamen

Trallis

ga darent:illyricoꝙ uelocitas ad excurſiones & ipetus ſubitos uſui eſſet:cretenſes in inuehentē ſe effu
ſe hoſtē ſagittas coniicerent:turbauit hunc ordinē pugnandi nō acrior quā pertinacior ipetus romano
rum.nā haud ſecus quā ſi tota acie dimicarent:& uelites emiſſis haſtis cōminus gladiis rē gerebant:&
equites:ut ſemel in hoſtē euecti ſunt.ſtantibus eqs partim ex ipſis eqs:partim deſilientes imiſcenteſq
ſe peditibus pugnabant.ita nec eques regius eqti par erat inſuetus ad ſtabilē pugnam:nec pedes cō
curſator & uagus & prope ſeminudus genere armoꝝ:ueluti romano parmā gladiumq habenti: pari
terq & ad ſe tuendū:& ad hoſtē petendum armato.Non tulere itaq dimicationē:nec alia re quā uelo
citate tutantes ſe in caſtra refugerunt.Vno deinde itermiſſo die cum oībus copiis equitū leuiſq arma
turæ rex pugnaturus eſſet.nocte cetratos quos peltas uocant:loco opportuno inter bina caſtra in inſi
diis abdiderat:ꝓceperatq Athenagoræ & equitibus:ut ſi apto ꝑlio procederet res: uterent fortuna:ſi
minus cedendo ſenſim ad inſidiaꝝ locum hoſtē pertraherent.& eqtatus quidē ceſſit:duces cetratæ co
hortis non ſatis expectato ſigno ante tps excitatis ſuis occaſionē bene gerēdæ rei amiſere.romanus &
aperto ꝑlio uictor & tutus a fraude inſidiaꝝ ad caſtra ſeſe recepit.Poſtero die oībus copiis cōſul in aciē
deſcendit ante prima ſigna locatis elephantis:quo auxilio tū primum romani:quia captos aliquot bel
lo punico habebant:uſi ſunt:ubi latentē intra uallū exprobrans metū ſucceſſit.Poſteaq ne tum quidē
poteſtas pugnandi dabat:quia ex tam propinquis ſtatiuis parū tuta frumentatio erat:diſperſos mili
tes per agros equitibus extēplo inuaſuris octo ferme inde millia interuallo tutiorē frumentationē ha
biturus:caſtra ad Atabolum(ideſt loco nomen)mouit.

Macedonū fuga



Philippi cōſiliū in opprimendis ro.frumentatoribus

CVM IN PROPINQVO FRVMENTA
rentur agro romani:primo rex intra uallum ſuos tē
nuit:ut creſceret ſimul & negligentia cū audacia ho
ſti:ubi effuſos uidit cū omni equitatu & cretenſium
auxiliaribus quantū equitē uelociſſimi pedites cur
ſu æquare poterant:citato profectus agmine iter ca
ſtra romana & frumentatores conſtituit ſigna.inde
copiis diuiſis partim ad cōſectandos uagos frumen
tatores emiſit:dato ſigno nequem uiuum relinque
rent:cū parte ipſe ſubſtitit:itineraq:qbus ad caſtra
recurſuri uidebant hoſtes:obſedit.Iā paſſim cædes
& fuga erat:nec dū quiſq in caſtra romana nuncius
cladis puenerat:qa refugientes in regiā ſtationem i
cidebant:& plures ab obſidētibus uias quā ab emiſ
ſis ad cædē interficiebant:tandem inter medias ſta
tiones elapſi quidā trepidi tumultū magis quam certū nuncium intulerunt caſtris.Conſul eqribus iuſ
ſis qua quiſq poſſet opē ferre laborātibus:ipſe legiones e caſtris educit: & agmine quadrato ad hoſtē
ducit.Diſpſi equites p agros quidā aberrarunt decepti clamoribus aliis ex alio exiſtentibus loco: pars
obuios habuerunt hoſtes.pluribus locis ſimul pugna oritur:Regia ſtatio atrociſſimū præliū ædebat:
nam & ipſa multitudine equitū peditumq prope iuſta acies erat:& romanoꝝ:quia mediū obſederat
iter:plurimi in eā inferebantur:eo quoq ſupiores macedones erant:qd & rex ipſe hortator aderat:&
cretenſiū auxiliares multos ex iprouiſo uulnerabant conferti ꝑparatiq in diſpſos & effuſos pugnātes.
Quod ſi modū in inſequendo habuiſſent:nō in ꝑſentis mō certaminis gloriam:ſed in ſummam etiam
belli profectū foret:nunc auiditate cædis intēperantius inſecuti in ꝑgreſſas cū tribunis militum cohor
tes romanas incidere:& fugiens eques:ut primo ſigna ſuoꝝ uidit:conuertiti effuſos hoſtes equos uer
ſaq momento tpis fortuna pugnæ eſt:terga dantibus q mō ſecuti erant.multi cōminus congreſſi mul
ti fugientes interfecti:nec ferro tm periere:ſed in paludes quidā coniecti profundo limo cū ipſis equis
hauſti ſunt.Rex quoq in periculo fuit:nam ruente ſaucio equo ꝑceps in terram datus haud multum
abfuit:quin iacens opprimeretur:ſaluti fuit eques:qui raptim ipſe deſiluit:pauidūq regem in equum
ſubiecit:ipſe cum pedes æquare curſu fugientes non poſſet eqtes:ab hoſtibus ad caſum regis concita
tis confoſſus periit.Rex circūuectus per paludes puias inuiaſq trepida fuga in caſtra tandē iam deſpe
rantibus plæriſq incolumē euaſuꝝ peruenit.Ducenti Macedonū equites eo ꝑlio periere: centū ferme
capti.lxxx.admodū ornati equis ſpoliiſq ſimul armoꝝ relictis abducti.Fuerunt qui hoc die regē teme
ritatis:conſulem ſegnitiæ accuſarent:nam & Philippo quieſcendum fuiſſe:cū paucis diebus hoſtes ex
hauſto circa oī agro ad ultimū inopiæ uenturos ſciret:& conſulē cum eqtatum hoſtiū leuemq armatu
ram fudiſſet:ac prope regem ipm cepiſſet:ptinus ad caſtra hoſtiū ducere debuiſſe:nec.n.manſuros ita
puſſos hoſtes fuiſſe debellariq moměto tpis potuiſſe.Id dictu q re ut plæraq facilius:nam ſi oībus pe
ditum quoq copiis rex congreſſus fuiſſet forſitā inter tumultum:cum oēs uicti metuq perculſis ex ꝑ
lio intra uallū:protinus inde ſupuadentem in munimenta uictorē hoſtemq fugerent:exui caſtris po
tuerit rex.cū uero integræ copiæ peditū in caſtris manſiſſent:ſtationes ante portas ꝑſidiaq diſpoſita:eſ
ſent:quid niſi:ut temeritatem regis effuſe pauloāte ſecuti perculſos equites imitaret:ꝓfeciſſet:neq.n.
ne regis qdē primū conſiliū:quo impetū in frumētarios romanos palatos p agros fecit:reꝑhendendū

Philippi equus corruit

foret:si modũ prospere pugnæ ipositiſſet.eo quoq; minus est mirũ tentasse eum fortunam:quod fama erat Pleuratũ dardanosq; ingentibus copiis ꝓfectos domo iã in Macedoniã transcendisse:qbus cũ undiq; circũuentus copiis foret:sedentẽ romanum debellatuꝝ credi potuerit.Itaq; secundũ duas aduersas equestris pugnas:multominus tutã moram in his statiuis fore Philippus ratus:cũ abire inde & fallere abiens hostẽ uellet:caduceatore sub occasũ solis omisso ad consulẽ:qui inducias ad sepeliendos equites peteret:frustratus hostẽ secunda uigilia multis ignibus per tota castra relictis:silenti agmine abiit. Philippus relicta castra sua deserit

Corpus iam curabat cõsul:cũ uenisse caduceatorem:& qd uenisset:nunciatũ est.Responso tñ dato ma ne postero die fore copiã conueniendi:id qd quæsitũ erat:nox dieiq; insequentis ps ad percipiendum iter Philippo data est:montes quoq;:quã uiam non ingressuꝝ graui agmine romanũ sciebat:petit.Cõsul prima luce caduceatore datis induciis dimisso:haud ita multo post abisse hostẽ cum sensisset:ignarus qua sequeret:iisdẽ statiuis frumentando dies aliquot cõsumpsit.Stuberrã deinde petit:atq; ex Pelagonia frumentũ:quod in agris erat:conuexit.ide ad Pluuinã est ꝓgressus nondũ compto:q̃ regionẽ hostes petissent:Philippus cũ primo ad Bruánam statiua habuisset:profectus inde transuersis limitibus terrorem pbuit subitũ hosti.mouere itaq; ex Pluuina romani:& ad osphagũ flumen posuerunt castra.Rex haud ꝓcul inde:& ipse uallo sup ripã amnis ducto(Erigoniũ incolæ uocãt)tendit.inde satis cõpto Erduaeam petituros romanos ad occupãdas angustias:ne supare hostes artis saucibus inclusũ aditũ possent:ꝓcessit:ibi alia uallo:alia fossa:alia lapidũ congerie ut pro muro eẽnt:alia arboribus obiectis:ita ut locus postulabat:aut materia suppeditabat:ope pmuniit.atq; ut ipse rebaꝫ uiã suapte natura difficilẽ:obiectis p oẽs transitus opibus inexpugnabilẽ fecit.Erãt plæraq; siluestria circa icõmoda phalangi maxime macedonũ:q̃ nisi ubi ꝓlongis hastis uelut uallũ ante clypeos obiecit:qd ut fiat:libero cãpo opus est:nullius admodũ usus est.thracas quoq; rũpheæ ingentis & ipse lõgitudinis inter obiectos undiq; ramos ipediebant:cretensiũ una cohors nõ inutilis erat:sed ea quoq; ipsa:ut siquis impetũ facere:in patentẽ uulneri equũ equitẽq; sagittas conicere poterat:ita aduersus scuta romana nec ad traiciendũ satis magnã uim hẽbat:nec apti quicq̃ erat:qd peteret itaq; id ut uanũ teli genus senserunt esse: saxis passim tota ualle iacentibus incessebãt hostẽ:ea maiore cũ sonitu quã uulnere ullo pulsatio scutorũ parumꝑ succedentes romanos tenuit:deinde iis quoq; spretis ptm testitudine facta p aduersos uadunt hostes:partim breui circuitu:cũ in iugũ collis euasissent:trepidos ex psidiis stationibusq; macedonas deturbãt:& ut in locis ipeditis difficili fuga:plærosq; et obtrũcant.ita angustiæ minore certamine: q̃ quod ais ꝓposuerant:supatæ:& in Erdueã peruentũ:ubi puastatis passim agris in Elimiã se recepit.ĩ de impetũ in Orestidẽ fecit:& oppidũ Celetrum est aggressus in peninsula sitũ:lacus mœnia cingit angustis faucibus:unde ex cõtinenti iter ẽ.primo situ ipso fręti clausis portis impiũ abnuere:deinde posteaq̃ signa ferri:ac testudine ꝓcedi:ad portã:obsessasq; fauces agmine hostiũ uiderunt:priusq̃ experirent certamen:metu in deditionẽ uenerunt.Ab Celetro i dassaretios processit:urbẽq; Peliũ ui cœpit. Seruitia ide cũ cætera turba abduxit:& libera capita sine ptio dimisit:oppidumq; iis reddidit psidio uallido impositio:nã & sita opportune urbs erat ad ipetus in Macedoniã faciẽdos.Ita pagratis hostiũ agris consul in loca iã pacata ad Apolloniã:unde ortũ bellum erat:copias reduxit.Philippũ auerterant ætoli: & acarnanes:& dardani:& tot bella repente alia ex aliis locis exorta.Aduersus dardanos iã recipientes ex Macedonia sese Athenagorã cum expeditis peditibus ac maiore pte equitatus misit:iussum instare abtergo abeuntibus:& carpendo postremũ agmen segniores eos admouendos domo exercitus efficere.Aetolos Democritus ꝓtor:qui moræ ad decernẽdũ bellum ad Naupactũ fuerat:idẽ proximo cõcilio ad arma conciuerat:post famã equestris ad Eccalobũ pugnæ: dardanorũq; & Pleurati cũ illyricis transitum in Macedoniam:ad hæc classis romanæ aduentũ in Oreum & super circũfusas tot Macedoniæ gentes:maritimã quoq; instantẽ obsidionem.hæc causæ Democritum ætolosq; restituerant romanis:& Aminandro rege athamaũ adiuncto profecti Cercinum obsidere.clauserant portas.ĩcertum ui an uoluntate:quia regiũ habebant ꝓsidium:cæterum intra paucos dies captũ est Cercinum atq; incensum q superfuerunt e magna clade:liberi seruiq; inter cæteram ꝓdam abducti.Is timor oĩs qui circũcolunt boeben paludẽ relictis urbibus montes coegit petere.Aetoli inopia ꝓdæ inde auersi in perrhebiã ire pgunt.Cirecias in uia capiunt:fœdeq; diripiunt.qui Maleã incolunt uolũtate in deditionem societatemq; accepit.Ex Perrhebia Gomphos:perendi Aminander auctor erat:& ĩminet Athamania huic urbi:uidebaturq; expugnari sine magno certamine posse:ætoli cãpos Thessaliæ opimos ad prædã petere:sequente quãq̃ non probante Aminandro:nec effusas populationes ætolorum:nec castra:quo fors tulisset loco:sine ullo discrimine ac cura muniendi posita.itaq; ne temeritas eorum negligentiaq; sibi ac suis etiam cladis alicuius causa esset:cum campestribus locis subiicientes eos castra Phecado uidisset:ipse paulo plus quingentorum passuum inde tumulum suis:quamuis leui munimento tum:cœpit:Cum ætoli nisi quod populabantur:uix meminisse uiderentur se in hostium agro eẽ:alii palati semiermes uagarentur:alii in castris sine statiõibus per somnum uinumq; dies noctibus æquarent:Philippus inopinantibus aduenit:quem cum adesse refugientes ex agris quidam pauidi nũciassent:trepidare Democritus cæteriq; duces:& erat forte meridianum tempus:quo plærique graues cibo sopiti iacebant:excitare igitur alii alios:iubere arma capere:alios dimittere ad reuocandos:qui palati ꝑ agros ꝓdebant:tantaq; trepidatio fuit:ut sine gladiis qdam eqtũ exirẽt:loricas plæriq; nõ indue

macedonũ fuga

Boebe palus

Philippus Vimes ad Aetol. castra qis magnis mittit truncum

Prosperu habuit successu Philippus

rẽt:ita raptim educti cũ sexcentoꝝ ægre simul equites peditesq; numeꝝ expleſſent: incidũt in regium equitatũ numero aĩs armisq; pstantem.Itaq; primo impetu fusi:uix tentato certamine turpi fuga repe tunt castra:cæsi captiq; qdam:quos equites ab agmĩe fugientiũ intercluſere.Philippus suis iam uallo appropinquãtibus receptui cani iussit:fatigatos.n.equos uirosq; non tam plio:q̃ itineris simul longi tudine:simul ꝑpropera celeritate habebat.Itaq; turmatim eqtes inuicemq; manipulos leuis armaturæ aquatũ ire & prandere iubet:alios instatione armatos retinet:opperiens agmẽ peditum tardius ductũ pp grauitatem armoꝝ:quod ubi aduenit:& ipsis imperatũ:ut statutis signis armisq; ante se positis ra ptis cibũ caperent:binis terniſue ad summũ ex manipulis aquandi cã missis.Interim eques cum leui at matura paratus ĩstructusq; stetit:siquid hostis moueret.ætoli(iam.n.& quæ per agros multitudo spar sa fuerat:receperant se in castra)ut defensuri munimenta:circa portas uallũq; armatos disponũt:dum quietos hostes ipsi fœroces ex tuto spectabant.Posteaq̃ mota signa macedonum sunt:& succedere ad uallũ parati atq; instructi cœpere:oẽs repente relictis stationibus ꝑ auersam partẽ castroꝝ ad tumulum & ad castra athamanum pfugiunt.multi ĩ hac quoq; tam trepida fuga capti cæsiq; sunt ætoloꝝ.Philip

Etholorũ fuga

pus:si satis diei supereſſet:non dubius quin athamanes quoq; exui castris potuissent:die p plium: de inde p direptionẽ castroꝝ absumpto:sub tumulo in proxima planicie consedit:prima luce insequentis diei hostẽ aggressurus.sed ætoli eodẽ pauore:quo sua castra reliquerant:nocte proxima dispsi,fugerũt. Maxime usui fuit Aminander:quo duce athamanis itineꝝ pitis sũmis montibus p calles ignotos se quentibus eos hostibus in Aetoliã perduxerunt.haud ita multos in dispsa fuga error intulit in mace donũ equites:quos luce prima Philippus:ut desertũ tumulum uidit:ad carpendũ hostium agmen mi sit.Per eos dies & Athenagoras regius pfectus dardanos recipientes se in fines adeptus:postremũ ag men primo turbauit:deinde posteaq̃ dardani cõuersis signis direxere aciẽ:æqua pugna iusto plio erat: ubi rursus procedere dardani cœpissent:equite & leui armatura regii nullũ tale auxilii genus habẽtes dardanos oneratos ĩmobilibus armis uexabant:& loca ipsa adiuuabant:occisi ppauci sunt:plures uul nerati:captus nemo:quia non excedunt temere ordinibus suis:sed cõfertim & pugnant:& cedunt.Ita dãna romano accepta bello duabus popportunas expeditiones coercitis gentibus restituerat Philip pus incepto forti non prospero solũ euentu.Minuit deinde ei forte oblata res hostiũ ætoloꝝ numerũ Scopas princeps gentis ab Alexandria magno cũ pondere auri ab rege Ptolemæo missus:sexmillia pe ditum & equites mercede conductos Aegyptũ auexit.nec ex iuuẽtute ætoloꝝ quẽq̃ reliquisset: ni De mocritus nunc belli:qd instaret:nunc futuræ solitudinis admonens incertũ cura gentis:an ut aduersa retur Scopæ paꝝ donis cultus:partẽ iunioꝝ castigando domi continuisset. Hæc ea æstate ab romanis Philippoq; gesta erãt.Classis ab Corcyra eiusdẽ principio æstatis cum.L.Apustio legato profecta: Ma lea superata circa Scyllæũ agri hermionici.Attalo regi coniuncta est.Tum uero athenienſiũ ciuitas: cui

Oratorum uis athenis

odio in Philippum p metus iandiu moderata erat:id omne in auxilii præsentis spem effudit:nec unq̃ ibi desunt linguæ promptæ ad plebẽ concitandam.quod genus tum in oĩbus liberis ciuitatibus: tum

Rogatio lata in ignominia philippi

pcipuæ Athenis:ubi oratio plurimũ pollet:fauore multitudinis alitur.rogationẽ extemplo tulerunt: plebesq; sciuit:ut Philippi statuæ imagines oẽs:noiaq; eaꝝ:item maioꝝ eius uirilis ac muliebris sexus oĩum tollerent:delerenturq; dies festi:sacra sacerdotes:quæ ipsius maiorũue eius honoris cã institutа essent.oĩa profanarent:loca quoq;:in quibus positum aliquid in scriptũue honoris eius cã fuisset dete

Athenien sium decre tum ĩ Phi lippum

stabilia essent:neq; in iis quicq̃ postea poni dedicariq; fas esset:sacerdotes publicos:quotiensc̃uq; ꝑ po pulo athenienſi sociisq; & exercitibus & classibus eoꝝ pcarentut:totiens detestari atq; execrari Philip pum:liberos eius regnumq;:terrestres nauales q; copias:macedonum genus omne nomẽq;: additum decreto:siquid postea ad notam ignominiãq; Philippi pertineret:ferretur:id omne populũ athenien sem iussuꝝ:siquis contra ignominiã proue honore eius dixisset:fecisset ue:q occidisset eum:iure cæsu rum.postremo inclusum ut oĩa:qua aduersus pisistratidas decreta quondã erant:eadẽ in Philippo ser uarentur.Athenienses quidẽ litteris uerbisq;:qbus solis ualent:bellum aduersus Philippũ gerebant. Attalus romaniq; cũ pyræum primo ab Hermiõe petissent:paucos ibi morati dies:oneratiq; æque im modicis ad honores socioꝝ:ac q̃ in iram aduersus hostẽ fuerant athenienſiũ decretis:nauigarunt a py ræo Andrũ:& cum in portu:quẽ Gaureleon uocant:constitissent:missis:q tentarent oppidanoꝝ aĩos: si uoluntate tradere urbem:q̃ uim expiri mallent:posteaq̃ pſidio regio arcem teneri nec se ptãtis suæ el se respondebant:expositis copiis:apparatuq; omni urbium oppugnandaꝝ:diuersis partibus rex & le gatus romanus ad urbem subeunt.Plus aliquanto græcos romana arma signaq; non ante uisa:animi q; tam prompte succedentiũ muros terruere.itaq; fuga extemplo in arcem facta est:urbe hostes potiti & in arce cũ biduum loci se magis quam armoꝝ fiducia tenuissent:tertio die pacti ipsi pſidium q; : ut cũ singulis uestimentis Deliũ Boetiæ transuehereñ:& ab romanis regi Attalo concessa p̃da ornamẽtaq; urbis ipsi auexerant.Attalus ne desertam haberet insulã:& macedonum fere oĩbus & quibusdam an driocꝝ:ut manerent:peruasit:postea & ab Delio:qui ex pacto traiecti eo fuerant promissis regis: cũ de siderium quoq; patriæ facilius ad credendum inclinaret aĩos reuocati:Ab Andro Cydnũ traiecerunt: ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequicq̃ absumpti:& quia uix operepræciũ erat:abscessere ad Pras sias(continentis Tanticeris locus est)isseorum.xx.lembi classi romanorum adiũcti sunt:ii missi ad po pulãdos caryſtiorum agros.cætera classis Gerestum nobilem Euboeæ portum dum a Caryſto isset re

Quid hic Attalus bella sumit ipsis grecis

dirent:tenuit:Inde oēs uelis ī altum datis maris medio p̄ter Scirum īsulā teū puenere.ubi paucos dies
scæuiēte borea retenti.Vbi prima trāquillitas data ē:Sciatum traiecere uastatam urbē direptamq; nup Sciatum
a Philippo.per agros palati milites frumentum:& siqua alia usui esse ad uescendum poterāt:ad naues Romana
rettulere:p̄dæ nec erat quicq̄:nec meruerant græci:cur diriperentur.Inde Cassandream petentes pri- classis iacta
mo ad Mendium maritimum ciuitatis eius uicum tenuere: inde cum superato promontorio ad ipsa tur tempe-
mœnia urbis circūagere classem uellent:scæua coorta tempestate prope obruti fluctibus dispersi ma- state
gna ex parte amissis armamentis in terram effugerūt omne quoq; ea maritima tempestas ad rem ter-
ra gerendam fuit:nam collectis in unum nauibus:expositisq; copiis aggressi urbem cum multis uul-
neribus repulsi:& erat ualidum ibi regium p̄sidium:irrito incœpto regressi Canastreum Pallenes tra
iecere.inde superato Coronæ promontorio nauigantes Acāthum petiere.ibi primo ager uastatus de-
inde ipsa urbs ui capta atq; direpta:nec ultra progressi(iam.n.& graues p̄da naues habebāt)retro: un
de uenerant Sciatum:& ab Sciato Euboeam repetunt.Ibi relicta classe decem nauibus expeditis Sinū
maliacum intrauere ad colloquendum cum ætolis de ratione gerendi belli.Sipyrrhicas ætolus prin-
ceps legationis eius fuit:qui ad comunicanda consilia Heracleam cum rege & cum romano legato ue
nit.petitum ex fœdere ab Attalo est:ut mille milites p̄staret:tantum enim numerum bellum gerenti-
bus aduersus Philippum debebat.Id negatum ætolis:quod illi quoq; grauati prius essent:ad populā
dam Macedoniam exire:quo tempore Philippo circa Pergamum urente sacra profanaq; :abstrahere
eum inde respectu rerum suarum potuissent.ita ætoli cum spe magis romanis omnia pollicentibus:q̄
cum auxilio dimissi Apustius cum Attalo ad classem rediit.inde consultari de Oreo oppugnādo cœ-
pt̄ū.ualida ea ciuitas & mœnibus:& quia ante fuerat tentata:firmo erat p̄sidio.coniunxerant se iis post
expugnationem andri cum præfecto agesimbro.xx.rhodiæ naues tecte omnes.eam classem instatio-
nem ab Zelasium miserunt isthmiæ:id super Demetriadem promontorium est peropportune obte-
ctum:ut siquid inde mouerēt macedonum naues in præsidio essent.Heraclides præfectus regius clas-
sem ibi tenebat:magis per occasionem: si q̄ negligentia hostium dediſſet: q̄ aperta ui quicq̄ ausurus.
Oreum diuersi romani & rex Attalus oppugnabāt:romani a maritima arce:regii aduersus uallem in- Orei oppu
ter duas iacentem arces:qua & muro interscpta urbs est.& ut loca diuersa sic dispersi modo oppugna- gnatio
bant.romani testudines & uineas & arietes admouendo muris:regii baliſtis catapultisq; & omni alio
genere tormentorum tela ingerentes:& pondere ingenti saxa iaciebāt & cuniculos: & quicquid aliud
priore expugnatione exptum profuerat.cæterum non plures tantum macedones:q̄ ante tuebātur ur
bem:sed etiam præsentioribus animis & castigationibus regis in admissa culpa:& simul minarum: si
mul promissionum in futurum memores:ita ut parum in expugnatiōe celeri spei esset.Interim & ali-
ud agi posse ratus legatus:relictis:quod satis uidebatur ad opera perficienda militibus traiicit:in pro-
xima continentis:Lariſſamq;:non illam in Thessalia nobilem urbem:sed alteram:q̄ Cremastē uocant
subito aduentu præter arcem cœpit.Attalus quoq; Aegeleon nihil minus quam tale quicq̄ in alterius
oppugnatione urbis timentibus oppressit.Et iam cum opera in effectu erant circa Oreum: tum præsi
dium quod intus erat:labore assiduo uigiliis diurnis pariter nocturnisq; & uulneribus cōfectum:mu
ri quoq; pars ariete incusso subruta multis iam locis prociderat:perq; aptertum ruina iter nocte roma
ni:quodq; super portum est:in arcem proruperunt.Attalus luce prima signo ex arce dato ab romanis Oreum ca
& ipse urbem inuasit stratis magna ex parte muris.præsidium oppidaniq; in arcem alteram perfuge- pitur
re:unde biduo post deditio facta:urbs regi captiua corpora romanis cessere.



IAM AVTVNNALE EQVINOCTIVM IN-
stabat:& est sinus euboicus:quem cœra uocāt:suspe
ctus nautis.itaq; ante hyemales motus euadere ide
cupientes Pyræum:unde profecti ad bellum erant:
repetunt.Apustius triginta nauibus ibi relictis su-
per Maleum nauigat: apud Corcyrā: regem spatiū Initia
initiorum Cereris ut sacris interesset tenuit. secun-
dum initia & ipse in Asiam se recepit agesimbro &
rhodiis domum remissis.Hæc ea æstate terra mari-
q; aduersus Philippum socioſq; eius a consule &
gato romanis adiuuantibus rege Attalo & rhodiis
gesta.Consul alter Gaius Aurelius ad cōfectum bel
lum:cum in prouinciam uenisset: haud clam tulit irā
aduersus prætorem:quod absente se rem gessisset.
misso igitur eo in Ethruriam: ipse in agrum hostiū
legiones induxit:populandoq; cum præda maiore:q̄ gloria bellum gessit.Lucius Furius simul: quod
in Ethruria nihil erat rei:quod gereret:simul gallico triumpho imminens quem absente cōsule irato:
atq; inuidente facilius ipetrari posse ratus:Romā inopinato cū ueniſſet:senatū in æde Bellonæ habuit

expositisq; rebus gestis:ut triumphanti sibi in urbē inuehi liceret:petit. Apud magnā partem senatus & magnitudine reꝝ gestarum ualebat & gratia:maiores natu negabant triūphum:& qđ alieno exercitu rē gessisset:& qđ ꝓuinciā reliqsset auiditate rapiendi ꝑ occasionē triūphi.id uero eū nullo exēplo fecisse.cōsulares ꝑcipue expectandū fuisse consulē dicebāt:potuisse.n.castris prope urbem positis:tutanda colonia ita ut in acie non decerneret:in aduentum eius rem extrahere:& quod ꝓtor non fecisset:sed natui faciendum esse:consulem expectare:ubi coram disceptantes consulem & ꝓtorem audissent: uerius de causa existimaturos esse. Magna pars senatus nihil præter res gestas.& an i magistratu suis qs auspiciis gessisset:censebant spectare senatum debere.ex duabus coloniis:quæ uelut clausta ad cohibendos gallicos tumultus oppositæ fuissent:cum una direpta & incensa esset:traiecturumq; id incendium uelut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam esset:quid tādem prætori faciendum fuisse:nam si sine consule geri nihil oportuerit:aut senatum peccasse:qui exercitum prætori dederit. potuisse.n.si non cum ꝓtoris:sed consulis exercitu rem geri uoluerit:ita finire senatusconsultum:ne per ꝓtorem:sed consulem gereretur:aut consulis:qui non cum exercitu ex Ethruria transire i Galliam iussisset:ipse Arimini occurreret:ut bello interesset:quod sine eo geri fas non esset:non expectare belli tempora:moras:& dilationes imperatorum:& pugnandum esse interdum:non quia uelis: sed quia hostis cogat.pugnam ipsam euentumq; pugnæ spectari debere.fusos cesosq; hostes:castra capta & direpta:coloniā liberatam obsidione:alterius coloniæ captiuos recuperatos restitutosq; suis:debellatum uno ꝓlio esse. Non homines tantum ea uictoria letatos:sed diis quoq; immortalibus per triduum supplicationes habitas:quod bene ac fœliciter:non quod male ac temere respublica a Lucio Furio ꝓtore gesta esset:data etiam fato quodam furiæ genti gallica bella. Huius generis orationibus ipsius amicorumq; uicta est præsentis gratia prætoris:absentis consulis maiestas:triumphumq; frequentes Lucio Furio decreuerunt. Triumphauit de gallis in magistratu Lucius furius ꝓtor:in ærarium tulit tercentumuigintimillia æris:argēti.c.lxx.millia pondo.neq; captiui ulli ante currum ducti:neq; spolia prælata:neq; milites secuti.omnia præter uictoriam penes consulem esse apparebat. Ludi deinde a

L. Furii triumphus

P. Cornelio Scipione:quos cōsul in Africa uouerat:magno apparatu facti:& de agris militum eius decretum:ut quot quisq; eorum annos in Hispania:aut in Africa militasset:in singulos annos bina iugera acciperet eum agrum decemuiri assignarent. Triumuiri inde creati ad supplendum uenusinis colonorum numerum: quod bello Annibalis attenuatæ uires eius coloniæ erant. G. Terentius Varro. T. Quintius Flaminius. Gaius Cornelius. Gaius filius Scipio:ii colonos Venusiam ascripserunt. Eodem anno. Gaius Cornelius Cethegus:qui proconsul Hispaniam obtinebat magnum hostium exercitū in agro sedetano fudit: quindecimmillia hispanorum eo prælio dicuntur cæsa: signa militaria capta octo &.lxx. G. Aurelius consul cum ex prouincia Romam comitiorum causa uenisset:ut id nouit:qđ animis ꝑceperat:quæstus est non expectatū se ab senatu:neq; disceptandi cū prætore cōsuli ptātem factam:sed ita triumphū decreuisse senatum ut nullius nisi eius:qui triumphaturus esset:aut eoꝝ qui bello interfuissent:uerba audiret. maiores ideo instituisse ut legati tribuni militū centuriones milites denicq; triūpho adessent ut uirtutes rerū gestarꝝ eius:cui tantus honos haberet: publice uiderentur ne q; ex eo exercitu qui cum gallis pugnauerit:militē unum saltem fuisse.quem pcunctari posset senatus quid ueri ꝓtor uaniue referret. comitiis deide diē indixit:q̄bus creati sunt consules. L. Cornelius Lentulus:A Iulius Apulus. ꝓtores inde facti. L. Quintius Flaminius. L. Valerius Flaccus. L. Iulius. T. Appulus. G. Bebius Tāphilus annona quoq; eo anno puilis fuit. frumenti ui magnā ex Africa aduectam

Romanorum uicto

L. Cornelius. Au. Iulius conss.

ædiles curules. M. Claudius Marcellus:& Sex. Elius pætus binis æris in modios populo deuiserunt:& ludos romanos cū magno apparatu fecerunt. diē unū instaurarunt. signa ænea quinq; ex mulctaticio argēto in ærario posuerunt. Plebeii ludi ab ædilibus. L. Terentio Massō:&. G. Bebio Tamphilo:quem prætorē designauerāt:ter toti instaurati.& ludi funebres eo anno per quatriduū in foro mortis causa Valerii Leuinii a. P.&. M. Filiis eius facti:& munus gladiatoriū datū ab iis:paria qnq; & uiginti pugnarunt. M. Aurelius Cotta decēuir sacroꝝ mortuus:in eius locū. M. Acilius Glabrio suffectus. Comitiis ædiles curules creati sunt forte ambo:q statim accipere magistratum nō possent:nam Cornelius:Cethegus absens creatus erat:cum Hispaniam obtineret Prouinciā:Valerius Flaccus:quem præsentem creauerant:quia flamendialis erat: iurare in leges non poterat:magistratus autem plus quinq; dies nisi qui iurasset:in leges non licebat gerere. Petente Flacco ut legibus solueret:senatus decreuit:ut sibi ædilis:qui pro se iuraret:arbitratu consulum daretur:consules:si eis uideretur:cum trib. plebis ageret: uti ad plebem ferrent. Datus qui iuraret ꝑ fratre. L. Valerius Flaccus prætor designatus tribūi ad plebem tulerunt:plebesq; sciuit:ut perinde esset:ac si ipse ædilis iurasset.& de altero ædile plebiscitum est factum rogantibus tribunis:quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitum ire iuberent:ut cornelius ædilis curulis ad magistratū gerendum ueniret.&. L. Manlius Acidinus decederet de ꝓuincia. Multos post ānos plebes Cornelio Lentulo:&. L. Tercinio pcōsulibus imperiū esse in Hispania iussit.

Explicit Liber primus.

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

EODEM ANNO LEGATI AB REGE ATtalo coronam auream.ccxlvi.pondo in capitolio posuerunt:gratiasq; senatui egerunt:qd Antiochus legatoꝝ romanorũ auctoritate motus finibus Attali exercitũ deduxisset.Eadẽ æstate eqtes.cc.& elephanti.x.& tritici modium.cc.millia ab rege Masinissa ad exercitũ qui in Græcia erat:puenerant. Itẽ ex Sicilia Sardiniaq; magni cõmeatus:& uestimẽta exercitui missa.Siciliã.M.Marcellus:Sardiniã.M.Portius Cato obtinebat sanctus & innocẽs:asperior tũ in fœnore coercendo habitus:fugatiq; ex insula fœnetores: & sumptus:quos i cultum prætoꝝ socii facere soliti erant:circũcisi aut sublati.Sextius Elius cõsul ex Gallia comitioꝝ causa Romã cum rediisset:creauit cõsules.Gn.Corneliũ Cethegum:&.Qu.Minutiũ Rufum Biduo post ptorum comitia habita:ptores illo anno primũ creati sex crescentibus iam prouinciis & latius patescente iperio.creati aũt hi.L.Manlius Volsco.Gn.Sẽpronius Tuditanus.M.Sergius Sillus M.Minutius Ruffus.L.Attilius.A.Sempronius Elius ex iis ædiles plebis erant.curules ædiles Quintus Minutius Therinus:&.T.Sẽpronius Longus.ludi romani eo anno quater instaurati Gnæo Cornelio:&.Qu.Minutio consulibus.Oĩum primum de prouinciis cõsulum ptorumq; actũ: prius de ptoribus trãslacta res:quæ transigi forte poterat:urbana Sergio:peregrina iurisdicio Minutio obtigit. Sardiniam Attilius:Siciliã Manlius:Hispaniã Sempronius citeriorẽ.A.Elius ulteriorẽ est fortitus.Consulĩbus Italiã Macedoniamq; sortiri paratibus.L.Oppius:&.Qu.Fuluius tribunus plebis ipedimẽto erãt: quod longinqua ꝓuincia Macedonia esset:neq; ulla alia res maius bello ipedimentũ ad eam diem fuisset:q̃ quod uix dũ inchoatis rebus in ipso conatu gerendi belli prior consul reuocaret.Quartũ iam annum esse ab decreto macedonico bello:qrendo regẽ & exercitũ eius Sulpicium maiorẽ partem ãni absumpsisse:Iuliũ congredientẽ cum hoste re infecta reuocatũ:Quĩtium rebus diuinis Romæ maiorem ptem anni retentũ ita gessisse tũ res:ut si aut maturius in prouinciã uenisset:aut hyems magis sera fuisset:potuerit debellare:nũc prope i hyberna ꝓfectũ ita cõparare dici bellũ:ut nisi successor ipediat:profe

Argiuorũ defectio a romanis

Seruilis tumultus

Seruoꝝ cõiuratio circa setiam oppressa

Latumiæ

Mũera ab Attalo rege senatui missa

Catonis p tura

Gn.Cornelius
Qu.Minutius consſ.

Prouinciarum ordinatio

cturus æstate proxima uideatur. His orationibus peruicerunt: ut consules in senatus auctoritate fore dicerent se si idē tribuni facerent. Permittentibus utrisq; liberā consultationem patres consulibus am bobus Italiā prouinciam decreuerunt. T. Quintio ꝓrogarunt imperiū: donec successor ei ueniſſet. Cō sulibus legiones binæ decretæ: & ut bellū cum gallis cisalpinis: q defeciſſent ab populo ro. gererēt. Qui tio in Macedoniā supplementum decretū peditum qnquemillia. ccc. eqtes: socioꝝ naualium triamillia præesse idē: qui præfuerat classi. L. Quintius Flaminius iussus. ꝓtoribus in Hispanias octonamillia pe ditum socium ac latini nois data: & quadrageni eqtes: ut dimitterent ueterē ex Hispaniis militē. & termi nare iussi: qua ulterior citeriorue prouincia seruaret. Macedoniæ legatos. P. Sulpiciū: &. P. Iulium: q cō sules in ea prouincia fuerant: adiecerunt. priusq̄ consules ꝓtoresq; in prouincias proficiscerent: ꝓdigia procurari placuit: quod ædes Vulcani Summaniq; Romæ: & qd Fregillis murus & porta de cælo tacta erant: & Frusinone iter noctē lux orta: & Esculo agnus biceps cū quinq; pedibus natus: & Formiis duo lupi oppidum ingressi obuios aliquot laniauerant. Romæ nō in urbe solū: sed in capitolium penetra uerat lupus. G. Acilius tri. ple. tulit: ut quinq; coloniæ in orā maritimam deducerent: duæ ad hostia flu minum uulturni literniq;: una ad Puteolos: una ad castrū Salerni. his Buxentū adiectum. tricenæ fami liæ in singulas colonias iubebant mitti. iis triūuiri deducendis ii: qui p trienniū magistratum haberēt: creati. M. Seruilius Geminus. Qu. Minutius Therinus. T. Sempronius Longus. Delectu rebusq; aliis

Prodigia

diuinis humanisq;: q̄ per ipsos agenda erant: pfectis: consules ambo in Gallia profecti Cornelius recta

Ambo consules in galliā profecti

ad insubres uia: q tum in armis erant: cenomanis assumptis. Qu. Minutius in leua Italiæ ad infeq; ma re flexit iter: Genuaq; exercitu adducto ab liguribus orsus est bellū. Oppida Clastidiū & Litubiū utra q; liguq;: & duæ gentes eiusdē ciuitatis celelates cerdiciatesq; sese dediderunt. Et iam oia cis padū ꝓter gallosq; boios iluates liguq; subdicione erant. xy. oppida hoium. xx. millia esse dicebant: quæ sese dedi derant: ide in agrū boiorum legiones duxit Boioꝝ exercitus haud ita multo ante traiecerat padū: iun xeratq; se in subribus & cenomanis: quod ita acceperant: coniunctis legionibus cōsules rem gesturos: ut & ipsi collatas in unū uires firmarent. posteaq̄ fama accidit alteꝝ cōsulem boioꝝ urere agros: seditio extēplo est orta: postulare boii ut laborantibus opē uniuersi ferrent: insubres negare se sua deserturos. ita diuisæ copiæ boiisq; in agrū suum tutandū profectis: insubres cū cenomanis sup amnis Mincii ripas consederunt. Infra eū locum qnq; passuū millia & consul Cornelius eidē flumini castra applicuit: inde

Brixia

mittendo in uicos cenomanoꝝ & Brixiam: qd caput gentis erat: ut satis cōperit non ex auctoritate se nioꝝ iuuentutem in armis esse: nec publico consilio insubriū defectioni cenomanos se adiunxisse ex citis ad se principibus id agere & moliri cœpit consul: ut deficerent ab insubribus cenomani & signis sublatis aut domos redirent: aut ad romanos transirent & id qdem ipetrari nequiuit: in id data fides cō suli est: ut in acie aut qescerent: aut si qua in re occasio fuisset: adiuuarent romanos. Hæc ita conuenisse insubres ignorabant: suberat tū quædam suspicio ais labare fidē sociorum: Itaq; cū in aciem eduxissent

Insubrium cædes

neutrū iis cornu cōmittere ausi: ne si dolo cessissent: rem totā inclinarent: post signa i subsidiis eos loca uerunt. Consul principio pugnæ nouit ædem Sospitæ Iunoni: si eo die hostes fusi fugatiq; essent. a mi litibus clamor sublatus: cōpotem uoti consulē se facturos: & impetus in hostes ē factus. non tulerunt i subres primū concursum. Quidā & a cenomanis terga repente in ipso certamine aggressis tum ultū an cipitē iniectum auctores sunt: cæsaq; sunt in medio. y. &. xxx. millia hostiū: qnquemillia &. dcc. uiuos ca ptos in iis Hamilcarē pœnorum impatorē: qui belli causa fuisset: signa militaria. cxxx. & carpenta supra

Oppida: quæ defectionē secuta erant: dediderunt se romanis. Minutius consul primo effusis populationibus pagrauerat fines boioꝝ deinde ut relictis insubribus ad tuenda sua receperant sese: castris se tenuit acie dimicandū cum hoste ratus. nec boii detrectassent pugnā ni fama uictos insu bres allata aios fregisset. itaq; relicto duce castrisq; dissipati p uicos sua: ut quisq; defenderet rationē ge rendi belli hosti mutarunt: omissa. n. consul spe p unam dimicationē rei decernendæ rursus populari

Ro. succes sus i gallia & liguria

agros: & urere tecta: uicosq; expugnare cœpit. p eosdem dies Clastidiū incensum: inde in liguſtinos il uates: q soli non parebāt: legiones ductæ. ea quoq; gens: ut insubres acie uictos: boios ita ut tentare spē certaminis metuerent: territos audiuit in deditionē uenit. Litteræ consulū a Gallia de gestis prospere sub idem tps Romā allatæ. M. Sergius pfectus urbis in senatu eas: deide ex auctoritate patrū ad popu lum recitauit. supplicatio in quatriduū decreta. Hyems iam eo tpe erat: cum. T. Qu. capta Elatia in pho cide ac Locride hyberna disposita haberet. Opūte seditio orta est. factio una ætolos q propiores erant altera romanos accersebat ætoli priores uenerunt: sed opulentior factio exclusis ætolis: missoq; ad im peratorē romanū nuncio: usq; ad aduentū eius tenuit urbē. arcem regiū tenebat pfidium: neq; ut disce derent inde: aut opuntioꝝ minis: aut auctoritate iperantis consulis romani ppelli potuerūt. mora: cur non extēplo oppugnarent: ea fuit: qd caduceator ab rege uenerat locū ad tps petens colloquio. id gra uate concessū regi est: non qn cupet Quitius p se ptim armis ptim cōditōibus cōfectū uideri bellū: nec dum. n. sciebat: utq; successor sibi alter ex nouis cōsulibus mitteret: an qd summa ui: ut obtineret: ami cis & propinquis mandauerat iperium prorogaret. aptum aūt fore colloquium credebat: ut sibi libeꝝ esset: uel ad bellū manenti: uel ad pacem decedenti rē inclinare: in sinum maliacū prope Niceam littus

Regis & consulis cōuentꝰ & colloquendū

elegere: eo rex ab Demetriade cū quinq; lembis & una naue rostrata uenit: erant cū eo principes mace donū & achæoꝝ exules & uir insignis Cycliadas. cū impatore romano rex Aminander erat & Diony

fiodorus Attali legatus:& Ageſymbrotus ꝑfectus rhodiæ claſſis:& Phaneas princeps ætoloꝝ:& achæi duo Ariſthenus & Xenophon. nter hos romanus ad extremũ littus progreſſus:cum rex in prorã nauis in anchoris ſtantis proceſſiſſet:cõmodius:inquit:ſi in terram egrediaris ex propinquo dicamus:in uicem audiamuſq;.cum rex factuꝝ ſe id negaret:quem tandẽ:inquit Quĩtius:times?ad hæc ille ſuperbo & regio aĩo neminem equidẽ timeo ꝑter deos immortales:non hoĩum aũt credo fidei quos circa te uideo atq; oĩum minime ætolis,iſtud qdem:ait romanus:par oĩbus periculũ eſt:qui cum hoſte ad colloquium congrediuntur:ut in nullo fides ſit,non tñ inquit o Tite Quinti:par perfidiæ præmium eſt:ſi fraude agatur Philippus & Phaneas:neq;.n.æque difficulter ætoli ꝑtorem alium ac macedones regẽ in meum locum ſubſtituant.Secundum hæc ſilentiũ fuit,cum romanus eum æquum cẽſeret priorem dicere:qui petiſſet colloquium:rex eſſe eius prioꝝ orationem:qui daret pacis leges non qui acciperet, tum romanus ſimplicẽ ſuam orationem eſſe dixit:ea.n.ſe dicturum quæ ni fiant:nulla ſit pacis cõdicio deducenda ex oĩbus Græciæ ciuitatibus regis præſidia eſſe:captiuos & tranſfugas ſociis populi romani reddendos:reſtituenda romanis ea Illyrici loca quæ poſt pacẽ in Epiro factã occupaſſet: Ptolemæo regi Aegypti reddendas urbes:quas poſt Philopatris Ptolemæi mortem occupaſſet:ſuas populiq; romani condiciones has eſſe:Cæteꝝ & ſociorum audiri poſtulata uerum eſſe.Attali regis legatus naues captiuoſq;:quæ ad Chium nauali prælio capta eſſent:& Nicephoriũ Veneriſq; templũ:quæ ſpoliaſſet: euaſtaſſetq;:pro ĩcorruptis reſtitui.Rhodii Pyrrheam(regio eſt cõtinentis aduerſus inſulã uetuſtæ eorum dicionis)repetebant:poſtulabantq; ꝑſidia deduci ab Iaſſo:& Bargiliis:& euromenſiũ urbe: & helleſponto:Seſto atq; Abydo:& Penopol bizantiis in antiq formulã iuris reſtitui:& liberari oĩa Aſiæ emporia portuſq;.Achæi Corinthũ & Argos repetebant.Prætor ætoloꝝ Phaneas cum eadẽ fere:quæ romani:ut Græcia decederetur:poſtulaſſet:redderẽturq; ætolis urbes:quæ quondã iuris aut dicionis eorum fuiſſent.excepit orationẽ eius princeps ætoloꝝ Alexander uir ut inter ætolos facundus. Iã dudũ ſe reticere ait:nõ quo quicq; agi putet eo colloquio:ſed ne quẽ ſociorum dicentẽ interpellet: neq; de pace cum fide Philippũ agere:neq; bella uera uirtute unq; geſſiſſe:in colloquiis inſidiari & captare: in bello non congredi æquo cãpo:neq; collatis ſignis dimicare:ſed refugientẽ incẽdere ac diripere urbes:& uicentium ꝑmia uictum corrumpere.at non ſic antiquos macedonũ reges:ſed acie bellare ſolitos:urbibus parcere quantũ poſſent:quo opulentius imperiũ haberent:nam de quorum poſſeſſione dimicet tollentem nihil ſibi præter bellum relinquere quod conſilium eſſe?plures priore ãno ſociorum urbes in Theſſalia deuaſtaſſe Philippum:quam omnes:qui unq; hoſtes Theſſaliæ fuerunt.ipſis quoq; ætolis eum plura ſocium:q; hoſtem ademiſſe:Lyſſimachum pulſo prætore & præſidio ætolorum occupaſſe eum:Chium item ſuæ ditionis urbem funditus euertiſſe ac deleſſe:eadem fraude habere eum Thebas:Pthias:& Echinum Lariſſam:& Pharſalum.

Philippi & quintii cõgreſſus

Conditiones pacis a ro. & ſociis philippo daræ

Apud pto. Echinus legitur



MOTVS ORATIONE ALEXANDRI PHI lippus nauem:ut exaudiretur:propius terram appli cuit:orſum eum dicere in ætolos maxime uiolenter Phaneas interfatus:non in uerbis rem uerti ait: aut bello uincendũ:aut melioribus parendũ eſſe.Appareret id quidẽ:inquit Philippus:ẽt cæco:iocatus in uarietudinem oculorũ Phaneæ: & erat dicatior natura quam regẽ decet:& ne iter feria qdem riſu ſatis temperans.Indignari inde cœpit ætolos tanq; romanos decedi Græcia iubere:qui:quibus finibus Græcia ſit dicere non poſſint:ipſius.n.ætoliæ Græcos apodoctas & amphilochos:q; per magna eoꝝ pars ſit:Græciam non eſſe.an qd a ſociis eoꝝ nõ abſtinuerim:iuſtam q̃relam habent?cũ ipſi pro lege antiquitus hũc morẽ ſeruent:ut aduerſus ſocios ipſi ſuos publica tã tum auctoritate dempta iuuentutẽ ſuam militare ſinant:& contrariæ pſæpe acies in utraq; parte ætoli ca auxilia habeant. Neq; ego Chiũ expugnaui:ſed Pruſiã ſocium & amicum oppugnantem adiuui: & Lyſimachum ab tracibus uĩdicaui:& quia me neceſſitas ad hoc bellũ a cuſtodia eius auertit:thraces habent. Aetolis hæc. Attalo aũt rhodiiſq; nihil iure debeo:non.n.a me:ſed ab illis pricipium belli ortum eſt:romanorum aũt honoris cauſa Pyrrhea rhodiis & naues:Attalo captiuos:qui cõparebunt:reſtituã nã quod ad Nicephoriũ Veneriſq; templi reſtitutionẽ attinet:qd reſtitui ea poſtulantibus reſpondeã? niſi quo uno mõ ſiluæ luciq; reſtitui cæſi poſſunt curã impenſamq; ſtationis me ꝑſtaturum:qm̃ hæc inter ſe reges poſtulare & reſpondere placet.Extrema eius oratio aduerſus achæos fuit: in qua orſus ab Antigoni primũ:ſuis deinde erga eam gẽtem meritis:recitari decreta eorum iuſſit omnes diuinos humanoſq; honores complexa:atq; ad ea adiecit recens de exercitu:quod ab ſe deſciuiſſet:iuectuſq; gra uiter in perfidiam eorum:tamen Argos ſe redditurum eis dixit:de Corintho cum impatore romano deliberatuꝝ eſſe:quæſiturũq; ab eo ſimul ne urbibus iis decedere ſe æquũ cenſeat:quas a ſe ipſo captas iure belli hẽat:an iis ẽt quas a maioribus ſuis accepiſſet?Parãtibus Achæis ætoliſq; ad ea reſpõdere cũ

Philippi Verba ironice acuto ſermone

prope occaſum ſol eſſet:dilato in poſterum diem colloquio:Philippus in ſtationē:a qua profectus erat romani ſociiq; in caſtra redierunt.Quintius poſtero die ad Niceā(is enim locus placuerat)ad conſtitutum tp̄s uenit:Philippi nullus uſq; nec nuncius ab eo per aliquot horas ueniebat:& iam deſperātibus uenturum repente apparuerunt naues.atq; ipſe quidē cum tam grauia & indigna imperarent:inopē conſilii diem ſe conſumpſiſſe deliberando aiebat.Vulgo credebatur de induſtria rem in ſerū tractam: ne tp̄s dari poſſet achæis ætoliſq; ad reſpondendū:& eam opinionē ipſe affirmauit petēdo:ut ſummotis aliis:ne tp̄s altercando tereretur:& aliquis finis rei imponi poſſet:cū ipſo imperatore romano liceret ſibi colloqui.Id primo non acceptū:ne excludi colloquio uiderentur ſocii:deinde cum haud abſiſteret petere:ex oīum conſilio romanus imperator cum.A.Claudio p̄fecto & tribus tribunis militum cæteris ſummotis ad extremū litus proceſſit.Rex cū duobus quos pridie adhibuerat:in terrā eſt egreſſus: ibi cū aliquādiu ſecreto locuti eſſent:q̄ acta ad ſuos Philippus rettulerit: mīus compertū eſt: Quintius hæc rettulit ad ſocios romanoꝝ:eum cedere tota Illyrici ora:p̄fugas remittere:ac ſiqui eēnt captiui.Atalo naues:& cum iis captos nauales ſocios:& rhodiis regionem:q̄ Pyrreā uocant reddere:laſo & Bargiliis non ceſſuꝝ.ætolis Pharſalū Lariſſamq; reddere:Thebas non reddere.achæis non Argis modo: ſed ēt Corintho ceſſurum.nulli oīum placere partiū:quibus ceſſurus aut non ceſſurus eſſet:deſtinatio plus.n.amitti in iis quā acquiri:nec unq̄:niſi tota deduxiſſet Græcia p̄ſidia:cauſas certaminū depone re.Cū hæc toto ex concilio certatim oēs uociferarent:ad Philippum quoq; procul ſtantē uox eſt plata. itaq; a Quintio petit:ut rē totam in poſteꝝ diem differret:profecto aut p̄ſuaſuꝝ ſe: aut perſuaderi ſibi paſſuꝝ:littus athoniū colloquio deſtinatur:eo mature conuentū eſt.Ibi Philippus primo & Quintium & oēs:qui aderant:rogare ne ſpem pacis conturbare uellent:poſtremo petere tp̄s: quo legatos Romā ad ſenatum mittere poſſet:aut his conditionibus ſe pacē impetratuꝝ:aut quaſcūq; ſenatus dediſſet leges pacis accepturum.Id cæteris haudquaq̄ placebat:nec.n.aliud:q̄ moram & dilationē ad colligendas uires quæri:Quintius ueꝝ id futurum fuiſſe dicere:ſi æſtas & tp̄s rerum gerendaꝝ eſſet:nunc hyeme inſtante nihil amitti:dato ſpatio ad legatos mittēdos:nam neq; ſine auctoritate ſenatus quicq̄ eorum ratum fore quæ cum rege ipſi pepigiſſent:& explorari dum bello neceſſariam quietem ipſa hyems daret ſenatus auctoritatem poſſe.In hanc ſn̄iam & cæteri ſociorum principes conceſſerunt:inducq; datis in duos menſes ipſos mittere ſingulos legatos ad ſenatum edocendum ne fraude regis caperetur: placuit.additum inducīarum pacto ut regia p̄ſidia Phocide ac Locride extemplo deducerentur.& ipſe Quintius cum ſociꝝ legatis Aminandrum athamanum regem: utq; ſpēm legationis adiiceret.Qu. Fabium(uxoris Quintii ſororis filius erat)&.Qu.Fuluium:&.P.Claudium miſit. Vt uētum Romam eſt:prius ſociorum legati:quā regis auditi ſunt:cæterum eoꝝ oratio conuiciis regis conſumpta eſt:mo uerunt eo maxime ſenatum demonſtrando maris terrarumq; eius regionis ſitum:ut omnibus apparet:ſi Demetriadem in Theſſalia:Calcidem in Euboea:Corinthum in Achaia rex teneret:non poſſe liberam Græciam eſſe:& ipſum Philippum non contumelioſius quam uerius compedes eas Græciæ appellare.Legati deinde regis intromiſſi: quibus longiorem exorſis orationem breuis interrogatio: ceſſurus ne iis tribus urbibus eſſet:ſermonem incidit:cum mandatum ſibi de his nominatim negarēt quicq̄.Sic infecta pace regii dimiſſi:Quintio liberum arbitrium pacis ac belli permiſſum. Quod ut ſatis apparuit non tedere belli ſenatum & ipe uictoriæ:quam pacis auidior:neq; colloquium poſtea Philippo dedit:neq; legationem aliam:q̄ quæ omni Græcia decedi nunciaret admiſſurū dixit. Philippus cum acie decernendum uideret:& undiq; ad ſe contrahendas uires maxime de Achaiæ urbibus regionis ab ſe diuerſæ & magis tñ de Argis:quam de Corintho ſollicitus:Optimum ratus Nabidi eam lacedæmoniorum tyrāno uelut fiduciariam dare:ut uictori ſibi reſtitueret:ſiquid aduerſi accidiſſet:ipſe haberet:Philocli:qui Corintho Argiſq; p̄erat:ſcribit:ut tyrannum ipſe conueniret.Philocles:præter quā quod iam ueniebat cum munere:adiicit ad pignus futuræ regis cum tyranno amicitiæ filias ſuas regē Nabidis filiis matrimonio coniungere uelle.Tyrānus primo negare aliter urbem eam ſe acceptūrum niſi argiuorum ipſorum decreto accerſitus ad auxilium urbis eſſet:deinde ut frequenti concione non aſpernatos modo:ſed abominatos etiam nomen tyranni audiuit: cauſam ſe ſpoliandi eos nactum ratus:traderet:ubi uellet:urbem Philocli ait.Sic nocte ignaris oībus acceptus in urbem eſt tyrannus:prima luce occupat ſuperiora omnia loca:portæq; clauſæ paucis p̄cipum tumultū inter primum elapſis eorum abſentium direptæ fortunæ.præſentibus auꝝ atq; argentum ablatum:pecuniæ imperataꝝ ingentes.qui non cunctanter contulere:ſine contumelia & laceratione corpoꝝ ſunt dimiſſi:quos occulere aut retrahere aliquid ſuſpicio fuit:in ſeruilem modū lacerati atq; extorti.Cōcione inde aduocata rogationem promulgauit:unam de tabulis nouis:alterā de agro uiritim diuidendo.duas faces nouantibus res ad plebē in optimates accendendā.Poſteaq̄ in poteſtate Nabidis argiuorum ciuitas erat: nihil eius memor tyrannus:a quo eā ciuitatem & quā in conditionē accepiſſet:legatos Elatiā ad Quintium: & Attalū Aeginæ hybernantem mittit:qui nunciarent Argos in poteſtate ſua eſſe:eo ſi ueniret Quintius ad colloquiū:non diffidere ſibi oīa cum eo conuentura.Quintius:ut eo quoq; p̄ſidio Philippū nudaret:cū annuiſſet ſe uentuꝝ:mittit ad Attalū:ut ab Aegina Sicyonem ſibi occurreret:ipſe ab Anticyra decē quinqueremibus:quas iis forte diebus.L.Quintius frater eius adduxerat ex hybernis Corcyræ Sicyonē tranſmiſit.iā ibi Attalus erat:q cū tyrāno ad romanū impatorē non romano ad tyrannū eundū

Cōpedes græciæ

Argiuorū calamitas

dicerēt:in ſuā ſuam Quintium traduxit:ne in urbē ipſam Argos iret.haud pcul urbem(Hyecenica uocatur)in eo loco:ut congrederentur:conuenit.Quintius cū fratre tribunis militum paucis:Attalus cum regio comitatu:Nicoſtratus achæoꝝ prætor cum auxiliaribus paucis uenit:tyrannum ibi cū omnibus copiis:opperientem inuenerunt:progreſſus armatus cum ſatellitibus armatis eſt in medium fere interiacētis campi:inermis Quintius cum fratre & duobus tribunis militum inermibus: item regii ptor achæorum:& unus ex purpuratis latus cingebant.Initium ſermonis ab excuſatione tyranni ortū quod armatus ipſe armatiſq; ſeptus cum inermes romanū imperatorem regēq; cerneret:in colloquiū ueniſſet:neq;.n.ſe illos timere dixit:ſed exules argiuoꝝ.Indeubi de conditionibus amicitiæ cœptū agi eſt:romanus duas poſtulare res:unā:ut bellum cum achæis finiret:alterā:ut aduerſus Philippū mitteret ſecum auxilia.Auxilia ſe miſſurum dixit:pro pace cum achæis īduciæ impetratæ: donec bellū cum Philippo finiretur.De Argis quoq; diſceptatio ab Attalo rege eſt nata:cum fraude Philoclis proditam urbem ui ab eo teneri argueret:ille ab ipſis argiuis:ut ſe defenderet:accitum.Cōcionē argiuorum rex poſtulabat:ut id ſciri poſſet:nec tyrannus abnuere:ſed deductis ex urbe pſidiis liberam concionē non immixtis lacedæmoniis declaraturā quid argiui uellent:pberi debere dicebat rex.tyrānus negauit de ducturum.Hæc diſceptatio ſine exitu fuit:de colloquio diſceſſum:ſexcentis cretenſibus ab tyrāno datis romano:induciiſq; inter Nicoſtratum ptorem achæoꝝ & lacedæmonioꝝ tyrānum in quattuor mēſes factis.Inde Quintius Corinthū eſt profectus:& ad portā cum cretenſiū cohorte acceſſit:ut Philocli pfecto urbis tum appareret tyrānum a Philippo deſciſſe.Philocles & ipſe ad imperatorē romanum in colloquium uenit:hortantiq; ut extemplo tranſiret:urbemq; traderet:ita reſpondit:ut diſtuliſſe rē magis:q; negaſſe uideretur.A.Corintho.Quintius Anticyram traiecit:inde fratrem ad tentandum acarnanum gentem miſit.Attalus ab Argis Sicyonem ē profectus:ibi & ciuitas nouis honoribus ueteres regis honores auxit:& rex ad id:quod ſacrum Apollinis agrum grandi quondam pecunia redemerat:iis tum quoq; ne ſine aliqua munificentia præteriret ciuitatem ſociam atq; amicam:decem talenta argenti dono dedit:& decēmillia medimnum frumēti: atq; ita Cenchreas ad naues rediit.



Nabidis & uxoris auaritia

ET NABIS FIRMATO PRAESIDIO ARGIS Lacedæmonem regreſſus cum ipſe uiros ſpoliaſſet ad fœminas ſpoliandas uxorem Argos remiſit.ea nunc ſingulas illuſtres:nunc ſimul plures genere inter ſe iunctas domum accerſendo blandiendoq; acminando:non aurum modo iis:ſed & poſtremo ueſtem mundumq; omnem muliebrem ademit.

Epitome Trigeſimi tertii libri qui non inuenitur: Quod non aduertentes plæriq; primum huius decadis uolumen in duo diuiſere.

TITVS.Qu.Flaminius proconſul cum Philippo ad Cynocephalas in Theſſalia acie uicto debellauit.L.Quintius Flaminius frater procōſulis acarnanes Leucade urbe: quæ caput eſt Acarnaniæ:expugnata:in deditionem accepit.Pax petenti Philippo Græciæ libertas data eſt.Attalus a Thebis ob ſubitam inualitudinem trāſlatus deceſſit.G.Sempronius Tuditanus ptor a celtiberis cum exercitu cæſus ē.L.Furius & Claudius Marcon.boios & inſubres gallos ſubegerunt.Marcellus triumphauit. Hannibal fruſtra in Africa bellum molitus:& ob hoc romanis per epiſtolas aduerſæ factionis prīcipum delatus:propter metum romanorum:qui legatos ad carthaginenſium ſenatum de eo miſerāt:profugus ad Antiochum regem Syriæ ſe contulit bellum contra romanos parantem.

LIBER Q VARTVS.

INTER BELLORVM MAGNORVM AVT VIXDVM FINITORVM aut imminentium curas interceſſit res parua dictu ſed quæ ſtudiis in magnum certamen exceſſerit.M.Fundanius &.L.Valerius tribuni plebis ad plebem tulerūt de oppia lege abroganda.tulerant eā.M.Oppius:&.T.Romulus tribūi plebis.Qu.Fabio.T.Sēpronio cōſulibus in medio ardore punici belli:nequa mulier plus ſemuncia auri hīret:neu ueſtimēto uerſicolori uteret:neu iuncto uehiculo in urbe oppidoue aut ppius īde mille paſſus niſi ſacroꝝ publicoꝝq; cā ueheret.M.&.T.Junius & Brutus tri.ple.legē oppiā tuebant:neq; eā ſe abrogari paſſuros aiebāt.Ad ſuadendū diſſuadēdūq; multi nobiles pdibant capitoliū turba hoīum fauentiū aduerſantiūq; legi cōplebat.Matronæ nulla nec auctori Lex oppia

Matronæ studiū ut oppia lex abrogetur

tate:nec uerecundia:nec imperio uiroꝝ contineri limine poterant:oēs uias urbis adituſq; in forū obſi
dabant:uiros deſcendentes ad forum orantes:ut florente republica:creſcente in dies priuata oīum for
tuna:matronis quoq; priſtinū ornatum reddi paterentur:augebantur hæc frequentia mulierum in di
es:nam ēt ex oppidis conciliabuliſq; conuenerant:iam & cōſules ꝓtoreſq; & alios magiſtratus adire &

M.Portii Catōis oīo

Vehementis oīo contra mulieres auctoriā ēt ne lex oppia aufferatur

rogare audebant cæterum minime exorabilem alteꝝ utiq; conſulē.M.Portium Catoné habebāt; qui
pro lege:quæ abrogabatur.ita diſſeruit.Si i ſua quiſq; noſtrū matrefamilias quirites ius & maieſtatem
uiri retinere inſtituiſſet:minus cū uniuerſis fœminis negotii haberemus nunc domi uicta libertas nra
impotentia muliebri:hic quoq; in foro obteritur:& calcatur:& quia ſingulas ſuſtinere non potuimus:
uniuerſas horremus.Equidem fabulā & fictam rem ducebā eſſe uirorum oē genus in aliqua inſula cō
iuratione muliebri a ſtirpe ſublatum eſſe.ab nullo genere non ſummū periculū eſt:ſi cœtus & concilia
& ſecretas conſultationes eſſe ſinas.Atq; uix ſtatuere apud aīum meum poſſum:utrū peior ipſa res:an
peiore exēplo agatur:quoꝝ alterum ad nos conſules reliquoſq; magiſtratus:alteꝝ ad uos quirites ma
gis pertinet:nam utrū e rep.ſit nec ne:id:quod ad uos fertur:ueſtra exiſtimatio ē:qui i ſuffragium itu

Audi catonis uerba i muliebrē audaciam

ri eſtis:hæc conſternatio muliebris ſiue ſua ſponte:ſiue auctoribus uobis.M.Fundanio &.L.Valerio fa
cta eſt haud dubie ad culpam magiſtratuum ptinens neſcio uobis tribunis an conſulibus magis ſit de
formis nobis ſic fœminas ad concitandos tribunitias ſeditiones iā adduxiſtis:nobis ſicut plebis quon
dam:ſic nunc mulierū ſeceſſione leges accipiendæ ſunt.Equidem non ſine rubore quodam pauloan
te per mediū agmen mulierum in forum perueni:quod niſi me uerecundia ſingularum magis maie
ſtatis & pudoris:quam uniuerſarum tenuiſſet:ne compellatæ a conſule uiderentur: dixiſſem: qui hic
mos eſt in publicū procurrendi & obſidendi uias:& uiros alienos appellandi?iſtud ipſum ſuos quæq;
domi rogare non potuiſtis?an blandiores in publico quā in priuato:& alienis quā ueſtris eſtis?quanq;
ne domi quidem uos:ſi ſui iuris finibus matronas contineret pudor:quæ leges hic rogarentur: abro
garenturue:curare decuit.Maiores quidē noſtri nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine
auctore uoluerunt:in manu eſſe parentum:fratrum:uirorum.nos:ſi diis placet:iam remp. ēt capeſſere

O ſnuēſcum ſrēnis rapax

eas patimur:& foro quoq; & concionibus & comitiis immiſceri.quid.n.nunc aliud per uias & compi
ta faciunt:quam quod aliæ rogationes tribunoꝝ plebis ſuadent:aliæ legem abrogandā cenſent?Date
frænos impotenti naturæ & indomito aīali:deſperate ipſas modum licentiæ facturas:niſi uos faciatis.
minimum hoc eorum eſt:quæ iniquo aīo fœminæ ſibi:aut moribus:aut legibus iniunctum patiunt:
oīum rerum libertatem:immo licentiā:ſi uera dicere uolumus:deſiderant: quid.n.ſi hoc expugnaue
rint non tentabunt?Recenſete omnia muliebria iura:quibus licentiam earū alligauerint maiores no
ſtri:per quæ quāq; ſubiecerint uiris:quibus oībus conſtrictas uix tñ continere poteſtis:qui ſi capere ſin
gula extorqueri & æquari ad extremum uiris patiemini:tolerabiles uobis eas fore creditis?extemplo
ſimul pares eſſe cœperint:ſuperiores erunt.At hercule nequid nouum in eas rogetur:recuſant:nō ius
ſed iniuriam deꝑcantur.immo ut quam accepiſtis:iuſſiſtis ſuffragiis ueſtris legem:quam uſu tot āno
rum & experiendo comprobaſtis:hanc ut abrogetis:ideſt ut unam tollendo legem cæteras infirmetis.

Nulla lex ſatis cōmoda oībus ē

Nulla lex ſatis cōmoda oībus eſt:id modo quæritur:ſi maiori parti & i ſummam prodeſt. ſi quod cuiq;
priuatim officiet ius:id deſtruet:ac demolietur:quid attinebit uniuerſos rogare leges:quas mox abro
gare:in quos latæ ſunt:poſſint?Volo tñ audire:quid ſit:pp quod matronæ conſternatæ procurrant in
publicum ac uix foro ſe & concione abſtineant:ut captiui ab Annibale redimantur parentes:uiri:libe
ri:fratres earum procul abeſt:abſitq;:ſp talis fortuna reip.ſed tñ:cum fuit:negaſtis hoc piis cōbus eaq;
At non pietas nec ſollicitudo pro ſuis:ſed religio congregauit eas:matrem ideam Peſſimōte ex Phry

Auaritia luxuria oīa peruerterunt

gia uenientem accepturæ ſunt. Quid honeſtum dictu ſaltem ſeditioni prætenditur muliebri?ut auro
& purpura fulgeamus:inquit:ut carpentis feſtis profeſtiſq; diebus uelut triumphātes de lege uicta &
abrogata & captis & ereptis ſuffragiis ueſtris per urbem uectemur:ne ullus modus ſumptibus nec lu
xuriæ ſit.Sæpe me q̄rentem de fœminarum:ſæpe de uirorum:nec de priuatorum modo: ſed ēt magi
ſtratuum ſumptibus audiſtis:diuerſiſq; duobus uitiis auaritia & luxuria ciuitatē laborare:quæ peſtes
oīa magna imperia euerterunt.Hæc ego quo melior lætiorq; in dies fortuna reipublicæ eſt: imperiūq;
creſcit:& iam in Græciam Aſiamq; tranſcendimus oībus libidinum illecebris repletas:& regias ēt attra
ctamus gazas:eo plus horreo ne illæ magis res nos ceperit:q̄ nos illas.Infeſta mihi credite:ſigna ab Sy
racuſis illata ſunt huic urbi:iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudātis mi
rantiſq;:& antefixa fictilia deorum romanorum ridentis.hos ego malo propitios deos:ſed ita ſpero fu
turos:ſi in ſuis manere ſedibus patiemur.Patrū noſtrorum memoria per legatū Cyneam Pyrrhus nō

Quē olim ſrēnis cōtinebāt

uirorum modo:ſed ēt mulierum aīos donis tentauit.nōdum lex oppia ad coercendam luxuriam mu
liebrem lata erat:tñ nulla accepit:q̄ cauſam fuiſſe cenſetis?eadem fuit quæ maioribus noſtris nihil de
hac re lege ſanciendi:nulla erat luxuria:quæ coerceretur.ſicut ante morbos neceſſe eſt cognitos eſſe:

Varia legū capita

quam remedia eoꝝ:ſic & cupiditates prius natæ ſunt:quam leges:quæ iis modum facerent. Quid le
gem liciniam excitauit de quingentis iugeribus: niſi ingens cupido agros continuandi?quid legem
cinciā de donis & muneribus:niſi qa uectigalis iā & ſtipendiaria plebes eſſe ſenatui cœperat.Itaq; mini
me mirū eſt:nec oppiā:nec aliam ullā tum legē deſideratam eſſe:q̄ modū ſumptibus mulieꝝ faceret cū
auꝝ & purpurā datam & oblatā ultro nō accipiebant:Si nunc cū illis donis Cyneas urbē circūiret: ſtan

tes in publico inueniſſet eas:quæ acciperent. Atq; ego non nullaꝝ cupiditatum nec cãm quidẽ aut ratiõnem inire poſſum:nã ut quod alii liceat:tibi non licere:aliquid fortaſſe naturalis aut pudoris aut indignationis habeat:ſic æquat oĩum cultum:quod unaquæq; ueſtrũ uretur:ne in ſe cõſpiciat. peſſimus quidẽ eſt pudor uel parſimoniæ uel pauptatis:ſed utrũq; lex uobis demit:cũ id:quod habere non licet non habetis. Hanc:inquit:ipſam exæquationẽ non fero illa locuples:cur non inſignis auro & purpura conſpicior? cur pauptas aliaꝝ ſub hac legis ſpecie lateat? ut quod hĩe non poſſunt:habituræ fuiſſe:ſi liceret:uideantur. Vultis hoc certamẽ uxoribus ueſtris iniicere quirites:ut diuites id habere uelint: quod nulla alia poſſit? pauperes:ne ob hoc ipm contẽnantur:ſupra uires ſe extendant? ne ſimul pudere: quõ non oportet cœperit:quod oportet:nõ pudebit:quæ de ſuo poterit:parabit:quæ nõ poterit: uirum rogabit. Miſeq; illum uiq;:& qui exoratus:& q non exoratus erit:cũ quod ipſe nõ dederit:datũ ab alio uidebit. Nunc uulgo alienos uiros rogant:& qd maius eſt:legẽ & ſuffragia rogant:& a quibuſdam impetrant aduerſus te:& rem tuã:& liberos tuos inexorabiles. ſimul lex modũ ſumptibus uxoris tuæ facere deſierit:tu nũq facies. Nolite eodẽ loco exiſtimare quirites futurã rem:quo fuit:anteq lex de hoc ferretur:& hoĩem improbũ non accuſari tutius eſt quã abſolui:& luxuria nõ mota tolerabilior eſſet: quã erit:nũc ipſis uinculis ſolutis:ſicut feræ beſtiæ iritatæ deinde emiſſæ. Ego nullo mõ abrogandã legem oppiã cenſeo:uos quod faxitis deos oẽs fortunare uelim. Poſt hæc tribuni quoq; plebis:qui ſe iterceſſuros profeſſi erant:cũ pauca in eandem ſnĩam adieciſſent:tum. L. Valerius prorogatione ab ſe ꝓmulgata ita diſſeruit. Si priuati tantũmodo ad ſuadendũ diſſuadendumq; id:qd a nobis rogatur: proceſſiſſent:ego quoq; cum ſatis dictũ pro utraq; parte exiſti marẽ:tacitus ſuffragia ueſtra expectaſſem:nũc cũ uir grauiſſimus conſul. M. Portius non auctoritate ſolũ:qua tacita ſatis momenti habuiſſet:ſed oratiõe ẽt longa & accurata inſectatus ſit rogationẽ noſtram:neceſſe eſt paucis reſpondere:qui tñ plura uerba in caſtigandis matronis:quã in rogatione noſtra diſſuadenda conſumpſit. & qdem ut in dubio ponaret:utrũ id:quod repræhẽderet:matronæ ſua ſponte:an nobis auctoribus feciſſent. rem deflendã non nos:in quos iecit magis hoc conſul uerbotenus:quã ut re inſimularet cœtũ & ſeditiones:& interdũ ſeceſſionem muliebrẽ appellauit:quod matronæ in publicũ nos rogaſſent:ut legem in ſe datã per bellũ ꝓpibus duris:in pace & florente ac beata rep. abrogetis. Verba magna quæ rei augendæ cã conquirant & hæc & alia eſſe ſcio:&. M. Catonẽ oratorem non ſolũ grauem:ſed interdum ẽt trucem ſcimus oẽs cũ ingenio ſit mitis: Nã quid tandẽ noui matronæ fecerunt:qd frequentes in cã ad ſe ptinente in publicũ proceſſerunt? nũq ante hoc tps in publico apparuerunt? tuas aduerſus te origines reuoluã: accipe: quo tiens id fecerint & quidem ſp bono publico. Iam a principio regnãte Romulo cum capitolio a ſabinis capto medio in foro ſignis collatis dimicaret? nonne intercurſu matronaꝝ inter acies duas ꝓlium ſeda tum eſt? quid regibus exactis cũ Coriolano Martio duce legiones uolſcoꝝ caſtra ad quintũ lapidẽ poſuiſſent? nonne id agmẽ:quo obruta hæc urbs eſſet:matronæ auerterunt? iam urbe capta a gallis aurũ quo urbs redẽpta eſt:nempe matronæ conſenſu oĩum in publicum contulerunt. proximo bello ne antiqua repetã:nonne & cũ pecunia opus fuit:uiduaꝝ pecuniæ adiuuerũt ærariũ? & cum dii quoq; noui ad opẽ ferendam dubiis rebus accerſerent? matronæ uniuerſæ ad mare profectæ ſunt ad matrẽ idæam accipiendam? Diſſimiles:inqt:cauſæ ſunt:nec mihi cauſas æquare propoſitũ eſt:nihil noui factũ purgare ſatis eſt. Cæteꝝ quod in rebus ad oẽs pariter uiros fœminaſq; pertinentibus feciſſe eas nemo miratus eſt:in cã proprie ad ipſas ptinente miramur feciſſe? Quid aũt fecerũt? ſuperbas mediuſfidius aures habemus:ſi cum dñi ſeruoꝝ non faſtidiant ꝑces:nos rogari ab honeſtis fœminis indignamur. Venio nunc ad id:de quo agitur in quo duplex conſulis oratio fuit:nam & legẽ ullam oĩno abrogari eſt indignatus:& eam ꝑcipue legẽ:quæ luxuriæ muliebris coercendæ cã lata eſſet: & illa cõis pro legibus ſuis conſularis oratio eſt:& hæc aduerſus luxuriã ſeueriſſimis morbis cõueniebat. itaq; periculũ eſt:niſi qd in utraq; re uani ſit:docuerimus:nequis error uobis effundat. Ego. n. quemadmodũ ex iis legibus: q̃ non in tps aliquid:ſed perpetuæ utilitatis cã in æternũ latæ ſunt:nullã abrogari debere fateor:niſi quã aut uſus coarguit:aut ſtatus aliquis reip. inutilẽ fecit:ſic quas tpa aliqua deſiderarunt: leges mortales (ut ita dicam) & tpibus ipſis mutabiles eſſe uideo:q̃ in pace latæ ſunt:plærũq; bellum abrogat: quæ in bello pax:ut in nauis adminiſtratione alia in ſecunda:alia in aduerſa tẽpeſtate uſui ſunt. Hæc cũ ita natura diſtincta ſint:ex utro tandẽ genere ea lex eſſe uidetur:quã abrogamus? Quia uetus regia lex ſimul cum ipſa urbe nata:aut quod ſecundũ eſt decẽuiris ad condenda iura creatis in. xii. tabulis ſcripta: ſine qua cũ maiores noſtri non exiſtimauerint decus matronale ſeruari poſſe nobis quoq; uerendũ ſit: ne cum ea pudorẽ ſanctitatemq; fœminaꝝ abrogemus? Quis igitur neſciat nouã iſtam legẽ eſſe? Qu. Fabio &. T. Sẽpronio conſulibus. xx. annis ante latam? ſine qua cũ per tot annos matronæ optimis moribus uixerint:quod tandẽ:ne abrogata ea effundãtur ad luxuriã:periculum eſt? nam ſi iſta lex aut ideo lata eſſet:ut finiret libidinẽ muliebrem:uerendũ foret:ne abrogata incitaret. Cur ſit ãt lata:ipſum indicauit tps: Annibal in Italia erat uictor ad Cãnas:iam Tarentũ:iam Arpos:iã Capuam hẽbat:ad urbem Romã admoturus exercitũ uidebatur:defecerant ſocii:nõ milites in ſupplementũ:non ſocios nauales ad claſſem tuendã:non pecuniã in ærario habebamus:ſeruiq; bus arma darent? ita ut ꝑcium ꝓ iis bello ꝑfecto dñis ſolueretur:emebant? in eadem die pecuniæ frumentũ & cætera:quæ belli uſus poſtulabat ꝑbenda publicani ſe conducturos ꝓfeſſi erant:ſeruos ad remũ nũero ex cẽſu conſtituto cũ ſtipẽdio no-

L. Valerii oĩo

Et legum quoq; aliq̃ mutabiles & mortales

ſtro dabamus:auꝝ & argentum omne a ſenatoribus eius rei initio orto in publicum cõferebamus:uiduæ & pupilli pecunias ſuas in ærarium deferebant:cautum erat:quo ne plus auri & argenti factũ:quo ne plus ſignati argenti & æris domi haberemus. Tali tpe in luxuria & ornatu matronæ occupatæ erãt: ut ad eam coercendã lex oppi deſiderata ſit:cum quia Cæreris ſacrificium lugentibus oĩbus matronis intermiſſum erat:ſenatus finiri luctum.xxx.diebus iuſſit. Cui non apparet miſeria & inopia ciuitatis: & quia oĩum priuatorum pecuniæ in uſum publicũ uertendæ erant:iſtã legem ſcripſiſſe tãdiu manſuram:quãdiu cauſa ſcribendæ legis manſiſſet? Nam ſi quæ tunc tpis cauſa decreuit:ſenatus aut populus iuſſit:in perpetuum ſeruari oportet:cur pecunias reddimus priuatis? cur publica p̃ſenti pecunia locamus? cur ſerui:qui militẽt:non emuntur? cur priuati non damus remiges:ſicut tunc dedimus? Omnes alii ordines:oẽs homines:mutationem in meliorem ſtatũ reip.ſentient:ad cõiuges tantum noſtras pacis & tranquilitatis publicæ fructus non perueniet? Purpura uiri utemur p̃textati in magiſtratibus:in ſacerdotiis:liberi noſtri p̃textis purpura togis utentur:magiſtratibus incoloniis municipiiſq; togæ p̃textæ habendæ ius eſt:nec id ut uiui ſolum habeant tantũ inſigne:ſed ẽt ut cum eo crementur mortui fœminis dũtaxat uſum purpuræ interdicemus? & cum tibi uiro liceat purpura ĩ ueſte ſtragula uti: matremfamilias tuam purpureũ amiculũ habere non ſines? & equus tuus ſpecioſius inſtratus erit:q̃ uxor ueſtita? Sed in purpura:quæ teritur:abſumiturq; non iniuſtam quidem:ſed aliquam tñ cauſam tenacitatis uideo in auro uero:in quo p̃ter manus præcium nihil intertrimenti fuit:quæ malignitas eſt? præſidium potius in eo eſt ad priuatos & ad publicos uſus:ſicuti expti eſtis. Nullã emulationem ĩter ſe ſingularem:qñ nulla haberet:eſſe aiebat. at hercule uniuerſis dolor & ĩdignatio eſt:cum ſocioꝝ latini nominis uxoribus uident ea conceſſa ornamenta:quæ ſibi adẽpta ſint:cũ inſignes eas eſſe auro & purpura:cum illas uehi per urbem:ſe pedibus ſequi:tãq̃ in illarum ciuitatibus non in ſua imperiũ ſit. Virorũ hoc aĩos uulnerare poſſet:quid mulierculaꝝ cenſetis:quas ẽt parua mouent? nõ magiſtratus:nec ſacerdotia:nec triumphi:nec inſignia:nec dona aut ſpolia bellica his contingere poſſunt: mũdiciæ ornatus & cultus:hæc fœminaꝝ inſignia ſunt his gaudent:& gloriantur:hunc mundũ muliebrem appellauerunt maiores noſtri. Quid aliud in luctu quã purpuram atq; auꝝ deponunt? quid aliud:cum eluxerũt: ſumunt? quid ingratulationibus ſupplicationibuſq; niſi excellentiores ornatus adiiciunt? Scilicet:ſi legem oppiam abrogaueritis:non ueſtri arbitrii erit:ſi quid eis uetare uolueritis:quod nũc lex uetat:minus fidæ uxores ſorores ẽt quibuſdam in manu erunt. nunq̃ ſaluis ſuis exuitur ſeruitus muliebris: & ipſe libertatem:quam uiduitas & orbitas facit:deteſtant. In ueſtro arbitrio ſuum ornatũ: quam in lege malunt eſſe:& uos in manu & tutela non in ſeruitio debetis habere eas: & malle patres uos aut uiros: quam dños dici. Inuidioſis noĩbus utebatur modo conſul ſeditionem muliebrẽ & ſeceſſionem appellando. id enim periculũ eſt:ne ſacrum montẽ ſicut quondã irata plebs aut auentinũ capiant. Patiẽdum huic infirmitati eſt:quodcũq; uos cenſueritis:quo plus poteſtis:eo moderatius ĩperio uti debetis.

Legis oppiæ abrogatio



HAEC CVM CONTRA LEGEM PROq; lege dicta eſſent:aliquanto maior frequentia mulierum poſtero die ſeſe in publicũ effudit: unoq; agmine oẽs tribunorum ianuas obſederunt: qui collegarum orationi intercedebant:nec ante abſtiterunt quã remiſſa iterceſſio a tribunis eſt. nulla deinde dubitatio fuit:quin oẽs tribus legem abrogarent. ãnis xx. poſt abrogata eſt:quã lata. M. Portius conſul: poſteaq̃ abrogata eſt oppia lex:extemplo.xxv. nauibus longis:quaꝝ quinq; ſociorum erant:ad Lunæ portũ profectus:eodẽ exercitu conuenire iuſſo:& edicto poram maritimã miſſo:nauibus oĩs generis cõtractis a luna proficiſcens edixit:ut ad portum Pyrenẽ ſeq̃rentur:inde ſe frequẽti claſſe ad hoſtes iturum. p̃teruecti liguſtinos mõtes ſinumq; gallicũ:ad diẽ quam edixerat:conuenerunt inde Rhodã uentum:& præſidiũ hiſpanorum:qđ in caſtello erat:ui deiectum.

Abrogata oppia lege 70. annos poſtq̃ lata fuit. M. Portio Cato quidam eius abſit auctoriz

Emporiæ

ab Rhoda ſecundo uento Emporias puentum:ibi copiæ oẽs p̃ter ſocios nauales in terrã expoſitæ. Iam tunc Emporiæ duo oppida erant muro diuiſa:unum græci habebant a Phocea: unde & maſſilienſes oriundi:alterum hiſpani. ſed græcũ oppidum in mare expoſitũ totum orbem muri minus quadringẽtos paſſus patentem habebat. hiſpanis retractior a mari triũmillium paſſuũ incircuitu murus erat. tertium genus romani coloni ab diuo Cæſare poſt deuictos Pompeii liberos allecti: nunc in corpus unũ confuſi oẽs:hiſpanis prius poſtremo & græcis in ciuitatem ro. aſcitis. Miraretur q tunc cerneret aperto mari ab altera parte:ab altera hiſpanis tam fera & bellicoſa gẽte obiectis:quæ res eos tutaretur. diſciplina erat cuſtos infirmitatis:q̃ inter ualidiores optime timor continet. Partem muri uerſam ĩ agros egregie munitã habebant:una tantum in eam regionẽ porta impoſita cuius uel aſſiduus cuſtos aliquis ex magiſtratibus erat. nocte pars tertia ciuium in muris excubabat:neq; moris tãtum aut legis cauſa: ſed quanta:ſi hoſtis ad portas eſſet:obſeruabant uigilias:& circũibant cura hiſpanum neminem in urbem

Emporiaꝝ deſcriptio

recipiebant:ne ipſi quidē temere urbe excedebant:ad mare patebat oībus exitus Porta ad hiſpanorū oppidū uerſa nunq̄ niſi frequentes:ps tertia fere:cuius proxima nocte uigiliæ in muris fuerant: egrediebantur.cā exeundi hæc erat:cōmertio eorum hiſpani īprudentes maris gaudebāt:mercariq̄ & ipſi ea:quæ externa nauibus inueherent:& agrorum exigere fructus uolebant.huius mutui uſus deſiderium:ut hiſpana urbs græcis pateret:faciebat.Erant ēt eo tutiores:quod ſub umbra romanæ amicitiæ latebant:q̄ ſicut minoribus uiribus quā maſſilienſes:ita pari colebant fide.tunc quoq̄ conſulē exercitū q̄ comiter ac benigne acceperunt.Paucos ibi moratus dies Cato dū exploraret:ubi & quātæ hoſtium copiæ eſſent:ut ne mora quidē ſegnis eſſet:oē id tps exercendis militibus conſumpſit.Id erat forte tps anni:ut frumentū in areis haberēt:itaq̄ redemptoribus uetitis frumentū parare ac Romā dimiſſis:bellum:inq̄:ſeipſum alet.pfectus ab Emporiis agros hoſtiū urit:uaſtatq̄:oīa fuga & terrore cōplet. Eodē tpe Heluio decedenti ex ulteriore Hiſpania cum p̄ſidio ſexmilliū dato ab.Ap.Claudio prætore:celtiberi agmine ingenti ad oppidū Iliturgim occurrerunt:uigintimillia armatoꝝ fuiſſe Valerius ſcribit.xii. millia ex iis cæſa:oppidū Iliturgim receptum:& puberes oīs interfectos.inde ad caſtra Catonis Heluius peruenit & quia tuta iam ab hoſtibus regio erat:p̄ſidio in ulteriorem Hiſpaniam remiſſo Romam eſt profectus:& ob rem fœliciter geſtam ouās urbē eſt ingreſſus:argēti infecti tulit in ærarium quattuordecimillia pondo ſeptīgentatrigintaduo & ſignati bigatoꝝ.xyii.millia.xxiii.& aſcenſcis argēti.c.xx. millia.cccc.xxxyiii.cauſa negati triumphi fuit:qd' alieno auſpicia & in aliena ꝓuincia pugnaſſet.Cæterum biēnio poſt redierat:cum ꝓuincia quoq̄ ſucceſſori Minutio tradita annū ſequētem retētus ibi lōgo & graui fuiſſet morbo.itaq̄ duobus mō menſibus ante Heluius ouans urbē eſt ingreſſus:quā ſucceſſor eius.Qu.Minutius triumpharet.hic quoq̄ tulit argenti pondo.xxxiiii.millia: octingenta bigatoꝝ.lxxiii.millia:& aſcenſcis argenti.cc.lxxyiii.millia.

Celtiberi cū bellum

Iliturgim expugnatū in eam rem puberes interfici

Heluiꝰ ouans urbem ingreſſus

Oſca urbs hiſpaniæ ē



IN HISPANIA INTERIM CONSVL HAVDprocul Emporiis caſtra habebat eo legati tres ab ilergetum regulo Biliſtage: in quibus unus filius eius erat cōuenerunt:querentes caſtella ſua oppugnari. nec ſpem ullā eſſe reſiſtēdi:niſi præſidiū romani miſiſſent:quinamillia militū ſatis eſſe:nec hoſtes ſi tanta manus ueniſſet manſuros. Ad ea conſul moueri quidem ſe uel periculo eoꝝ uel metu dicere: ſed ſibi neq̄q̄ tīn copiaꝝ eſſent cū magna uis hoſtiū haud ꝓcul abſit:cū qua mox ſignis collatis dimicandū ſibi īdies expectet:diuidendo exercitū minuere tuto uires poſſet.Legati ubi hoc audierūt flentes ad genua conſulis prouoluūtur:orant:ne ſe in rebus tā trepidis deſerat:quo.n.ſe repulſos ab romāis ituros? nullos ſe ſocios:nihil uſq̄ in terris aliud ſpei habere: potuiſſe ſe extra id periculū eſſe:ſi decedere fide:ſi coniurare cū cæteris uoluiſſent:nullis minis: nullis periculis ſe motos ſperantes ſatis opis & auxilii ſibi in romanis eſſe:id ſi nullū ſit:ſi ſibi a cōſule neget: deos hoieſq̄ ſe teſtes facere:inuitos & coactos ſe ne eadē:quæ ſagūtini paſſi ſunt:patiant' defecturos & cū cæteris potius hiſpanis quā ſolos perituros eſſe:& illo quidē die ſic ſine reſponſo dimiſſi.Conſulē nocte:quæ inſecuta eſt:anceps cura agitare:nolle deſerere ſocios:nolle minuere exercitū: quod aut morā ſibi ad dimicandū:aut in dimicando periculū afferre poſſe ſtat ſnīa non minuere copias:nequid interī hoſtes inferant ignominæ:ſociis ſpē pro re oſtendēdam cēſet:ſæpe uana pro ueris maxīe in bello ualuiſſe:& credentē ſe aliquid auxilii habere:perinde atq̄ hīret ipſe fiducia & ſperādo atq̄ audendo ſeruatū. Poſtero die legatis reſpōdit:q̄q̄ uereat':ne ſuas uires aliis eas cōmodando minuat:tñ illoꝝ ſe tpis ac periculi magis:quā ſui rōnem habere denūciari militū parti tertiæ ex oībus cohortibus iubet: ut cibum: quē in naues imponāt.mature coquant:nauesq̄ in diē tertiū expediri iuſſit:duos ex legatis Biliſtagi atq̄ ilergetibus nūciare ea iubet filiū reguli cōiter habendo & muneribus apud ſe retinet.Legati nō ante pfecti:q̄ impoſitos in naues milites uiderunt:id ꝓ haud dubio iam nūciantes nō ſuos mō:ſed etiā hoſtes fama romani auxilii aduētantis impleuerūt.Cōſul ubi ſatis:quod in ſpē fuit:oſtētatū eſt: reuocari ex nauibus milites iubet:ipſe cū iā id tps anni appeteret.quo geri res poſſent:caſtra hyberna mille paſſuum ab Emporiis poſuit:inde per occaſiones nūc hac parte:nūc illa mō præſidio caſtris relicto prædatum milites in hoſtiū agros educebat:nocte ferme proficiſcebātur:ut & quālongiſſime a caſtris ꝓcederent:& inopinātes opprimerent:& exercebat ea res nouos milites:& hoſtiū magna uis excipiebat':nec iam egredi extra munimēta caſtelloꝝ audebant.Vbi ſatis admodū & ſuoꝝ & hoſtiū aīos eſt expertus: cōuocari tribunos præfectoſq̄ & equites oēs centuriōes iuſſit:Tēpus:inquit:quod ſæpe optaſtis:uēit: quo uobis poteſtas fieret uirtutē ueſtram oſtēdendi:adhuc prædonū magis:quam bellantiū militaſtis more nūc iuſta pugnahoſtes cū hoſtibus cōſeratis manus:nō agros īde populari:ſed urbiū opes hauriet licebit Patres noſtri cū Hiſpania carthaginenſiū & īperatores ibi:& exercitus eēnt:ipſi nullum īperatorem:nullos in ea milites haberēt.tñ addere hoc in fœdere uoluerūt:ut imperii ſui iberus fluuius eēt

Cur nō in diē potius

Legati Reguli Biliſtagis Romā implorant auxilia

Verba Conſulis ad milites

finis nunc cũ duo prætores:cũ cõsul:cum tres exercitus romani Hiſpaniam obtineat:& carthaginẽſium iam ꝓpe decẽ annis nemo in his ꝓuinciis ſit:imperiũ nobis citra Iberũ amiſſum ẽ.hoc armis & uirtute recuperetis:oportet:& nationẽ rebellantem magis temere:quã conſtãter bellantẽ: iugum quo ſe exuit accipere rurſus cogatis.In hunc modũ maxime adhortatus ꝓnuncias ſe nocte ad caſtra hoſtium ductuꝝ.ita ad corpora curanda dimiſſi.nocte media:cũ auſpicio operã dediſſet ꝓfectus:ut locum:quẽ uellet priuſq̃ hoſtes ſentirent:caperet:præter caſtra hoſtiũ circũducit:& prima luce acie inſtructa ſub ipſum uallũ tres cohortes mittit.Mirãtes barbari a tergo apperuiſſe romanũ diſcurrere ipſi ad arma interim cõſul apud ſuos nuſq̃:niſi in uirtute ſpes eſt milites:inquit:& ego ſedulo:ne eſſet:feci: inter caſtra noſtra & nos medii hoſtes:& ab tergo hoſtium ager ẽ:quod pulcherrimũ idem tutiſſimũ ẽ: in uirtute ſpem poſitã habere.Sub hæc cohortes recipi iubet:ut barbaros ſimulatione fugæ educeret.id: qd̃ crediderat:euenit:pertimuiſſe & cedere rati romanos porta erũpunt:& quantũ inter caſtra ſua:& hoſtium aciem relictũ erat loci.armatis cõplent dũ trepidant acie inſtruenda cõſul iam paratis ordinatiſq̃ oĩbus incõpoſitos aggredit̃ equites primos ab utroq̃ cornu in pugnã educit:ſed in dextero extẽplo pulſi cedenteſq̃ trepidi etiã peditũ terrorem intulere.Quod ubi uidit conſul:duas cohortes delectas ab dextero latere hoſtiũ circũduci iubet:& ab tergo ad eos tendere:priuſq̃ concurrerẽt peditũ acies.is terror obiectus hoſti rem metu romanoꝝ equitũ inclinatã æquauit.tñ adeo turbati erant dexteræ alæ equites: peditesq̃:ut quoſdam cõſul manu ipſe repræhenderit:uerteritq̃ in hoſtẽ & quãdiu miſſilibus pugnatum eſt:anceps pugna erat:& iam ab dextera parte:unde terror & fuga cœperat ægre romanus reſiſtebat:a ſiniſtro cornu & ab fronte urgebãtur barbari & cohortes ab tergo inſtãtes pauidi reſpiciebant:& emiſſis ſoliferreis falariciſq̃ gladios ſtrinxerũt:tum uelut reditegrata ẽ pugna:nõ geſi ictibus ꝓcul ex iprouiſo uulnerabãtur:ſed pedecollato tota in uirtute ac uiribus ſpes erat.Feſſos iam ſuos cõſul ex ſeçũda acie ſubſidiariis cohortibus in pugnã inductis accendit:noua acies facta:integri recentibus telis fatigatos adorti hoſtes primũ acri impetu uelut cuneo perculerũt:deinde diſſipatos in fugam auerterunt:effuſo par agros curſu repetebãtur.Vbi oĩa fuga completa uidit Cato ipſe ad ſecũdam legionem quæ in præſidio poſita erat:reuehitur:& ſigna præferri.plenoq̃ gradu ad caſtra hoſtiũ oppugnanda ſuccedere iubet:ſiquis extra ordinẽ auidus procurrit:& ipſe inter equites ſparo percutit:& tribunos cẽturioneſq̃ caſtigare iubet.Iam caſtra oppugnabãtur:ſaxiſq̃ & ſudibus & omni genere teloꝝ ſũmouebantur a uallo romani.ubi recens admota legio eſt: tum & oppugnãtibus aĩus creuit:& infenſius hoſtes ꝓ uallo pugnabãt.Cõſul oĩa oculis pluſtra:ut qua minima ui reſiſtitur:ea parte irrũpat: ad ſiniſtrã portã infrequentes uidet:eo ſecundæ legionis principes haſtatoſq̃ inducit.Nõ ſuſtinuit impetum eorum ſtatio:quæ portæ appoſita erat:& cæteri poſteaq̃ intra uallum hoſtes uident: ipſi caſtris exuti ſigna armaq̃ abiiciunt.cædũtur in portis ſuometipſi agmine in arto hærentes.ſecũdani terga hoſtium cædunt:cæteri caſtra diripiunt.Valerius Antias ſupra.xl.millia hoſtium cæſa eo die ſcribit. Cato ipſe haud ſane detrectator laudum ſuaꝝ multos cæſos ait:numerũ non ſcribit.Nihil deinde a uictoria ceſſatum:cũ receptui ſigno dato ſuos ſpoliis honuſtos in caſtra reduxiſſet: paucis horis noctis ad quietẽ datis ad prædandũ in agros duxit:Effuſius ut ſparſis hoſtibus fuga prædati ſunt:quæ res non minus quã pugna pridie aduerſa emporitanos hiſpanos accolaſq̃ eoꝝ in deditionẽ cõpulit.multi & aliaꝝ ciuitatũ q Emporias perfugerant:dediderũt ſe:quos oĩs appellatos benigne domos dimiſit.Cõfeſtim ide caſtra mouit:& quacunq̃ incedebat agmẽ:legati dedẽtium ciuitates ſuas occurrebant:& cũ Tarraconem uenit:iam oĩs cis iberꝝ Hiſpania perdomita erat.captiuiq̃ & romani & ſocium ac latini noĩs uariis caſibus in Hiſpania oppreſſi domũ conſulis a barbaris reducebant̃.Fama inde uulgatur: cõſulem in Turdetaniã exercitum ductuꝝ:& ad deuios montanos profectuꝝ etiã falſo perlatũ eſt:Ad hunc uanum & ſine auctore ullo rumoré bergiſtanoꝝ ciuitates ſeptẽ:& aliquot caſtella defecerunt.eos deducto exercitu cõpulſos ne memorando prælio in ptãtem redegit.Haud ita multo poſt idem regreſſo. Tarraconem conſule:prius q̃ inde quoq̃ procederet:defecerũt.Iteꝝ ſubacti:ſed nõ eadem uenia uictis fuit:ſub corona uenire oẽs:ne ſæpius pacẽ ſollicitarent.Interim Publius Manlius prætor exercitu uetera a.Qu.Minutio cui ſucceſſerat accepto adiuncto & a.P.Claudio Nerone ex ulteriore Hiſpania uetere item exercitu in Turdetaniã proficiſcitur.Oium hiſpanioꝝ maxime imbelles habẽtur turdetani fræti tamẽ multitudine ſua obuiam ierunt agmine romão.Eques imiſſus turbauit extẽplo acies eoꝝ: pedeſtre prælĩ nullius ferme certaminis fuit:milites ueteres periti hoſti belliq̃ haud dubiã pugnam fecerunt.Nec tamẽ a pugna debellatum eſt.x.millia celtiberꝝ mercede turduli conducunt:alieniſq̃ armis parabant bellũ.Conſul interim rebellione bergiſtanoꝝ ictus cæteras quoq̃ ciuitates ratus per occaſionẽ idem facturas:arma oĩbus cis iberũ hiſpanis ademit:q̃ rem adeo ægre paſſi: ut multi mortem ſibimetipſis conſciſcerẽt:ferox gens nullam uitã rata ſine armis eſſe.Quod ubi conſuli nunciatum eſt ſenatores oĩum ciuitatum ad ſe uocari iuſſit:atq̃ iis Non noſtra:inquit:magis:quam ueſtra refert uos non rebellare:ſiquidem maiore hiſpanoꝝ malo:quã exercitus romani labore ſemper adhuc factũ eſt: ut ne fiat:uno modo cauendũ arbitror poſſe:ſi effectum erit:ne poſitis rebellare.uolo id quam molliſſima uia conſequi:uos quoq̃ in ea re cõſilio me adiuuare:nullum libẽtius ſequar:quã quod uoſmet ipſi attuleritis:Tacentibus ſpatiũ ſe ad deliberandum dieꝝ paucoꝝ dare dixit:cum reuocati ſecundo iquoq̃ concilio tacuiſſent:uno die muris omniũ dirutis ad eos:qui nondum parebant:profectus: ut

Atĩ. Catonis ſtrata gema

Barbaroꝝ cædes

Sub rosam Venire

Conſulis Ludicra ſio in hiſpanos tis ibez

Atĩ. hiſpanoꝝ feroci

Conſulis Vã ad ſenatoꝛ es ciuitatum hiſpanię

in quamcq; regionē uenerat:oēs:qui circū incolebant:populos ī deditionem accepit. Segestiam tantū grauem atq; opulentā ciuitatem uineis & pluteis cepit. Eo maiorem habebat difficultatem in subigendis hostibus:quā qui primi uenerant in Hispaniam:qd' ad illos tædio īperii carthaginēsiū hispani deficiebant:huic extirpata libertate in seruitutem uelut asserendi erāt. Et ita mota oīa accepit:ut alii in armis essent:alii obsidione ad defectionē cogerent. nec nisi in tēpore subuentū foret: ultra sustentaturi fuerint. Sed in cōsule ea uis animi atq; ingenii fuit:ut oīa maxima minimaq; per se adiret: atq; ageret: nec cogitaret mō:imperaretq; quæ in rem essent:sed plæraq; ipse transigeret:nec in quenq; omniū gratiis seueriusq; quam in semetipsum imperiū exerceret:parsimonia & uigiliis & labore cū ultimis militum certaret:nec quicq; in exercitu suo præcipui præter honorē atq; imperiū haberet. Difficilius bellum in Turdetania prætori romano:P. Manlio celtiberi mercede exciti ab hostibus:sicut ante dictum est:faciebant. Itaq; eo consul accersitus litteris prætoris legiōes duxit. Vbi eo uenit:castra separatim celtiberi & turdetani habebant:cū turdetanis extēplo leuia prælia incursantes stationes eoꝝ romani faciebant:semperq; uictores ex quāuis temere cœpto certamine abibant. Ad celtiberos in colloquiū tribunos militum ire consul:atq; iis trium conditionū electionē ferre iubet:primā si transire ad romanos uelint:& duplex stipendium accipere:q̄ quantū a turdetanis pepigissent:altera:si domos abire publica fide accepta nihil eam rē noxiæ futurā:quod hostibus:se romanoꝝ iunxissent:tertiam:si utiq; bellū placeat:diem locūq; constituāt ubi secū armis decernant. A celtiberis dies ad consultādum petita:conciliū imixtis turdetanis habitum magno cū tumultu:eo minus decerni quicq; potuit. Cum incertum bellū an pax cum celtiberis esset:cōmeatus tamen haud secus quam in pace ex agris castelliscq; hostiū romani portabant. deinde sæpe munimenta eoꝝ uelut cōi pacto cōmertio priuatis inducis ingredientes. Consul ubi hostes:ad pugnam elicere nequit: primū prædatum sub signis aliquot expeditas cohortes in agrum integræ regionis ducit:deinde audito Secuntiæ celtibeꝝ omnis sarcinas impedimētaq; relictā:eo pergit ducere ad oppugnandū. Posteaq; nulla mouent re:persoluto stipendio non suis: mō sed ēt prætoris militibus:relictoq; oī exercitu in castris prætoris:ipse cū septem cohortibus ad ibeꝝ est regressus. Et tam exīgua manu oppida aliquot cepit:defecere ad eum sedetani:auxetani:suessetani. Lacetanos deuiam & siluestrā gentem cum insita feritas continebat in armis:tum cōscientia dum consul exercitusq; turdulo bello est occupatus depopulatoꝝ subitis incursionibus socioꝝ. Igitur ad oppidum eoꝝ oppugnandū consul ducit non romanas modo cohortes:sed & iuuentutem ēt merito infēsorum iis socioꝝ. Oppidum lōgum in altitudinem haud quaq; tantūdem patens habebat. quadringētos inde ferme passus constituit signa:ibidem lectaꝝ cohortium stationem relinques præcepit iis: ne se ex eo loco ante mouerent:quā ipse ad eos uenisset:cæteras copias ad ulteriorem partē urbis circūducit:maximū ab oībus auxiliis numeꝝ suessetanæ iuuentutis habeat:eos ad muꝝ oppugnandum subire iubet. Quoꝝ ubi arma signaq; lacetani cognouere:memores quā sæpe in agro eoꝝ impūe persultassent:quotiēs ipsos signis collatis fudissent:fugassentq;:patefacta repēte porta uniuersi in eos erūpunt. Vix clamorē eoꝝ nedum impetum suessetani tulere qd' posteaq; futuꝝ:ut ratus erat:consul fieri etiam uidit:equo citato subter muꝝ hostium ad cohortes aduehitur:atq; eas arreptas effusis oībus ad seqndos suessetanos:qua silentium ac solitudo erat:in urbem ducit:priusq; oīa cepit:quā se reciperent lacetani:mox ipsos nihil præter arma habentes in deditionē accepit. Confestim inde uictor ad Rhegiū ducit Castrum:receptaculum id maxime prædonū erat:& inde incursiones:in agros pacatos prouinciæ eius fiebant transfugit inde ad consulē princeps uergestanus:& purgare se ac populares cœpit. nō esse in manu ipsis remp. prædones receptos totum suæ potestatis id Castrū fecisse. Consul eum domū redire:conficta aliqua probabili cur abfuisset causa:iussit:cum se muros subisse cerneret:intētosq; prædones ad tuenda mœnia esse:tum uti cū suæ factionis hoibus meminisset arcem occupare. Id:uti præceperat:factum repente anceps terror hinc muros ascendentibus romanis:illinc arce capta barbaros. circūuasit Huius potitus loci consul eos:qui arcem tenuerant: liberos esse cum cognatis suaq; habere iussit:uergestanos cæteroscq; quæstori:ut uenderet:imperauit:de prædonibus supplicium sūpsit. Pacata prouincia uectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisq;:quibus tū institutis locupletior in dies prouincia fuit Ob has res gestas supplicationē in triduum patres decreuerunt. Eadē ætate alter cōsul Valerius Flaccus in Gallia cum boioꝝ manu ꝓpter litanam siluam signis collatis secūdo prælio cōflixit:octomillia galloꝝ cæsa traduntur:cæteri oēs in uicos suos atq; agros dilapsi. Consul reliquū æstatis circa padum Placentiæ & Cremonæ exercitum habuit: restituitq;: quæ in iis oppidis bello diruta fuerant. Cum hic status reꝝ in Italia Hispaniaq; esset. T. Quintius in Græcia ita hybernis actis: ut exceptis ætolis:quibus nec pro spe uictoriæ præmia cōtigerant:nec diu quies placere poterat: uniuersa Græcia simul pacis libertatisq; perfruens bonis egregie statu suo gauderet:nec magis in bello uirtutē romani ducis:q̄ in uictoria temperātiam iustitiamq; & moderatiōe miraretur:senatusconsultum: quo bellum aduersus Nabin lacedæmoniū decretum erat:affertur. Quo lecto Quintius conuentū Corinthum oīum sociaꝝ ciuitatum legationibus in diē certam edicit:ad quā ubi frequentes undiq; principes cōuenerunt:ita ut in ea ne ætoli quidē abessent:tali oratione est usus. Bellum aduersus Philippū non magis cōi aīo consilioq; romani & græci gesserunt:q̄ utriq; suas causas belli habuerunt. nam & romanoꝝ amicitiā nūc carthaginenses hostes eoꝝ iuuando:nunc hic sociis nostris oppugnandi uiolaue

Lacetanos in hispania mouet

Exēplū imperatoriæ uirtutis in catone

O Veterum homo

Carteo contra celtiberos Turdetanos pfitetur, tāq; hostes illos ꝑsequit

Carteo porro ꝑsentiū multa ferit

Et in gallia res bene gesta

Verba in cōsilio quinti recitata

rat:& in uos talis fuit:ut nobis etiam:si noſtrarꝝ obliuiſceremur iniuriarꝝ:ueſtræ iniuriæ ſatis digna cā belli fuerint.Hodierna conſultatio tota ex uobis pendet refero.n.ad uos utrum Argos:ſicut ſcitis ipſi:

Cōſultatio de argis a Nabide recipiendis

ab Nabide occupatos pati uelitis ſub diciōe eius eſſe: an æquū cenſeatis nobiliſſimam uetuſtiſſimam qꝫ ciuitatem in media Græcia ſitam repeti in libertatē:& eodē ſtatu quo cæteras urbes Pelopōnenſi & Græciæ eſſe.Hæc conſultatio:ut uidetis:tota de re pertinente ad uos eſt:romanos nihil cōtingit:niſi q̄ tenus libertatis Græciæ unius ciuitatis ſeruitus nō plenam nec integrā gloriam eſſe ſinit.cæterꝝ ſi uos nec cura eius ciuitatis:nec exemplū:nec periculū mouet:ne ſerpat latius contagio eius mali: nos æqui boniq̄ facimus.de hac re uos conſulo:ſtaturus eo quod plures cenſueritis.Poſt orationē romani impe

Athenienſiū legatꝰ Ro. gras agit

ratoris percēſeri alioꝝ ſniæ cœptæ ſunt.Cum legatus atheniēſium:quantū poterat gratiis agendis ro/ manoꝝ in Græciam merita extuliſſet:imploratos auxiliū aduerſus Philippum tuliſſe opem:nō roga/ tos ultro aduerſus tyrannū Nabin afferre auxilium: indignatuſq̄ eſſet hæc tanta merita ſermonibus tamen aliquoꝝ carpi futura calūniantium:cū fateri potius præteritoꝝ gratiā deberent:apparebat incē

Alexandri ætoli oīo in ro.

ſos ætolos.Igit Alexander princeps gentis inuectus primū in athenienſes:qui libertatis quondam du ces & auctores aſſentationis ,ppriæ gratia cōem cauſam ,derent.queſtus deinde eſt achæos Philippi quondā milites:poſtremum ab inclinata fortuna eius tranſfugas:& Corinthum recepiſſe: & id agere ut Argos habeant.ætolos primos hoſtes Philippi ſemper ſocios romāoꝝ pactos in fœdere ſuas urbes agroſq̄ fore deuicto Philippo:fraudari Echino & Pharſalo.inſumulauit fraudis romanos quod uano titulo libertatis oſtentato Chalcidem & demetriadē præſidiis tenerent:qui Philippo cūctanti deduce/ re inde præſidia obiicere ſemper ſoliti ſunt:nunq̄:donec Demetrias Chalciſq̄ & Corinthus tenerētur liberam Græciā fore.Poſtremo qui remanēdi in Græcia retinendiq̄ exercitus Argos: & Nabin cauſā facerent:deportarēt legiones in Italiam:ætolis polliceri aut conditiōe & uoluntate ſua Nabin præſidiū

Ariſtēi uerba p ætoli ,prandis argis

Argis deductuꝝ:aut ui atq̄ armis coacturos in ptāte conſentiētis Græciæ eſſe.Hac uaniloquentia pri/ mum Ariſthenū prætorē achæoꝝ excitauit.Ne iſtud:inquit:Iupiter optimus maximuſ ſinat:Iunoq̄ re gina cuius in tutela Argi ſūt:ut illa ciuitas inter tyrānum lacedæmoniū & latronos ætolos præmiū ſit poſita in eo diſcrimine:ut miſerius a nobis recipiatur:quā ab illo capta eſt.Mare interiectū ab iſtis præ donibus non tuet nos.T.Quinti.quid ſi in media Pelopōneſo arcem ſibi fecerint futuꝝ nobis eſt lin guam tantū græcoꝝ habent ſicut ſpeciem hoīum.moribus ritibuſq̄ efferatioribus:q̄ ulli barbari īma/ nes belluæ uiunt.Itaq̄ uos rogamus romani:ut & ab Nabide Argos recuperetis:& ita res Græciæ cōn ſtituatis:ut a latrocinio quoq̄ ætoloꝝ ſatis pacata hæc relinquatis.Romanus cōſul cunctis undiq̄ īcre/ pantibus ætolos reſponſuꝝ ſe fuiſſe iis dixit:niſi ita infenſos oīs in eos uideret:ut ſedandi potius: quā irritandi eēnt:contētū itaq̄ opinione ea:quæ de romāis ætoliſq̄ eſſet referre ſe dixit: quid de Nabidis bello placeret:niſi redderet achæis Argos.Cum oēs bellū decreuiſſent:auxilia:ut pro uiribus ſuis quo qꝫ ciuitates mitterēt:eſt hortatus:ad ætolos legatos etiā miſit:magis ut nudaret aīos:id quod euenit:q̄ ſpe impetrari poſſe.tribunis militum ut exercitū ab Hellacia accerſerēt imperauit:Per eoſdē dies & An tiochi legatis de ſocietate agētibus reſpōdit nihil ſe abſentibus decē legatis ſniæ habere:Romā eundū ad ſenatū iis eſſe:ipſe copias eductas ab Hellacia ducere Argos pergit:atq̄ ei circa Cleonas Ariſthenus prætor achæoꝝ cū.x.millibus achæoꝝ militibus occurrit:& haud ,pcul inde iunctis exercitibus poſue runt caſtra.Poſtero die in campū argiuoꝝ deſcenderunt & quattuor fere millia ab Argis locum caſtris capiūt.Præfectus præſidio laconū Pythagoras gener idē tyranni & uxoris eius frater:qui ſub aduentū romanoꝝ & utraſq̄ arces (nam duas habēt Argi & loca alia:quæ opportuna aut ſuſpecta erant: ualidis præſidiis firmauit.ſed inter agenda hæc pauorē iniectum aduentu romanoꝝ diſſimulare haud quaq̄ poterat:& ad externum terrorem inteſtina etiam ſeditio acceſſit.

Democlis tyrānī argiui & ſo cioꝝ cædes



DEMOCLES ERAT ARGIVVS ADOLE/ ſcēs maioris animi:quā cōſilii:qui primo iureiuran/ do īterpoſito de præſidio expellēdo cū idoneis collo cutus dū uires adiicere cōiurationi ſtudet:incautior fidei æſtimator fuit.colloquentē eū cū ſuis ſatelles a præfecto miſſus cū accerſeret ſenſit proditū cōſilium eſſe:hortatuſq̄ cōiuratos:qui aderāt:ut potius :quā extorti morerent:arma ſecū caperent:atq̄ ita cū pau cis in foꝝ ire pergit clamitans:ut qui ſaluā rem p.uel lent:auctorē & ducem ſe libertatis ſequerētur:haud ſane mouit quemq̄:quia nihil uſq̄ ſpei ,ppinquæ ne dum ſatis firmi præſidii cernebāt:Hæc uociferātem eū lacedæmonii circūuentū cum ſuis interfecerūt.cō prehēſi deinde quidā:& alii ex iis occiſi plures: pau ci in cuſtodiā coniecti ,pxima nocte funibus per mu rū demiſſi ad romanos tranſfugerūt.Quintius affirmātibus iis ſi ad portā romanus exercitus fuiſſet non ſine effectu motum illū futuꝝ fuiſſe:ſi propius caſtra admouerent:non quieturos argiuos: miſit expeditos equites peditesq̄:qui circa Cylarabin gymnaſiū (ideſt minus trecētos paſſus ab urbe) cum

erumpẽtibus a porta lacedæmoniis prælium cõmisserunt:atq; eos haud magno certamine cõpulerũt in urbẽ & castra eo ipso loco:ubi pugnatũ erat.ĩperator romanus posuit:Diẽ unum in speculis fuit:si quid noui motus oriret:posteaq; oppressam metu ciuitatẽ uidit:aduocat conciliũ de oppugnãdis Argis.Oĩum præcipuũ Græciæ præter Aristhenũ eadem snĩa erat:cum cã belli non alia esset inde potiss mũ ordiendi belli.Quintio id nequaq; placebat:sed Aristhenũ contra oĩum cõsensum differentẽ cũ haud dubia approbatiõe audiuit:& ipse adiecit cũ ꝓ argiuis aduersus tyrannũ bellũ susceptum sit:quid minus cõueniens esse quã omisso hoste Argos oppugnari?se uero caput belli Lacedæmonẽ & tyrannũ petituꝝ:& dimisso concilio frumentatũ expeditas cohortes misit:qd maturi erat circa:demessũ:& conuectũ est:uiride ne hostes mox haberẽt,ptritum & corruptũ.castra deinde mouit:& parthenio mõte superato præter Tegeam tertio die ad Carrhias posuit castra.ibi priusq; hostiũ intraret agrũ:sociorũ auxilia expectauit.uenerunt macedones a Philippo duomillia &.dcc.& thessaloꝝ equites quadringẽti:nec iam auxilia:quoꝝ affatim erat:sed cõmeatus finitimis urbis imperati morabant romanũ.nauales quoq; magnæ copiæ cõueniebant:iam ab Leucata.L.Quintius cũ.xl.nauibus uenerat:iã rhodiæ.x.& octo naues:iam Eumenes rex circa Cyclades insulas erat cũ.x.tectis nauibus triginta lembis mixtisq; aliis minoris formæ nauibus.ipsoꝝ quoq; lacedæmonioꝝ exules permulti tyrannoꝝ iniuria pulsi spe recupandæ patriæ in castra romana conuenerunt.multi ante erãt iam per aliquot ætates:ex quo tyrãni tenebant Lacedæmonẽ alii ab aliis expulsi:princeps erat exulũ Agesiopolis cuius iure gentis regnum.Lacedæmoniæ erat pulsus infans ab Lycurgo tyrãno post mortem Cleomenis:qui primus tyrannus Lacedæmoniæ fuit.Cũ terra mariq; tantũ bellum circunstaret tyrannũ:& ꝑpe nulla spes esset:uires suas hostiũq; æstimanti.non tñ omisit bellum:sed a Creta mille delectos iuuentutis eoꝝ exciuit cũ mille iam haberet:& triamillia mercẽnarioꝝ militũ.x.millia populariũ cũ castellanis agrestibus in armis habuit:& fossa uallo q; urbem cõmuniuit:& nequid intestini motus oriret:metu & acerbitate pœnarum tenebat aĩos.Quoniã ut saluum uellent tyrannũ:sperare non poterat:cũ suspectos quosdam ciuium haberet:eductis oĩbus in campũ copiis:positis armis ad concionẽ uocari iubet lacedæmonios atq; eoꝝ concioni satellites armatos circũdedit & pauca præfatus cur sibi oĩa timenti cauentiq; ignoscendum in tali tpe foret:& ipsoꝝ referre siquos suspectos status præsens reꝝ faceret:prohiberi potius nequid moliri possint:quam puniri molientes: Itaq; quosdam se in custodia habituꝝ:donec ea: quæ instat tempestas prætereat:hostibus repulsis:a quibus si mõ proditio intestina satis cauetur:minus periculi esse:extẽplo eos emissuꝝ.sub hæc citari noĩa octoginta ferme principũ iuuentutis iussit:atq; eos ut quisq; ad nomẽ respondera:in custodiã tradidit:nocte insequenti oẽs interfecti.Illotaꝝ deinde quidam(ii sunt iam inde antiquitus castellani agreste genus)transfugere uoluisse in simulati per oẽs uicos sub uerberibus acti necãtur:Hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu nouorum consilioꝝ.Intra munitiões copias continebat:nec parẽ se ratus si dimicare acie uellet:& urbẽ relinquere tam suspectis:& incertis oĩum aĩs metuens.Quintius satis iam oĩbus paratis profectus ab stationis die postero ad sellas sup eurotam fluuiũ peruenit:quo in loco Antigonus macedonũ rex cũ Cleomene lacedæmonioꝝ tyrãno signis collatis dimicasse dicebatur:inde cũ audisset ascensum difficilis & artæ uiæ esse breui:per montis circuitũ præmissis:qui munirẽt uiã lato satis & patenti limite ad euro tam amnẽ sub ipsis prope fluẽtem mœnibus peruenit.Vbi castra mœrentes romanos.Quintiuq; ipm cum equitibus atq; expeditis pregressum auxiliis tyranni adorti ingẽtem terrorẽ ac tumultum conie cerunt nihil tale expectantis:quia nemo iis obuiis toto itinere fuerat: ac uelut pacato agro transierãt Aliquandiu peditibus equites:eqtibus pedites uocãtibus:cũ in se cuiq; minimũ fiduciæ eẽt:trepidatũ. est:tãdem signa legionũ superuenerũt:& cum primi agminis cohortes iductæ in prælium essent:qui mõ terrori fuerant:trepidãtes in urbem cõpulsi sunt.Romani cum tantũ a muro recessissent: ut extra ictũ teli essent:acie directa paulisper steterunt:posteaq; nemo hostium cõtra exibat:redierunt in castra.Postero die Quintius ꝑpe fluium præter urbẽ sub ipsas mœnali montis radices: cum duceret copias instructas:pergit:primæ legionariæ cohortes ibant:leuis armatura & equites agmen cogebant.Nabis intra muꝝ instructos paratosq; sub signis habebat mercẽnarios milites.ĩ quibus oĩs fiducia erat:ut abtergo hostem aggrederet.posteaq; extremum agmẽ præteriit:tũ ab oppido eodem:quo pridie erupuerant tumultu:pluribus simul locis erumpunt.Ap.Claudius agmen cogebat:qui ad id quod futurum erat:ne inopinate accideret:præparatis suoꝝ aĩs signa extemplo conuertit:totumq; in hostem agmen circũegit:itaq; uelut rectæ acies cõcurrissent:iustũ aliquandiu prælium fuit:tandem Nabidis milites ĩ fugam inclinauerũt:quæ minus trepida fuisset:ni achæi locoꝝ prudentes institissent:ii & cædes ingẽtes ediderunt:& dispersos passim fuga plærosq; armis exuerunt Quintius prope Amyclas posuit castra:unde cũ populatus oĩa circuniecta urbi frequentis & amœni agricola esse: nullo iam hostiũ portã excedẽte mouit castra ad flumẽ aranta:inde uallem taygeto subiectam agrosq; ad mare pertinẽtes euastat.Eodem tpe.L.Quintius maritimæ oræ oppida partim uoluntate:ptim metu aut ui recepit:certior deinde factus Gytheum oppidũ oĩum maritimaꝝ reꝝ lacedæmoniis receptaculũ esse:nec procul a mari,castra rõana abesse oĩbus id copiis aggredi constituit.erat eo tpe ualida urbs & multitudie ciuiũ incolarumq;:& omni bellico apparatu instructa.In tpe Quintio rem haud facilem aggrediẽti rex Eumenes & classis rhodioꝝ superuenerũt.ingens multitudo nauaiium socioꝝ e tribus cõcitata classibus

Principũ exercitũ dissuasio de oppugnãdis argis

Maximo exercitũ ꝑ ora maritima Eũntio

Leucata legendũ siue leucadia. hæc penĩsula Illud promõtorium leucas uero oppidũ

Cleomenes pnceps lacedæmoniorũ

O dirũ tirannĩ regniq; Attĩ.Nabidis crudelitatem

Videne circũducer sit legendũ quia pgit sequẽ

Cogitat cõsul de oppugnãda Gytheo lacedæmoniorũ urbi & urbis maritimo emporio

intra paucos dies oĩa: quæ ad oppugnationẽ urbis terra mariq; munitæ faciẽda opera erãt effecit. Iam testudinibus admotis murus subruebaʒ: iam arietibus quatiebaʒ. itaq; una crebris ictibus euersa ẽ turris: quodq; circa muri erat: casu eius ꝓstratum: & romani simul a portu: unde aditus planior erat: ut discederent ab apertiore loco hostes: simul per patefactũ ruina iter irrumpere conanʒ. nec multum absuit: quin: qua intenderãt: penetrarent: sed tardauit impetũ eoꝝ spes obiecta dedendæ urbis: mox deide eadem turbata. Dexagorides & Gorgopas pari imperio præerãt urbi: Dexagorides miserat ad legatũ romanũ traditurus urbẽ: & cum ad eam rẽ tps & ratio conuenisset: a Gorgopa proditor interficitur: intenti usq; ab uno urbs defendebaʒ: & difficilior facta oppugnatio erat: ni. T. Quintius cũ quattuormilibus delectoꝝ militum superuenisset: is cũ supercilio haud ꝓcul distantis tumuli ab urbe instructam aciẽ ostendisset ex altera parte. L. Quintius ab operibus suis terra mariq; instaret: tum uera desperatio Gorgopã quoq; cogit id consilii: qd' in altero morte uindicauerat: capere & pactus ut abducere inde milites: quos præsidii causa habebat: liceret tradidit Quintio urbẽ. Priusq; Gyttheum traderet: Pythagoras præfectus Argis relictis: tradita custodia urbis Timocrati pellenẽsi cũ mille mercẽnariis militibus & duobus millibus argiuoꝝ Lacedæmonẽ ad Nabin uenit. Nabis sicut primo aduẽtu romanæ classis & traditione oppidoꝝ maritimæ oræ cõterritus erat: sic parua spe cũ acquieuisset: Gyttheo ab suis retento: posteaq; id quoq; traditũ romanis audiuit esse: cũ ab terra oĩbus circa hostibus nihil spei esset: a mari quoq; toto se intercluſum tũc cedendũ fortunæ ratus caduceatorẽ primũ in castra misit ad explorandum: si paterent' legatos ad se mitti: qua impetrata re Pythagoras ad imperatorẽ uenit nullis aliis mãdatis: quã ut tyranno colloqui cũ imperatore liceret. Cõcilio conuocato cũ omnes dandũ colloquium censuissent: dies locusq; cõstituit' in mediæ regionis tumulo: modicis copiis sequentibus: cũ uenissent relictis ibi i statiõe cõspecta utrinq; cohortibus. Nabis cũ delectis custodib' corpis: Quintius cũ fratre: & Eumene rege & Sosila rhodio & Aristheno achæoꝝ ꝓtore tribunisq; militũ paucis descẽdit. Ibi ꝓmisso ut seu dicere prius seu audire mallet: ita cœpit tyrãnus. Si ipse ꝓ me Quĩti uosq; q adestis: cãm excogitare cur mihi aut indixissetis bellũ: aut inferretis: possent: tacitus euentũ fortunæ meæ expectassent: nũc imperare aĩo nequeo: quin priusq; perirem. cur periturus essem: scirem: & hercule si tales essetis: qualem esse carthaginenses fama est. apud quos nihil societatis fide sancti haberet: in me quoq; uobis: quid faceretis: minus pensi esse non mirarer: nũc uos cum intueor romanos esse: qui reꝝ diuinaꝝ fœdera humanarũq; fidem socialem sanctissimã habeatis. cum me ipse respexi: eũ esse spero: cui & publice sicut cæteris lacedæmoniis uobiscũ uetustissimum fœdus sit: & meo noĩe priuatim amicitia ac societas nuper Philippo bello renouata: At. n. ego uiolaui: & euerti: qd argiuoꝝ ciuitatem teneo. quo mõ hoc tueare an tẽpore? res mihi duplicem defensionẽ præbet: nã & ipsis uocantibus & tradentibus urbem eã accepi: non occupaui: & accepi urbem: cũ Philippi partium nõ in uestra societate esset. tps autem me liberat: quod cũ Argos haberem: societas mihi uobiscũ conuenit ut uobis mitterem ad bellum auxilia: nõ ut Argis præsidiũ deducerem: pepigistis. ac hercle in ea controuersia: quæ de Argis est. superior sum & equitate rei: qd' non uestram urbem: sed hostiũ. quod uolentẽ: non ui coactam accepi: & uestra cõfessione quod in conditiõibus societatis mihi Argos reliquistis. cæteraꝝ nomen tyranni & facta præmũt: qd seruos ad libertatem uoco: qd' in agros inopem plebẽ deduco. de noĩe hoc respõdere possum: me qualiscunq; sum: eũ esse: qui fui: cum tu ipse mecũ. T. Quinti societatem pepigisti: tum me regem appellari a uobis memini. nũc tyrannum uocari uideo: itaq; si ego nomẽ imperii mutassem meæ incõstantiæ: cũ uos mutetis: uobis uestræ reddenda ratio est. Quod ad multitudinẽ seruis liberandis auctã: & egentibus diuisum agrũ attinet: possum quidem & in hoc me iure tẽporis tutari: nã feceram hæc qualiacunq; sunt: cum societatẽ mecum pepigistis: & auxilia in bello aduersus Philippum accepistis. sed si nũc ea feciſſem: non dico: quod in eo uos læsissem: aut uestrã amicitiam uiolassem: sed illud me more atq; instituto maioꝝ feciſſe. Nolite ad uestras leges atq; instituta exigere ea: quæ Lacedæmone fiũt: nihil cõparare singula necesse est: uos a censu equitem: a cẽsu peditem legitis & paucos excellere opibus plebẽ subiectam esse illis uultis: noster legum lator non in paucoꝝ manu rem p. esse uoluit: quẽ uos senatum appellatis: nec excellere unum aut alteꝝ ordinem in ciuitate: sed per æquationẽ fore ad dignitates credidit: ut multi essent: qui arma pro patria ferrent. Pluribus me peregisse: quã pro patriæ sermone breuitatis fateor: & breuiter peroratũ esse potuit nihil: me: posteaq; uobiscũ amicitiã instituisse: cur eius uos pœniteret: cõmisisse. Ad hæc imperator romanus: amicitia & societas nobis nulla tecum: sed cũ Pelope rege lacedæmonioꝝ iusto ac legitimo facta est: cuius ius tyranni quoq; qui postea per uim tenuerunt Lacedæmone imperiũ: quia nos bella nunc punica: nũc gallica: nunc alia ex aliis occupauerant: usurparunt: sicut tu quoq; hoc bello macedonico feciſti: nam quid minus conueniret: quã nos: qui pro libertate Græciæ aduersus Philippum gereremus bellũ: cum tyranno instituere amicitiã: & eo tyranno quã qui unq; scæuissimo & uiolentissimo in suos: nobis uero etiam si Argos nec cepisses per fraudem nec teneres liberantibus oẽm Græciam: Lacedæmon quoq; uindicanda in antiquã libertatem erat: atq; in leges suas: quaꝝ modo tanq; æmulus Lycurgi mentionem feciſti. An ut ab Naxo & Bargiliis ꝑsidia Philippi deducant': cura erit nobis? Argos & Lacedæmonẽ duas clarissimas urbes lumina quondam Græciæ sub pedibus tuis relinquæmus? q̃ titulũ nobis libertatis Græciæ seruiẽtes deformẽt. At enim cũ Philippo argiui senserunt: remittimus, hoc tibi: ne uicẽ nostram iraſcaris: satis compertũ habe

Gyttheũ

Argi a nabidis præsidio relinquũtur

Nabidis oratio ad Quintium

Quĩtii responsum

mus duoꝝ:aut ad ſũmum trium in ea re nouitatis culpã eſſe:tam hercle:quã in te tuoq; præſidio accer
ſendo accipiendoq; in arcẽ:nihil ſit publico cõſilio actum.theſſalos:& phocẽſes &locrenſes cõſenſu om
niũ ſcimus partiũ Philippi fuiſſe:tñ cum cæteram liberauimus Græciã:quid tandẽ cenſes in argiuis:q
inſontes publici cõſilii ſint facturos?Seruoꝝ ad libertatẽ uocatoꝝ:& egẽtibus hoibus agri diuiſi crimi
na tibi obiici dicebas:non quidẽ nec ipſa mediocria :ſed quid iſta ſunt præ iis quæ a te tuiſq; quottidie
alia ſuper alia facinora edũtur?exhiberes liberã cõcionẽ uel argis:uel Lacedæmone:ſicut ire iubet uer
ba dominationis impotẽteſſimæ crimina:ut oĩa alia uetuſtiora omittam quam cædem argis Pythago
ras iſte gener tuus pene in oculis meis edidit?q̃ tu ipſe cũ iam ꝓpe in finibus lacedæmonioꝝ eſſem:age
dum quos concione cõpræhẽſos oĩbus audiẽtibus tuis in cuſtodia te habituꝝ eſſe ꝓnũciaſti: iube uin
ctos ꝓduci:ut miſeri parẽtes:quos falſo lugent:uiuere ſciãt.Et enim ut iã ita ſint:hæc:quid ad uos rõa
ni hoc tu dicas liberantibus Græciã ſociis:q ut liberare poſſent mare traiecerunt terra mariq; geſſerũt
bellum.Vos tamen:inquis ueſtrãq; amicitiam ac ſocietatẽ populi ro.non uiolaui:quotiens uis te id ar
guam feciſſe?ſed nolo pluribus:ſummã rem cõplectar.Quibus igitur amicitia uiolatur?nẽpe his dua
bus maxime rebus:ſi ſocios meos pro hoſtibus habeas:ſi cũ hoſtibus te coniungas utꝝ non a te factũ
eſt?nam & Meſſenẽ uno atq; eodẽ iure fœderis : quo & Lacedæmonem in amicitiã noſtram acceptam
ſocius ipſe ſociã nobis urbem ui atq; armis cœpiſti . & cũ Philippo hoſte noſtro nõ ſocietatem mõ: ſed
ſi diis placeat:affinitatem etiã per Philoclẽ præfectũ eius pepigiſti:& bellũ aduerſum nos gerens mare
circa Maleã infeſtum nauibus piraticis feciſti:& plures prope ciues romanos:quã Philippus cepiſti:at
q; occidiſti:tutiorq; Macedoniæ ora:q̃ promontoriũ Maleæ cõmeatus ad exercitus noſtros portãtibuſ
nauibus fuit.Proinde parce ſic fidem ac iura ſocietatis iactare:& omiſſa populari oratione tanq̃ tyran
nus & hoſtis loquere:Sub hæc Ariſthenus nũc monere Nabin:nunc etiã orare:ut dũ liceret:dũ occaſio
eſſet:ſibi ac fortunis ſuis conſuleret:& referre deinde noĩatim tyrãnos ciuitatũ finitimaꝝ cœpit: qui de
poſito imperio:reſtitutaq; libertate ſuis non tutã modo:ſed etiã honoratã inter ciues ſenectutẽ egiſſẽt.
His dictis inuicẽ auditiſq; nox quoq; diremit colloquiũ:Poſtero die Nabis argis ſe cedere ac deducere
præſidiũ:qd ita romanis placeret & captiuos & perfugas redditurꝝ dixit:aliud:ſiquid poſtularent:ſcri
ptum ut ederent:petiit:ut deliberare cum amicis poſſet.Itaq; ut tyranno ad cõſultandũ tps datum eſt:
& Quintius ſociꝝ etiam principibus adhibitis habuit conſiliũ.maxime partis ſnĩa erat perſeuerandũ
in bello eſſe:& tollendũ tyrannũ:nunq̃ aliter tutam libertatẽ Græciæ fore:ſatius multo fuiſſe nõ moue
re bellũ aduerſus eum:quã omitti motũ:& ipſum uelut cõparata dominatione firmiorẽ futuꝝ auctore
iniuſti imperii aſſumpto po.ro.& extemplo multos & in aliis ciuitatibus ad inſidiãdũ libertati ciuium
ſociꝝ incitatuꝝ.Ipſius iperatoris aĩus ad pacẽ inclinatior erat:uidebat.n.cõpulſo ĩtra mœnia hoſte ni
hil præter obſidionẽ reſtare:eam aũt fore diuturnam.nõ.n.Gyttheũ:quod ipſum tamẽ traditũ:non ex
pugnatũ eſſet:ſed Lacedæmonem ualidiſſimã urbem uiris armiſq; oppugnaturos unã ſpem fuiſſe ſi
qua admouentibus exercitũ diſſenſio ac ſeditio inter ipſos excitari poſſet:cũ ſigna portis prope inferri
cernerent neminẽ ſe mouiſſe.adiiciebat & cum Antiocho infidam pacẽ Iulium legatũ inde redeũtem
nunciare multo maioribus:quã ante terreſtribus naualibuſq; copiis in Europam tranſiſſe : ſi occupaſ
ſet obſidio Lacedæmonis exercitum:quibus aliis copiis aduerſus regem tam ualidũ ac potentẽ bellũ
geſturos?Hæc propalã dicebat:illa tacita ſuberat:cura:ne nouus conſul Græciam prouinciã ſortiretur:
& inchoati belli uictoria ſucceſſori tradenda eſſet.Cum aduerſus tendẽdo nihil moueret ſocios:ſimu
lando ſe tranſire in eoꝝ ſnĩam oẽs in aſſenſum conſilii ſui traduxit.Beneuertat:inquit:obſideamus La
cedæmonem:quando ita placet:cæteꝝ cum res tam lenta:quã ipſi ſcitis:oppugnatio urbium ſit:& ob
ſidentibus prius ſæpe:q̃ obſeſſis tædium afferat:iam nũc hoc ita ꝓponere uos aĩs oportet hybernan
dum circa Lacedæmonis mœnia eſſe:quæ mora ſi laborem tantũ ac periculum haberet:& aĩs & corpo
tibus ad ſuſtinenda ea parati eſſetis:hortarer uos:nunc impenſa quoq; magna eget in opera:in machi
nationes & tormenta:quibus tanta urbs oppugnanda eſt ĩ cõmeatus uobis hyeme expediẽdos.Itaq;
ne aut repente trepidetis:aut rẽ inchoatam turpiter deſtituatis:ſcribendũ ante ueſtris ciuitatibus cen
ſeo:explorandũq; quid quæq; aĩ:quid uirium habeat.Auxilioꝝ ſatis ſuperq; habeo:ſed quo plures ſu
mus:pluribus rebus egebimus:nihil iam præter nudũ ſolum ager hoſtiũ habet ad hæc hyems accedit
ad portandũ ex longinquo difficilis.Hæc oratio primũ aĩos oĩum ad reſpicienda cuiq; domeſtica ma
la conuertit:ſegnitiam & inuidiã & obtrectationem domi manentiũ aduerſus militantes : libertatem
difficilem ad conſenſum:inopiã publicam:malignitatem conferendi ex priuato.uerſis itaq; ſubito uo
luntatibus facere qd reip.populi ro.ſociorũq; eſſe crederet:impatori permiſerũt.Inde Quĩtius adhibi
tis legatis tantũ tribuniſq; militũ conditiões:in quas cũ tyrãno pax fieret:has cõſcripſit.Sex menſiũ in
duciæ ut eſſent Nabidi:romaniſq;:& Eumeni regi:& rhodiis:legatos extẽplo mitterẽt Romã.T.Quĩ
tius & Nabis:ut pax ex auctoritate ſenatus confirmaret:ex q̃ die ſcriptæ conditioneſ pacis editæ Nabi
di forent:ea dies ut induciaꝝ prĩcipiũ eſſet:& ut ex ea die intra decimũ diẽ ab Argis cæteriſq; oppidis:
quæ in argiuoꝝ agro eſſent præſidia oĩa deducerent:uacuaq; & libera traderentur romanis:& ne qd ĩ
de mancipiũ regium publicũue aut priuatũ educeret:& ſi qua ante educta forent dominis recte reſti
tuerent.naues quas ciuitatibus maritimis ademiſſet:redderet neue ipſe nauẽ ullam præter duos lem
bos:qui nõ plus quam ſedecim remis agerent:hĩet:perfugas & captiuos oĩbus ſociis populi ro.ciuita

Nabidis ĩ tõanos ma leficia

Pacis con ditiones nabidi con ſcriptæ

tibus redderet meſſentiis omnia: quæ cõparārent: quæq; domini cognoſcerent: exulibuſq; lacedæmo
niis coniuges: liberoſq; reſtitueret: quæ eaꝝ uiros ſequi uoluiſſent: inuita ne qua ex illis comes eſſet.
mercennariorꝝ militum Nabidis: qui aut in ciuitates ſuas: aut ad romanos trāſiſſent: iis res ſuæ omnes
recte redderentur: in Cretam inſulam: neq; urbem haberet: quas habuiſſet: redderet romanis: neq; ſo
cietatem cũ ullo crerenſium: aut quoq; alio inſtitueret: neu bellum gereret ciuitatibus oĩbus: quaſq; &
ipſe reſtituiſſet quæq; ſe ſuaq; in fidem ac deditionẽ populi ro. tradidiſſent. oĩa præſidia deduceret: ſeq;
ipſe ſuoſq; ab iis abſtineret: ne quod oppidũ: ne quod caſtellum in ſuo alienoue agro cõderet. obſides
ea ita futura daret. v. quos imperatori romano placuiſſet: filium ſuum in iis: & talenta centum argenti
in præſenti: & quinquaginta talenta in ſingulos annos per annos octo. Hæc conſcripta caſtris propius
urbẽ motis Lacedæmonẽ mittuntur: nec ſane quicq; eorꝝ ſatis placebat tyrãno: niſi qđ præter ſpem re
ducendorꝝ exulum mentio nulla facta erat: maxime aũt oĩum ea res offendebat: quod naues: & mari
timæ ciuitates ademptæ erant. fuerat: aũt ei magno fructui mare oẽm oram Maleæ nauibus infeſtam
habenti. iuuentutẽ præterea ciuitatum eaꝝ ad ſupplementũ longe optimi generis militum habebat.
Has conditiones: quamq; ipſe in ſecreto uolutauerat cũ amicis: uulgo tamẽ oẽs fama ferebant uanis ut
ad cæteram fidẽ: ſic ad ſecreta tegenda ſatellitũ regiorꝝ ingeniis. Non tam oĩa uniuerſi quã ea: q; ad quẽ
q; pertinerent: ſinguli carpebant. qui exulũ coniuges in matrimonio habebãt: aut ex bonis eorꝝ aliqd
poſſederant: ranq; amiſſuri non reddituri indignabãtur. Seruis liberatis a tyranno non irrita mõ futu
ra libertas: ſed multo fœdior: q; fuiſſet ante ſeruitus redeuntibus in iratorꝝ dominorꝝ poteſtatem ante
oculos obuerſabaꝫ. mercennarii milites: & prætia militiæ caſura in pace ægre ferebãt: & reditũ ſibi nul
lum eſſe in ciuitates uidebant infenſas non tyrãno magis: q; ſatellitibus eorꝝ. Hæc inter ſe primo in cir
culis ſerentes fremere: deinde ad arma ſubito diſcurrerunt. quo tumultu cũ per ſe ſatis irritatam mul
titudinem cerneret tyrannus: cõcionem aduocari iuſſit: ibi cum: ea quæ imperarentur a romanis expo
ſuiſſet: & grauiora atq; indigniora quædam falſo adiunxiſſet: & ad ſingula nũc ab uniuerſis: nũc a par
tibus concionis acclamaretur: interrogauit: quid ſe reſpondere ad ea: aut quid facere uellent: ꝓpe una
uoce nihil oẽs reſpondere: bellum geri iuſſerunt: & pro ſe quiſq; qualia multitudo ſolet: bonum aĩum
habere & bene ſpare iubẽtes fortes: fortunã adiuuare æquebãt. His uocibus ĩcitatas tyrãnus & Anthio
chum ætoloſq; adiuturos pconunciat: & ſibi ad obſidionem ſuſtinendam copiaꝝ affatim eſſe. Excide
rat pacis mentio ex omnium animis: & in ſtationes non ultra quieturi diſcurrunt: paucorꝝ laceſſentiũ
excurſio: & emiſſa iacula extemplo & romanis dubitationem: quin bellandum eſſet: exemerunt. leuia
inde prælia per quatriduum primum ſine ullo ſatis certo euentu cõmiſſa: quinto die prope iuſta pu
gna adeo pauentes in oppidum lacedæmonii cõpulſi ſunt: ut quidam milites romani terga fugientiũ
cedentes per intermiſſa: ut tunc erant: mœnia urbẽ intrauerint. Et nunc quidem Quintius ſatis eo ter
rore coercitis excurſionibus hoſtium. nihil præter ipſius oppugnationẽ urbis ſupereſſe ratus: miſſis:
qui oẽs nauales ſocios a Gyttheo accerſerent: ipſe interim cum tribunis militum ad uiſendũ urbis ſitũ
mœnia circũuehitur. Fuerat quondam ſine muris Sparta: tyranni nuper locis patentibus planiſq; ob
iecerant mugꝝ: altiora loca & difficiliora aditu ſtationibus armatorꝝ pro munimento obiectis tutaban
tur. Vbi ſatis oĩa inſpexit corona oppugnãdum ratus oĩbus copiis (erant autem romanorꝝ ſociorumq;
ſimul peditum equitumq; ſimul terreſtriũ ac naualium ad quinquaginta millia hominũ) urbem cin
xit. alii ſcalas: alii ignem: alii alia: qbus non oppugnarẽt mõ: ſed etiã terrerẽt: portabãt. iuſſi clamore ſub
lato ſubire undiq; oẽs: ut qua primum occurrerent: quaue opem ferrent: ad oĩa ſimul pauentes laceda
monii ignorarent. Quod roboris erat in exercitu: trifariam diuiſum: parte una a phœbeu: altera a cly
citineo: tertia ab eo loco: quem heptagonias appellant (oĩa autem hæc aperta ſine muro loca ſunt) ag
gredi iubet. Cum tantus undiq; terror urbem circũuaſiſſet: primo tyrannus & ad clamores repẽtinos:
nuncios trepidos motus: ut quiſq; maxime laborabat locus: aut ipſe occurrebat: aut aliquos mittebat
deĩde circumfuſo undiq; pauore ita obtorpuit: ut nec dicere: quod in rem eſſet: nec audire poſſet: neq;
inops modo cõſilii ſed uix mentis compos eſſet. Romanos primo ſuſtinebant in anguſtiis lacedæmo
nii. ternæq; acies tempore uno locis diuerſis pugnabant. deinde creſcente certamine: nequaq; erat præ
lium par miſſilibus enim Lacedæmonii pugnabant: a quibus ſe & magnitudine ſcuti perfacile roma
nus tuebatur miles: & quod alii uani. alii leues admodum ictus erant. nam propter anguſtias loci con
ſertamq; turbam non modo ad emittenda cum procurſu quo plurimum concitãtur tela. ſpatium ha
bebant. ſed ne ut de gradu quidem libero ac ſtabili conarentur. itaq; ex aduerſo miſſa tela nulla in cor
poribus. rara in ſcutis hærebant: a circunſtantibus ex ſuperioribus locis quidam uulnerati ſunt. mox
progreſſos iam etiam ex tectis non tela modo. ſed tegulæ quoq; inopinantes perculerunt. ſublatis de
inde ſupra capita ſcutis cõtinuatis ita ĩter ſe ut non mõ ad cæcos ictus ſed ne ad inferendum quidẽ ex
propinquo telum loci quicq; eſſet: teſtudine facta ſubibant: & primæ anguſtiæ pauliſper ſua hoſtium
que refertæ turba tenuerunt poſteaq; in patentiorem uiam urbis paulatim urgentes hoſtes ꝓceſſe
re: non ultra uis eorum atq; impetus ſuſtineri poterant: cum terga uertiſſent lacedæmonii: & effuſa fu
ga ſuperiora peterent loca. Nabis quidem ut capta urbe trepidãs: quanam ipſe euaderet: circũſpectat.
Pythagoras tum ad cætera aĩo officioq; ducis fungebaꝫ. Tũ uero unus: ne caperet urbs: cã fuit: ſuccen
di. n. ædificia ꝓxima muro. iuſſit quæ cũ momento tpis arſiſſent ut adiuuantibus ignẽ: q alias ad extin

Pacis cõditiões repudiant

Quãtas qn tiº ad ſpartã hĩet copias

lacedæmõ pene capta eſt

guendum opẽ ferre ſolent:ruere in romanos tecta:nec tegularum modo fragmenta:ſed ẽt ambuſta ti-
gna ad armatos peruenere:& flama late fundi fumus terrorem ẽt maiorem:q̃ periculum facere.itaq; &
qui extra urbẽ erant romanoꝝ:tum maxime impetus facientes receſſere a muro:& qui iam intrauerãt
ne incendio a tergo oriente intercluderentur:a ſuis receperunt ſeſe:& Quintius poſteaq̃:quid rei eſſet
uidit:receptui canere iuſſit.ita iam prope capta urbe reuocati redierũt in caſtra.Quintius ex timore ho
ſtium pluſq̃ ex re ipſa ſpei nactus:per triduum inſequens territauit eos:nunc p̃liis laceſſendo:nũc ope
ribus interſepiendo quædam ne exitus ad fugam eſſet.His cõminationibus cõpulſus tyrannus Pytha
goram rurſus oratorẽ miſit:quem Quintius primo aſpernatũ excedere caſtris iuſſit.deinde ſuppliciter
orantem aduolutũq; genibus tandẽ audiuit.Prima oratio fuit oĩa permittentis arbitrio romanorum:
deinde cum ea uelut uana & ſine effectu nihil proficerent:eo deductæ res:ut his cõditionibus quæ ex
ſcripto paucis ante diebus editæ erant:induciæ fierent:pecuniaq; & obſides accepti.



DVM OPPVGNATVR TYRANNVS ARGI
ui nunciis aliis prope ſuper aliis afferentibus nõ tan
tummodo obſeſſam:ſed iam captã urbem Lacedæ-
monem eſſe:erecti & ipſi ſimul eo quod Pythagoras
cum pte ualidiſſima p̃ſidii exceſſerat:contẽpta pauci
tate eorum:qui in arce erant:duce Archippo quodã
p̃ſidium expulerunt Timocratẽ pellenenſem:quia
clæmenter p̃fuerat:uiuum:fide data miſerunt. Huic
lætitiæ Quintius ſuperuenit:pace data tyrãno dimiſ
ſiſq; a lacedæmone Eumene & rhodiis &.L.Quintio
fratre ad claſſem.Læta ciuitas celeberrimum feſtorũ
dierum ac nobile ludicrum nemeorum:die ſtata,p-
pter belli mala p̃termiſſum:in aduentũ romani exer
citus duciſq; indixerunt:Præfeceruntq; ludis ipſum
imperatorem.Multa erant:quæ gaudium cumula-
rent:reducti ciues a Lacedæmone erant:quos nuper Pythagoras:quoſq; ante Nabis abduxerat:redie
rant:qui poſt cõpertam a Pythagora coniurationẽ & cæde iam cœpta effugerant.libertatem ex longo
interuallo libertatiſq; auctores romanos:q̃bus cã bellandi cum tyranno ipſi fuiſſent:cernebant:teſtata
quoq; ipſo nemeoꝝ die uoce p̃conis libertas eſt argiuoꝝ.Achæis quantum reſtituti Argi in cõe Achæ
iæ cõcilium lætitiæ afferebant:tantũ ſerua Lacedæmon relicta lateri adhærens tyranni non ſyncerum
gaudium præbebat.Aetoli uero eam rem oĩbus conciliis lacerare:cum Philippo nõ ante deſitum bel-
lari:quam oĩbus excederet Græciæ urbibus:tyranno relictã Lacedæmonem:regem aũt legitimum:q
in romanis fuerat caſtris:cæteroſq; nobiliſſimos ciues in exilio uicturos:Nabidis dominantis ſatellitẽ
factum tribunũ militum.Quintius ab Argis Elatiã:unde ad bellũ ſpartanum profectus erat:copias re-
duxit.Sunt:qui non ex oppido proficiſcentẽ bellum geſiſſe tyrannũ tradant:ſed caſtris aduerſus roma
na caſtra poſitis:diuq; cunctatũ cum ætoloꝝ auxilia expectaſſet:coactũ ad extremũ acie confligere:ipe-
tu in pabulatores ſuos ab romanis facto:eo p̃lio uictum caſtriſq; exutũ pacem petiſſe:cũ cecidiſſent qn
decimmillia militũ:capta plus quattuormillia eſſent.Eodem fere tpe & a.T.Quintio de rebus ad Lace
dæmonem geſtis:& ab.M.Portio conſule ex Hiſpania litteræ allatæ utriuſq; noĩe ternos in dies ſuppli
catio a ſenatu decreta eſt.L.Valerius conſul cũ poſt effuſos circa littanã ſiluam boios quietam,puinciã
habuiſſet:comitioꝝ cauſa Romã rediit:& creauit conſules.P.Corneliũ Scipionem Africanũ iterum:&
Valeriũ Sempronium Longũ:horum patres primo anno ſecundi punici belli conſules fuerant.p̃toria
inde comitia habita:creati Publius Cornelius Scipio:& duo.C.Cornelii:Merẽda & Blaſius:&.C.Cor
nelius Aenobarbus:& Sex.Digitius:&.T.Iuuentius Alua.Comitiis perfectis cõſul in prouinciam re-
diit.Nouum ius eo anno a ferentinatibus tentatum:ut latini:qui in coloniam romanam nomina de
diſſent:ciues romani eſſent:Puteolos Salernumq; & Buſſenium aſcripti coloni nomina dederant.cum
ob id ſe pro ciuibus romanis ferrent:ſenatus iudicauit non eſſe eos ciues romanos.Prĩcipio anni:quo
P.Scipio Africanus iterum:&.T.Sempronius:Longus conſules fuerant:legati Nabidis tyranni Ro-
mam uenerunt duo.extra urbem in æde Apollinis ſenatus datus eſt pax:quæ cum.T.Quintio conue
niſſet:ut rata eſſet:petierunt:impetrauerũtq;.De prouinciis cum relatum eſſet:ſenatus frequens in eã
ſententiam ibat:ut quoniam in Hiſpania & Macedonia debellatũ foret:conſulibus ambobus Italia,p-
uincia eſſet.Scipio ſatis eſſe Italiæ unũ conſulẽ cenſebat:alteri decernendã Macedoniã eſſe:bellũ graue
ab Antiocho iminere:iam ipſum ſua ſponte in Europã tranſgreſſum qud deinde factuꝝ cenſerent:cũ
hinc ætoli haud dubie hoſtes uocarent ad bellum:illinc Annibal romanis cladibus inſignis impera-
tor ſtimularet? Dum de prouinciis conſulum diſceptatur:p̃tores ſortiti ſunt.C.Domitio urbana iuriſ
ditio.T.Iuuentio peregrina euenit.P.Cornelio Hiſpania ulterior:Sex.Digitio citerior duobus Cor-
neliis Blaſſio Sicilia:Merendæ Sardinia.In Macedoniam nouũ exercitum tranſportari non placuit:eũ
qui eſſet ibi:reduci in Italiam a Quĩtio ac dimitti.item eum exercitum dimitti:qui cum.M.Portio Ca
tone in Hiſpania eſſet.conſulibus amnobus Italiam prouinciam eſſe:& duas urbanas eo legiones ſcri

Pythagoras conſilio urbs Lacedæmon ſeruata

Argiui Lacedæmonios expellunt

Argiui tyrannum reuocant ludicrum nemeorum instituunt, ad ludos reuocati non redeunt

Pax Nabidi reddita

P.Scipio Africanus Valerius Sẽpronius conſ.

P.Scipio T.Sẽproni us conſſ.

Prouinciarũ ordinatio

bere:ut dimiſſis:quos ſenatus uoluiſſet:exercitibus.yiii.oĩno romanæ legiones eſſent. Ver ſacꝝ factũ erat priore anno.M.Portio:&.M.Valerio conſulibus:id cũ.P.Licinius pontifex non eſſe recte factum collegio primo:deinde ex auctoritate collegii patribus renunciaſſet:deintegro faciendũ arbitratu pontificum cenſuerunt:ludoſq; magnos:qui una uoti eſſent:tanta pecunia:quãta aſſoleret:faciendos. Ver ſacrũ uideri pecus:quod natũ eſſet inter Calẽdas Martias & idus maias.P.Cornelio &.T.Sempronio Longo conſulibus.Cenſoꝝ inde comitia habita ſunt creati cenſores Sex.Helius Pætus: &.C.Corneli us Cethegus:principem ſenatoꝝ.P.Scipionem conſulem:quẽ & priores cenſores legerant: legerunt. Tris oĩno ſenatores neminem curuli honore uſum p̃terierunt.gratiã quoq; ingẽtem apud eum ordinem pepererunt:quod ludis romanis ædilibus curulibus iperarunt:ut loca ſenatoria ſecernerent a populo:nã antea in promiſcuo ſpectarant.Equitibus quoq; ppaucis adempti equi : nec i ullum ordinem ſcæuitum.atriũ libertatis & uilla publica ab eiſdem refecta amplificataq;. Ver ſacrũ ludiq; uotiui:quos uouerat Ser.Sulpicius Galba cõſul:facti:Cũ ſpectaculo eorum occupati animi oĩum eſſent.Qu.Pleminius:qui pp multa in deos hoieſq; ſcelere Locris admiſſa in carcerem coniectus fuerat:cõparauerat homines:qui pluribus ſimul locis urbis nocte incendia facerent:ut in conſternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer poſſet:ea res iudicio conſcioꝝ palam facta:delataq; ad ſenatum eſt. Pleminius in inferiorem demiſſus carcerem eſt necatuſq;.Coloniæ romanorum deductæ eo ãno ſunt Puteoli: Vulturnum:Literñũ:treceni hoies in ſingulas.item Salernum:Buſſeniũq; coloniæ romanæ deductæ ſunt deduxere triũuiri.T.Sempronius Longus.qui tum cõſul erat.M.Seruilius:Qu.Minutius Therinus. ager diuiſus eſt:qui campanoꝝ fuerat.Sipontum itẽ in agrum:qui arpinoꝝ fuerat:coloniam ciuiũ romanorum alii triũuiri.D.Iunius Brutus.M.Bebius Pamphilius.M.Heluius deduxerunt. Tempſam item & Crotonẽ ciuium romanoꝝ coloniæ deductæ tempſanus ager de brutiis captus erat:brutii græcos expulerant.Crotonem græci habebant.Triumuiri.C.Octauius.L.Aemilius Paulus.C.Lectorius Crotonem:Tẽpſam.L.Cornelius Merula deduxerunt.Prodigia quoq; alia uiſa eo anno Romæ ſunt alia nunciata in foro:& comitio:& capitolio ſanguinis guttæ uiſæ ſunt:& terra aliquotiens pluuit:& caput Vulcani arſit.Nunciatũ eſt Interãne fluxiſſe lac:pueros ingenuos Arimini ſine oculis ac naſo & ipiceno agro non manus non pedes habentẽ natum.Ea prodigia ex pontificum decreto procurata:& ſacrificium nouendiale factũ:quod adriani nunciauerant in agro ſuo lapidibus pluuiſſe. In Gallia.L.Valerius proconſul circa Mediolanum cum gallis inſubribus & boiis:qui Dorulaco duce ad concitãdos inſubres padum tranſgreſſi erãt:ſignis collatis depugnauit.x.millia hoſtiũ ſunt cæſa. Per eos dies.M. Portius Cato ex Hiſpania triumphauit:tulit in eo triumpho argẽti infecti uigintiquinquemillia pondo:auri mille pondo.quadringentamillia militibus diuiſit:in ſingulos ducenos ſeptuagenos æris triplex equiti.T.Sempronius conſul in prouinciã profectus in Boioꝝ primum agrũ legiones duxit.Boiorum res tum regulus eorum cum duobus fratribus tota gente cõcitata ad rebellandum caſtra locis aptis poſuit:ut appareret dimicaturos:ſi hoſtis fines intraſſet.Conſul:ubi quantæ copiæ:quanta fiducia eſſet hoſti:ſenſit:nuncium ad collegam mittit:ut ſi uideretur ei:maturaret uenire : ſe tergiuerſando in aduentum eius rem extracturum.Quæ cã conſuli cunctandi:eadem gallis:p̃ter quã quod cunctatio hoſtium aĩos faciebat rei maturandæ erat:ut prius quã coniungerent conſulũ copiæ:rem tranſigerẽt: p biduum tñ nihil aliud quam ſteterunt parati ad pugnã:ſi qui contra egrederẽtur:tertio ui ſubiere ad uallum:caſtraq; ab omni ſimul parte aggreſſi ſunt.Conſul arma extẽplo capere milites iuſſit: armatos pauliſper inde cõtinuit:ut & ſtolidã fiduciam hoſti augeret:& diſponeret copias: quibus quæq; portis erumperent.duæ legiones duabus principalibus portis ſigna efferre iuſſæ:ſed in ipſo exitu ita conſerti ſtetere galli:ut clauderent uiam.diu in anguſtiis pugnatũ eſt:nec dexteris magis gladiis gerebatur res:quam ſcutis corporibuſq; ipſis obnixi urgebant:romani:ut ſigna foras efferrent:galli:ut aut ipſi in caſtra penetrarent:aut exire romanos prohiberent.nec ante in hãc aut illam partẽ moueri acies potuerunt:q̃.Qu.Fictorius primipili centurio &.C.Atinius:quartæ hic:illæ ſecundæ legionis rem in aſperis præliis ſæpe tentatam ſigna adempta ſigniferis in hoſtes iecerunt:dum repetũt enixe ſignum: priores ſecundana ſe porta eiecere.Iam hi extra uallum pugnabant quarta legione in porta hærente : cũ alius tumultus ex auerſa parte caſtroꝝ eſt exortus:in portã quæſtoriam irruperant galli:reſiſtẽteſq; pertinacius occiderant.L.poſthumiũ quæſtorem:cui Timpano fuit cognomen:&.M.Atiniũ:& Sempronium p̃fectos ſocium:& ducentos ferme milites.capta ab ea parte caſtra erant: donec cohors extraordinaria miſſa a conſule ad tuendam q̃ſtoriam portã:& eos qui intra uallũ erant:partim occidit:ptim expulit caſtris:& irrũpentibus obſtitit.eodẽ fere tpe & quarta legio cũ duabus extraordinariis cohortibus portã erupit.ita ſimul tria p̃lia circa caſtra locis diſtãtibus erant clamoreſq; diſſoni ad ĩcertos ſuoꝝ euẽtus a p̃ſenti certamine aĩos pugnantiũ auertebãt.Vſq; ad meridiẽ æqs uiribus ac ppe pari ſpe pugnatũ eſt:labor & æſtus emollida & fluida corpa galloꝝ & minime patiẽtia ſitis:cũ decedere pugna coegiſſet:ũ pauci reſtantes ipetũ romani fecerũt:fuſoſq; cõpulerunt in caſtra.Signũ inde receptui a cõſule datũ eſt:ad qd̃ pars maior recepunt ſeſe:ps certaminis ſtudio & ſpe potiundi caſtris hoſtiũ p̃ſtitit ad uallũ.eoꝝ paucitate contẽpta galli uniuerſi ex caſtris erũpunt:fuſi inde romani:& q impio conſulis parere noluerãt: ſuo pauore ac terrore caſtra repetũt.ita uaria hinc atq; illinc nũc uictoria: nũc fuga fuit galloꝝ tñ ad.xi. millia.romanoꝝ quinquemillia ſunt occiſa.Galli recepere in intima finiũ ſeſe.cõſul Placentiã legiones

Ver ſacrũ quid

Pleminius necatur

Nouæ coloniæ

Anceps in romaniſca ſtriſ pugna

Galloꝝ roq; cædes

duxit.Scipionem alii iuncto exercitu cum collega per boioꝝ agros populantē isse: quoad progredi silꝫ uæ paludesq; passæ sunt:scribunt:alii nulla memorabili re gesta comitioꝝ cā rediisse Romam.Eodem anno.T.Quintius Helaciæ:quo in hyberna reduxerat copias:totū hyemis tps iure dicendo consūpsit: mutandisq; iis quæ aut ipsius Philippi:aut p̄fectoꝝ eius licentia in ciuitatibus facta erant:cū suæ factionis hoium uires augendo ius atq; libertatem alioꝝ deprimeret.Veris initio Corinthū cōuentu edicto uenit:ibi oium ciuitatum legationes in concionis modū circūfusas est allocutus.Orsus ab inita primū romanis amicitia cum græcoꝝ gente & impatoꝝ:qui ante se in Macedonia fuissent:suisq; rebus gestis Oia cum approbatione ingenti sunt audita:p̄terq; cum ad mentionē Nabidis uentum eēt:id minime conueniens liberanti Græciā uidebatur tyrannū reliquisse:non suæ solū patriæ grauem:sed oibus circa ciuitatibus metuendū.Nec ignarus huius habitus aīorum Quintius:si sine excidio Lacedæmonis fieri potuisset:fatebatur pacis cū tyranno mentionē admittendam auribus non fuisse:& nunc cū aliter quam ruina grauissima ciuitatis opprimi nō posset:satius uisum esse tyrannū debilitatum ac prope uitibus totis ad nocendū cuiq; ademptis relinqui:q; intermori uehemētioribus:q; quæ pati posset:remediis ciuitatem sinere:in ipsa uindicta libertatis peritura.Præteritorum cōmemorationi subiecit proficisci sibi in Italiā:atq; oēm exercitum deportare in aīo esse.Demetriadis Chalcidisq; p̄sidia intra decimū diē audituros deducta:ac Corinthū ipsis extēplo uidentibus uacua achæis tradituꝝ:ut oēs scirent:utꝝ romanis in ætolis mentiri mos esset:q male cōmissam libertatē populo ro.sermonibus distulerint:& mutatos pro macedonibus romanos dnos.Sed illis nec quid dicerent:nec qd facerent:quicq; unq; pensi sibi in Italiā:atq; oēm exercitum deportare in aīo esse.Demetriadis Chalcidisq; p̄sidia intra decimū diē audituros deducta:ac Corinthū ipsis extēplo uidentibus uacua achæis tradituꝝ:ut oēs scirent:utꝝ romanis in ætolis mentiri mos esset:q male cōmissam libertatē populo ro.sermonibus distulerint:& mutatos pro macedonibus romanos dnos.Sed illis nec quid dicerent:nec qd facerent:quicq; unq; pensi fuisse:reliquas ciuitates monere:ut factis non ex dictis amicos pensent:intelligantq;:qbus credendū & a quibus cauendū sit:libertate modice utant:temperatā eam salubrē eis & singulis ciuitatibus eē:ni miam & aliis grauē & iis:qui habeant p̄cipitē & effrenatam esse.Concordiæ in ciuitatibus principes:& ordines inter se:& in cōe omnes ciuitates consulerent.aduersus consentientes nec regē quenq; satis ualidum:nec tyrannū fore:discordiā & seditionem oīa opportuna insidiātibus facere:cū pars: quæ domestico certamine iferior sit:externo potius se applicet:q; ciui cedat.alienis armis partam externa fide reditam libertatē:sua cura custodirent seruarentq;:ut romanus po.dignis datā libertatē:hinc munus suū bene positum sciret.Has uelut parētis uoces cū audirent manare oībus gaudio lachrymæ:adeo ut ipm quoq; confunderent dicentē Paulisper fremitus approbantiū dicta.fuit:monentiūq; aliorum alios: ut eas uoces uelut oraculo missas in pectora aīosq; demitterent:silentio deinde facto petiit ab iis:ut ciues romanos:si qui apud eos in seruitute essent:conquisitos intra duos menses mitterent ad se in Thessaliam:ne ipsis quidē honestum esse in liberata terra liberatores eius seruire.Oēs acclamarunt gratias se inter cætera ēt ob hoc agere:quod admoniti essent:ut tam pio ac necessario officio fungerentur.Ingēs numerus erat bello punico captoꝝ:quos Annibal:cum a suis non redimerent:uenūdederat multitudinis eoꝝ argumentum est:quod Polybius scribat centū talentis eam rem achæis stetisse.cū quingentos denarios p̄tium in capita:quod redderetur:dnis statuissent: mille.n.ducentos ea rōne Achaia habuit:adiice nunc proportionē:quod uerisimile sit græciā totam habuisse.Nondum conuentus dimissus erat:cum respiciunt p̄sidium a Corintho discedēs protinus ad portam duci atq; abire.quorum agmen imperatorē secutum prosequentibus cunctis seruatorēq; acclamantibus salutatis dimissisq;: die eadem qua uenerat uia:Helatiam rediit.inde cum oībus copiis:Ap.Claudium legatum dimissis per Thessaliam:atq; Epiꝝ ducere Oricum iubet:atq; ibi se operiri:inde nāq; in aīo esse in Italiam exercitū traducere:&.L.Quintio fratri legato & p̄fecto classis scribit:ut onerarias ex omni Græciæ eodē contraheret.Ipse Chalcidē profectus:deductisq; non a Chalcide solum:sed ēt ab Oreo atq; Eretria p̄sidiis:cōuentum ibi euboicarum ciuitatum habuit:admonitosq; in quo statu rerum accepisset eos:& in quo relinqueret:dimisit Demetriadē inde proficiscitur:deductoq; p̄sidio prosequentibus cunctis sicut Corinthi & chalcide pergit ire in Thessaliam:ubi non liberandæ modo ciuitates erant:sed ex omni colluuione & confusione in aliquam tolerabilem formam redigendæ.nec.n.tempoꝝ modo diuitiis ac uiolentia & licentia regia turbati erant:sed inquieto ēt ingenio gentis nec comitia:nec conuentū:nec concilium ullum non p̄ seditionē ac tumultum iam inde a principio ad nostrā usq; ætatē traducentes.a censu maxime & senatū & iudices legit:potentioreq; eam partē ciuitatum fecit:cui salua tranqllaq; oīa magis esse expediebat.Itaq; cum p̄censuisset Thessaliā per Epirū in Oricum:unde erat traiecturus:uenit:ab Orico copiæ oēs Brunduſiū transportatæ:inde per totam Italiam ad urbē prope triūphantes non minore agmine rerum captaꝝ:q; suo p̄se acto uenerunt.



POSTEAQVAM ROMAM VENTVM EST senatus extra urbē Quītio ad res gestas ediſſerēdas datus est:triūphusq; meritis ab annuentibus decretus.triduū triumphauit.die primo arma tela signaq;

Romana p̄sidia græcia deducū tur

Quintii triumphus

ærea & marmorea tranſtulit:plura Philippo adepta:q̃ quæ ex ciuitatibus ceperat.Secundo die aurꝫ argentũqꝫ factum infectũqꝫ & ſignatum.infecti argenti fuit.x.& octomillia põdo:&.cc.lxx.facti:uaſa multa oĩs generis cælata plæraqꝫ quædã eximiæ artis:& ex ære multa fabrefacta:ad hæc clypei argentei decem:ſignati argenti octoginta quattuormillia fuere:atticoꝝ tetrarchiã uocat:trium fere denariorꝫ i ſingulis argenti eſt pondus:auri põdo fuit triamillia ſeptingentũ quattuordecim:& clypeũ unum ex auro totũ:& philippei nummi aurei quattuordecimmillia qngenti.xiiii.Tertio die coronæ aureæ donatæ ciuitatũ tranſlatæ.cxiiii.& hoſtiæ ductæ.& ante curꝫ multi nobiles captiui obſideſqꝫ:inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit & Armenes Nabidis tyranni filius lacedæmonius.Ipſe deinde Quintius urbẽ eſt inuectus:ſecuti currũ milites freqntes exercitu oĩ ex prouincia deportato his duceni quinqua geni æris in pedites diuiſi:duplex centurioni:triplex eqti.Præbuerũt ſpẽm triumpho ſecuti capitibus raſis:q ſeruitute exẽpti fuerant Exitu anni huius.Qu.Helius Tubero tribunus plebis tulit ad plebem plebeſqꝫ ſciuit:ut latinæ duæ coloniæ una in brutios:altera in turinũ agrum deducerent.his deducendis triũuiri creati:qbus in trienniũ impium eſſet.brutios.Qu.Neuius.M.Minutius Ruffus.M.Furius Craſſipes.in turinũ agrum.A.Manlius.P.Aemylius.L.Apuſtius ea bina comitia.Gn.Domitius ptor urbanus in capitolio habuit.Aedes eo anno aliquot dedicatæ ſunt:una Iunonis Matutæ in foro olitorio uota locataqꝫ quadriennio ante a.G.Cornelio cõſule gallico bello:cenſor idẽ dedicauit.Altera Fauni.ædiles eã biennio ante ex mulctaticio argento faciendã locarunt.G.Scribonius:&.G.Domitius qui ptor urbanus eã dedicauit:& ædẽ Fortunæ Primigeniæ in colle qrinali dedicauit.Qu. Martius Ahala duũuir ad ipm creatus:uouerat eam.x.annis ante punico bello.P.Sẽpronius Sophus:locauerat idẽ cenſor.& in inſula Iouis ædẽ.C.Seruilius duũuir dedicauit:uota erat ſex annis ante gallico bello ab.L.Furio Purpurione ptore:ab eodẽ conſule locata.Hæc eo anno.Scipio ex puincia Gallia ad cõſules ſubrogandos rediit:comitia conſulũ fuere:quibus creati ſunt.L.Cornelius Merula:&.Qu.Minutius Therinus.poſtero die creati ſũt ptores.L.Cornelius Scipio.M.Ful.nobilior.C.Scribonius.M.Valerius Meſſala.L.Portius.M.Licinius:&.C.Flaminius Megalẽſia ludos ſcænicos Attilius Seranus.L.Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt:horꝫ ædilium ludos romanos primũ ſenatus a populo ſecretus ſpectauit:pbuitqꝫ ſermones:ſicut oĩs nouitas ſolet:aliis tãdem quod multo ante debuerit tributũ exiſt:mãtibus ampliſſimo ordini:aliis demptũ ex dignitate populi quicqd maieſtate patꝫ adiectũ eſſet interpantibus:& oĩa diſcrimina talia:qbus ordines diſcernerent:& concordiæ & libertatis æquæ minuẽdæ eſſe:ad quingenteſimũ octauum annũ in promiſcuũ ſpectatum eſſe:qd repente factũ cur immiſceri ſibi in cauea patres plebẽ nollent:cur diues pauperẽ conſeſſorem faſtidiret:nouã ſupbam libidinẽ ab nullius ante gentis ſenatu neqꝫ deſideratã:neqꝫ inſtitutam.poſtremo ipm quoqꝫ Africanũ:quod conſul auctor eius rei fuiſſet:pœnitniſſe ferunt.adeo nihil motũ ex antiquo probabile eſt.ueteribus:niſi q̃ uſus euidenter arguit:ſtari malunt.Principio anni:quo.L.Cornelius.Qu.Minutius conſules fuerũt terræmotus ita crebri nunciabant:ut non rei tm ipſius:ſed feriarꝫ quoqꝫ ob id indictarꝫ hoĩes tæderet:nam neqꝫ ſenatus haberi:neqꝫ adminiſtrari reſp.poterat ſacrificando expiando occupatis conſulibus.poſtremo decẽuiri adire libros iuſſi ex reſpõſo eorꝫ ſupplicatio p triduũ fuit.coronati ad oĩa puluinaria ſupplicauerunt:edictũqꝫ eſt:ut oẽs:qui ex una familia eſſent:pariter ſupplicarent.itẽ ex auctoritate ſenatus conſules edixerunt:ne qs quo die nunciato terræmotũ nunciaret.prouincias deinde cõſules prius tũ ſortiti ptores:Cornelius:Galliã:Minutius ligures ſortiti ſũt.C.Scribonius urbanã.M.Valerius peregrinã.L.Cornelius Siciliã.L.Portius Sardiniam.C.Flaminius Hiſpaniã citeriorem.M.Fuluius Hiſpaniã ulteriorem.Nihil eo anno belli expectantibus cõſulibus litteræ.M.Cincii(pfectus Piſis erat) allatæ:liguꝝ.xx.millia armatorꝫ coniuratione p oĩa conciliabula uniuerſæ gentis facta:lunenſem primũ agrum depopulatos:piſanũ deinde finem tranſgreſſos oẽm oram maris peragraſſe.Itaqꝫ Minutius conſul:cui ligures prouincia euenerant ex auctoritate ſenatus in roſtra aſcendit:ac edixit:ut legiones duæ urbanæ:q̃ ſuperiore anno conſcriptæ eſſent poſt diem decimũ Arretii adeſſent:i eaꝝ locum ſe duas legiones urbanas ſcriptuꝝ:item ſociis & latino nomini magiſtratibus legariſqꝫ eorꝫ:qui milites dare debebant:edixit:ut in capitolio ſe adirent.ex iis.xy.millia peditũ:& quingentos eqtes pro numero cuiuſqꝫ iunioꝝ deſcripſit:& inde e capitolio ptinus ire ad portã:& ut maturaret res proficiſci ad delectũ iuſſit.Fuluio Flaminioqꝫ terna millia romanorꝫ peditũ:& centeni eqtes in ſupplementũ:& quinamillia ſociũ latini noĩs:& duceni eqtes decreti:mandatũqꝫ ptoribus:ut ueteres dimitterent milites:cũ in prouinciã ueniſſent.Cũ milites:q in legionibus urbanis erant:freqntes tribunos plebeios adiſſent:uti cauſas cognoſcerent eorꝫ:qbus aut emerita ſtipẽdia:aut morbus cauſæ eſſent.quo minus militarent:eam rẽ litteræ.T.Sempronii diſcuſſerunt:in qbus ſcriptũ erat liguruꝫ.xy.millia in agrum placentinum ueniſſe:& uſqꝫ ad ipſa coloniæ mœnia & padi ripas cum cædibus & incẽdiis perpopulatos eſſe:boioꝝ quoqꝫ gentes ad rebellionem ſpectare.Ob eas res tumultum eſſe decreuit ſenatus:tribunos plebei non placere cauſas militares cognoſcere:quo minus ad edictum conuenirent:adiecerunt etiam:ut ſociis nominis latini:qui in exercitu.P.Cornelii.T.Sempronii fuiſſent:& dimiſſi ab iis conſulibus eſſent:ut ad quam diem.L.Cornelius conſul edixiſſet:& in quem locum edixiſſet Ethruriæ:conuenirent.& uti.L.Cornelius conſul in prouinciã proficiſcens in oppidis agriſqꝫ:qua iturus eſſet:ſi quos ei uideret:milites ſcriberet:armaretqꝫ:& duceret ſecũ:dimittendiqꝫ ei:quos eorum

Plutarchus onabim& nõ nabi uocat lacedæmoniorũ tyrannum

L. Cornelius Merula Qu.Minutius conſ.

Liguſticũ bellum

quandoq; uellet:ius esset.Postea q̃ consules delectu habito ꝓfecti sunt in ꝓuincias:tũ.T.Quintius po/
stulauit:ut de iis:quæ cũ.x.legatis ipse statuisset:senatus audiret:eaq;:si uideret auctoritate sua cõfirma
ret.id eos facilius facturos:si legatoꝝ uerba:qui ex uniuersa Græcia & magna pte Asiæ: quiq; ab regi/
bus uenissent audissent.Hæ legatiões a.C.Scribonio ꝓtore urbis in senatũ introductæ sũt: benignæq;
oĩbus resꝓnsum.cũ Antiocho:qa longior disceptatio erat.x.legatis:quoꝝ pars aut in Asia:aut Lysima
chiæ apud regẽ fuerant:delegata est.Quintio mandatũ:ut adhibitis iis legatorũ regis uerba audiret:
respõderetq; iis.quæ ex dignitate atq; utilitate populi ro.respõderi possent. Menippus & Hegesianax
principes regiæ legationis erãt:ex iis Menippus ignorare se dixit:qd nam pplexi sua legatio haberet
cũ simpliciter ad amicitiã petendam iungendãq; societatẽ uenisset.Esse ãt tria genera fœderum:qbus ĩ
tegre paciscerentur amicitias ciuitates:regesq;.unũ cum bello uictis dicerent leges:ubi.n.oĩa ei:qui ar/
mis plus posset:dedita essent:q̃ ex iis habere uictor:qbus mulctari eos uelit:ipsius ius atq; arbitriũ esse
alteꝝ cum pares bello æquo fœdere in pacẽ atq; amicitiam uenirent:tunc.n.repeti reddiq; ꝓ conuẽtio
nem res:& si quaꝝ turbata bello possessio sit:eas aut ex æquo simul:aut ex iuris antiq:aut ptis utriusq;
cõmodo componi.tertiũ esse genus:cũ qui hostes nũq̃ fuerint:ad amicitiã sociali fœdere iungendã co/
eant:eos neq; accipere:neq; dicere leges:id.n.uictoris & uicti esse.Ex eo genere cũ Antiochus esset:mi/
rari se qd romani æquũ censeant ei leges dicere:quas Asiæ urbiũ liberas & ĩmunes:quas stipendiarias
esse uelint:quas intrare ꝓsidia regia regẽq; uetent:cum Philippo.n.hoste pacẽ non cum Antiocho ami
co societatis fœdus ita sanciendũ esse.Ad ea Quintius.Quoniã uobis distincte agere libet:& genera iun
gendaꝝ amicitiarum enumerare:ego quoq; duas cõditiones ponã:extra quas nullam esse regi nũcie/
tis amicitiæ cũ populo ro.iungendæ.unã si nos nihil:quod ad urbes Asiæ attinet curare uelit:ut & ipse
oi Europa abstineat.alterã si se ille Asiæ finibus non contineat:& in Europã transcendat: ut & romanis
ius sit Asiæ ciuitatũ amicitias tueri:quas habeant:& nouas complecti.Enĩuero id auditu ẽt dicere in di
gnum esse Hegesinax Thraciæ & Cherõnesi urbibus arceri Antiochũ:quæ Seleucus proauus eius Ly
simacho rege uicto bello & in acie cæso p summũ decus pta reliquerit.pari cum laude ab thracibus pos
sessa partim armis receperit Antiochus:partim deserta:sicut ipsam Lysimachiã & reuocatis cultoribus
frequentauerit:& quæ strata ruinis atq; incendiis erant ingentibus ĩpensis ædificauerit. quid igit̃ simi
le esse ex ea possessione ita pta:ita recuperata deduci Antiochum:& romanos abstinere Asia:quæ nũq̃
sua fuerit? amicitiã expetere romanoꝝ Antiochum:sed q̃ impetrata gloriæ sibi non pudori sit. Ad hæc
Quintius quandoquidẽ:inquit:honesta pensamus:sic ut aut sola:aut prima certe pensari decet princi
pi orbis terraꝝ populo & tanto regi:utrum tãdem uideꝝ honestius liberas uelle oĩs quæ ubiq; sũt Græ
ciæ urbes:an seruas & uectigales facere?si sibi Antiochus pulchrũ esse censet:quas urbes proauus belli
iure habuerit:auus paterq; nũq̃ usurpauerint:pro suis eas repetere ĩ seruitutẽ: & populo ro.susceptum
patrocinium libertatis græcoꝝ non deserere fidei constantiæq; suæ ducit esse. sicut a Philippo Græciã
liberauit:ita ab Antiocho græcas Asiæ urbes liberare ĩ aio habet.neq;.n.in Aeolidẽ Ioniamq; coloniæ
in seruitutẽ regiam missæ sunt:sed stirpis augendæ cã gentisq; uetustissimæ p orbẽ terrarum propagã
dæ.Cum hæsitaret Hegesianax:nec inficiari posset honestiorem cãm libertatis:q̃ seruitutis ptexti titu
lo:quin mittimus ambages:ĩquit.P.Sulpicius:q maximus natu ex.x.legatis erat.Alterã ex duabus cõ
ditionibus:quæ modo diserte a Quintio datæ sunt:legite:aut supersedete de amicitia agere.Nos uero
inquit Menippus:nec uolumus:nec possumus pacisci quicq̃:quo regnũ Antiochi minuatur. Postero
die Quintius legationes uniuersas Græciæ Asiæq; in senatũ cum introduxisset:ut scirent quali aio po/
pulo romano quali Antiochus erga ciuitates Græciæ essent:postulata & sua & regis exposuit: renũcia
rent ciuitatibus suis populo romano qua uirtute:quaq; fide libertatem eorum a Philippo uĩdicauerit:
ea ab Antiocho:nisi discedat Europa:uindicaturum. Tum Menippus deꝓcari & Quintium & patres ĩ
stitit:ne festinarent decernere:quo decreto turbaturi orbem terrarum essent:tempus & sibi sumerent:
& regi ad cogitandum darent:cogitaturum cum renunciatæ cõditiones essent:& impetratuꝝ aliquid
aut pacis causa consensurum.Ita integra dilatares legatos mitti ad regem eosdẽ:qui Lysimachiæ apud
eum fuerant:placuit.P.Sulpicium.P.Iuliũ.P.Helium. Vixdũ ii profecti erant:cum a Carthagine legati
bellum haud dubie parare Antiochũ Annibale ministro attulerunt:iniecerunt q; curã:ne simul & puni
cum excitaret bellum.Annibal patria profugus peruenerat ad Antiochum:sicut ante dictũ est: & erat
apud regẽ in magno honore:nulla alia arte nisi quod uolutanti diu cõsilia de romano bello nemo ap
tior super tali re particeps esse sermonis poterat:Snia eius una atq; eadem sp erat:ut in Italia bellum ge
reretur:Italiã & milites & cõmeatus ꝓbituram externo hosti:si nihil ibi moueatur liceatq; populo ro.ui
ribus & copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere:neq; regem:neq; gentẽ ullam parem romanis esse. si
bi centum naues:xvi.millia peditum.mille equites deposcebat:ea se classe primum Africam petiturũ.
magnopere confidere & Carthaginenses ad rebellãdum ab se compelli posse:si illi cũctentur se aliqua
parte Italiæ bellũ excitaturum romanis. Regem cum cæteris oĩbus in Europa debere:& in aliqua par/
te Græciæ copias continere:neq; traiicientẽ:& quod in speciem famãq; belli satis sit paratum:traiicere.
In hanc sniam cum adduxisset regem ꝓparandos sibi ad id popularium aios ratus:litteras ne quo casu
interceptæ palã facerent conatas:scribere nõ est ausus:Aristonem quẽdam tyrium natũ Ephesi exptũq;
solertiã leuioribus ministeriis partim donis:partim spe ꝓmiorum oneratũ:quibus ẽt ipse rex ãnuerat

Tria fœderũ genera

Causæ belli cũ Antiocho contracti

annibal ad antiochũ ꝓfugerat

Carthaginem cum mandatis mittit: edit noia eorum: quibus conuentis opus esset: instruit et secretis notis: p quas haud dubie cognoscerent sua mandata esse. Hunc Aristonē Carthagine obuersantē non prius amici quā inimici Annibalis: qua de cā ueniſſet: cognouerunt: & primo in circulis conuiuiisq; celebrata sermonibus res est: deinde in senatu quidam nihil actum esse dicere exilio Annibalis: si absens quoq; nouas moliri res sollicitandoq; aios hoium turbare statum ciuitatis posset: Aristonem quēdam tyrium aduenā instructum mandatis ab Annibale & ab rege Antiocho ueniſſe: certos hoies quottidie cum eo secreta colloquia serere: in occulto colloqui: qd mox in oium perniciē erupturum esset. Cōclamauere oēs uocari Aristonē debere: & quæri quid ueniſſet: & niſi expromeret: cū legatis Romam mitti: satis pro temeritate unius hois supplicio; pensum esse: priuatos suo periculo peccaturos: rempublicam non extra noxam mō: sed ēt extra famam noxæ cōseruandā esse. Vocatus Ariston purgare sese & firmiſſimo propugnaculo uti qd nihil litteraq; ad quēq; attuliſſet: cæterum nec cām aduentus satis expediebat: & in eo maxime hæsitabat: qd cum barchinæ solū factionis hoibus collocutum eū arguebāt. Orta deinde altercatio est: aliis pro speculatore cōpræhendi iam & custodiri iubentibus: aliis negantibus tumultuandi cām esse: mali rem exēpli esse: de nihilo hospites corripi: idē carthaginenſibus & tyriis & in aliis emporiis: q̄ frequenter cōmeant: euentuq;. Dilata eo die res est. Aristo punico ingenio interpœnos usus: tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedē quottidianam magistratuū prima uespera suspendit: ipse deinde tertia uigilia nauē conscendit: & profugit. Postero die cum suffeces ad ius dicendū consediſſent: conspectæ tabellæ demptæq; & lectæ: scriptū erat Aristonē priuatim ad neminem: publice ad seniores (ita senatū uocabant) mandata habuiſſe. Publicato crimine minus intenta de paucis quæstio erat: mitti tñ legatos Romā: qui rem ad consules & senatū referrent: placuit: simul qui de iuriis Maſiniſſæ q̄rerentur. Maſiniſſa posteaq̄ & infames carthaginenses: & inter se ipsos discordes principes pp colloquia Aristonis senatui: senatum pp indicia ipsius Aristonis populo suspectum locū iniuriæ esse ratus agrū maritimum eoq; depopulatus est: & quasdam urbes uectigales carthaginenſium sibi coegit stipendiū pendere: Emporiam uocant eā regionem: ora est mioris syrtis & agri uberis. una ciuitas eius Leptis: ea singula in dies talenta uectigal carthaginenſibus dedit. Hanc tū regionem & totā infestam Maſiniſſa & ex quadā parte dubiæ possessionis sui regni an carthaginenſiū esset effecerat: & quia simul ad purganda crimina & questū de se Romā ituros comperit: qui & illa onerarent suspicionibus: & dē iure uectigalium disceptarent: legatos & ipse Romā miſit. Auditi de tyrio aduena primū carthaginēses curā inicere patribus: ne cum Antiocho simul: & pœnis bellandū esset: maxime ea suspicio crimen augebat: quod quē compræhenſum Romā mitti placuiſſet: nec ipm: nec nauem eius custodiſſent. De agro deinde cum regis legatis simul disceptari cœptū. carthaginenses iure finium cām tuebantur: qd intra eos terminos esset: quibus. P. Scipio uictor agrum: qui iuris esset carthaginenſiū: finiſſet: & confessione regis: qui cū Aphyrē profugum ex regno suo cū parte numidaq; uagantem circa Cyrenas persequeretur: p̄cario ab se iter per eū ipsum agrum tāq̄ haud dubie carthaginenſiū iuris petiſſet: Numidæ & determinatione Scipionis mentiri eos arguebant & siquis ueram originem iuris exigere uellet: quē proprium agrum carthaginenſiū in Africa esse aduenis: quantum secto bouis tergo ample cti loci potuerint: tñ ad urbem cōmuniendam p̄cario datum: quicquid byrsam sedē suam excesſerint: ui atq; iniuria partum habere. neq; n. de quo agatur: probare eos posse: non mō sp ex quo ceperint: sed ne diu quidē eos possediſſe. per opportunitates nunc illos: nunc reges numidaq; usurpaſſe ius: semp; penes eum possessionē fuiſſe: qui plus armis potuiſſet. cuius conditionis res fuerit: prius: q̄ hostes romanis carthaginenses: socius atq; amicus rex numidarum esset: eius sinerent esse: nec se interponerēt: quo minus: qui possent: tenerent. Responderi legatis utriusq; partis placuit missuros se ī Africam: qui inter populum carthaginenſem & regem in re præsenti disceptarent. Missi. P. Scipio Africanus: &. C. Cornelius Cethegus: &. M. Minutius Ruffus. Audita inspectaq; re suspensa omnia neutro inclinatis sententiis reliquere. id utrum sua sponte fecerint: an quia mandatum ita fuerit: non tam certum est: q̄ uidetur tempori aptum fuiſſe integro certamine eos relinqui: nam: ni ita esset: unus Scipio uel notitia rei: uel auctoritate ita de utriſq; meritus finire nutu disceptationem potuiſſet.

Cartha. stu diū intuenda pace

Maſiniſſæ iniuriæ in cartha.

Ad quid legati in africam missi

LIBER Q VINTVS.

PRINCIPIO ANNI: Q VO GESTA SVNT HAEC SEX. DIGITIVS PRE tor in Hiſpania citeriore cum ciuitatibus iis: q̄ post profectionē. M. Catonis rebellauerāt: crebra magis: q̄ digna dictu p̄lia fecit & adeo plæraq; aduersa ut uix dimidium militū: q̄ quod acceperat: successori tradiderit: nec dubium est: quin oīs Hiſpania sublatura aios fuerit: ni alter prætor. P. Cornelius Scipio. Gn. filius trans ibeq; multa secunda p̄lia feciſſet: quo terrore non minus quinquagita oppida ad eum defecerunt. Scipio idē proprætor luſitanos puastata ulteriori prouincia cū ingenti p̄da domū redeūtes ī ipso itinere aggreſſus: ab hora tertia diei ad octauā incerto euētu pugnauit. nūero militū impar supior aliis: nā & acie frequenti armatis aduersus longū & ipeditū turba pecoq; agmen: & recēti milite aduersus fessos lōgo iti-

nere occurrerat:tertia nāq; uigilia exierant hostes:huic nocturno itineri tres diurnæ horæ accesserant nec ulla quiete data laborem uiæ plium exceperat.Itaq; principio pugnæ uigoris aliquid ī corporibus aisq; fuit:& turbauerant primo romanos:deinde æquata pauliſp pugna eſt.In hoc diſcrimine ludos Iouis:ſi ui fudiſſet:cecidiſſetq; hoſtes:pror uouit.tādem gradū romani acrius intulerunt:ceſſitq; luſitanus: deinde prorſus terga dedit:& cum inſtitiſſent fugientibus uictores ad.xii.millia hoſtiū ſunt cæſa:capti ducenti quinquaginta oēs ferme equites:& ſigna militaria capta centū qnquagintaquattuor.Ex exercitu romano ſeptuaginta & tres amiſſi.Pugnatū inde haud procul Ilipa urbe eſt:eo uictorē opulētum pdæ exercitum.P.Cornelius reduxit:ea oīs ante urbem expoſita eſt:poteſtaſq; dñis ſuas res cognoſcē di facta eſt:cætera uendenda quæſtori data:qđ inde refectū eſt:militibus diuiſum.Nondū ab Roma p/fectus erat.C.Flaminius ptor:cum hæc ī Hiſpania gerebant:itaq; tam aduerſæ:q̄ ſecundæ res p ipſum amicoſq; eius magnis ſermonibus celebrabant:& tentauerat qm̄ bellum ingens in puincia exarſiſſet: & exiguas reliqas exercitus ab Sex.Digitio atq; eas ipſas plenas pauoris ac fugæ accepturuſ eēt:ut unā ſibi ex urbanis legionibus decerneret.ad quā cum militē ab ſe ipſo ſcriptum ex ſenatuſconſulto adieciſſet:eligeret ex omni numero triamillia & ducentos pedites:& eqtes trecentos:ea ſe legione(nā in Sex. Digitii exercitu haud multū ſpei eſſe)rem geſturū.Seniores negare ad rumores priuatos temere ī gratiam magiſtratuū confictos ſenatuſconſulta facienda eſſe:niſi qđ ex prouinciis ſcriberet:aut legati renunciarent:nihil ratū haberi debere.ſi tumultus ī Hiſpania eſſet:placere: ut tumultuarii milites extra Italiā legerentur.Valerius Antias & in Siciliā nauigaſſe delectus cā.C.Flaminiū ſcribit:& ex Sicilia Hiſpaniam petentē tempeſtate in Africā delatum:uagos milites de exercitu.P.Africani ſacramento rogaſſe.his duāq; prouinciarum delectibus tertiū in Hiſpania allegiſſe.Nec in Italia ſegnius liguq; bellū creſcebat.Piſas iā quadraginta millibus hoīum affluente multitudine ad famam belli ſpemq; pdæ circūſedebant.Minutius conſul Arretiū die:quem dixerat ad conuenīendū militibus:uenit:īde quadrato agmine cū ad Piſas duxiſſet:dū hoſtes non plus paſſuū tribuſmillibus ab oppido trans fluuiū mouiſſent caſtra:conſul urbē haud dubie ſeruatā aduentu ſuo eſt ingreſſus.poſtero die & ipſe trans fluuiū ferme mille paſſus ab hoſte poſuit caſtra:īde leuibus pliis a populationibus agrū ſociorum tutabat:in aciem exire non audebat:nouo milite & ex multis generibus hoīum collecto nec dū noto ſatis inter ſe:ut uix fidere alii aliis poſſent.Ligures multitudine fræti & in aciē exibant:parati de ſūma rerum decernere:& abundantes militū numero paſſim multas manus p extrema finium ad pdandum mittebant:& cū coacta uis magna pecoq; pdæq; eſſet:paratum erat plidium:p quod in caſtella eoq; uicoſq; agerēt.Cū bellum liguſtinū ad Piſas conſtitiſſet:conſul alter.L.Cornelius Merula pter extremos liguq; fines exercitum in agro boioq; induxit:ubi longe alia belli ratio:q̄ cum liguribus erat:conſul in aciē exibat:hoſtes pugnā detrectabant:pdatumq; ubi nemo obuiā exiret:diſcurrebant romani:boii diripi ſua impune:q̄ tuendo ea conſerere certamen malebant.Poſteaq̄ oīa ferro igniq; ſatis uaſtata erant: cōſul agro hoſtiū exceſſit:& ad Mutinam agmine incauto:ut inter pacatos ducebat.Boii:ubi egreſſum finibus ſuis hoſtē ſenſere:ſeq̄bantur ſilenti agmine locū inſidiis quærentes:nocte ptergreſſi caſtra romana ſaltū:qua tranſeundū erat romanis:inſederunt.id cū parum occulte feciſſent:conſul q multa nocte ſolitus erat:mouere caſtra:ne nox terrorē in tumultuario plio augeret:lucē expectauit:ut cū luce moueret:tñ turmā equitum exploratū miſit.Poſteaq̄ relatū eſt:q̄tæ copiæ & in quo loco eſſent:totius agminis ſarcinas ī mediū comici iuſſit:& triarios uallū circūūicere:cætero exercitu inſtructo ad hoſtē acceſſit.Idē & galli fecerūt poſteaq̄ apertas eſſe inſidias:ac recto & iuſto plio:ubi uera uinceret uirtus:dimicandū uiderunt.Hora ſecunda ferme concurſum:ſiniſtra ſocioq; eqtum ala & extraordinarii prima in acie pugnabant:p̄erant duo conſulares legati.M.Marcellus:&.T.Sēpronius prioris anni conſules.Nouus conſul nunc ad primā ſigna erat:nunc legiones continebat in ſubſidiis:ne certaminis ſtudio prius procurrerent:q̄ datū ſignum eſſet:eqtes eaq; extra aciem in locū patētem.Qu.&.P.Mutios tribunos militū educere iuſſit: unde cum ſignū dediſſet:impetū ex aperto facerent.Hæc agenti nūcius uenit a.T.Sempronio Longo nō ſuſtinere extraordinarios impetū gallorum & cæſos pmultos eſſe:& qui ſuperſint:partim labore:partī metu remiſiſſe ardorē pugnæ:legionē alteram ex duabus:ſi uideret:trāſmitterer:prius quam ignominia acciperetur.Secunda miſſa eſt legio:& extraordinarii recepti.tum redintegrata ē pugna:cum & recens miles:& frequens ordinibus legio ſucceſſiſſet.& ſiniſtra ala ex plio ſubducta eſt.dextera in primā aciē ſubiit.Sol ingenti ardore torrebat minime patientia æſtus corpora galloq;:denſi tñ ordinibus nūc alii in alios:nunc in ſcuta incumbentes ſuſtinebant impetus romanoq;.Quod ubi aīaduertit conſul:ad pturbandos ordines eorum.C.Liuiū Salinatorē:qui præerat alaribus eqtibus:q̄ cōcitatiſſimos equos imittere iubet:& legionarios eqtes in ſubſidiis eſſe.Hæc procella equeſtris primo confudit:& turbauit deinde diſſipauit aciem gallorum.non tñ ut terga darent:obſtabant duces haſtilibus cædentes terga trepidantium:& redire in ordines cogentes:ſed interequitantes alarii non patiebantur. Cōſul orabat milites:ut parū niterent:uictoriā in manibus eſſe:dū turbatos & trepidantes uiderēt:inſtarent:ſi reſtitui ordines:ſtiuiſſent:ītegro rurſus eo plio & dubio dimicaturos:inferre uexillarios iuſſit ſigna.oēs cō nixi tādem auerterūt hoſtem.Poſteaq̄ terga dabant:& in fugā paſſim effundebantur:tū ad pſequēdos eos legionarii equites īmiſſi:quattuordecimmillia boioq; ea die cæſa ſunt:uiui capti mille nonaginta duo:eqtes.cc.&.xxi.tres duces eorum:ſigna militaria ducenta.xii.carpēta centū duo.Nec romanis in

Acre cū luſitanis pliū


Piſæ mīnutii interuēnientu ſeruant

Boioꝝ inſidias conſul deprehendit

Boiorum cædes

cruenta victoria fuit:supra quinquemillia militum ipsorum aut sociorum sunt amissa:cēturiones tres: &.xx.præfecti socium quattuor:&.M.Martius tribunus militū secundæ legionis.Eodem fere tpe duo rum consulum litteræ allatæ sunt.L.Cornelii admutinam de prælio cum boiis facto:&.Qu.Minutii a Pisis:comitia suæ sortis esse:cæterum adeo suspensa oīa in liguribus se habere:ut abscedi īde absq; per nicie sociorum & dāno reipublicæ non posset.si ita uideretur patribus:mitterent ad collegam:ut is qui profligatum bellum haberet:ad comitia Romā rediret:si id facere grauaretur:quod non suæ sortis id negotium esset:se quidē facturū:quodcūq; senatus censuisset:sed ēt atq; etiam uiderent: si magis e rep. esset:interregnum iniri:q̄ a se in eo statu relinqui prouinciam.Senatus.C.Scribonio negotium dedit: ut duos legatos ex ordīe senatorio mitteret ad.L.Corneliū consulem: qui litteras collegæ ad senatum missas deferrent ad eum:& nunciarent senatum:ni is ad magistratus subrogandos Romam ueniret: potius quam.Qu.Minutius a bello integro auocaretur:interregnum iniri passurū.Missi legati nūcia/ uerunt Cornelium ad magistratus subrogandos uentuꝝ.De litteris.L.Cornelii:quas scripserat secun dum p̄lium cum boiis factum:disceptatio in senatu fuit:qa priuatim plærisq; senatoribus legatus.M. Claudius scripserat:fortunæ populi romani:& militum uirtuti gratiā habendam:quod res bene gesta esset:consulis opera & militū aliquantum amissum:& hostium exercitum:cuius delendi oblata fortūa fuerit:elapsum.milites eo plures perisse:quod tardius ex subsidiis:qui laborantibus opem ferrent:suc cessissent.hostes e manibus emissos:quod equitibus legionariis tardius datum signum esset: ut perse qui fugientes non licuisset.De ea re nihil temere decerni placuit:ad frequentiores consultatio delata est:instabat.n.cura alia:quod ciuitas fœnore laborabat:& cū multis fœnebribus legibus constricta aua ritia esset:uia fraudis inita erat:ut in socios:qui non tenerentur iis legibus:noīa transcriberēt:in tali ue ro fœnore obruebantur debitores.Cuius cernendi:cum ratio quæreretur:diem finiri placuit: fœnera/ lia:quæ proxima fuissent:ut qui post eam diem socii ciuibus romanis credidissent pecunias:profiterē/ tur:& ex ea die pecuniæ creditæ:quibus debitor uellet.legibus:creditori ius redderetur.Inde posteaq̄ professionibus detecta est magnitudo æris alieni per hanc fraudem cōtracti.M.Sempronius tribunus plebis ex auctoritate patrū plebem rogauit:plebesq; sciuit:ut cum sociis ac noīe latino pecuniæ creditæ ius idem quod cū ciuibus romanis esset.Hæc in Italia domi militiæq; acta.In Hispania nequaq̄ tantum belli fuit:quantum auxerat fama.G.Flaminius in citeriori Hispania oppidū Illuciam in oretanis cœpit. deinde in hybernacula milites deduxit:& per hyemē p̄lia aliqua nulla memoria digna aduersus latro num magis:q̄ hostium excursiones uario tū euētu nec sine militum iactura sunt facta.Maiores res ge/ stæ a.M.Fuluio:is apud Toletum oppidum cum uacceis uectonibusq; & celtiberis signis collatis dimi cauit:exercitum eaꝝ gentium fudit fugauitq;:regem Hilermū uiuum cœpit.Cum hæc ī Hispania age rentur:comitioꝝ iam appetebat dies:itaq;.L.Cornelius consul relicto ad exercitū Claudio legato Ro mam uenit.is in senatu cum de rebus a se gestis differuisset:quo in statu prouincia esset:questus est cū patribusconscriptis:quod tanto bello una secunda pugna tam fœliciter perfecto nō esset habitus diis immortalibus honos:postulauit deinde supplicationem simul triūphumq; decernerent.Prius tū quā relatio fieret.Qu.Metellus:qui consul dictatorq; fuerat:litteras eodem tpe dixit: & consulis.L.Corne/ lii ad senatum:&.M.Claudii ad magnam:partem senatorum allatas esse inter se pugnantes:eoq; dila/ tam esse consultationem:ut præsentibus auctoribus eaꝝ litteraꝝ disceptaretur.itaq; expectasse sese:ut cōsul:qui sciret ab legato suo aduersus se scriptum aliquid cū ipsi ueniēdum esset:deduceret eum secū Romam:cum ēt uerius esset.T.Sempronio imperium habenti tradi exercitum:q̄ legato.nunc uidere sese amotū de industria:qui ea:quæ scripsisset:prælens diceret:argueretq; corā: & siquid uani afferret: argui posset:donec ad liquidum ueritas explorata esset:Itaq; nihil eorum:quæ postularet cōsul:decer/ nendum in præsentia cēsere.Cū pergeret nihilo segnius referre ut supplicationes decernerentur:triū phantiq; sibi in urbem inuehi liceret.M.& Crassus Ticinii tribuni plebis se intercessuros:si de ea re fie ret senatusconsultum dixerunt.

Hilciam ptolemeus habet



CENSORES ERANT PRIORE ANNO CRE ati Sex Elius Pætus & Gaius Cornelius Cethegus Cornelius lustrum condidit:censa sunt ciuium capi ta.cxliii.millia septingenta quattuor.Aquæ igentes eo āno fuerūt:& tyberis loca plana urbis inundauit circa portam flumentanam etiam collapsa quædam ruinis sunt:& porta cælimontana fulmine icta ē:mu rus circa multis locis de cælo tactus.& Aritiæ:& La/ nuuii:& auentino lapidibus pluuit.& a Capua nun ciatum est examen uesparum ingens in foꝝ aduo/ lasse:& in Martis æde consedisse:eas collectas cū cu/ ra igni crematas esse.Hoꝝ prodigioꝝ causa decem/ uiri adire libros iussi:& nouendiale sacrū factum: & supplicatio in dicta est.atq; urbs lustrata. Iisdem die bus ædiculam Victoriæ uirginis prope ædē Victo/

triæ.M.Portius Cato dedicauit biennio:posteaquam uouit:Eodem anno coloniam latinam in castrũ ferentinũ triũuiri deduxerunt.G.Manlius Volso.L.Apustius Fullo.P.Elius Tubero:cuius lege dedu cebantur triamillia peditum fere.ccc.equites:numerus exiguus pro copia agri. dari potuere quadra gena iugera in pedites:sexagena in equites:Apustio Auctore tertia pars agri dempta est: quo postea si uellent:nouos colonos ascribere possent:uicena iugera pedites:quadragena equites acceperunt. In exitu iam annus erat:& ambitio magis quã unquam alias exarserat consularibus comitiis:multi & po tentes petebãt patritii plebeiiq;.P.Cornelius.Gn.filius Scipio qui ex Hispania prouincia nuper recesse rat magnis rebus gestis:&.L.Quintius Flaminius:qui classi in Græcia præfuerat:&.Gn.Manlius Vol so:hi patritii.plebei autem.G.Lelius.Gn.Domitius.G.Liuius Salinator.M.Acilius.Sed oĩum oculi in Quintium & Cornelium coniecti:nam:& in unũ locum petebãt patritii ambo: & rei militari gloria re cens utrũq; cõmendabat:cæteq; ante oĩa certamen accendebant fratres candidatoq; duo clarissimi fuæ ætatis imperatores.maior gloria Scipiõis :& quo maior:eo propior inuidiæ:Quintii:recentior: ut qui eo anno triumphasset:accedebat quod alter decimũ iam prope annum assiduus in oculis hoĩum fue rat:quæ res minus uerendos magnos hoĩes ipsa facietate facit:consul iteq; post deuictum Annibalem censorq; fuerat:in Quintio noua & recentia:oĩa ad gratiam erant.nihil nec petierat a populo post triũ phum:nec adeptus erat:pro fratre germano non patruele se petere aiebat:p collega & participe admi nistrati belli:se terra fratrem mari rẽ gessisse.His obtinuit:ut præferretur candidato:quem Africanus frater ducebat:quem cornelia gens Cornelio consule comitia habente:quem tantũ præiudicium sena tus uiq; e ciuitate optimũ iudicatum:qui matrẽ idæam Pessimonte uenientem in urbem acciperet.L. Quintius:&.Gn.Domitius Aenobarbus cõsules facti.adeo ne in plebeio quidẽ consule:cũ pro. G.Læ lio niteret:Africanus ualuit.Postero die prætores facti:creati.L.Scribonius Libio.M.Fuluius Centu malus.A.Attilius Serranus.M.Bebius Tãphilius.Qu.Salonius Sarra.Aedilitas insignis eo anno fuit M.Aemylii Lepidi:&.P.Aemylii Pauli:multos pecuarios dãnarunt:& ex ea pecunia clypea inaurata i fastigio Iouis ædis posuerunt:porticũ nam extra portam trigeminã emporio ad tyberim adiecto: alte ram ad portam fontinalẽ ad Martis aram:qua in cãpis iter esset perduxerunt. Diu nihil memoria di gnum in liguribus gestum erat:extremo eius anni bis in magnum periculũ res adducta est:nam & ca stra consulis oppugnata ægre sunt defensa:& non ita multũ post per saltum angustum cũ duceret ag men romanũ ipsas fauces exercitus ligux insedit:qua cũ exitus non pateret: conuerso agmine redire cõsul instituit:& a tergo fauces saltus occupatæ a parte hostium erãt:caudinæq; cladis memoria non ais mõ:sed prope oculis obuersabatur.Numidas octingẽtos ferme equites inter auxilia habebat:eorũ p fectus cõsuli pollicetur se parte:utra uellet:cum suis eruptux:tãtum uti diceret utra pars frequẽtior ui cis esset:in eos se impetum factux:& nihil priusquã flamam tectis iniectux.ut is pauor cogeret ligures excedere saltu:quem obsiderent:& discurrere ad opem ferendã suis.Laudatũ eum consul spe præmio rum onerat:& numidæ equos conscẽdunt:& obequitare stationibus neminẽ lacessentes cœperunt:ni hil primo aspectu cõtemptius.equi hoĩesq; paululi & graciles: discinctus & inermis eques præterquã quod iacula secũ portat:equi sine frænis deformes:ipse cursu rigida ceruice & extento capite currẽtiũ hunc cõtemptum de industria augẽtes habi ex equis & per ludibriũ spectaculo esse.itaq; qui primo in tenti parati:si lacesserentur:instationibus fuerant:iã inermes sedẽtesq; pars maxima spectabant.Numi dæ adæquitare & refugere:sed propius saltũ paulatim euehi:uelut quos impotẽtes regendi equos in uitos efferrent:postremo subditis calcaribus per medias stationes hostiũ erupere:& in agx latiorẽ eue cti oĩa peruastant:fumus primo conspectus:deinde clamor trepidãtium in uicis auditus:postremo se niores pueriq; refugientes tumultũ in castris fecerũt.Itaq; sine cõsilio:sine ĩperio p se quisq; currere ad sua tutanda momẽtoq; tpis castra relicta erãt:& obsidiõe liberatus cõsul:quo intẽderat:peruenit. Sed neq; boii neq; hispani:cũ quibus eo anno bellatum erat:tam inimici infestiq; erãt romanis : q ætolorũ gens:ii post deportatos ex Græcia exercitus primo in spe fuerant & Antiochũ in uacuam Europe pos sessionẽ uentux:nec Philippum:aut Nabin quieturos.ubi nihil usquã moueri uiderunt agitandũ mi scendũq; rati:ne cunctando senescerent cõsilia:concilium Neupactũ indixerũt. ibi Thoas eox prætor cõquestus iniurias romanox statumq; Aetoliæ:quod oĩum Græciæ gentiũ ciuitatumq; inhonoratissi mi post eam uictoriã essent:cuius cã ipsi fuissent:legatos censuit circa reges mittendos:qui nõ solũ ten tarent aĩos eox:sed suis quemq; stimulis mouerẽt ad romanũ bellum Democritus ad Nabin nauigat ad philippũ Nicãder: Dicæarchus frater prætoris ad Anthiochũ est missus Tyrãno lacædemonio De mocritus ademptis maritimis ciuitatibus eneruatam tyrannidẽ dicere.inde militẽ.inde naues naua lesq; socios habuisse:inclusum suis prope muris achæos uidere dominãtes in Pelopõneso:nunquam habituq; recuperãdi sua occasionẽ:si eam:quæ tunc esset:prætermisisset.& nullum exercitũ romanum in Græcia esse:nec propter Gyrtheũ:aut maritimos alios laconas dignam cãm existimaturos romãos cur legiones rursus in Græciã transmittant.Hæc ad incitandum aĩum tyranni dicebãtur ut cũ in græ ciam Antiochus traiecisset:conscientia uiolatæ per sociox iniurias romanæ amicitiæ iungerent cũ An tiocho.Et Philippũ Nicander haud dissimili oratione incitabat:erat ẽt maior oratiõis materia:quo ex altiore fastigio rex:q; tyrannus detractus erat:quoq; plures ademptæ res.Ad hæc uetusta regum Ma cedoniæ fama peragratusq; orbis terrax uictoriis eius gentis referebat:& tutũ uel incœpto:uel euẽtu

se consilium afferre: neq; ut ante se moueat Philippus: q̃ Antiochus cum exercitu transierit in Græciã suadere & qui sine Antiocho aduersus romanos ætolosq; tãdiu sustinuerit bellũ: adiuncto Antiocho sociis ætolis qui tũ grauiores hostes cũ romanis fuerint: quibus tandẽ uiribus resistere romanos posse Adiiciebat de duce Annibale nato aduersus romanos hoste: qui plures & duces: & milites eoq; occidisset: q̃ quot supereſſent. Hæc Philippo Nicander. Alia Dicæarchus Antiocho: & primũ oĩum prædam de Philippo romanoq; esse dicere: uictoriam ætoloq;: & aditũ in Græciã romanis nullos alios quã ætolos dedisse: & ad uincendũ uires eosdẽ præbuisse. deinde quãtas equitũ peditũq; copias præbituri Antiocho ad bellum eẽnt: quæ loca terrestribus copiis: quos portus maritimis. Tũ de Philippo & Nabide libero mẽdatio abutebat: paratũ utrunq; ad rebellandũ esse: & primã quamq; occasionẽ recuperandi ea quæ bello amisissent: arrepturos. Ita per totũ simul orbem terraq; ætoli romanis concitabãt bellum: & reges tñ aut non moti: aut tardius moti sunt: Nabis extẽplo circa oĩs maritimos uicos misit ad seditiones in iis miscẽdas: & alios principũ donis ad suam cãm perduxit: alios pertinaciter in societate romana manẽtes occidit. Achæis omnium maritimoq; locoq; tuendoq; a. T. Quintio cura mãdata erat: itaq; extemplo ad tyrãnum legatos miserunt: qui admonerent fœderis romani: denunciarentq;: ne pacẽ: q̃ tantopere petisset: turbaret: & auxilia ad Gyttheum: quod iam oppugnabat a tyranno: & Romã: qui ea nũciarẽt legatos miserũt. Antiochus rex ea hyeme Rhaphei i, Phœnice Ptolemæo regi Aegipti filiai matrimõiũ data: cum Antiochiã se recepisset: per Ciciliam tauro mõte superato extremo iam hyemis Ephesum peruenit: inde principio ueris Antiocho filio misso in Syriã ad custodiam ultimaq; partium regni: nequid absente se a tergo moueret: ipse cum oĩbus terrestribus copiis ad pysidas: qui circa Sicã incolunt: oppugnãdos est ꝓfectus: Eo tẽpore legati romani Publius Sulpicius: &. P. Iulius qui ad Antiochum sicut ante dictũ est: missi erant: iussi prius Eumenẽ adire: Eleam uenere: inde Pergamũ ubi regia Eumenis fuit descenderunt. Cupidus belli aduersus Antiochum Eumenes erat: grauẽ: si pax esset accolam tanto potẽtiorem regẽ credens: eundẽ si motum bellũ esset: nõ magis parem romanis fore: q̃ Philippus fuisset: & aut funditus sublatum iri: aut si pax uicto daretur: multa illi detracta sibi accessura ut facile deinde se ab eo sine ullo romano auxilio tueri posset: etiam si quid aduersi casuq; foret: satius esse romanis sociis quamcũq; fortunã subire: q̃ solum aut imperiũ pati Antiochi: aut abnuentẽ ui atq; armis cogi. Ob hæc quãtum auctoritate: quãtum cõsilio ualebat: incitabat romanos ad bellum. Sulpicius æger Pergami substitit: Iulius cum Pysidæ bello occupatum esse regẽ audisset: Ephesum ꝓfectus: dum paucos ibi moratur dies: dedit operã: ut cum Annibale: qui tum ibi forte erat. sæpe congrederet: ut animũ eius & tentaret: si qua posset: & metum demeret periculi ei quicquã ab romanis esse. His colloquiis aliud nihil actum est: secutũ tamen sua sponte est: uelut consilio petitum esset ut uilior ob earegi Annibal suspectiorq; ad oĩa fieret. Claudius secutus græcos acilianos libros. P. Africanum in ea fuisse legatione tradit: eumq; Ephesi collocutũ cum Annibale & sermonẽ etiam unũ refert. quo quæreti Africano quem fuisse maximũ imperatorẽ Annibal crederet: respondisse Alexãdrum macedonem regem: quod parua manu innumerabiles exercitus fuisset qd ultimas oras supra spẽ humanã peragrasset: quærenti deinde quẽ secũdum poneret: Pyrrhum dixisse castra metari primũ docuisse: ad hoc neminem elegantius loca cepisse: præsidia disposuisse. artẽ etiam conciliandi sibi hoies eum habuisse: ut italicæ gentes regis externi: q̃ populi romani tandiu principis in ea terra imperiũ esse mallent. exequẽti deinde quem tertiũ diceret. haud dubie semetipsum dixisse. Tum risum obortũ Scipioni subiecisse quidnã tũ diceres: si me uicisses: tum me uero: inquit: & ante Alexandrũ: & ante pyrrhum: & ante oĩs alios ĩperatores esse. & perplexum punico astu responsum & ĩprouisum assentationis genus Scipionẽ mouisse: quod e grege se Imperatoq; uelut inæstimabilem secreuisset. Iulius ab Epheso apameam processit: eo & Antiochus audito romanoq; legatoq; aduẽtu occurrit. Apameæ congressis disceptatio eadem ferme fuit: quæ Romæ inter Quintiũ & legatos regis fuerat. mors nunciata Antiochi filii regis: quẽ missum pauloante dixerã in Syriam: diremit colloquia: magnus luctus in regia fuit magnũq; eius iuuenis desideriũ: id. n. iam specimẽ sui dederat: ut si uita longior contigisset: magni iustiq; regis ĩ eo ĩ dolem fuisse apperet. quo carior acceptiorq; oĩbus erat: eo mors eius suspectior fuit: grauem succesorem eũ instare senectuti suæ patrẽ credẽtem: per spadones quosdã talium ministerio facinoq; acceptos regibus uenẽno sustulisse. eam quoq; cãm clandestino facinori adiiciebant: quod cũ Seleuco filio Lysimachiã dedisset: antiocho quam similẽ daret sedẽ: ut procul ab se honore eũ quoq; ablegaret: nõ habuisset. Magni tñ luctus species per aliquot dies regiam tenuit. legatusq; romanus: ne alieno tpe incommodus obuersaret: Pergamum cõcessit. Rex Ephesum omisso: qd incohauerat: bello redit: ibi per lustrũ regia clausa cũ Minione quodã: qui princeps amicoq; eius erat: secreta consilia agitauit. Minio ignarus oĩum externoq; uiresq; existimãs regis ex rebus ĩ Syria aut asia gestis: nõ cã mõ supioré esse antiochum: qd nihil æqui postularẽt romani sed bello quoq; superatuq; credebat. Fugienti regi disceptationem cũ legatis seu iã experto eã minus prosperã: seu mærore recẽti confuso ꝓfessus Minio se: quæ pro cã essent dictuq;: psuasit: ut a Pergamo accerserent legati. iã cõualuerat Sulpicius: itaq; ambo Ephesum uenerũt: Rex a Minione excusatus: & absente eo res agi cœpta est: ibi præparata oratõe Minio. Specioso titulo: inquit uti uos romani græcaq; ciuitatũ liberandaq; uideo: sed facta uestra orationi nõ conueniunt: & aliud antiocho iuris statuistis: alio ipsi utimini. Quid. n. magis smyrnæi lãpsaceniq; græci fũt

Aetoloq; & Regum motus

Vide ne raphaneæ sit legẽdũ potius aut raphiæ q̃q̃ hæc in palestina

Iudiciũ annibalis de patoribus

Cõposita Minionis oratio

qui neapolitani:& rhegini:& tarentini:a quibus ſtipendium: a quibus naues ex fœdere exigitis cur Syracuſas atq; in alias Siciliæ græcas urbes prætorē quot annis eū imperio & ſecuribus & uirgis mitti tis nihil aliud profecto dicatis:q̄ armis ſuperatis uos iis has leges impoſuiſſe.Eandē Smyrna & Lāpſa co ciuitatibuſq; quæ Ioniæ aut Aeolidis ſunt:cām ab Antiocho accipite bello ſupatas a maioribus ſti pēdiarias ac uectigales factas Antiochus repetit:itaq; ad hæc ei reſponderi uelim:ſi ex æquo diſceptat non belli cauſa quæriť.Ad ea Sulpicius.Fecit uerecunde inquit Antiochus:qui ſi alia ꝓ cā eius nō erāt quæ dicerētur:quēlibet iſta:q̄ ſe dicere maluit.Quid.n.ſimile habet ciuitatū eaꝝ:quas cōparaſti cā ab rheginis & neapolitanis & tarētinis:ex quo in noſtram uenerūt ptātem:uno & ꝑpetuo tenore iuris ſp uſurpato nunquā intermiſſo:quæ ex fœdere debēt:exegimus.potes ne tandē dicere:ut ii populi non per ſe:nō per aliū quēq̄ fœdus mutauerint:ſic Aſiæ ciuitates ut ſemel uenerūt in maioꝝ Antiochi ptā tem:in perpetua poſſeſſiōe regni ueſtri permāſiſſe?& nō alias eaꝝ in Philippi:alias in Ptolemæi fuiſſe ptāte?alias per multos annos nullo ambigēte libertatē uſurpaſſe?Nā ſi aliquādo ſeruierūt tēpoꝝ iniq tate preſſi:ius poſt tot ſæcula aſſerēdi eos in ſeruitutē faciet:quid abeſt:quin actū nobis nihil ſit: quod a Philippo liberauimus Græciā?& repetant poſteri eius Corinthū:Chalcidē:Demetriadē & theſſaloꝝ totā gentē?Sed quid ego cām ciuitatū ago:q̄ ipſis agētibus & nos & regem ipſum cognoſcere æquius ē.Vocari deinde ciuitatū legationes iuſſit.præpatas iā ante & inſtructas ab Eumene:qui quantūcunq; uirtiū antiocho deceſſiſſet:ſuo id acceſſuꝝ regno ducebat.admiſſi plures:dū ſuas quiſq; nunc querelas: nūc poſtulationes inſerit æqua iniquis miſcētes:e diſceptatione altercationē fecerunt.itaq; neq; remiſ ſa ulla re:neq; impetrata:æque ac uenerant:oīum incerti legati Romā redierunt.Rex dimiſſis iis cōſi lium de bello romano habuit ibi alius alio ferocius q a quo quiſq; aſperius aduerſus romāos locutus eſſet.eo ſpes gratiæ maior erat.alius ſuperbiā poſtulatoꝝ icrepare tanquā Nabidi uicto Antiocho ma ximo Aſiæ regū imponentiū leges:quamquā Nabidi tñ dominationē in patriā ſuam:& patriā Lacedæ monem remiſſam:Antiocho:ſi Smyrna & Lampſacus imperata faciāt:indignū uideri alii paruas & uix dictu dignas belli cauſas tāto regi eas ciuitates eſſe:ſed initiū ſemp per iuſta imperādi fieri:niſi cre derēt perſas cū aquā terramq; a lacedæmoniis petierūt:gleba terræ & hauſtu aquæ eguiſſe per ſimilem tentationē romanis de duabus ciuitatibus agi:& alias ciuitates ſimul duas iugum exuiſſe uidiſſēt ad liberatorem populū defecturas:ſi non libertas ſeruitute potior ſit tñ omnē præſenti in ſtatu ſpē cuiuſq; nouādi res ſuas blandiorē eſſe.Alexander arcanas in concilio erat Philippo quōdam amicus nuper re licto eo ſecutus opulentiorē regiam Antiochi & tanquā peritus Græciæ nec ignarus romanoꝝ: i eum gradū amicitiæ regis:ut cōciliis quoq; arcanis intereſſet:acceptus erat.Is tanquā nō utrum bellādū eēt nec ne cōſuleret:ſed ubi & qua ratiōe bellum gereret:victoriā ſe haud dubiam proponere aio affirma bat:ſi in Europā tranſiſſet rex:& in aliqua Græciæ parte ſedem bello cepiſſet.Iam primū ætolos:q̄ um bilicū Græciæ incolerent:in armis eū iuuentuꝝ:anteſignanos ad aſperima quæq; belli paratos in duo buſuelut cornibus Græciæ.Nabin a Pelopōneſo concitatuꝝ oīa.repetētē argiuoꝝ urbem repetentē maritimas ciuitates.q̄bus eū depulſum romani Lacedæmonis muris incluſiſſent.A.Macedonia Phi lippum:ubi primū bellicū cani audiſſet:arma captuꝝ:noſſe ſe ſpiritus eius:noſſe aīum:ſcire ferū feraꝝ mō:quæ clauſtris aut uiculis teneant ingētes iam diu iras in pectore uoluere:meminiſſe etiā ſe quo tiens in bello præcari oēs deos ſolitus ſit:ut Antiochum ſibi darēt adiutorē cuius uoti ſi compos nunc fiat:nullā moram debellādi factuꝝ.tantū non cunctandū neq; ceſſandū eſſe:in eo .n. uictoriā uerti:ſi lo ca opportuna:& ſocii præoccuparent.Annibalē quoq; ſine mora mittendū in Africā eſſe ad deſtringē dos romanos Annibal nō adhibitus eſt in conciliū ꝓpter colloquia cū Iulio ſuſpectus regi:& nullo po ſtea honore habitus.primo eam cōtumeliā tacitus tulit:deīde melius eſſe ratus & percūctari cām repē tinæ alienationis & purgare ſeſe:a tēpore quæſita ſimpliciter iracūdiæ cauſa auditaq;.Pater Hamilcar inquit Antioche paruū admodum me:cū ſacrificaret:altaribus admotū iureiurando adegit nunq̄ ami cum fore populi rōani:ſub hoc ſacramento ſex &.xxx.annos militaui:hoc me in pace patria mea expu lit:hoc patria extorrē in tuam regiā adduxit hoc duce:ſi tu ſpem meā deſtitueris:ubicūq; uires: ubi ar ma eſſe ſciam huc ueniā toto orbe terraꝝ quærens aliquos romāis hoſtes.itaq; ſi cui tuoꝝ meis crimi nibus apud te creſcere libet:aliā materiā creſcēdi:q̄ ex me quærat:odioq; quod ſim romanis id me ue tum dicere pater Hamilcar & dii teſtes ſunt:pinde cū de bello romano cogitabis:iter primos amicos Annibalem habeto:ſi qua res te in pacem cōpellet:in id conſiliū:cum quo deliberes:quærito. Nō mo uit mō talis oratio regē:ſed etiam recōciliauit Annibali ex concilio ita diſceſſum eſt:ut bellum gereret Romæ deſtinabāt quidē ſermonibus hoſtem Antiochū:ſed nihil dum ad id bellū præter aīos parabāt cōſulibus ambobus Italia prouincia decreta eſt:ita ut inter ſe compararent:ſortirētur uter comitiis eius anni præeſſet:ad utrū ea non pertineret cura:ut paratus eſſet:ſi quo extra Italiam opus eſſet:duce ret legiōes nouas & ſociū ac nominis latini millia.xx.equites.dccc.alteri conſuli duæ legiōes decretæ quas.L.Cornelius conſul ſuperioris anni habuiſſet:& ſociū ac latini nois ex eodem exercitu pedites xy.millia equites quingenti.Qu.Minutio cū exercitu:quem in liguribus habebat:prorogatū imperi um:additū in ſupplementū:ut quattuormillia peditum romanoꝝ ſcriberent.cl.equites:& ſociis eodē y.peditum millia impetrarent.ccl.equites.Gn.Domitio extra Italiam:quo ſenatus cenſuiſſet:puincia euenit.L.Quintio Gallia:Et comitia prætorum habita ꝓtores deinde prouicias ſortiti.M.Fuluius Cē

Legatoꝝ ex Aſia re ditus romā de bello ro: ſibi habē

Antiochi cōſultatio de bello ſu ſcipiēdo

Annibalis uerba ad antiochū

Recōciliat antiochus Annibali

tumalus urbanam. L. Scribonius Libo peregrinam. L. Valerius Tappo Siciliã. Qu. Solonius Sarra Sardiniam. M. Bebius Tãphilius Hiſpaniã citeriorem. M. Attilius Serranus ulteriorẽ: ſed his duobus primum ſenatuſcõſulto: deinde plebiſcito permutatæ ꝓuinciæ ſunt. A. Accilio claſſis & Macedonia. A. Bebio brutii decreti: Flaminio Fuluioq; in Hiſpaniis prorogatũ imperiũ: Acilio in brutios duæ legiones decretæ: quæ priore anno urbanæ fuiſſent: ut & ſociis eodẽ millia quindecim ꝓperarent & quingẽti equites. Bebius Tamphilius triginta naues quinqueremes facere iuſſus: & ex naualibus ueteres deducere ſi quæ utiles eſſent: & ſcribere nauales ſocios: & conſuli imperatũ uti duomillia ſociũ ac latinis noĩs: & mille romanos daret pedites. Hi duo prætores & duo exercitus terreſtris naualiſq; aduerſus Nabin ap te iam oppugnantẽ ſocios populi romani dicebãtur parari: cæteꝝ legati ad Antiochũ miſſi expectabãtur: & prius: q̃ ii rediſſent: uetuerat. Gn. Domitiũ conſulem ſenatus ab urbe diſcedere. prætoribus Fuluio & Scribonio: quibus ut ius dicerent: Roma ꝓuincia erat negociũ datũ: ut præter eam claſſem: cui Bebius præfuturus erat: centũ quinqueremes pararent.

Ordinatio ꝓuinciaꝝ



Prodigia

PRIVSQ̃ VAM CONSVL PRAETORES q; in ꝓuincias proficiſcerẽt: ſupplicatio fuit ꝓdigioꝝ cã. captam ſex hædos uno fœtu edidiſſe ex Piceno nunciatũ eſt: & Arretii pueꝝ unum natũ uni manũ: amiterni terrã pluuiſſe: Formiis portam murũq; de cælo tacta: & quod maxime terrebat conſulẽ. G. Domitiũ bouem locutã Roma caue tibi: cæteroꝝ prodigioꝝ cauſa ſupplicatũ ẽ: bouẽ cũ cura ſeruari aliquot aruſpices iuſſerũt. Tyberis infeſtiore: q̃ priore ĩpetu illatus urbi duos pontes ædificia multa maxime circa portã flumẽtanam euertit. ſaxum ingẽs ſiue ibribus: ſeu motu terræ leniore q̃ ut alioquin ſentiretur labefactũ: in uicũ iugariũ ex capitolio ꝓcidit: & multos oppreſſit in agris paſſim inundatis pecora ablata: uillaꝝ ſtrages facta eſt. Priuſquã. L. Quintius pro conſuli in prouinciam peruenĩret. Qu. Minutius in agro piſano cũ liguribus ſignis collatis pugnauit nouẽmillia hoſtiũ occidit: cæteros fuſos fugatoſq; in caſtra cõpulit: ea uſq; in noctem magno certamine oppugnata defenſaq; ſunt: nocte clam ꝓfecti ligures: prima luce romanus uacua caſtra inuaſit: prædæ minus inuentũ eſt: eo q̃d ſubinde ſpolia agroꝝ capta domos mittebant. Minutius nihil deinde laxamenti hoſtibus dedit: ex agro piſano in ligures ꝓfectus caſtella uicoſq; eoꝝ igni ferroq; peruaſtauit ibi præda Ethruſca: quæ miſſa a populatoribus fuerat: repletus eſt miles romanus. Sub idẽ tempus legati ab regibus Romã reuerterunt: qui cũ nihil: quod ſatis maturã cãm belli haberet: niſi aduerſus lacedæmoniũ tyrãnum attuliſſent: quẽ & achæi legati nunciabãt contra fœdus maritimã oram laconũ oppugnare: Attilius prætor cũ claſſe miſſus eſt in græciã ad ſocios tuendos. Conſules: quod nihil ab Antiocho inſtaret: proficiſci ambos in prouincias: placuit: Domitius ab Arimino: qua proximũ fuit: Quintius per ligures in boios uenit: duo conſulũ agmina diuerſa late agrũ hoſtium peruaſtarũt: primo equites eoꝝ pauci cũ præfectis: deide uniuerſus ſenatus: poſtremo in quibus aut fortuna aliqua: aut dignitas erat ad mille ad conſules tranſfugerũt: Et in utraq; Hiſpania eo anno res proſpere geſtæ: nam &. G. Flaminius oppidũ Litabrum munitũ opulẽtumq; uineis expugnauit: & nobilẽ regum Corribilonem uiuũ cœpit: &. M. Fuluius ꝓcõſul cum duobuſ exercitibus hoſtiũ duo ſecunda prælia fecit: oppida duo hiſpanoꝝ Veſceliam: Holonẽq; & caſtella multa expugnauit: alia uoluntate ad eum defecerũt. tum in oretanos ꝓgreſſus & ibi duobus potitus oppidis Noliba: & Cuſibi ad tagum amnẽ ire pergit. Toletũ ĩbi parua urbs erat: ſed loco munito: eam cũ oppugnaret uectonũ magnus exercitus toletaniſ ſubſidio uenit. cum his ſignis collatis proſpere pugnauit: & fuſis uectonibus operibus Toletũ cœpit. Cæteꝝ eo tẽpore ea bella: quæ gerebant: minus curæ patribus erant: q̃ expectatio nondũ cœpti cum Antiocho belli nam: & per legatos idẽtidem oĩa expromebant quod rumores temere ſine ullis auctoribus orti multa falſa ueris miſcebãt: inter quæ allatũ erat cũ in Aetoliam ueniſſet Antiochus: extemplo claſſem eum in Siciliam miſſuꝝ. Itaq; ſenatus & ſi prætorem attilium cũ claſſe miſerat in Græciã: tamẽ quia nõ copiis mõ: ſed etiam auctoritate opus erat ad tuendũ ſocioꝝ aĩos. L. Quintium: &. Gn. Octauiũ &. Gn. Seruilium: &. P. Iulium legatos in Græciam miſit: & ut. M. Bebius ex brutiis ad Tarẽtum: & Brũduſiũ promoueret legiones: decreuit inde ſi res poſceret: in Macedoniã traiiceret: &. M. Fuluius prætor claſſem nauiũ triginta mitteret ad tuendã Siciliæ oram: & ut cũ imperio eſſet: qui claſſem eam duceret duxit. L. Oppius Salinator: qui priore anno ædilis plebis fuerat: & ut idẽ prætor. L. Valerio collegæ ſcriberet: periculũ eſſe ne claſſis regis Antiochi ex ætolia in Siciliã traiiceret: itaq; placere ſenatui ad eũ exercitum quem haberet tumultuarioꝝ militum. xii. millia pedites: &. cccc. equites ſcriberet: quibus oramaritimã prouinciæ: quæ uergeret in Græciã: tueri poſſet. Eũ delectum prætor non ex Sicilia ipſa tantum: ſed etiã ex circũiacentibus inſulis habuit: oppida oĩa maritima: quæ in Græciã uerſa erant: præſidiis firmauit. addidit alimenta rumoribus aduentus Attali Eumenis fratris: qui nunciauit Antiochũ

Ligurum cædes

Belli apparatus aduerſus Antiochum

regē Helleſpontum cum exercitu tranſiſſe:& ſe parare ætolos:ut ſub aduentum eius i armis eſſent.Et Eumeni abſenti & præſenti Attalo gratiæ actæ:& ædes liberæ loca lautia decreta: & munera data qna boū:equeſtria arma:& uaſa argentea centū pondo.Cū alii atq; alii nuncii bellū inſtare afferrēt: ad rem ptinere uiſum eſt cōſules primo quoq; tpe creari.Itaq; ſenatuſcōſultum factū eſt:ut.M.Fuluius prætor litteras extēplo ad conſulē mitteret:quibus certior fieret ſenatui placere,puincia exercituq; tradito legatis Romā reuerti eam & ex itinere præmitteret edictum:quo comitia conſulibus creandis ediceret paruit his litteris cōſul:& præmiſſo edicto Romā uenit.Eo quoq; anno magna ambitio fuit:quod patritii tres in unū locum petierunt.P.Cornelius.Gn.filius Scipio:qui priore āno repulſam tulerat: &.L. Cornelius Scipio.Gn.Manlius Volſo.P.Scipioni uiro tali:ut dilatum nō negatum honorē appareret cōſulatus datus eſt:additus ei de plebe collega.M.Attilius Glabrio.Poſtero die ptores creati.L.Aemylius Paulus.M.Aemylius Lepidus.M.Iunius.L.Cornelius Mamula.L.Liuius:&.L.Oppius utriq; eorum Salinator cognomen erat.Oppius is erat q claſſem triginta nauium in Siciliā duxerat.Interim dū noui magiſtratus ſortirētur prouincias.Gn.Bebius a Brunduſio cum oībus copiis tranſire in Epirū ē iuſſus:& circa Apolloniam copias continere:&.M.Fuluio prætori urbano negotium datū eſt: qnque remes nouas quinquaginta faceret.Et populus quidē romanus ita ſe ad oēs conatus Antiochi præparabat:Nabis iam non differrebat bellum:ſed ſūma ui Gyttheum oppugnabat.& Infeſtus achæis: qd miſerant obſeſſis præſidiū:agros eoꝝ uaſtabat.Achæi non antea auſi capeſſere bellum:q̄ ab Roma reuertiſſent legati:ut quid ſenatui placeret:ſcirent:poſt reditū legatoꝝ & Sicyonem conciliū edixerūt: & legatos ad.T.Quintium miſerūt:qui conſilium ab eo peterēt.In concilio oīum ad bellū extēplo capeſſendū inclinatæ ſentētiæ erant:litteræ.T.Quītii cunctationē fecerunt:quibus auctor erat prætorē claſſemq; romanā expectandi Cum principū alii in ſententia permanerēt alii utendum eius quod ipſi conſuluiſſent:cōſilium cenſerēt:multitudo Philopœmenis ſniam expectabat:prætor is tū erat:& oēs eo tē pore:& prudentia:& auctoritate anteibat:Is profecto bene cōparatum apud ætolos eſſe ait: ne prætor cum de bello conſuluiſſet:ipſe ſentētiam dīceret:ſtatuere quāprimum ipſos quid uellent:iuſſit:prætorem decreta eoꝝ cum fide & cura executuꝝ:annixurūq; ut quātum in conſilio humano poſitum eſſet: nec pacis eos pœniteret nec belli.Plus ea ratio momenti ad cōcitandos ad bellum habuit quā ſi aperte ſuadēdo cupiditatem res gerendi oſtendiſſet:itaq; ingēti conſenſu bellum decretum eſt:tēpus & ratio adminiſtrādi eius libera prætori permiſſa Philopœmeni ſunt.



PRAETERQ VAM Q VOD ITA Q VINtio placeret:& ita exiſtimabat claſſem romanā expectādam:quæ mari Gyttheum tueri poſſet:ſed metuens ne dilationē res non pateretur:& nō Gyttheum ſolum:ſed præſidiū quoq; miſſum ad tuēdam urbē amitteret naues achæoꝝ deduxit.Comparauerat & tyrānus modicam claſſem ad prohibēda ſi qua obſeſſis mari ſūmitterētur præſidia tres tēcta naues & lembos tris:iſq; tradita uetere claſſe ex fœdere romanis: haꝝ ut nouaꝝ tum nauium agilitatē experiretur:ſimul oīa ſatis apta ad certamen eſſent: prouectos i altum quottidie remigē militemq; ſimul achæis nauibus pugnam exercebat:in eo ratus uerti ſpē obſidionis:ſi præſidia maritima intercluſiſſet.Prætor achæorum ſicut terreſtrium certaminū arte quēuis clarorū imperatoꝝ uſu uel ingenio æquabat:ita rudis in re nauali erat Arcas mediterraneus homo externoꝝ etiam oīum ignarus.niſi quod in Creta præfectus auxilioꝝ militauerat:quadriremi uectus captа ānis anto octo:cum Crateri uxorē Nicalam a Naupacto Corinthum ueheret.huius fama motus uenit: & nobilem in claſſe regia quondam nauim deduci adeo putrem iam admodū & uetuſtate dilabētem iuſſit.hac cum prætoria naue præcedente claſſem:cū in ea patrēſis Piſo præfectus claſſis ueheretur: occurrunt a Gyttheo laconum naues:& primo ſtatim īcurſu ad nouam & firmā nauem:uetus quæ per ſe ipſa oībus compagibus aquam acciperet:diuulſa eſt:captiq; oēs:qui in naue erant: cætera claſſis ptoria naue amiſſa:quātum quæq; remis ualuit:fugit.ipſe Philopœmenes i leui piſcatoria naue fugit:nec ante fugæ finem:q̄ Patras uentum ſit:fecit.Nihil ea res aīum militaris uiri & multos experti caſus immiſericuli timēs & terreſtres aditus claudere opportune poſitis præſidiis uoluit tertia parte copiaꝝ ab obſidione Gyttheī abducta ad Pleias poſuit caſtra:iminet is locus & leucis & acris: qua uidebantur hoſtes exercitū admoturi:Cū ibi ſtatiua eſſent:pauci tabernacula haberēt multitudo alia caſas ex arundinibus textas fronde quæ umbram mō præberēt texiſſent:priuſq; in cōſpectum hoſti ueniret Philopœmenes:nec opinantē eū improuiſo genere belli aggredi ſtatuit:nauigia parua in ſtationē occultam agri argiui cōtraxit:in ea expeditos milites cetratos plærosq; cū fundis & iaculis & alio leui genere ar-

Reqre i proximis comitii hunc P.nō.L.dixit

Nabis Gitthew oppugnat

A Chæy rōtra nabim rapiebā

Philopœmenes

Achæi & ipſo publico cōuētu bellū decernūt

Achæy inſolitos in pugna naūati

Apud plutarchū & pto.gytthium ē & nō gyttheum

philopœmenes ruſus tentat aggredi nabim

matuꝛæ impoſuit:inde littora legens:cū ad propinquū caſtris hoſtiū promontoriū ueniſſent egreſſus callibus notis nocte Pleias puenit:& ſopitis uigilibus ut in nullo ꝓpinquo metu:ignē caſis ab oī pte caſtroꝝ iniecit multi prius incēdio abſumpti ſunt:q̄ hoſtium aduentū ſentirēt:& q ſenſerāt: nullā opē afferre potuerunt:ferto flamaq̄ oīa abſumpta perpauci tū ancipiti peſte ad Gyttheū in maiora caſtra perfugerūt. Ita perculſis hoſtibus Philopœmenes ꝓtinus ad depopulandā Tripolin laconici agri:qui pximus fines megalopolitaꝝ eſt:duxit:& magna ui pecoꝝ hoīumq̄ inde abrepta:priuſquā a Gyttheo tyrānus præſidiū agris mitteret:diſceſſit. Inde Telegā exercitu cōtracto:cōcilioq̄ eodem & achæis & ſociis indicto:in quo & epirotaꝝ & acarnanū fuere principes:ſtatuit:qñ ſatis eſſent teſtes ſuoꝝ & a pudore maritimæ ignominiæ reſtituti animi & hoſtiū conterriti eſſent ad Lacedæmonē ducere. eo mō unoratus ab obſidione Gytthei hoſtem abduci poſſe. ad Carias primū in hoſtium terra poſuit caſtra. Eo ipſo die Gyttheum expugnatū:cuius rei ignarus Philopœmenes caſtra barboſthenes (mons eſt decem millia paſſuū ab Lacedæmone) proceſſit. Et Nabis recepto Gyttheo cum expedito exercitu inde profectus cū præter Lacedæmonē raptim duxiſſet:Pyrrhi q̄ uocant caſtra:occupauit:quē peti locū ab achæis non dubitabat. inde hoſtibus occurrit:obtinebant aūt longo agmine ꝓpter anguſtias uiæ ꝓpe quinquemillia paſſuū:cogebatur agmē ab equitibus & maxime a parte auxilioꝝ:qd' æſtimabat Philopœmenes tyrānum mercēnariis militibus quibus plurimū fideret:a tergo ſuos aggreſſuꝝ. Duæ res ſimul inopinatæ perculerūt eū:una præoccupatus quē petebat locus altera qd' primo agmini occurriſſe hoſtem cernebat:ubi cū per loca cōfragoſa iter eſſet:ſine leuis armaturæ præſidio ſigna ferri non uidebat poſſe. Erat aūt Philopœmenes præcipuæ in ducēdo agmine lociſq̄ capiēdis ſolertiæ atq̄ uſus:nec belli tātum tēporibus:ſed etiam in pace ſe ad id maxime exercuerat:ubi iter copiā faceret:& ad difficilē tranſitu ſaltum ueniſſet contēplatus ab omni parte loci naturā cū ſolis iter:ſecum ipſe agitabat aīo cū comites haberet:ab iis quærebat:ſi hoſtis eo loco apparuiſſet:quid ſi frōte. quid ſi ab latere hoc aut illo:qd ſi a tergo adoriret':capiendū cōſilii foret hoſtes inſtructos recta acie poſſe incōditū agmē: & tantūmodo aptū uiæ ocurrere:quē locū ipſe capturus eēt:cogitādo aut quærēdo exequebat':aut quot armatis: aut quo genere armoꝝ:plurimū. n. intereſſe uſurus:quo impedimēta:quo ſarcinas:quo turbā inermē traiiceret:quanto ea aut quali præſidio cuſtodiret:& utrū pergere qua cœpiſſet ire uia:an ea:qua ueniſſet repetere melius eſſet:caſtris quoq̄ quem locum caperet:quantū munimento amplecteret' loci:qua opportuna aquatio:qua pabuli lignorūq̄ copia eēt. qua poſtero die caſtra mouēti tutum:maxime iterq̄ forma agmini eſſet:his curis cogitationibuſq̄ ita ab ineūte ætate aīum agitauerat:ut nulla ei noua in tali re cogitatio eſſet. Et tū oīum primū agmen cōſtituit:dein cretēſes auxiliares & quos tarētinos uocabāt:equites binos ſecū trahētes equos ad prima ſigna miſit:& iuſſis equitibus ſubſeq̄:ſup torrentē unde aquari poſſent:rupē occupauit. eo ipedimenta oīa & calonū turbā coniectā armatis circūdedit: & pnatura loci caſtra cōmuniuit:tabernacula ſtatuere in aſpretis & inæquabili ſolo difficile erat. Hoſtes quīgētos paſſus aberant:ex eodē riuo utriq̄ cū præſidio leuis armaturæ aquati ſunt:& priuſq̄ qualia in ꝓpinquis caſtris ſolent:cōtraheretur certamē:nox interuenit:Poſtero die apparebat pugnandū ꝓ aquatoribus circa riuū eſſe nocte in ualle a cōſpectu hoſtium auerſa:quantū multitudinē locus occulere poterat:cōdidit cetratoꝝ. Luce orta cretēſium leuis armatura & tarentini equites ſuper torrentē prælium cōmiſerūt:Letēnaſtus cretenſis popularibus ſuis:equitibus Lyportas megalopolitanus præerat. Cretenſes & hoſtiū auxiliares equitūq̄ iidē genus tarētini præſidio aquatoribus erat aliquādiu dubiū prælium fuit:ut eodē ex parte utraq̄ hoīum genere & armis paribus:ꝓcedente certamine & numero uicere tyranni auxiliates:& quia ita præceptū a Philopœmene præfectis erat:ut modico edito prælio in fugam inclinarēt hoſtemq̄ ad inſidiaꝝ locū pertraherēt. Effuſe ſecuti fugientes per conuallem plæriq̄ & uulnerati & interfecti ſunt. priuſq̄ occultum hoſtē uiderent:cetrati ita quantū latitudo uallis patiebat inſtructi ſederāt:ut facile per interualla ordinū fugientes ſuos acciperēt. conſurgūt deinde ipſi integri recētes inſtructi:& in hoſtes inordinatos effuſos labore etiam & uulneribus feſſos impetū faciunt nec dubia uictoria fuit:extēplo terga dedit tyranni miles:& haud paulo concitatiore curſu: q̄ ſecutus erat fugiens in caſtra eſt cōpulſus:multi cæſi captiq̄ in fuga ſunt & in caſtris quoq̄ foret trepidatū: ni Philopœmenes receptui cani iuſſiſſet. loca magis confragoſa quacūq̄ temere præceſſiſſet:nequaq̄ hoſtem metuēs. Inde ex fortuna pugnæ & ingenio ducis coniectās in quo tū is pauore eſſet unum de auxiliaribus ſpecie tranſfugæ miſit ad eū:qui ꝓ cōperto afferret achæos ſtatuiſſe poſtero die ad eurotam amnē qui prope ſub ipſis affluit mœnibus ꝓcedere:ut intercluderent': ne aut tyrānus:cū uellet receptū ad urbem hīret:aut cōmeatus ab urbe in caſtra portarent':ſimul ēt tētaturus:ſiquoꝝ animi ſollicitari ad defectionē a tyrāno poſſent. Nō tā fidē dictis perfuga fecit:q̄ perculſo metu relinquēdi caſtra cām ꝓbabilem præbuit. Poſtero die Pythagorā cum auxiliaribus & equitatu ſtationem agere ꝓ uallo iuſſit:ipſe tanq̄ in aciē cū robore exercitus egreſſus ſigna ocius ferri ad urbē iuſſit. Philopœmenes poſteaq̄ citatum agmen p anguſtā & ꝓcliuē uiā duci raptim uidit:eqtatū oēm & cretēſiū auxiliares in ſtationē hoſtiū q̄ ꝓcaſtris erat:emittit. illi ubi hoſtes adeſſe:& a ſui ſe deſertos eē uiderunt:primo in caſtra ſe recipere conati ſunt:deide poſteaq̄ inſtructa acies tota acheoꝝ admouebat':metu ne cū ipſis caſtris caperent' ſequi ſuorū agmē aliquantū prægreſſū inſiſtūt. Extēplo cetrati achæoꝝ in caſtra impetū faciūt:cæteri ad plequēdos hoſtes ire pergūt. erat iter tale:per qd' trāquillū ab hoſtili metu agmen expedire poſſet:ut uero ad

Nabis gytheū expugnat

Philopœmenes

Bellicā philopœmenis meditatio uel i pacato Attē.

Tarētini eqtes qui binos trahebant equos

Nabidis fuga

postremos prælij ortū est:clamorq; terribilis a tergo pauentiū ad prima signa est sublatus ꝓ se qsq; armis abiectis in circūiectas itineri siluas diffugiūt:momentoq; tpis strage armoꝝ septa una est maxime hastis:q̄ plæræq; aduersæ cadētes uelut uallo obiecto iter ipediebāt. Philopœmenes utcūq; istaret & p seq auxiliaribus iussis utiq;.n.q equitibus haud facile futurā fugā:ipse grauius agmē uia patētiore ad eurotā amnē deduxit:ibi castris sub occasum solis positis:leuē armaturā:q̄ ad persequendū reliq̄rat hostē:oppiebat:qui ubi prima uigilia uenerūt nūciātes tyrannū cū paucis ad urbē penetrasse: cæterā multitudinē inermē toto sparsā uagari saltu:& corpa curare eos iubet:ipse tū ex cætera copia militū:qui qa priores in castra uenerāt:refecti & cibo sumpto & modica quiete erāt: delectos nihil pter gladios secū ferētes extēplo educit & duaꝝ portaꝝ itineribus:q̄ Phæcas:quæq; barbosthenes ferūt:eos instruxit:q̄ & fuga recepturos sese hostes credebat. Nec eū opinio fefellit:nā lacedæmonii:quoad lucis supfuit aliqd a deuis callibus medio saltu recipiebāt se.prīo uespe ut lumina in castris hostiū cōspexere e regione eoꝝ occultis semitis se tenuerūt:ubi ꝓgressi ea fūt:iā tutū rati i patētis uias descēderāt:ibi excepti ab insidēte hoste passim:ita multi cæsi capti q̄ sunt:ut uix. q̄rta pars de toto exercitu euaserit. Philopœmenes inclusō tyrāno in urbē insequētes dies ꝓpe triginta uastādis agris laconū absūpsit debilitatisq; ac pope fractis tyrāni uiribus domū rediit æquātibus eū gloria reꝝ achæis impatori romano:& qd' ad lacedæmonū bellum attineret:pferētibus etiā. Dū inter achæos & tyrannū bellū erat:legati romanoꝝ circūire solliciti socioꝝ urbes:ne ætoli partis alicuius aīos ad Antiochū auertissent:minimū operæ in achæis adeū Calcidē:indeī Thessaliā iere allocutiq; concilio frequēti thessalos Demetriadē iter direxere eo magnetū conciliū indictū ē. Accuratior ibi habēda oratio fuit:qd' pars principū alienati a rōanis totiq; Antiochi & ætoloꝝ erāt quia cū reddi filiū obsidē Philippo allatū esset stipēdiūq; ipositū remitti. inter cætera uana allatū erat Demetriadē quoq; ei reddituros rōanos eē id ne heret. Eurylochus priceps magnetū factiōisq; eius:quidā nouari ætoloꝝ Antiochiq; aduentū malebāt. aduersus eos ita differēdū erat:ne timorē uanū iis demēdo spes incisa Philippū abalienaret:īquo plus ad oīa mōēti:q̄ in magnetibus esset.illa tīn cōmemorata cū totā græciā beneficio libertatis obnoxiā romanis eē. tū eā ciuitatē præcipue ibi.n.nō pīdia mō macedonū fuisse:sed regiā exædificatā:ut præsens semp in oculis habēdus eēt dīs: cæteꝝ nequicq̄ ea facta:si ætoli Antiochū in Philippi regiā adducerēt & nouus & incognitus ꝓ noto & expto habēdus rex eēt. Magnetarchē sūmū magistratū uocāt:is tū Eurylochus erat: ac ptāte ea frætus negauit dissimulandū sibi & magnetibus eē. q̄ fama uulgata de reddēda Demetriade Philippo foret: id ne fieret:oīa & conāda:& audēda magnetibus eē:& inter dicēdi cōtentionē icōsultius euectus proicit tū quoq; specie liberā Demetriadē esse:re uera oīa ad nutum romanoꝝ fieri. Sub hac uoce fremitus uariātis multitudinis fuit:partim indignantiū dicere id ausum est. Quintius quidē adeo exarsit ira: ut manus ad cælū tendēs deos testes ingrati ac pfidi animi magnetū inuocaret. Hac uoce pterritis oībus: Zeno ex principibus unus magnetū cum hoc elegāter actā uitā auctoritate:tū qd' semp romāoꝝ haud dubie partis fuerat:ab Quintio legatisq; aliis flēs petiit:ne unius amētiā ciuitati assignarēt: suo quēq; piculo furere:magnetas nō libertatē mō:sed oīa:quæ hoībus sancta caraq; sunt. T. Quintio & ppō romano debere nihil quēq̄ ab īmortalibus diis præcari posse:qd' nō magnetes ab illis haberēt:& in corpora sua citius per furorē īcæturos:q̄ ut romanā amicitiā uiolarēt. Huius oīonē subsecutæ multitudinis pces sūt. Eurylochus ex cōcilio itineribus occultis ad portā atq; ptinus in Aetoliā ꝓfugit:iā.n. & id magis in dies ætoli defectionē nudabāt:eoq; ipso forte tpe Thoas priceps gētis:quē miserāt ad Antiochū:redierat:indeq; Menippū secū adduxerat regis legatū:qui priusq̄ cōciliū iis daret:ipleuerāt oīum aures terrestres naualesq; copias cōmorādo:ingētē uī peditū eq̄tūq; uenire: ex India elephātos: ad oīa quo maxīe moueri credebāt multitudinis aīos tīn aduehi auri:ut ipsos emere rōanos posset Apparebat:quid ea oīo ī cōcilio motura eēt:nā & uenisse eos:& q̄ agerēt:oīa rōanis legatis deferebāt:& quā q̄ ꝓpe abscisa res erat:tīn nō ab re eē. Quintio uisum ē:socioꝝ aliquos legatos interesse ei cōcilio qui admonerēt rōanæ societatis ætolos qui uocē liberā mittere aduersus regis legatū auderēt Atheniēses maxime in eā rē idonei uisi sunt:pp & ciuitatis dignitatē:& amicitiā cū ætolis:ab iis. Quintius petiit:ut legatos ad panætolicū cōciliū mitterēt. Thoas in eo cōcilio primū renūciauit legationē. Menippus post eū intromissus optimū fuisse oībus:qui Græciā Asiāq; incolerēt:ait:integris rebus Philippi potuisse interuenire Antiochū:sua quēq; habituꝝ fuisse:neq; oīa sub nutū dicionēq; romanā puētura nūc quoq: inqt:si mō uos:q̄ ichoatis:cōsilia cōstāter pducitis ad exitū:poterit diis iuuātibus & ætolis sociis Antiochus q̄is iclinatas Græciæ res restituere in pristinā dignitatē. ea aūt in libertate posita ē:q̄ suis stat uiribus:nō ex alieno arbitrio pēdet. Atheniēses:qbus primis post regiā legationē dicēdi:q̄ uellent: ptās facta ē mētione oī regis prætermissa rōanæ societatis ætolos:meritorūq; in uniuersā Græciā. T. Quintius admonuerūt ne temere eā celeritate nimia cōsilioꝝ euerterūt. cōsilia callida & audacia pria specie læta tractu dura:euētu tristia eē. legatos rōanos & i iis. T. Quintiū haud ꝓcul inde abesse:dū integra oīa eēnt uerbis potius de iis:q̄ ambigerent:disceptarēt:q̄ Asiā Europāq; ad funestū armarēt bellū. Multitudo auida nouādi res Antiochi tota erat:& ne admittēdos quidē ī cōciliū romanos cēsebāt:principū maxime seniores auctoritate obtinuere:ut daret iis conciliū. Cū hoc decretū atheniēses rettulissent eundū in Aetoliā, Quintio uisum ē:aut.n.motuꝝ aliq̄d:aut oīs hoies testes fore penes ætolos belli culpā eē ro-

Cædes Lacedæmonum

Magne tarches

Varia magnetū studia

Etoli multa ad deterendos sperabant

Menippi legati philippi Verba

Atherim legatoꝝ oīo īpanætolico

manos iusta ac prope necessaria sumpturos arma. Posteaq; uentū est eo: Quintius in eo cōcilio orsus a principio societatis ætoloꝝ cū romanis: & quotiēs ab iis fides mota fœderis: esset pauca de iure ciuitatū de quibus ambigeret: disseruit. si quid tñ æqui se habere arbitrarent: q̄to esse satius Romā mittere legatos seu disceptare: seu rogare senatū mallēt: q̄ populū romanū cum Antiocho īmixtis ætolis nō sine motu magno generis humani & pnicie Græciæ dimicare: nec ulos prius cladē eius belli sensuros: q̄ q mouissent. Hoc nequicq̄ uelut uaticinatus romanus. Thoas deinde cæteriq; factiōis eiusdem cū assensu oīum auditi: peruicerūt: ut ne dilato quidē cōcilio: & absentibus romanis decretū fieret: quo accerseretur Antiochus ad liberandā Græciā: disceptādumq; inter ætolos & romanos. Huic tam supbo decreto addidit propriā Cōtumeliā Democritus prætor eoꝝ: nā cū idipsū posceret decretū. T. Quintius: nō ueritus maiestatē uiri primo aliud in p̄sentia: q̄d magis instaret: præuertēdū sibi eē dixit: decretū respō sumq; breui in Italia castris sup ripam tyberis positis datuꝝ. tātus furor illo tpe gentē ætoloꝝ: tantusq; magistratus eoꝝ cœpit. Quītius legatiq; Corinthū rediere: inde ut quæq; de Antiocho nihil per se īpsi moti & sedētes expectare aduentū uiderent regis. conciliū quidē uniuersæ gētis post dimissos romanos nō habuerūt p apocletos aūt (ita uocāt: sanctius cōciliū ex delectis constat uiris) id agitabāt: quō res in Græcia nouarent: inter oīs cōstabat in ciuitatibus principes optimū quēq; romanæ societatis esse & præsenti statu gaudere: multitudinē: & quoꝝ res nō ex sīa ipsoꝝ esset: oīa nouare bella.



AETOLI CONSILIVM VNO DIE SPEI QUO q; nō audacis mō: sed ēt impudētis cœperūt: Demetriadē: Chalcidē: Lacedæmonē occupādi. singuli in singulas missi sunt prīcipes. Thoas Chalcidē. Alexamenus Lacedæmonē: Diocles Demetriadē. Hūc exul Eurylochus: de cuius fuga causaq; fugæ ante dictū ē quia reditus in patriā nulla spes alia erat: adiuuit litteris Eurylochi admoniti p̄ p̄qui amiciq; & q eiusdē factionis erāt: liberos & cōiugē cū sordida uestē tenētes uelamēta supplicū cōcioné frequēter adierūt: singulos uniuersosq; obtestātes ne īsontē indēnatū cōsenescere in exilio sinerēt: & simplices hoies misericordia & īprobos seditiososq; īmiscēdi rebus tumultu ætolico spes mouit. p se q̄sq; reuocarī iubebāt. His p̄paratis Diocles cū oī eqtatu (& erat p̄fectus equtū) spē reducētis exulē hospitē. p̄fectus die ac nocte igēs iter emēsus cū millia sex ab urbe abeēt luce pdā tribus electis turmis cætera multitudine equitū subseq; iussa p̄cessit. Posteaq; portæ appropinq̄bat: desilire oēs equis iussit: & loris ducere equos itineris maxīe mō solutis ordinibus. ut comitatus magis p̄fecti uiderēt: q̄ præsidiū. Ibi una ex turmis ad portā relicta ne excludi subsequēs comitatus posset: media urbe ac p foꝝ manu Eurylocū tenēs multis occurrētibus gratulātibusq; domū deduxit: mox eqtū plena urbs erat: & loca opportuna occupabāt: tū ī domos missi: q principes aduersæ factiōis iterficerēt. Ita Demetrias ætoloꝝ facta ē. Lacedæmoni nō urbi uis afferēda: sed tyrānus dolo capiēdus erat: quem spoliatū maritimis oppidis a rōanis tūc intra mœnia ēt Lacedæmonis ab achæis cōpulsum: q occupassetoccidere eū potius gratiā rei apud lacedæmones latuꝝ. Causam mittēdi ad eum habuerunt: q̄d fatigabat precibus ut auxilia sibi cū illis auctoribus rebellasset: mitterent. cc. pedites: Alexameno dari sūt & triginta delecti ex iuuētute equites. nis a p̄tore Democrito in cōcilio arcano gētis de quo ante dictū ē denunciatū ne se ad bellū achaicū: aut rē ullā: q̄ sua q̄sq; opiniōe p̄cipere posset: crederēt missos eē: quiq̄ Alexamenū res monuisset subiti cōsilii capē: ad id quāuis inopinatū temerariū audax obediēter exequendū parati eēnt: ac p eo acciperēt: tanq̄ ad id unū agēdū missos domo se scirēt. Cū his ita præparatis Alaxamenus ad tyrānū uenit quē aduenīēs extēplo spei īpleuit: Antiochū in Europā transisse: mox in Græciā fore. terras: maria armis uirisq; cōpletuꝝ: nō cū Philippo rē esse crediturōs rōanos: numeq; inīri peditū equitūq; ac nauiū nō posse: elephātoꝝ aciē cōspectu ipso debellaturā. Aetolos suo exercitu p̄paratos esse uenire Lacedæmonē cū res poscat: sed frequentes armatos ostēdere aduenīēti regi uoluisse. Nabidi quoq; & ipsi faciendū esse: ut quas haberet copias: non sineret sub tectis marcescere otio: sed educeret. & in armis decurrere cogeret: simul aīos acueret & corpora exerceret: cōsuetudine leuiorem laborē fore: & comitate: & benignitate ducis etiā nō iniucundū fieri posse. Educi inde frequenter ante urbē in campū ad eurotā amnē cœpere satellites tyrāni: media fere in acie cōsistebat tyrānus cū tribus summū equitibus: iter quos plærūq; Alexamenus erat: ante signa uectabat cornua extrema inuisens. i dextero cornu ætoli erāt: & q̄ ante auxiliares tyrāni fuerāt: & q uenerāt milites: cū Alexameno fecerūt sibi amorē: Alexamenus nūc cū tyrāno iter pauos ordines circuneundi monendiq; eū q̄ in rē esse uidebant: nūc in dexterū cornu ad suos adequādi mox inde uelut iperato: q̄d res poposcisset: recipiendi se ad tyrānū: Sed quē diē patrādi facinoris statuerat: eo pauli sper cū tyrāno uectatus: cū ad suos concessisset cū eqtibus a domo secū missis: agēda: inqt: res ē iuuenes: audēdaq; q̄ me duce īpigre exeq iussī estis parate aīos dextrasue: neq; eo: q̄d me uiderit faciētē: cesset: q cūctatus fuerit: & suū cōsiliū i eo interpo-

net:sciat sibi reditū ad penates nō esse.horror cunctos cœpit:& meminerant:cū quibus mandatis exis-
sent.Tyrannus ab leuo cornu ueniebat:ponere hastas eqtes Alexamenus iubet & se intueri:colligit &
ipse aium confusum tantæ cogitatiōe rei:posteaq̄ appropinquabat:impetū facit:& transfixo equo tyrā
num deturbat:iacentē equites cōfodiunt multis frustra in loricā ictibus:tandē in nudū corpus uulne-
ra puenerunt & priusq̄ media acie succurreret:expirauit.Alexamenus cum oībus ætolis citato gradu
ad regiā occupandam pgit:corporis custodes:cū res in oculis gereret:pauor primo cœpit:deinde po-
steaq̄ abire ætolo⁹ agmen uidere concurrunt ad relictū tyranni corpus:ppauco⁹ turba ex custodibus
uitæ mortisq̄ ultoribus facta est:nec mouisset se quisq̄:si extēplo positis armis uocata in concionē mul
titudo fuisset:& oratio habita tpi conueniens.Frequentes inde retenti sine armis ætoli:sine iniuria cu
iusq̄:sed ut oportet in consilio fraude cœpto oīa in maturandā perniciem eo⁹:q fecerāt:sunt facta.dux
regia inclusus diē ac noctē in scrutandis thesauris tyranni consumpsit:ætoli uelut capta urbe:q̄ liberas-
se uideri uolebant:in pdam uersi.Simul contēptus aios lacedæmonis ad coeūdum fecit:alii dicere ex
turbandos ætolos:& libertatē:cum restitui uideret interceptā repetendam:alii:ut caput agendæ rei es
set:regii generis aliquē in speciem assumendū.Laconicus eius stirpis erat puer admodū educatus cū li
beris tyranni:eū in equum iponunt:& armis arreptis ætolos uagos p urbē cædunt:tum regiā inuadūt
ibi Alexamenū cum paucis resistentē obtruncāt.Aetoli circa Chalciotē(Mineruæ est tēplum æreum)
congregati cædunt:pauci armis abiectis pars Tegeā:pars Megalopolin pfugiunt.ubi compræhensi a
magistratibus sub corona uenierunt.Philopœmenes audita clade tyranni profectus Lacedæmonem
cum oīa turbata metu inuenisset:euocatis principibus:& oratione habita:qualis habēda ab Alexame
no fuerat:societati achæorum lacedæmonios adiunxit:eo ēt facilius quod ad id forte tempus.A.Atti-
lius cū quattuor & uiginti quinqueremibus ad Gytthiū accessit.Iisdem diebus circa Chalcidē Thoas
p Euthymidā principem pulsum opibus eo⁹:qui romanæ societatis erant post.T.Quintii legatorūq̄
aduentū & Herodorum mercatorē sed potentem Chalcide pp diuitias:pparatis ad proditionē iis:qui
Euthymidæ factionis erant:nequaq̄ eandē fortunam:qua Demetrias p Eurylochum occupata erat:ha
buit.Euthymidas ab Athenis(eum domicilio delegerat locum)Thebas primū hinc Salganea proces-
sit.Herodorus ad Throniū inde haud procul in maliaco sinu uigintimillia peditū & Thoas ducentos
equites:naues onerarias leues ad triginta habebat:eas cū quingētis peditibus Herodorus traiicere in
insulam athlātem iussus:ut inde cū pedestres copias appropinquare iam Aulidi atq̄ Euripo sensisset:
Chalcidē traiiceret:ipsi cæteras copias nocturnis maxime itineribus:q̄ta poterant celeritate Chalcidē
ducebant.Mictilo & Enoclides:penes quos tūsumma re⁹ pulso Euthymida Chalcida erat:seu ipsi p se
suspicati:seu indicata re:primo pauidi nihil usq̄ spei:nisi in fuga ponebant:deinde posteaq̄ resedit ter-
ror:& prodi & deseri non patriā modo:sed ēt romano⁹ societatem cernebant:consilio tali aium adiece
runt.Sacrū anniuersarium eo forte tpe Eretriæ Amarynthidis Dianæ erat:qđ non populariū mō:sed
caryst io⁹ ēt cœtu celebratur.eo miserunt:q orarent eretrienses caryst ioq̄:ut & suar⁹ fortunarum in ea
dem insula geniti:misererent:& romanā societatē respicerent:ne sinerent ætolo⁹ Chalcidē fieri:Eubo
eam habituros:si Chalcidē habuissent.graues fuisse macedones dīos:multo minus tolerabiles futu-
ros ætolos.Romano⁹ maxime respectus ciuitates mouit:& uirtutē nup in bello:& in uictoria iustitiā
benignitatēq̄ exptos.itaq̄ quod roboris in iuuētute erat:utraq̄ ciuitas armauit:misitq̄ his tuēda mœ
nia Chalcidis oppidani cū tradidissent:ipsi oībus transgressi Euripū ad Salganea posuerunt castra.ide
caduceator primū:deinde legati ad ætolos missi pcūctatum:quo suo dicto factoue socii ad se oppugnā
dos uenirent.respondit Thoas dux ætolo⁹ non ad oppugnādos:sed ad liberandos ab romāis uenire
sese:splendidiore nūoeos cathæna:sed multo grauiore uinctos esse:q̄ cum p̄sidium macedonū in ar-
ce habuissent:se uero negare chalcidenses aut seruire ulli:aut p̄sidio cuiusq̄ egere.Itaq̄ digressi ex colloquio legati:ad suos Thoas & ætoli:ut qui spē oēm in eo:ut iprouiso opprimerent:habuissent:ad iustū
bellū oppugnationēq̄ urbis mari ac terra munitæ haudquaq̄ pares domū rediere.Euthymidas postea
q̄ castra populariū ad Salganea esse profectos q̄ ætolos audiuit:& ipse a Thebis Athenas rediit.& He-
rodorus cū per aliquot dies intentus ab athlāte signū nequicq̄ expectasset:missa speculatoria naue:ut
qd moræ esset:sciret:posteaq̄ rem omissam a sociis uidit:Thoronium:unde uenerat:repetit.Quintius
quoq̄ his auditis a Corintho ueniens nauibus in Chalcide Euripo Eumeni regi occurrit:placuit qn
gentos milites p̄sidii cā relinqui Chalcide ab Eumene rege ipm Athenas ire.Quintius:quo pfectus
erat:Demetriadē contendit:ratus Chalcidē liberatam momenti aliqd apud magnetas ad repetendam
societatē romanam facturā:& p̄sidii aliquid esse suæ ptis hoībus.Eunomo p̄tori thessalo⁹ scripsit:ut ar
maret iuuentutē:& Iulium ad Demetriadē p̄misit ad tentandos aios:non aliter nisi ps aliqua iclinaret
ad respectū pristinæ societatis rē aggressurus.Iulius qnqueremi naue ad hostiū portus est inuectus:eo
multitudo magnetū ois cum se effudisset:quæsiuit Iulius utrū ad amicos:an ad hostes uenire mallent
Respondit magnetarches Eurylochus ad amicos uenisse eū:sed abstineret portu:& sineret magnetas
in concordia & libertate esse:nec p colloquii speciē multitudinē sollicitaret.Altercatio inde non sermo
fuit:cū romanus ut ingratos increparet magnetas:iminentesq̄ p̄dicaret cædes:multitudo obstreperet
nunc senatū:nunc.Quintiū accusando.ita irrito incepto Iulius ad Quintiū sese recepit.At Quintius nū
cio ad p̄torem misso:ut reduceret domum copias:ipse nauibus Corinthum rediit.

Nabis æto
lorū frau
de obtrun
catur.

Fruſtra
chalcis ab
ætoli tenta
tur



tis etiam meminisse quē titulum ꝑtenderitis prius aduersus Philippū:nunc aduersus Antiochū belli: quid feceritis Philippo uicto:qd nunc a nobis non magis qa feciſtis:q̄ quia id uos facere decet: desideretur:atq; expectetur.alia.n.aliis honesta & probabilis est causa armoꝝ:illi agrum:hi uicos:hi oppida: hi portus oramq; aliq̄ maris ut possideant:uos nec cupistis hæc anteq̄ haberetis:nec nunc cū orbis terrarum i dicione uestra sit:cupere potestis:pro dignitate & gloria apud omne humanū genus:quod uestrum nomen imperiūq; iuxta ac deos imortales iampridem intuetur:pugnatis:quæ parare & quærere arduum fuit:nescio an tueri difficilius sit.Gentis uetustissimæ nobilissimæq; uel fama reꝝ gestarū: uel omni cōmendatione humanitatis doctrinarumq;:tuendā ab seruitio regio libertatem suscepistis: hoc patrocinium receptæ in fidē & clientelam uestram uniuersæ perpetuū uos ꝑstare decet. Non quæ in solo modo antiquo sunt græcæ magis urbes sunt:q̄ coloniæ eaꝝ illinc quondam profectæ in Asiam nec terra mutata mutauit genus aut mores certare pio certamine cuiuslibet bonæ artis ac uirtutis ausi sumus cum parentibus:quæq; ciuitas & conditoribus suis:adistis asiæ urbes plæriq;:nisi quod a uobis longius absumus:nulla uincimur alia re.Massilienſis: quos si natura insita uelut ingenio terræ uinci posset:iampridē efferassent tot indomitæ circunfusæ gentes in eo honore:in ea merito dignitate audimus apud uos esse:ac si mediū umbilicum Græciæ incolerent non.n.sonum modo linguæ uestitumq; & habitū:sed ante oīa mores:& leges:& ingenium syncerum integrūq; a contagione accolarum seruarunt.Terminus est nunc imperii uestri mōs taurus:quicquid intra eū cardinem est:nihil longinquum uobis uideri debet:quo arma puenerunt:eodem ius hinc profectū perueniat.Barbari:quibus pro legibus ſp dñorum imperia fuerunt:quo gaudent:reges habeant:græci suā fortunam:uestros aīos gerūt: domesticis quondam uiribus ēt imperium amplectebantur:nunc imperium ubi est:ibi ut sit perpetuum:optant:libertatem uestris tueri armis satis habent:qm̄ suis non possunt. At enim quædam ciuitates cum antiocho senserunt:& aliæ prius cum Philippo:& cum Pyrrho:tarentini ne alios populos enumerem Carthago libera cum suis legibus est:huic uestro exemplo quātum debeatis: uidete.p.con.inducetis in animum negare Eumenis cupiditati:quod iustissimæ iræ uestræ negastis.Rhodii & in hoc & in omnibus bellis:quæ i illa ora gessistis:q̄ forti fideliq; opera uos adiuuerimus:uestro iudicio relinquimus:nunc in pace id consilium afferimus:quod si comprobaritis:magnificētius uos uictoria usos esse:q̄ uicisse omnes æstimaturi sint:Apta magnitudini romanæ oratio uisa est.Post rhodios antiochi legati uocati sunt.in uulgato petentium ueniam more:errorem fassi regis obtestati.P.C.ut suæ potius clæmentiæ:q̄ regis culpæ:qui satis superq; pœnarum dedisset:memores consulerent.postremo pacem datam a.L.Scipione imperatore:quibus legibus dedisset:confirmarent auctoritate sua.Et senatus eam pacem seruandam censuit:& paucos post dies populus iussit.fœdus in capitolio cum antipatro principe legationis & eodem fratris filio regis antiochi ē ictum.Auditæ deinde & aliæ legationes ex Asia sūt: quibus oībus datum est responsum decem legatos more maioꝝ senatum missurum ad res Asiæ discernendas componendasq;:summam tñ hanc fore:ut cis taurum montē:quæ infra regni fines Antiochi fuissent:Eumeni attribuerentur præter Lyciā Cariamq;:usq; ad mæandrum amnē eæ ciuitates rhodiorum essent:cæteræ ciuitates asiæ:quæ attali stipendiariæ fuissent:eædē Eumeni uectigal penderent: q̄ uectigales fuissent Antiochi eæ liberæ atq; īmunes essent. Decem legatos hos decreuerunt.Qu.Minutium Ruffum.L.Furium Purpurionē.Qu.Minutium Termū:Appium Claudiū Neronem.Gn.Cornelium Merulā.M.Iunium Brutum.L.aurunculeium.L.Aemylium Paulū.P.Cornelium Lentulum P.Elium Tuberonē.His quæ ꝑsentis disceptationis essent libera mandata de summa reꝝ senatus cōstituit.Lycaoniam oēm & Phrigiam utrāq; & Mysias regias siluas & Lydiæ Ioniæq; extra oppida: quæ libera fuissent:quo die cum rege Antiocho pugnatū est:& noīatim Magnesiam & Cypilū & Cariā:quæ Hydrella appellatur:agrumq; hydreletanum ad Phrigiā uergentem:& castella uicosq; ad mæandrum amnē:nisi quæ libera ante bellum fuissent: Thelmessontem noīatim & castra thelmessium ꝑter agrum qui Ptolemæi thelmessii fuisset:hæc oīa:quæ supra scripta sunt:regi Eumeni iussa dari.Rhodiis Lycia data:quæ extra eūdem Thelmessontē & castra Thelmessium:& agrū qui Ptolemæi thelmessii fuisset. hæc & ab Eumene:& ab rhodiis excepta.Ea quoq; his pars data Cariæ: quæ prope Orchorū insulam trans mæandrū amnem est:oppida:uici:castella:agri:qui ad Pysidiā uergunt nisi quæ eoꝝ oppida in libertatē fuissent:pridie quam cū Antiocho regeī Asia pugnatum est.Pro his cū gratias egissent rhodii: de Solis urbe:quæ in Cilicia est:egerunt:Argis & illos sicut sese oriundos esse:ab ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatē eē:petere hoc extraordinariū munus ut eā ciuitatem ex seruitute regia eximerent.Vocati sunt legati regis antiochi.actūq; cum iis:nec quicq̄ impetratū est testāte fœdera Antipatro aduersusq; ab rhodiis nō Solos:sed Ciliciā peti:& iuga tauri transcendi.Reuocatis in senatū rhodiis:cū quātopere tenderet legatus regius:exposuissent:adiecerūt:si utiq; eā rem ad ciuitatis suæ dignitatē pti nere censerent rhodii:senatum omnimodo expugnaturum pertinaciā legatorum.Tum uero impensius:q̄ ante rhodii gratias egerunt:cēsuroſq; se potius arrogantiæ Antipatri:q̄ causas turbandæ pacis ꝑ bituros dixerūt:ita nihil de Solis mutatum est.Per eos dies:quibus hæc gesta sunt: legati massilienſiū a liguribus circunuentū magna parte comitū cæsa:uulneratū ipsum cum paucis sine lictoribus Massiliā profugisse: & intra triduū cū paucis expirasse.Senatus ea re audita decreuit uti.P.Iunius Brutus:qui prætor in Ethruria esset: prouicia euasit

Massiliēſium laus

Pax antiocho cōcessa

Publicū decretum de asiæ rebus cōponēdis

exercituq; traditis uni: cui uideret ex legatis: ipse in ulteriorē Hiſpaniam pficiſceret: eaq; ei puincia eēt
Hoc ſenatus conſultū: litteræq; a Sputio Poſthumio prætore in Ethruriā miſſæ ſunt: profectuſq; i Hiſ-
Hiſpaniam eſt. P. Iunius proprætor: in qua puincia prius aliquanto: q̄ ſucceſſor ueniret. L. Aemylius
Paulus: q poſtea regē Perſen magna gloria uicit: cū priore anno haud pſpere rē geſſiſſet: tumultuario
exercitu collecto ſignis collatis cū luſitanis pugnauit: fuſi fugatiq; fūt hoſtes: cæſa. x. & octomillia arma
toꝝ: triamillia. ccc. capti: & caſtra expugnata. huius uictoriæ fama tranqlliores res in Hiſpania fecit.

In Hiſpania Luſitani rebellant



Bononia colonia

EODEM ANNO ANTE DIEM. III. KALEN-
das ianuarias Bononiam latinā coloniā ex ſenatuſ-
conſulto. L. Valerius Flaccus. M. Attilius Serranus
L. Valerius Tappo triūuiri deduxerūt triamillia ho
minū ſunt deducta: eqtibus ſeptuagena iugera: cæ-
teris colonis qnquagena ſunt data: ager captus de
gallis boiis fuerat: galli tuſcos expulerant. Eodē an-
no cenſurā multi & clari uiri petierūt: quæ res tanq̄
in ſe paꝝ magni certaminis cām haberet: aliā contē-
tionē multo maiorē excitauit. petebant. T. Quitius
Flaminius. P. Cornelius. Gn. Filius. Scipio. L. Vale-
rius Flaccus. M. Portius Cato. M. Claudius Gelo.
M. Attilius Glabrio: q Antiochum ad Termopylas
ætoloſq; deuicerat. In hunc maxime quod multa cō
cilia habuerat: qbus magnam partē hoium obliga-
rat: fauor populi ſe inclinabat. id cum ægre paterent tot nobiles nouum ſibi hoiem tantum pferri. P.
Sempronius Gracchus: &. G. Sēpronius Rutilius tribuni plebis ei diē dixerunt: quod pecuniæ regiæ
prædæq; aliquantū captæ in Antiochi caſtris: neq; in triumpho tuliſſet: neq; in ærarium detuliſſet. Va
ria teſtimonia legatoꝝ tribunorumq; militū erant. M. Cato ante alios teſtes conſpiciebat: cuius aucto
ritatem ppetuo tenore uitæ partam toga candida eleuabat: is teſtis: quæ uaſa aurea atq; argētea captis
caſtris inter aliā regiam prædā uidiſſet: ea ſe in triumpho negabat uidiſſe poſtremo in huius maxime
inuidiā deſiſtere ſe petitione Glabrio dixit: qñquidem taciti indignarent nobiles hoies: ideoq; nouus
competitor inæſtimabili periurio interceſſerit centum milliū mulcta irrogata erat: bis de ea certatū eſt:
tertio cum de petitione deſtitiſſet reus: nec populus de mulcta ſuffragiū fere uoluit & tribuni eo nego
tio deſtiterunt. Cenſores. T. Quintius Flaminius. M. Claudius Marcellus creati. Per eoſdem dies. L.
Aemylio Regillo: qui claſſe pfectum Antiochi regis deuicerat extra urbem i æde Apollinis cum ſena-
tus datus eſſet: auditis rebus geſtis eius quantis cum claſſibus hoſtium dimicaſſe: quot inde naues de
merſiſſet: magno conſenſu patrū triumphus naualis eſt decretus. triumphauit kalendis februariis in
eo triumpho: unde quinquaginta coronæ aureæ tranſlatæ ſunt: pecunia nequaq̄ tanta pro ſpecie regii
triumphi: tetracina attici. cc. xxxiii. m. cyſtophori. ccc. xxxii. millia Supplicationes deinde fuerunt ex ſe
natuſconſulto: quod. L. Aemylius in Hiſpania proſpere remp. geſſiſſet.

M. Attilio a tri. pl. dicta eſt dies

Triūphꝰ naualis Emilij regilli



Aſiatici cognomen

HAVD ITA MVLTO POST. L. SCIPIO AD
urbem uenit: q ne cognomini fratris cederet: Aſiati
cum ſe appellari uoluit: &. in ſenatu & in cōcione de
rebus ab ſe geſtis diſſeruit. Erāt: qui fama id maius
bellum: q̄ difficultate rei fuiſſe interpretarētur: uno
memorabili prælio debellatum: gloriāq; eius victo-
riæ defloratam ad Thermopylas eſſe. Cæterum ue-
re æſtimanti ætolicum magis ad Thermopylas bel
lum: q̄ regium fuit: quota. n. parte uirium ſuarū ibi
dimicauit antiochus: in aſia totius aſiæ ſteterunt ui
res ab ultimi orientis partibus omnium gentiū con
tractis auxiliis. merito ergo & diis īmortalibus: quā
tus maximus poterat: habitus eſt honos quod ingē
tem uictoriam facilem etiā feciſſent: imperatori triū
phus eſt decretus: triumphauit menſe intercalario
pridie Calendas martias: qui triumphus ſpectaculo oculoꝝ maior: q̄ Africani fratris eius fuit: recorda
tione rerum & æſtimatione periculi certaminiſq; non magis cōparandus: q̄ ſi imperatorem imperato-
ri: aut antiochum ducem Annibali conferres. Tulit in triumpho ſigna militaria. ccxxiiii. oppidorum ſi
mulacra. cxxxiiii. eburneos dentes. m. ccxxxi. aureas coronas. ccxxxiiii. argenti pondo. cxxxyii. millia
&. ccccxx. tretacinū atticorum. ccxiiii. millia. cyſtofori. ccc. xxxi. millia & ſeptuaginta. nūmos aureos phi
lippeos. cxl. millia uaſoꝝ argenteorum: oīa cælata erant: mille pondo &. ccccxxiiii. aureoꝝ mille pondo
xxiiii. & duces regii pfecti: & purpurati duo: &. xxx. ante currū ducti. Militibus qni uiceni denarii dati:
duplex cēturioni: triplex eqti: & ſtipendiū militare & frumentū duplex poſt triūphum datum. Prælio

Aſiatici ſcipionis triūphus

in Asia facto duplex dederat: Triumphauit ãno fere: posteaq̃ consulatu abiit. Eodẽ fere tempore. Gn. Manlius consul in Asiã: &. Qu. Fabius Labeo p̃tor ad classem uenit: cæteꝝ consuli non deerat cum gallis belli materia. mare pacatũ erat deuicto Antiocho: cogitantiq; Fabio: cui rei potissimum insisteret: ne otiosam ꝓuinciã habuisse uideri posset: optimũ uisum est ĩ Cretã insulam traicere. cydoniatæ bellum aduersus cortynæos gnosioſq; gerebant: & captiuorum romanorum atq; italici generis magnus numerus ĩ seruitute esse per totam insulã dicebatur. Classe ab Epheso profectus: cum primũ Cretæ littus attigit: nuncios circa ciuitates misit: ut armis absisterent: captiuosq; in suis quẽq; urbibus agrisq; conq̃sitos reducerent: & legatos mitterent ad se: cum quibus de rebus ad cretenses pariter romanosq; pertinentibus ageret. nihil magnopere ea cretenses mouerunt: captiuos præter cortynios nulli reddiderũt Valerius Antias ad quattuor millia captiuorum: quia belli minas timuerunt: ex tota ĩsula reddita scripsit: eamq; causam Fabio cum rem nullam aliam gessisset: naualis triumphi impetrandi ab senatu fuisse. ac Ephesum Fabius rediit: inde tribus nauibus in Thraciæ oram missis: ab Aeno & Maronia præsidia Antiochi deduci iussit: ut in libertate eæ ciuitates essent.

Quæ a fabio labeone in creta gæsta

LIBER OCTAVVS.

VM IN ASIA BELLVM GERITVR: NE IN AETOLIA QVIDEM quietæ res fuerant principio a gente athamanum orto: Athamani ea tempestate pulso Amynandro sub p̃fectis Philippi regio tenebantur p̃sidio: qui superbo ac immodico imperio desideriũ Amynandri fecerant: exulanti tum Amynandro in Aetolia litteris suoꝝ indicantium statũ Athamaniæ: spes recuperandi regni facta est: remissiq; ab eo nunciant principibus Argitheã (id. n. caput Athamaniæ erat) si popularium aĩos satis perspectos haberent: ĩpetrato ab Aetolis auxilio: in Athamaniã se uenturum: delectis quod consiliũ esset gentis & Nicandro p̃tore. quos ubi ad oĩa paratiores esse uidit certiores subinde facit: quo die cum exercitu Athamaniam ĩgressurus esset. Quattuor primo fuere coniurati aduersus macedonum p̃sidium bissenos adiutores sibi ad rem gerendã assumpserunt: deinde paucitate parum fræti: quæ celandæ rei quam agendæ aptior erat: parẽ priori numerum adiecerũt. ita duo &. xxx. facti quadrifariã se diuiserunt. pars una Heracleã: altera Tetraphyliã petit: ubi custodia regiæ pecuniæ esse solita erat: tertia Theudoriam: quarta Argithstã. ita inter oẽs cõuenit: ut primo quieti uelut ad priuatam rem agendã uenissent: in foro obuersarent: die certa multitudinem oẽm conuocarent ad p̃sidia macedonum arcibus expellenda. Vbi ea dies aduenit: & Amynander cũ mille ætolis se ĩ finibus posuerat: ex composito quattuor simul locis p̃sidia macedonum expulsa: litteræq; ĩ alias urbes passim dimissæ: ut uindicarent sese ab impotenti dñatione Philippi: & restituerent Amynandrũ in patrium ac legitimum regnũ. undiq; macedones expelluntur. Theiũ oppidum litteris a Zenone p̃fecto præsidii interceptis: & arce ab regiis occupata paucos dies obsidentibus restitit: deinde id quoq; traditum Amynandro est: & oĩs Athamania ĩ potestate erat præter Atheneum castellum finibus macedoniæ subiectum. Philippus audita defectione Athamaniæ cum sex millibus armatoꝝ profectus ingẽti celeritate Gomphos peruenit: ibi relicta maiore parte exercitus (neq;. n. ad tanta itinera sufficerant) cum duobus millibus Atheneũ: quod unum a p̃sidio suo retentum fuerat: peruenit. inde proximis tentatis cum facile animaduertisset cætera hostilia esse: Gomphos regressus oĩbus copiis simul ĩ Athamaniam rediit. Zenonem idẽ cum mille peditibus p̃missum Ethopiam occupare iubet opportune Argitheæ imminentem. quem ubi teneri a suis locum uidit: ipse circa templũ Ioui sacrum posuit castra: ibi unum diem fœda tempestate retentus postero die ducere ad Argitheã intendit. Euntibus extẽplo apparuere athamanes in tumulos imminentis uiæ discurrentes: ad quoꝝ conspectum cõstitere prima signa: totoq; agmine timor & trepidatio erat: & pro se quisq; quidnam futuꝝ esset: cogitare: si in ualles subiectas rupibus agmen foret dimissum. hæc tumultuatio regem cupientẽ: si se sequerentur: raptim euadere angustias: reuocare primos: & eadem: qua uenerat: uia referre coegit signa. Athamanes primo ex interuallo quieti sequebantur: posteaq̃ ætoli se coniunxerunt: hos ut ab tergo agmini instarent: relinquerunt: ipsi a lateribus se circũfunderunt: quidam per notos colles breuiore uia prægressi transitus insedere: tantũq; tumultus macedonibus ẽ iniectũ: ut fugæ magis effusæ: q̃ itineris ordinati modo multis armis uirisq; relictis flumen traiecerint. hic finis sequendi fuit. inde tuto macedones Gomphos: & a Gomphis ĩ Macedoniam redierunt. Athamanes ætoliq; Ethopiã ad Zenonem ac mille macedonas oppriműdos undiq; concurrerunt. macedones parum fræti loco ab Ethopia in altiorem deruptioremq; undiq; tumulum concessere: quo pluribus locis aditu inuento expulere eos athamanes: dispersosq; & ꝓinuias atq; ignotas rupes iter fugæ non expedientes partim ceperunt: partim interfecerunt: multi pauore in deruptа p̃cipitati: perpauci cum Zenone ad regẽ euaserunt. postea per inducias sepeliẽdi cæsos potestas facta est. Amynãder recupato regno legato Romã ad senatũ & ad Scipiones ĩ Asiã Ephesi post magnũ cũ antiocho ꝓliũ morãtes misit: pacẽ petebat: excusabatq; sese: qđ p ætolos recupasset paternũ regnum Philippum incusabat. Aetoli ex Athamania in Amphilocos profecti sunt: & maioris partis uoluntа

amynãder in regnum proditione restituitur

Aetolorũ successus

te in ius dicionem q̃ tota redegerunt gentẽ. amphilocha recepta: nam fuerat quondam ætolo x̃: eadem spe in aperanciã transcenderunt: ea quoq̃ magna ex pte sine certamine ĩ deditionẽ uenit. Dolopes nũ q̃ ætolo x̃ fuerant: Philippi erãt: hi primũ ad arma concurrerunt: cæte x̃ posteaq̃ amphilochos cũ ætolis esse: fugã q̃ ex athamania Philippi & cædẽ p̃sidii eius accepe: & ipsi a Philippo ad ætolos deficiũt. Quibus circũiectis gentibus iã undiq̃ se a macedonibus tutos eredẽtibus esse ætolis: fama afferẽ antiochũ in asia victũ ab romanis: nec ita multo post legati ab Roma rediere sine pacis spe: Fuluiũq̃ consulẽ nunciantes iam cũ exercitu traiecisse. His territi prius ab Rhodo & athenis legationibus excitis. ut p auctoritatẽ ciuitatum suæ p̃ces nup repudiatæ faciliorẽ aditum ad senatũ haberent: principes gentis ad tentandum ultimã spem Romã miserunt: nihil ne bellũ haberent: priusq̃ pene in cõspectu hostis: erat: præmeditati. Iam. M. Fuluius apolloniã exercitu traiecto cũ epirota x̃ principibus cõsultabat: unde bellum inciperet epirotis ambraciã placebat aggredi: q̃ tum contribuerat se ætolis: siue ad tuendã eam ueniret ætoli apertos circa campos ad dimicandũ esse siue detrectarent certamen oppugnationẽ fore haud difficilẽ: nam & copiã in propinquo materiæ ad aggeres excitandos & cætera opa esse: & arethontẽ nauigabilem amnẽ opportunũ ad cõportanda: q̃ usui sint: p̃ter ipsa mœnia fluere: & æstatẽ aptam rei gerendæ adesse. his psuaserunt: ut p Epi x̃ duceret. Cõsuli ad ambraciã ueniẽti magni opis oppugnatio uisa est: ambracia tumulo aspero subiecta est: Perranthem incolæ uocant: urbs: qua murus uergit in campos & flumen occidentẽ: arx: q̃ posita in tumulo est: orientẽ spectat: amnis arethon ex acarnania fluens cadit ĩ sinũ maris ab noie propinquæ urbis ambraciũ appellatum. p̃terq̃ qd hinc amnis munit: hinc tumuli: muro quoq̃ firmo septa erat patente in circuitu paulo amplius triamillia passuũ. Fuluius bina a campo castra modico inter se distantia interuallo: unũ castellum loco edito contra arcem obiecit: ea oĩa uallo ac fossa iungere parat: ne exitus inclusis ab urbe: neue aditus foris ad auxilia intromittenda esset. Ad famã oppugnationis ambraciæ Stratũ iam edicto Nicandri p̃toris conuenerant ætoli: ide primo copiis oĩbus ad ꝓhibendã obsidionem uenire in aĩo fuerat: deide posteaq̃ urbem iã magna ex parte operibus septã uiderunt: epirota x̃ trans flumen loco plano castra posita esse: diuidere copias placuit: cum mille expeditis Eupolemus ambraciã profectus p nondũ commissa inter se munimenta urbẽ intrauit. Nicandro cum cæteris primo epirota x̃ castra nocte aggredi consiliũ fuerat haud facili ab romanis auxilio: quia flumen intererat: deinde piculosum inceptũ ratus nequa sentirent romani: & regressus ide in tuto non esset: deterritus ab hoc consilio ad depopulandũ acarnaniam iter conuertit. Consul iã munimentis: qbus sepienda urbs erat: iam opibus: quæ admouere muris parabat: pfectis: qnq̃ simul locis mœnia est aggressus: tria paribus interuallis faciliore aditu a cãpo aduersus Pyrrheũ: quod uocant: admouit: unus aduersus arcẽ aries muros quatiebat: asseribus falcatis detergebat pinas. Oppidanos primo & ad speciẽ & ad ictus mœniũ cum terribili sonitu editus pauor ac trepidatio cœpit: deinde ut p̃ter spẽ stare muros uiderunt: collectis rursus aĩs in arietes tellenonibus libramenta plumbi aut saxorũ stipites robustos incutiebant: falces anchoris ferreis iniectis in interiorẽ partem muri trahentes asserẽ p fringebant: ad hoc eruptionibus nocturnis in custodias ope x̃: & diurnis in stationes ultro terroré inferebant. In hoc statu res ad Ambraciam cũ essent: iã ætoli a populatione Acarnaniæ Stratũ redierant: inde Nicander spẽ nactus soluendæ incepto forti obsidionis: Nicodemũ quẽdam cum ætolis quingentis Ambraciã intromittit: noctẽ certam tempusq̃ ẽt noctis constituit: quo & illi ab urbe opera hostium quæ aduersus Pyrrheum erant aggrederent: & ipse ad castra romana terrorẽ faceret: posse ratus anciꝑiti tumultu & nocte augente pauorem memorabilẽ rem geri. Et Nicodemus intẽpesta nocte: cũ alias custodias fefellisset: p alias impetu constanti erupisset: superato brachio in urbem penetrat: animiq̃ aliquantum ad oĩa audenda & spei obsessis adiecit: & simul constituta nox uenit: ex cõposito repẽte opa est aggressus. id inceptũ conatu quã effectu grauius fuit: qa nulla ab exteriore parte uis admota est. seu metu deterrito p̃tore ætolorum: seu quia potius uisũ est Amphilochis opẽ ferre nuper receptis: quos Perseus Philippi filius missus ad Dolopiã Amphilochosq̃ recipiẽdos sũma ui oppugnabat. Tribus locis sicut ante dictũ est: ad Pyrrheũ opera romana erant: q̃ oĩa simul: sed nec apparatu: nec ui simili ætoli aggressi sunt: alii cum ardentibus facibus: alii stupã picẽq̃ & maleolos ferentes tota collucente flamis acie aduenere. multos primo ĩpetu custodes oppresserũt: deinde posteaq̃ clamor tumultusq̃ in castra ẽ platus: datũq̃ a consule signũ: arma capiunt: & oĩbus portis ad opẽ ferendã effundunt. uno loco ferro igniq̃ gesta res est: a duobus irrito incepto cũ intentassent: magis quã inissent certamẽ: ætoli abscesserunt. Atrox pugna ĩ unũ inclinauerat locũ: ibi diuersis partibus duo duces Eupolemus & Nicodemus pugnantes hortabant: & ꝑpe certa fouebant spe: iam Nicandrũ excõposito affore: & terga hostium inuasur x̃. Hæc res aliquãdiu aĩos pugnantiũ sustinuit: cæte x̃ posteaq̃ nullum excõposito signum a suis accipiebant: & crescere nume x̃ hostium cernebant: destituti segnius instare: postremo re omissa iã uix tuto receptu fugientes in urbẽ compellunt: parte ope x̃ incensa & pluribus aliquanto: q̃ ipsi ceciderãt. interfectis. qd si excõposito acta res fuisset: haud dubiũ erat expugnari una utiq̃ pte opera cũ magna cæde hostium potuisse. Ambracienses: quiq̃ intus erant: ætoli: non ab eius solum noctis incepto recesserẽ: sed in reliquũ quoq̃ tp̃s uelut proditi a suis segniores ad pericula erant: iam nemo eruptionibus: ut ante in stationes hostium: sed dispositi per muros & turres ex tuto pugnabant. Perseus ubi adesse ætolos audiuit: omissa obsidione urbis: q̃ oppugnabat: depopulatus tantum agros Amphilochiam

Ambraciæ urbis situs

Ambraciẽsis oppugnatio

Laboriosa ambracienſium oppugnatio

tedit.Et ætolos inde auocauit populatio maritime oræ.Pleuratus illyricorum rex cum sexaginta lẽbis corinthiũ sinum iuectus achæorũ:quæ partis erãt nauibus maritima Aetoliæ uastabat.aduersus quos mille ætoli missi:quacunq; se classis circũegerat:p littorũ anfractus breuioribus semitis occurrebant. Et romani ad Ambraciam pluribus locis quatiẽdo arietibus muros aliquantũ urbis nudauerant: nec tamen penetrare in urbẽ poterant:nã & pari celeritate nouus pro diruto murus obiiciebatur:& armati ruinis superstantes istar munimenti erant.itaq; cũ aperta ui parũ,pcederet cõsuli res:cuniculũ occultum uineis ante contecto loco agere instituit:& aliquãdiu cũ dies nocteſq; i opere eẽnt:nõ solũ sub terra fodientes:sed egerentes ẽt humũ fefellere hostẽ:tumulus repẽte terra eminens idex opis oppidanis fuit pauidiq; ne iã subrutis muris facta in urbẽ uia eẽt:fossam intra murũ e regiõe eius opis:qđ uineis cõtectũ erat:ducere instituũt cuius:ubi ad tãtã altitudinem quartæ eẽ solũ ifimũ cuniculi poterat:puenerunt:silentio facto pluribus locis aure admota sonitũ fodientium captabant:quem ubi acceperunt:aperiunt rectam in cuniculum uiam:nec fuit magni operis:momento.n.ad inanẽ suspenso furculis ab hostibus muro peruenerunt.ibi commissis operibus cum e fossa i cuniculum pateret iter:primo ipsis ferramentis:quibus in opere usi erant:dein celeriter armati ẽt subeuntes occultam sub terram ediderunt pugnam:segnior deinde ea facta est inter sapientibus cuniculum:ubi uellent:nunc ciliis ptentis:nunc foribus raptim obiectis.Noua ẽt haud magni operis aduersus eos:qui in cuniculo erãt:excogitata res est:dolium a fundo ptusum:qua fistula modica inseri posset:& fistulam ferream operculũq; dolii ferreũ & ipsum pluribus locis perforatum fecerunt:hoc tenui pluma completum doliũ ore in cuniculum uerso posuerunt:per operculi foramina plonge hastæ:quas sariſſas uocant:ad summouendos hostes eminebant:scintillam leuem ignis inditam plumæ folle fabrili ad caput fistulæ imposito flando accẽderũt. inde non solum magna uis fumi:sed acrior ẽt fœdo quodam nidore ex adusta pluma cum totum cuniculum complesset:uix durare quisq; intus poterat.Cum in hoc statu res ad Ambraciam esset:legati ab ætolis Phaneas:& Damocles cum liberis mandatis decreto gentis ad consulẽ uenerunt:nam ptor eorum cum alia parte Ambraciã oppugnari cerneret:alia infestã oram nauibus esse hostium:alia Amphilochos Dolopiamq; a macedonibus uastari:nec ætolos simul ad tria diuersa bella occurrantes sufficere conuocato concilio ætolos principes:quid agendũ esset:consuluit.oĩum eo sententiæ decurrerunt: ut pax:si posset:æquis:si minus tolerandis conditionibus peteretur.Antiochi fiducia,bellum susceptum: antiocho terra mariq; superato & prope extra orbem terræ ultra iuga tauri exacto:q̃ spẽ sustinendi belli?Phaneas & Damocles quod e re ætolorũ:ut in tali casu fideq; sua esse censerent:agerent: quod.n.sibi consilium aut cuius rei electionem a fortuna relictã?Cum his mandatis missi orauere consulem:ut miseretur gentis quondã sociæ:nolle dicere iniuriis miseria certa coactæ insanire: non plus mali meritos ætolos antiochi bello:q̃ boni ante cum aduersus Philippũ bellatum sit:feciſſe:nec tum large gratiã relatam sibi:nec nunc imodice pœnam iniungi debere.Ad ea cõsul respondit magis sæpe: q̃ uere unq̃ ætolos pacem petere:imitarent antiochum in petenda pace:q̃ in bellum traxissent:nõ paucis urbibus eum:de quarũ libertate certatum sit:sed omni asia cis tauri montem opimo regno excessisse.ætolos nisi inermes de pace agentes non auditurũ se:arma illis prius equosq; oẽs tradendos esse:deinde mille talentum argenti populo ro.dandum:cuius summæ dimidiũ psens numeraretur:si pacem habere uellẽt ad ea adiectuũ ẽt in fœdus esse:ut eosdem:quos populus ro.amicos atq; hostes habeant. Aduersus q̃ legati & quia grauia erant:& quia suorum aĩos indomitos ac immutabiles nouerant:nullo reddito responso domum regressi sunt:ut ẽt atq; etiam:quid agendũ esset:re integra ptorem & principes consulerent.clamore & iurgio excepti quid rem traherent?qualẽcunq; pacem referre iussi.cum redirẽt ambraciam acarnanũ insidiis prope uiã positis:quibus cũ bellum erat:circunuenti Thyrreũ custodiendi deducunt.Hæc mora iniecta est paci cũ iam athenienſium rhodiorũq; legati: qui ad deprecandũ pro his uenerant:apud consulẽ essent:amynander quoq; athamanũ rex fide accepta uenit i castra romana:magis pro ambracia:ubi maiorẽ partem tpis exulauerat:q̃ pro ætolis sollicitus.p hos certior factus consul de casu legatorũ adduci eos a Tyrrheo iussit:quorũ post aduentũ agi cœptum est de pace. Aminander: qđ sui maxime operis erat:ipigre agebat:ut ambracienſes cõpelleret ad deditionẽ.id cum p colloqa prĩcipum succedentes murũ parum ,pficeret:postremo consulis permissu ingressus urbẽ ptim consilio partim ꝑcibus euicit:ut pmitterent se romanis:& ætolos.G.Valerius Leuini filius:q cũ ea gente primum amicitiã pepigerat consulis frater matre genitus eadẽ egregie adiuuit.ambracienſes prius pacti:ut ætolorum auxiliares sine fraude emitterent:aperuerunt portas:dein ut quingenta euboica darent talenta ex qbus.cc.ꝑsentia.ccc.p annos sex pẽsionibus æqs:captiuos pfugasq; redderent romanis.urbẽ nequã formulæ sui iuris facerent:quæ post id tps:quo.T.Quintius traiecisset in Græciã:aut ui capta ab romanis esset:aut uoluntate in amicitiã uenisset:Cephalenia insula ut extra ius fœderis eẽt.Hæc q̃q̃ spe ipso rum aliquãto leuiora eẽnt:petentibus ætolis:ut ad conciliũ referrent:pmissum ẽ:parua disceptatio de urbibus tenuit:q̃ cum sui iuris aliqñ fuissent:auelli uelut a corpore suo ægre patiebant:ad unũ tñ oẽs accipi pacẽ iusserunt.Ambracienſes coronã auream consuli centũ & qnquaginta pondo dederũt:signa ænea marmoreaq; & tabulæ pictæ:qbus ornatior ambracia:qa regia ibi pyrrhi fuerat:q̃ cæteræ regiõis eius urbes erant:sublata omnia auectaq;.nihil ꝑter ea tactum uiolatumue.Profectus ab ambracia consul in mediterranea Aetoliæ ad argos amphilocum.xxii.millia ab Ambracia est:castra posuit.eo tan-

Aetolorũ deprecatores

Ambracia pyrrhi regia fuit

dem legati ætoli mirante consule: quod morarentur, uenerunt. Inde posteaq̃ approbasse pacem concilium ætolorum accepit: iussis proficisci Romã ad senatum: permissoq; ut athenienses & rhodii deprecatores irent: dato qui simul cum iis proficisceretur. C. Valerio fratre: ipse ĩ Cephaleniã traiecit. Præoccupatas aures aiosq; principum Romæ criminibus Philippi inuenerunt: qui per legatos: per litteras Dolopas Amphilocosq; & Athamaniam ereptas sibi querẽs: p̃sidiaq; sua postremo ẽt filium Persea ex Amphilochis pulsum: auerterat senatum ab audiendis p̃cibus eorum. rhodii tñ & athenienses cum silentio auditi sunt. Atheniensis legatus Leon Icesiæ filius eloquentia ẽt dicitur mouisse: qui uulgata similitudine mari tranquillo: quod uentis concitaret: æquiparando multitudinẽ ætolorum usus cum fide romanæ societatis mansissent: insita gentis tranquillitate: quiesse eos aiebat: posteaq̃ flare ab Asia Thoas & dicæarchus: ab Europa Menestas & Democritus cœpissent: tum illã tempestatem coortam: quæ eos apud Antiochũ sicuti ad scopulum intulisset. Diu iactati ætoli tãdem ut ad condiciones pacis conuenirent: effecerunt. fuerunt ãt hæ. imperiũ maiestatemq; populi romani gens ætolorum cõseruato sine dolo malo: ne quem exercitum: qui aduersus socios amicosq; eorum ducetur: per fines tuos trãsire finito: neue ulla ope iuuato. hostes eosdem habeto: quos populus romanus: armaq; ĩ eos ferto: bellumq; pariter gerito. perfugas fugitiuos captiuos reddito romanis sociisq;: præterq̃ siqui capti cum domo redissent: iterum capti sunt: aut siqui eo tpe ex iis capti sunt: qui tum hostes erant romanis: cũ intra p̃sidia romana ætoli essent. aliorum qui comparebunt: intra dies centũ corcyræorum magistratibus sine dolo malo tradantur: qui non cõparebunt: qñ quisq; eorum primum inuentus fuerit: reddatur: ob fides quadraginta arbitratu cõsulis romani dato: ne minores. xii. annoꝝ: neu maiores. xl. obses ne esto p̃tor: præfectus equitum scribat publicus: neu quis: qui ante obses fuerit apud romanos. Cephalenia. extra pacis leges esto. de pecuniæ summa: quã penderent: pensionibusq; eius nihil ex eo: quod cũ consule conuenerat: mutatum. pro argento: si aurum dare mallent: darent: conuenit: dum pro argẽteis decem aureus unus ualeret. quæ urbes: qui agri: qui homines ætolorum iuris aliquando fuerunt: q eoꝝ T. Quintio. Gn. Domitio consulibus post ue eos consules aut armis subacti: aut uoluntate in deditionem populi ro. uenerunt: neq; eos ætoli recepissent: uel in Aetolia essent: eæ urbes agriq; acarnanum sunto. His legibus fœdus ictum cum ætolis est. Eadem non æstate solum: sed ẽt iis diebus: quibus hæc a. M. Fuluio in Aetolia gesta sũt: consul alter. Gn. Mãlius in Gallograecia bellũ gessit: qd nũc ordiri pgã.

Oratores athenienses pro ætolis

Conditiones pacis

Quod argẽteis nũmis ualeret aureus

Fœdus cũ ætolis ictũ

Bellum cũ gallograecis



Consul arripit se ad gallos bellare

VERE PRIMO EPHESVM CONSVL VEnit: acceptisq; copiis a. L. Scipione & exercitu lustrato concionẽ apud milites habuit: qua colaudata uirtute eorum quod cũ Antiocho uno p̃lio debellassẽt adhortatus eos nouum cum gallis suscipiendũ bellum: qui & auxilio iuuissent antiochum: & adeo indomita haberent ingenia: ut neqcq̃ antiochus emotus ultra iuga tauri montis esset: nisi frangerentur opes gallorũ. de se quoq; nec falsa: nec modica adiecit. Læti milites cum frequenti assensu consulem audiuerunt partem uirium antiochi fuisse gallos credentes: rege superato nullum momentũ in solis per se gallorum copiis fore. Eumenẽ haud in tpe abesse Romæ tum erat credere consul ignarus locorũ hominumq;: & cuius interest frangi illoꝝ opes: attalũ igitur fratrem eius accersit a Pergamo: hortatusq; ad capessendũ secum bellum: pollicentem suã suorumq; operã domum ad comparandũ copias dimittit. paucos post dies profecto cõsuli Epheso ad Magnesiam occurrit attalus cum mille peditibus: equitibus. cc. Atheneo fratre iusso cum cæteris copiis subsequi: commendata iis custodia Pergami: quos fratri regnoq; fidos credebat. Consul collaudato iuuene cum oĩbus copiis ad mæandrum progressus castra posuit: quia uado superari amnis non poterat: & cõtrahendæ naues erant ad exercitum traiiciendum. transgressi mæandrum ad Comenem perueneruꝫ. fanum ibi augustum apollinis & oraculum: sortes aũt uersibus haud inconditis dare uates dicuntur. hinc alteris castris ad harpasum flumen uentum est quo legati ab alabandis: uenerũt: quod castellum ab ipsis nuper desciisset: aut auctoritate: aut armis cogeret iura antiqua pati. eodem & Atheneus Eumenis & attali frater cum cretensi Leuso & Cotrago macedone uenit: mille pedites mixtarum gẽtium & trecentos equites secum adduxerunt. Consul tribuno militum misso cũ modica manu castellum uiceptum: alabadẽsibus reddit: ipse nihil uia digressus ad antiochiam super mæandrũ amnem posuit castra huius amnis fontes Celenis oriuntur. Celenæ urbs caput quondam Phrygiæ fuit. migratum inde haud procul ueteribus Celenis: nouæq; urbi Apameæ nomen inditum ab apamea sorore Seleuci regis. & marsyas amnis haud procul a mæãdri fontibus oriens in mæandrum cadit: famaq; ita tenet Celenis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse. mæander ex arce summa Celenarum ortus media urbe discurrens per caras primum: deinde ionas in sinum maris editur: quod inter Priennem & Miletum est. Ad antiochiam in castra consulis Seleucus antiochi filius ex fœdere icto cum Scipione

Attali Eumenũ regis frater ops pro fr.

Celenæ urbs caput quondam Phrygiæ olim

Meãdri or tus

Celenæ

Apamea

Marsyas amnis

ad frumentum exercitui dandum uenit:parua disceptatio de Attali auxiliaribus orta est:quod roma-
no tantum militi pactum Antiochum:ut daretur frumẽtum:Seleucus dicebat decussa ea quoq; est cõ
stantia consulis:qui dimisso tribuno edixit:ne romani milites acciperent:priusq; Attali auxilia accepis
sent.inde ad cordiuticos:quos uocant:processum est:ex eo loco ad Tabas tertiis castris peruentum:in
finibus pysidarum posita est urbs:in ea parte:quæ uergit ad pamphylium mare:integris uiribus regio-
nis eius feroces ad debellandum habebat uiros.Tum quoq; equites in agmen romanũ eruptione fa-
cta haud modice primo impetu turbauere:deinde ut apparuit nec numero: se nec uirtute pares esse:i
urbem compulsi ueniam erroris petebant:dedere urbem parati.v.&.xx.talenta argenti.& x.millia me
dimnum tritici imperata.ita in deditionem accepti.Tertio inde die ad chaum amnem peruentum:in
de profecti Erizam urbem primo impetu cœperunt.ad Thabusion castellũ iminens flumini indo uen
tum est:cui fecerat nomen Indus ab elephanto deiectus.Haud procul a Cybira aberant:nec legatio ul
la ab Megeate tyranno ciuitatis eius hoie ad omnia infido atq; importuno ueniebat:ad tẽtãdum eius
animum.G.Manlium cum quattuormillibus peditum & quingentis equitibus consul præmittit.hu-
ic agmini iam primis ingredientibus occurrerunt nunciantes paratum esse tyrannũ imperata facere:
orabant:ut pacatus fines iniret:cohiberetq; appopulatiõe agri militem:& in corona aurea.xv.talenta
afferebant.Manlius integros appopulatione agros seruatur⁹ pollicitus ire ad consulem legatos iussit:
quibus eadem referentibus consul neq; romani:inquit:bonæ uoluntatis ullum signum erga nos ty-
ranni habemus:& ipsum talem esse inter oẽs constat:ut de pœna eius magis:q; de amicitia nobis cogi
tandum sit.Perturbati hac uoce legati nihil aliud petere:q; ut coronam acciperet:ueniendiq; ad eũ po-
testatem tyranno ac copiam loquendi ac purgandi faceret.permissu consulis postero die in castra tyrã
nus uenit uestitus comitatusq; uix ad priuati modice locupletis habitum:& oratio fuit summissa & in
fracta extenuantis opes suas:urbiumq; suæ dicionis egestatem querentis:erant aũt sub eo præter Cy
bira Muleũ & Alimnẽ quæ alimne appellatur:ex his ut se suosq; spoliaret.y.&.xx.talenta se collecturũ
prope ut diffidẽs pollicebatur Eninuero:inquit consul:ferri iam ludificatio ista non potest: pa⁹ est nõ
erubuisse absens:cum per legatos frustrareris:nunc quoq; præsens in eadẽ perstas impudẽtia.y.&.xx.
talenta tyrannidem tuã exhaurirent:quingenta ergo,talẽta nisi triduo numeras:populationẽ in agris
obsidionem in urbe expecta.Hac denunciatione conterritus perstare tamen in pertinaci simulatione
inopiæ:& paulatim illiberali adiectione nunc per cauillationem:nũc precibus:& simulatis lachrymis
ad centum talenta est perductus:adiecta decẽmillia medimnũ frumenti hæc oĩa intra dies sex acta. A.
Cybira per agros idem⁹ium exercitus ductus:transgressusq; caularem amnẽ posuit castra: postero die
& præter carallitem paludem agmẽ ductum ad Madanprũ manserunt.inde progrediẽtibus ab Lago
proxima urbe metu incolæ fugerunt:uacuum hoibus oppidũ diripuerunt.inde ab lysis fluminis frõ
te postero die ad cobulatum amnẽ progressi.Telmenses eo tpe Isiondensium arcem urbe capta oppu-
gnabant:inclusi cum alia spes auxilii nulla esset:legatos ad consulem orantes opem miserunt: cum cõ
iugibus ac liberis in arcem inclusos se mortem in dies aut ferro aut fame patiẽdam expectare.Volen-
ti consuli causa in Pamphyliam reuertendi oblata est:adueniens obsidione Isiondẽses exemit:telmen
so pacem dedit:quinquaginta talentis argenti acceptis: item aspendiis cæterisq; Pamphyliæ populis
Ex Pamphylia rediens ad flumen tau⁹ primo die:postero ad Sylenen:q; uocant Comen:posuit castra
Profectus inde continentibus itineribus ad Cormasam urbẽ peruenit.Darsa proxima urbs erat: eã me-
tu incolar⁹ desertam plenam oĩum re⁹ copia inuenit. progredienti præter paludes legati ab Lysione
dedentes ciuitatem uenerunt.Inde in ag⁹ agalassenum uberem fertilẽq; oĩ genere frugum uentum ẽ
colunt pysidæ longe optimi bello regionis eius:tum ea res aĩos facit:tum agri facunditas:& multitu-
do hoĩum & situs inter paucas munitæ urbis.Consul:quia nulla legatio ad fines presto fuerat: præda
tum in agros misit:tum demũ fracta pertinacia est:ut ferri agiq; res suas uiderunt:legatis missis pactis
quinquaginta talentis &.xx.millibus medimnũ tritici.xx.hordei pacem impetrauerunt: Progressus
Inde ad rhotrinos fontes ad uicũ:quẽ Aporidescomen uocant: posuit castra: eo Seleucus ab Apamea
postero die uenit:ægros inde & inutilia impedimẽta cũ Apamea dimisisset:ducibus ite⁹ a Seleuco ac
acceptis profectus ea die i metropolitanum campũ:postero die Dymas phrygiæ ꝓcessit: ide synnada
uenit metu oĩbus circa oppidis desertis:quo⁹ iam præda graue agmen trahens uix quinquemillium
die toto itinere perfecto:ad Beundos:quod uetus appellant:peruenit:ad Antibura inde:& altero die
ad alexandri fontes:tertio ad abbassum posuit castra.ibi plures dies statiua habuit quia peruentũ erat
ad tholostobogo⁹ fines.Galli magna hoĩum uis seu inopia agri:seu prædæ spe nullam gentem:per q̃
ituri essent:parem armis rati Brennonne duce in dardanos peruenerunt.ibi seditio orta:& ad.xx.mil
lia hoĩum cum Lomnorio ac Lutario regulis secessione facta a brẽnonne in Thraciã iter auertunt ubi
cum resistentibus pugnando:pacem petentibus stipendium imponendo:Byzantiũ cum peruenissent
aliquãdiu oram propontidis uectigalem habendo regionis eius urbes obtinuerunt.Cupido inde eos
in Asiam transeundi audientes ex ꝓpinquo:quanta ubertas terre eius esset:cœpit.& Lysimachia frau
de capta Cheronnesoque omni armis possessa:ad Hellespontm descenderunt.ibi uero exiguo diuisis
fræto cernentibus asiam:multo magis animi ad transeundum accensi:nunciosq; ad antipatrũ præfe-
ctum eius de transitu mittebant:quæ res cum lentius spe ipso⁹ traheretur:alia rursus noua inter regu

Indus.Flu.

Processus gallo⁹ in asiam

los seditio orta: Lomnorius retro: unde uenerat: cum maiore parte hominum repetit Byzantium: Lu
tarius macedonibus per speciem legationis ab Antipatro ad speculandum missis: duas tectas naues:
& tres lembos adimit: his alios atq; alios dies noctesq; transuehendo intra paucos dies oēs copias tra
iecit. Haud ita multo post Lomnorius adiuuante Nicomede Bythiniæ rege a Bizantio transmisit co
eunt deide in unū rursus galli: & auxilia Nicomedi aduersus Zyboeā partem tenentem Bythiniæ ge
renti bellum: atq; eoꝝ opera deuictus Zyboea: est: Bythiniaq; omnis in dicionem Nicomedis decessit
Profecti ex Bythinia in asiam processerunt: non plus ex. xx. millibus hoium quam decem armata erāt
tamen tantum terroris omnibus: quæ cis tauꝝ incolunt. gentibus iniecerunt: ut quas adissent quasq;
Tolosto bogi non adissent. pariter ultimæ propinquis imperio parerent. Postremo cum tres essent gētes tolostobo
Trocini gi: trocini: tectosagi: in tres partes. qua cuiq; populoꝝ suorum uectigalis asia esset: diuiserunt trocinis
Tectosagi Helleſponti ora data: Tolostobogis æolida atq; Ionia: Tectosagi mediterranea asiæ sortiti sunt & stipē
dium tota cis tauꝝ Asia exigebant. sedem autem ipsi sibi circa halyn flumen ceperunt tantusq; terror
eoꝝ nominis erat multitudine etiam magna sobole aucta: ut Syriæ quoq; ad postremum reges stipen
dium dare non abnuerent. Primus regum Asiam incolētium abnuit Attalus pater regis Eumenis: au
daciq; incepto præter opinionem oīum, affuit fortuna. & signis collatis superior: fuit non tamen ita in
fregit aios eoꝝ: ut absisterent imperio. eisdem opes usq; ad bellum antiochi cum romanis manserunt
tum quoq; pulso antiocho magnam spem habuerunt: quia procul mari incolerent: romanum exerci
tum ad se non peruentuꝝ. Cum hoc hoste tam terribili oībus regionis eius: quia bellum gerendum
erat pro concione milites maxime in hunc modum allocutus est consul. Non me præterit milites om
ortatio cō sulis iū: quæ asiam colunt. gētium gallos fama belli præstare: inter mitissimū genus hoium ferox natio p
uagata bello prope orbem terraꝝ sedem cœpit. procera corpora: promissæ & rutilatæ comæ uasta scu
ta: prælongi gladii: ad hoc inchoantium prælium cantus & ululatus & tripudia: & quatientium scuta
in patrium quendam modū horrendus armoꝝ crepitus: oīa de industria composita ad terrorem. Sed
hæc quibus insolita atq; insueta sunt græci: & Phryges: & cares timeant: romanis gallici tumultus al
suetis etiam uanitates notæ sunt: semel primo congressu ad aliam olim fuderunt maiores nostros: ex
eo tpe per ducentos iam annos pecoꝝ īmodum consternatos cædunt: fugantq; & plures quoq; de gal
lis triumphi quam de toto orbe terraꝝ acti sunt. Jam hoc cognitum est: si primum impetū: quem ferui
do ingenio & cæca ira effundunt: sustinueritis: fluunt sudore & lassitudine membra: labant arma: mol
lia corpora: molles: ubi ira consedit: aios sol puluis: sitis: ut ferrum non admoueas: prosternunt. Nō le
gionibus legiones eoꝝ solum experti sumus sed uir unus cum uiro uno congrediendo. T. Manlius.
M. Valerius quantum gallicam rabiem uinceret romana uirtus docuerunt. iam. M. Manlius unus ag
Gallogræci mine scandentes in capitolium gallos detrusit: & illis maioribus nostris cum haud dubiis gallis in ter
ra sua genitis res erat. hi iam degeneres sunt mixti & galli & græci: unoq; nomine gallogræci appellā
tur. sicut in frugibus pecudibusq; non tantum semina ad seruandū indolem ualent: quantum terræ p
prietas: cæliq; sub quo aluntur: mutat: Macedones: qui alexandriam in Aegypto: qui Seleuciam ac Ba
byloniam: quiq; alias sparsas per orbem terraꝝ colonias habent: in syrios: parthos: ægyptios degene
rarunt: Massilia inter gallos subtraxit aliquantulum ab accolis animoꝝ: nisi quod ex parthana dura il
la & horrida disciplina mansit generosius in sua quicquid sede gignitur. insitū alienæ terræ in id: quod
alitur: natura uertente se degenerat. phrygas igitur gallicis oneratos armis: sicut in acie Antiochi cecid
distis: uictos uictores cædetis. Magis uereor: ne paꝝ inde gloriæ: q̄ ne nimium belli sit. Attalus eos rex
sæpe fudit. fugauitq; Nolite existimare belluas tantum recentis captas feritatem illam siluestrē primo
seruare deinde cum diu manibus humanis alantur mitescere: in hoium feritate mulcenda non eandē
naturam esse. Eosdem ne hos creditis esse: qui patres eoꝝ auiq; fuerunt extorres inopia agroꝝ profe
cti domo per asperrimā Illirici oram: Pæoniam inde & Thraciam pugnando cum ferocissimis gētibus
emensi has terras ceperunt: duratos eos tot malis exasperatosq; accepit terra: quæ copia reꝝ oīum sagi
naret: ubertrimo agro: mitissimo cælo: clæmentibus accolaꝝ ingeniis oīs illa: cum qua uenerant: man
suefacta est feritas. nobis mehercule Martis uiris cauenda ac fugienda q̄primum amœnitas est Asiæ
tantum hæ peregrinæ uoluptates ad extinguendum uigorem aīoꝝ possunt: quantū cōtagio disciplī
næ morisq; accolarum ualet. Hoc tamen fœliciter euenit: quod sicut uim aduersus nos nequaq̄: ita fa
mam apud græcos parem illi antiquæ obtinent: cū qua uenerunt: belliq; gloriam uictores eandē inter
socios habebitis: quam si seruantes antiquam spēm animoꝝ: gallos uicissetis. Concioe dimissa: missiq;
q; ad Eposognatum legatis: qui unus ex regulis & in Eumenis amicitia manserat: & negauerat An
tiocho aduersus romanos auxilia: castra mouit. primo die ad Aladrum flumen: postero cum ad uicū
quem uocant Tysco: esset uentum: eo legati oroandensium cū ueniissent amicitiam petentes. cc. talen
ta iis sunt imperata: præcantibusq; ut domum renunciarent: potestas facta. ducere inde exercitum cō
sul ad Plitendum: deinde ad Halyattos castra posita. Eo missi ad Eposognatum redierunt legati regu
li orantes: ne tectosagis bellum inferrent: ipsum in eam gentem, ituꝝ Eposognatum persuasurumq;
uti imperata faciant. Data uenia regulo: duci inde exercitus det Axylō: q̄ uocant terram cœptus: ab re
Axylon nomen habet: non ligni modo quicq̄: sed ne spinas quidem: aut ullum aliud alimentum fert ignis: fi
mo bubulo pro lignis utuntur.



AD EVBALLVM GALLOGRAECIAE CA
stellum castra habentibus romanis apparuere cum magno tumultu hostium equites nec turbarunt tã tum stationes romanas repente inuecti: sed quosdã etiam occiderũt. qui tumultus cũ in castra perlatus repente oĩbus portis equitatus romãus fudit: fugauitq; gallos: & aliquot fugientes occidit. Inde consul ut qui iam ad hostes peruentum cerneret. explorato deinde: & cum coacto agmine procedebat: & continentibus itineribus: cum ad sangarium flumẽ uenisset pontem: quia uado nusq; transitus erat facere ĩsti tuit. sangarius ex adoreo monte per Phrygiã fluens admiscetur ad Bythiniam tymbri fluuio indemaior iam geminatis aquis per Bythiniam fertur: & ĩ Propontidẽ sese effundit: nõ tamẽ tã magnitudine memorabilis quam quod piscium accolis ingentẽ uim præbet. Transgressis ponte perfecto flumẽ præter ripam euntibus galli matris magnæ a Pessimonte occurrere cũ insignibus suis uaticinantes fanatico carmine deam romanis uiam belli & uictoriã dare imperium q; eius regionis: accipere se omen cũ dixisset consul castra eo ipso loco posuit postero die ad Cordiũ peruenit: Id haud magnum quidẽ oppidum est: sed plusq; mediterraneũ celebre & frequens emporiũ: tria maria pari ferme distantia interualo habet: ad Hellespontum ad Synopen & alterius oræ littora: quæ cilices maritimi colunt: multarũ magnarum q; præterea gentiũ fines contingit: quarũ cõmercium ĩ eũ maxime locum mutui usus contraxere. id tum desertũ fuga incolarũ oppidum refertũ idem copia reru oĩum inuenerũt. Ibi statiua habentibus legati ab Epossognato uenerunt nunciãtes profectum eũ ad regulos gallorũ nihil æqui ĩpetrasse ex campestribus uicis agrisq; frequẽtes migrare: & cum cõiugibus ac liberis: quæ ferre ac agere possent: præsse agẽtes: portantesq; olympũ mõtẽ petere: ut inde armis locorũq; situ sese tueant. Certiora postea oreandẽsium legati attulerunt: toloſtobogorũ ciuitatem olympũ montem cepisse: diuersos tectosagos alium motem: qui magana dicatur: petisse: trocinos cõiugibus ac liberis apud tectosagos depositis armatorũ agmine toloſtobogis statuisse auxilium ferre. Erant aũt trium populorũ reguli Ortiago & Combolomarus: & Gaudotus: iis hæc maxime belli ratio sumendi fuerat: quod cum mõtes editissimos eius regionis tenerent: conuectis oĩbus: quæ ad usum: quãuis longi tpis sufficerent: tædio se fatigaturos hostes censebant: nã neq; ausuros per tam ardua atq; iniqua loca subire eos: & si conarentur uel parua manu prohiberi aut deturbari posse: nec quietos in radicibus gelidorũ montium sedentes frigus aut inopiam laturos: & cum ipsa altitudo locorũ eos tutaretur fossam quoq; & alia munimenta uerticibus iis: quos insederant: circũiecere: minima apparatus missilium telorũ cura fuit: quod saxa affatim præbituram asperitatẽ ipsam locorũ credebant. Consul quia non cõminus pugnã: sed procul locis expugnandis futurã præceperat aĩo: ingentem uim pilorũ uelitarium hastarũ sagyttarum glandisq; & modicorũ: qui funda mitti lapidum possent: parauerat instructoq; missilium apparatu ad olympum montem ducit: & a quinq; ferme millibus locat castra. Postero die cum quadringẽtis equitibus & Attalo pgressum eum ad naturam montis situmq; gallicorũ castrorũ uisendum: equites hostium duplex numerus effusus e castris in fugam auerterunt: occisi quoq; pauci fugiẽtium: uulnerati plures. Tertio die cum oĩbus ad loca exploranda profectus: quia nemo hostiũ extra munimenta processit: tuto circũuectus montem aĩaduertit meridiana regione terrenos & placide accliuos ad quendam finem colles esse septentrione ardue erectas prope rupes atq; oĩbus ferme aliis iuias itinera tria esse unum medio monte qua terrena erant: duo difficilia ab hyberno solis ortu: & ab æstiuo occasu. Hæc contemplatus eo die sub ipsis radicibus posuit castra: postero die sacrificio facto cum primis hostiis litasset: trifariam exercitum diuisum ducere ad hostem pgit: ipse cum maxima parte copiarum: qua æquissimum aditũ pbebat mons: ascendit: &. L. Manlium fratrem ab hyberno ortu: quoad loca patiantur: & tuto possit subire iubet: siqua periculosa & prærupta occurrant: nõ pugnare cum iniquitate locorũ neq; ĩsuperabilibus uim afferre: sed obliquo monte ad se declinare: & suo agmini coniungi. G. Heluiũ cum tertia parte circũire sensim per infima montis: deinde ab æstiuo occasu erigere agmen & Attali auxilia trifariam æquo numero diuisit: secum esse ipsum iuuenem iussit: equitatum cum elephantis in proxima tumulis planicie reliquit. edictum præfectis: ut intenti quid ubiq; geratur: aĩaduertant: opẽq; ferre: quo postulent res properent. Galli & ab duobus lateribus satis fidentes inuia esse: ab ea parte: quæ in meridiem uergeret: ut armis clauderent uiam: quattuor fere millia armatorũ ad tumulum iminentẽ uiæ mittunt: eo se rati uelut castello iter impedituros. Quod ubi romani uiderunt: expediunt sese ad pugnam: ante signa modico interuallo uelites: & ab Attalo cretẽses sagittarii: & funditores: & thralli thraces: signa peditum ut per arduũ leui gradu ducuntur: ita præse habentium scuta: ut missilia tautum uitarent: pede collato non uiderẽtur pugnaturi. Missilibus exinteruallo loci prælium cõmissum: & primo pares gallos loco adiuuante romanos uarietate: & copia

Gallorũ equitũ fuga & cædes

Galli sacerdotes

Gallorũ sacerdotes Vaticinãtur ro: Victoriã

In montes confugiunt & galli

Gallorũ cõsiliũ ĩ trahẽdo bello

Consul gallos olympum montem insidentis aggredi statuit

Consiliũ consulis ĩ gallis oppugnãdis

telorum:procedente certamine nihil iam æqui erat scuta longa cæterum ad amplitudinem corporum parum lata:& ea ipsa plana male tegebant gallos:nec iam tela alia habebant præter gladios: quorum cum manum hostis non conseret:nullus usus erat:saxis nec modicis:ut quæ non præparassent: sed quod cuiq; trepidanti ad manum ueniſſet:ut insueti nec arte:nec uiribus ad iuuantes ictum utebatur sagittis glande iaculis incauti & ab omni parte configebantur:nec quid agerent:ira & pauore obcæcatis animis cernebant:& erant deprehensi genere pugnæ:in quod minime apti sunt:non quemadmodum cõminus ubi inuicem pati:& inferri uulnera licet:accendit ira animos eoq;:ita ubi ex occulto & procul leuibus telis uulnerantur: nec quo ruant: cæco impetu habent:uelut feræ tranfixæ in suos temere incurrunt:detegebat uulnera eorum:& quod nudi pugnant:& sunt fusa & cãdida corpora: ut quæ nunquam nisi in pugna nudentur:ita & plus sanguinis e multa carne fundebatur: & fœdiores patebant plagæ:& candor corpoꝝ magis sanguine atro maculabatur:sed non tam patentibus plagis mouentur interdum insecta cute:ubi latior q̃ altior plaga est:& etiam glorioſius se pugnare putant: idem cum aculeus sagittæ aut glandis abditæ introrsus tenui uulnere in speciem urit:& scrutantis:quæ uelant telum:non sequitur:tum in rabiem & pudorem tam paruæ perimentis pestis uersi, prosternunt corpora humi:sicut passim procumberent:alii ruentes in hostem undiq; configebantur:& cum cõminus uenerant:gladiis a uelitibus trucidabantur.hic miles tripedalem parmam habet:& in dextera hastas: quibus eminus utitur:gladio hispanensi est cinctus:quod si pede collato pugnandum est:transfatis in leuam hastis stringit gladium.Pauci supererant iam galloꝝ:qui posteaq̃ ab leui armatura superatos se uiderunt & stare legionum signa:effusa fuga castra repetunt pauoris & tumulus iam plena:ut ubi fœminæ pueriq; & alia imbellis turba permixta esset romanos uictores deserti fuga hostium acceperunt tumuli.Sub idem tempus.L.Manlius &.G.Heluius:cum quoad uiam colles obliqui dederunt ascendissent:posteaq̃ ad inuia uentum est:flexere iter in partem montis:quæ una habebat iter:& sequi consulis agmen modico uterq; interuallo:uelut ex composito cœperunt.quod primo optimum factu fuisset:in id necessitate ipsa compulsi.subsidia enim in talibus iniquitatibus locoꝝ maximæ spei suis fuerant:ut primis forte deturbatis secundi & tegant pulsos:& integri pugnam excipiant.Consul posteaq̃ ad tumulos ab leui armatura captos prima signa legionũ puenerũt:respirare & cõquiescere paulisper iussit:simul strata per tumulos corpora gallorum ostentat: & cum leuis armatura prælium tale ediderit:quid ab legiõibus quid ab iustis armis:quid ab animis fortissimoꝝ militum expectari:castra illis capienda esse:in quæ compulsus ab leui armatura hostis trepidet.præcedere tamen iubet leue armaturam quæ cum staret agmen colligendis per tumulos telis:ut missilia sufficerent: haud segne id ipsum tempus consumpserat.Iam castris appropinquabant:& galli ne parum se munimenta sua tegerent:armati pro uallo constiterant:obruti deinde omni genere telorum:cum quo plures atq; densiores erant:eo minus uani quicq̃ intercideret teli:intra uallum momento temporis compellũtur: stationibus tantum firmis ad ipsos aditus portarum relictis.In multitudinem cõpulsam in castra uis ingens missilium telorum coniiciebatur:& uulnerari multos clamor permixtus mulierum atq; puerorũ ploratibus significabat in eos:qui portas stationibus suis clauserant:legionum antesignani pila conicerunt:hi uero non uulnerabantur:sed transuerberatis scutis plæriq; inter se conserti hærebant:nec diutius impetum romanorum sustinuerunt.Patentibus iam portis:priusq̃ irrumperent uictores: fuga e castris galloꝝ in omnes partes facta est:ruũt cæci per uias per inuia:nulla præcipitia saxa: nullæ rupes obstant:nihil præter hostem metuunt:ita plæriq; præcipites per uastam altitudinem prolapsi aut debilitati exanimatur.Consul castris captis direptiõe præda quibusq; abstinet:militem sequi pro se quẽq; instare & perculsis pauorem addere iubet:superuenit & alterum cum.L.Manlio agmen:nec eos castra intrare sinit:protinus ad persequendos hostes mittit:& ipse paulopost tradita captiuorum custodia tribunis militum sequitur:debellatum ratus:si in illo pauore quam plurimi cæsi forent aut capti.

Egresso consule.G.Heluius cum tertio agmine aduenit:nec continere suos a direptione castrorum ualuit:prædaq; eorum iniquissima sorte:qui pugnæ non interfuerant:facta est.Equites diu ignari & pugnæ:& uictoriæ suorum steterunt:deinde:& ipsi quantum equi in colles subire poterant: sparsus fuga gallos circa radices montis consectati cecidere:aut cepere.Numerus interfectorum haud facile iniri potuit:quia late inter omnes anfractus motium fugaq; & cædes fuit:& magna pars rupibus inuiis in profundæ altitudinis cõualles delapsa est:pars in siluis uepribusq; occisa.Claudius:qui bis pugnatum in olympo monte scribit ad.xl.millia hominum:auctor est:cæsa.Valerius Antias:qui magis i nuo mero augendo esse solet non plus decemmillia:numerus captiuorum haud dubie millia.x.expleuit: quia omnis generis ætatisq; turbam secum traduxerant demigrantium magis:q̃ in bellum cuntium modo.Consul armis hostium in uno concrematis tumulo cæteram prædam conferre omnes iussit: & aut uendidit:quod eius in publicum redigendum erat:aut cum cura:ut quam æquissima esset: per milites diuisit:laudati quoq; pro concione omnes sunt:donatiq; pro merito quisq; : ante omnes Attalus summo cæterorum assensu:nam singularis eius uiri tum uirtus & industria in omnibus laboribus periculisq;:tum modestia etiam fuerat.

Miserrima gallorũ cædes describitur

Attꝰ atrox gallis spectaculum

Velitaris armatura

Galloꝝ castra terror & ploratus inuadit

Galloꝝ castra capiũt

Attꝰ cæsoꝝ captorũq; galloꝝ numerus

Attali in ea pugna Virtus enituit



SVPERERAT BELLVM INTEGRVM CVM tectosagis: ad eos profectus cõsul tertiis castris Angiram nobilẽ in illis locis urbẽ peruenit: unde hostes paulo plus .x. millia aberãt: ubi cum statiua essent: facinus memorabile a captiua factũ est: Orisgontis reguli uxor forma eximia custodiebaf inter plures captiuos: cui custodiæ centurio præerat & libidinis & auaritiæ militaris: is primo aĩum tentauit: quẽ cum abhorrentẽ a uoluntario uideret stupro: corpori: qđ seruũ fortuna erat: uim fecit. deinde ad leniendam indignitatẽ iniuriæ spem reditus ad suos mulieri fecit & ne eam quidẽ ut amans gratuito certo auri põderepactus: ne quem consciũ suoꝝ haberet: ipsi pmittit: ut quem uellet: unũ ex captiuis nuncium ad suos mitteret: locũ ꝓpe flumẽ cõstituit: quo duo nec plus necessarii captiuæ cũ auro uenirent nocte insequẽti ad eam accipiendã. forte ipsius mulieris seruus inter captiuos eiusdẽ custodiæ erat: hunc nũnciũ primis tenebris extra custodiã centurio educit. Nocte insequenti duo necessarii mulieris ad constitutũ locũ & centurio cũ captiua uenit: ubi cum augꝝ ostenderẽt: quod summã talenti attici (tanti. n. pepigerat) expleret: mulier lingua sua ut stringerẽt: ferꝝ & cẽturionẽ pensantẽ augꝝ occiderent: imperauit. iugulati præcisum caput ipsa inuolutũ ueste ferens ad uirũ Orisgontẽ: qui ab olympo domũ effugerat: peruenit quẽ priusq̃ complecteret: caput centuriõis ante pedes eius abiecit: mirantiq; cuiusnã id caput hois: aut quod id facinus haud quaq̃ muliebre eẽt: & iniuriam corporis: & ultionem uiolate per uim pudicitiæ confessa uiro est aliaq; ut traditur: sanctitate & grauitate uitæ huius matronalis facinoris decus ad ultimũ conseruauit. Angiram in statiua tectosagum oratores ad consulẽ uenerũt petentes: ne ante castra moueret: q̃ collocutus cum suis regibus esset nullas conditiones pacis iis nõ bello fore potiores: tps in posteꝝ diem constituit: locusq; qui maxime medius inter castra galloꝝ & Angiram est uisus. Quo cũ consul ad tps cum præsidio quingẽtoꝝ equitum ueniisset: nec ullo galloꝝ ibi uiso regressus in castra esset oratores iidem redeũt excusantes religione obiecta uenire reges non posse: principes gẽtis: per quos æque res transigi posset: uenturos. consul se quoq; Attalũ missuꝝ dixit. Ad hoc colloquium utrinq; uentũ est: trecentos equites Attalus præsidii cã cum adduxisset: iactæ sunt pacis conditiões: finis rei: quia absentibus ducibus imponi nõ poterat cõuenit: uti consul regesq; eo loco postero die congrederẽtur. Frustatio galloꝝ eo spectabat: primũ ut terrerent tps: donec res suas: cũ quibus periclitari nolebant: cũ coniugibus ac liberis trãs halyn flumẽ traiicerent: deinde qđ ipsi consuli paꝝ cauto aduersus colloquii fraudem insidiabantur: mille ad eã rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerũt equites: & successisset fraus: ni pro iure gentiũ cuius uiolandi consiliũ initum erat: stetisset fortuna pabulatores lignatoresq; romani in eã partem: in qua colloquiũ futuꝝ erat: ducti sunt: tutius id futuꝝ tribunis ratis: quia cõsulis præsidiũ & ipsum pro statiõe habituri erant: hosti oppositi. suã tamen alterã stationem propius castra sexcentoꝝ equitũ posuerunt. Cõsul affirmante Attalo uenturos reges & trãsigi rem posse: profectus e castris cũ eodem: quo antea præsidio equitũ quingentoꝝ fere processit: sed cum nec multum a cõstituto loco abesset repente cõcitatis equis cũ impetu hostili uidet gallos uenientes. cõstituit agmẽ & expedire tela aĩosq; equitibus iussis: primo constãter initium pugnæ accepit: nec cessit deinde cũ prægrauaret multitudo cedere sensim nihil cõfusis turmaꝝ ordinibus cœpit: postremo cũ iam plus in mora periculi: quã in ordinibus conseruãdis præsidii esset: oẽs passim in fugam effusi sunt: Tum uero istare dissipatis galli: & cædere: magnaq; pars oppressa foret: ni statio pabulatoꝝ sexcenti equites occurrissent: ii procul clamore pauido suoꝝ audito: cum tela equosq; expedissent: integri profligatã pugnã acceperunt: itaq; uersa extemplo fortuna est: uersus in uictores a uictis terror: & primo impetu fusi galli sunt: & ex agris cõcurrebant pabulatores: & undiq; obuius hostis gallis, erat: ut ne quidẽ fugam facilẽ aut tutam haberẽt: qa recẽtibus eqs romani fessos sequebant pauci ergo effugerũt: captus est nemo: maior multo pars per fidẽ uiolati colloquii pœnas morte luerũt. Romani ardentibus aĩs postero die oĩbus copiis ad hostẽ peruenerunt. biduũ ad naturã montis per seipsũ explorandã: nequid ignoti esset absumpsit cõsul: tertio die cum auspicio operã dedisset. deinde imolasset in quattuor partes diuisas copias educit: duas ut medio mõte ducerent: duas a lateribus ut aduersus cornua galloꝝ erigeret. Hostiũ quod roboris erat: tectosagi & trocmi mediã tenebant aciẽ millia hoĩum quinquaginta: equitatũ quia equoꝝ nullus inter inæquales rupes usus erat: ad pedes deductũ. x. millia hoĩum ab dextero locauerũt cornu: Ariaratis cappadoces & morzi auxiliares in leuo quattuor ferme milliũ numeꝝ explebant. Cõsul sicut in olympo mõte prima acie locata leui armatura teloꝝ oĩs generis: ut æque magna uis ad manũ esset: curauit: ubi appropinq̃runt oĩa eadem utrinq; quæ fuerant in priore prælio erant: præter aĩos & uictoribus ab re secunda audãctos & hostibus fractos: quia & si nõ ipsi uicti erant: suæ gẽtis hoĩum cladem ꝓ sua ducebant. Itaq; a patribus initiis cœpta res eundẽ exitum habuit: uelut nubes leuiũ teloꝝ cõiecta obruit aciẽ galloꝝ: nec

Cũ Tectosagis bellã gerendũ erat

Mulier Vitæ pudicitiã

Oratores galloꝝ apud Attẽ. mulie consulẽ bre facibus

Gallorꝝ fides

Gallici equitatus insidiæ

Tectosagi montẽ insidẽtes oppugnantiꝫ

Acies numerus galloꝝ

aut procurrere quisq; ab ordinibus suis:ne nudarent undiq; corpus adiictus audebant & stantes quo
dciores erant:hoc plura uelut destinatũ petentibus uulnera accipiebãt.Consul iã per se turbatis:si le-
gionũ signa ostendisset:uersuros extẽplo in fugã oẽs ratus receptis inter ordines uelitibus & alia tur
ba auxiliog; aciem ꝓmouit.Galli & memoria tholostobogog; cladis territi:& in hærẽtia corporibus ge
rẽtes tela:fessiq; & stando & uulneribus:ne primũ quidẽ impetũ & claomrẽ romanog; tulerũt:fuga ad
castra inclinauit:sed pauci intra munimenta sese recepere:pars maior dextera leuaq; palati: qua quẽq;
impetus intulit:fugerũt.uictores usq; ad castra secuti ceciderunt terga:deinde in castris cupiditate ꝑdæ
Gallog; fu ga hæserunt:nec sequebat quisq;:in cornibus galli diutius steterunt:quia serius ad eos peruentũ est:cæte
rũ ne primũ quidem coniectũ telog; tulerunt.Cõsul qui:ingressos in castra ab direptiõe abstrahere nõ
Celtes gallos in fuga poterat:eos:qui in cornibus fuerant:ꝓtinus ad sequẽdos hostes misit:per aliquãtum spatiũ secuti nõ
plus tũ octomillia hoinm in fuga(nã pugna nulla fuit)ceciderũt reliqui flumẽ halyn transierũt.Roma
nog; magna pars ea nocte in hostiũ castris mansit:cæteros in sua castra cõsul reduxit:postero die capti
uos prædaq; recensuit:quæ tanta fuit:quãta auidissima rapiẽdi gens cũ cis mõtẽ taug; oĩa armis p mul
tos tenuisset annos coaceruare potuit.Galli ex dissipata fuga passim congregati magna pars saucia ut
Galli de pace Atq; ingẽ inermes:nudati oĩbus rebus oratores de pace ad consulẽ miserunt:eos Manlius Ephesũ uenire iussit
impetrãda tem ꝑdam ipse(iam.n.mediũ autũni erat)locis gelidis ꝓpinquitate mõtis tauri excedere ꝓperans:uictorẽ exerci
legatis ad Con: mittũt tum iu hyberna maritimæ oræ reduxit.Dũ hæc in Asia geruntur:in cæteris ꝓuinciis trãquillæ res fue
runt.Censores Romæ.T.Quintius Flaminius:&.M.Claudius Marcellus senatũ perlegerunt.Princi
pes in senatũ tertium lectus.P.Scipio Africanus quattuor soli prætetiti sunt:nemo curuli usus honore
& inequitatũ recensenso mitis admodũ censura fuit.substructionẽ sup æqui mediũ in capitolio:& uia
Tyberis crebra inundatio silice sternẽdam a porta capena ad Martis ædem locauerũt.cãpani:ubi censerẽtur:senatũ consuluerunt
decretũ uti romæ censerent.Aquæ ingẽtes eo anno fuerunt tyberis duodecies campum martiũ plana
q; urbis inundauit.Ab.Gn.Mãlio cõsule bello in Asia cum Gallis perfecto alter cõsul.M. Fuluius per
domitis ætolis cõ traiecisset in Cephaleniã:circa ciuitates insulæ misit percũctatũ utg; se dedere roma
nis an belli fortunã experiri mallẽt.metus ad oẽs ualuit:ne deditionẽ excusarent obsides inde impera
tos pro uiribus inopis populi uicenos aũt granonii:& phalenses:& samei dederunt.Insperata pax Ce
phaleniæ afulserat:cũ repente una ciuitas incertũ:quã ob cãm samei desciuerũt:quia opportuno loco
urbs posita esset:timuisse se aiebant:ne demigrare cogerẽtur ab romanis cæteg; ipsi ne sibi confixerint
metũ & timore uano quietũ excitauerint malũ:an iactata sermonibus res apud romãos perlata ad eos
sit nihil cõperti est:nisi qd datis iam obsidibus repente portas clauserunt:& ne suog; quidẽ ꝑcibus (mi
serat.n.sub muros consul ad tentandũ misericordiã parentũ populariũq;)desistere ab icepto uoluerũt.
Oppugnari deinde:posteaq; nihil pacati respondebat:cœpta urbs est appatum oẽm tormẽtog; machi
narumq; transuectũ ab Ambraciæ oppugnatiõe habebat:& opera quæ facienda erãt impigre milites
De fundis pfecerũt:duobus igit locis admoti arietes ẽtiebat muros.Nec ab sameis quicq; quo:aut opa aut hostis
arceri posset:prætermissum est:duabus tũ maxime resistebant rebus una interiorẽ semp iuxta uallum
pro diruto nouũ obstruentes mug;:altera eruptiõibus subitis nũc in opera hostiũ:nunc in statiões:&
Sameog; oppugna tio plærũq; iis præliis supiores erãt.Vna ad terrendos inuẽta haud memorata res est:centũ funditores ab
Egio:& Patris:& Dymis accĩti:a pueris ii more quodã gentis saxis globosis:qbus ferme harenæ imix
tis strata littrora sunt:funda in mare apertũ incessentes exercebant itaq; lõgius certiore & ualidiore ic
tu:q balearis funditor eo telo usi sunt:& est nõ simplicis habenæ:ut balearica aliag; gentiũ funda.sed
triplex scutale crebris futuris duratũ:ne fluxa habæna uolutet in iactu glans:sed librata cũ sederit:ue
lut neruo missa excutiat:coronas modici circuli magno ex interuallo loci assueti traiicere:non capita
solum hostiũ uulnerabant:sed quẽ locũ destinassent oris:Eæ fũdæ sameos cohibuerũt:ne tam crebro
neue tam audacter erumperẽt:adeo ut præcarẽtur ex muris achæos:ut parũper abscederẽt:& cũ roma
nis stationibus pugnãtes quietæ spectarẽt.quattuor menses obsidionẽ samei sustinuerũt cũ ex paucis
quottidie aliqui eog; caderent:aut uulnerarẽtur:& qui superarẽt fessi:& corporibus & aĩs essent roma
ni nocte per arcẽ:q cyatiden uocãt(nam urbs in mare deuexa in occidentẽ uergit)muro superato ĩ fo
rum peruenerũt.Samei posteaq; captã partem urbis ab hostibus senserũt.cum cõiugibus ac liberis in
maiorẽ refugerunt arcẽ inde postero die dediti:direpta urbe sub corona oẽs uenierunt.Cõsul cõposi
In pch sed trinit tis rebus Cephaleniæ præsidio ĩpositio:in Peloponesum iãdiu accersentibus egiẽsibus maxime ac la
cedæmoniis traiecit:Egiũ a principio achaici cõcilii semp cõuentus gentis indicti sunt:seu dignitati ur
bis id seu loci opportunitati datũ est:hũc morem Philopœmenes in eo primũ anno labefactare cona
tus:legẽ parabat ferre:ut in oĩbus ciuitatibus:quæ achaici cõcilii essent:inuicẽ conuẽtus agerentur:&
sub aduentũ cõsulis demiurgis ciuitatũ qui sũmus est magistratus Egiũ euõcantibus: Philopœmenes p
tor tũ erat:Argos conuentũ edixit.quo cũ appareret oẽs fere conuẽturos:consul quoq;:quamq; egien
sium fauebat causæ:Argos uenit ubi cũ disceptatio fuisset:& rem inclinatã cerneret:icepto destitit:La
cedæmonii deinde eũ in sua certamina auerterunt sollicitã eam ciuitatũ exules maxime habebãt quo
rum permagna pars in maritimis laconicæ oræ castellis:quæ oẽs adepti erant:habitabãt id ægre patiẽ
tes lacedæmonii:ut aliquẽ liberũ ad mare haberẽt aditũ:siquãdo Romã alioue:quo mitterẽt legatos
simulq; ut emporiũ & receptaculũ peregrinis mercibus ad necessarios usus esset:nocte adorti uincum

maritimum noie Lamĩ Improuiſo occupauere. Vicani: quiq; ibi exules habitabant: primo inopinã ta re territi ſunt: deinde ſub lucem cõgregati leui certamine expulerunt lacedæmonios. terror tamen oẽm maritimã orã peruaſit: legatoſq; cõiter & caſtella oĩa uiciq; & exules: quibus ibi domicilia etãt: ad achæos miſerunt. Philopœmenes prætor iã inde ab initio exulũ cauſæ: & amicus & auctor ſemp achæis minuẽdi opes & auctoritatẽ lacedæmonioꝝ concilĩũ querẽtibus dedit: decretũq; referente eo factũ eſt: cũ in fidẽ achæoꝝ tutelamq; T. Quintius & romani laconiæ oræ caſtella & uicos tradidiſſent: ut cũ abſtinere his ex fœdere lacedæmõii deberẽt: Lamis uicus oppugnatus eſſet: cædeſq; ibi facta qui eius rei auctores affineſq; eſſent: niſi dederent achæis uiolatũ uideri fœdus. ad expoſcendos eos legati extemplo Lacedæmonẽ miſſi ſunt id imperiũ adeo ſeperbũ & indignũ lacedæmoniis uiſum eſt: ut ſi antiquæ ciuitatis fortuna eſſet: haud dubie arma extemplo capturi fuerint: maxime aũt cõſternauit eos metus: ſi ſemel primis imperiis obediẽdo iugum accepiſſent: ne id: quod iandiu moliretur: Philopœmenes exulibus Lacedæmonẽ traderet. Furentes igit̃ ira triginta hoĩbus ex factione: cũ qua concilium aliqua ſocietas Philopœmeni atq; exulibus erat: interfectis: decreuerũt renunciandã ſocietatem achæis: legatoſq; extemplo Cephaleniã mittendos: qui cõſuli. M. Fuluio: quiq; romanis lacedæmonẽ dederent: orarentq; eũ: ut ueniret in Pelopõneſum ad urbem lacedæmonẽ in fidẽ dicionẽq; populi roaccipiendã. Id ubi legati ad achæos rettulerunt oĩum: ciuitatũ: q̃ eius cõcilii erant: cõſenſu bellum lacedæmõiis indictũ eſt. ne extemplo gereret: hyems impediit: incurſiõibus tamẽ paruis latrocinii magis quam belli mõ non terra tantũ: ſed ẽt nauibus a mari fines eoꝝ uaſtati. hic tumultus cõſulem in Pelopõneſum adduxit iuſſuq; eiuſ Helin concilio indicto lacedæmonii ad diſceptandum acciti. Magna ibi non diſceptatio mõ: ſed etiã altercatio fuit: cui cõſul cum alia ſatis ambitioſe partem utrãq; fouendo in certa reſpondiſſet: una denunciatiõe ut bello abſtinerent donec Romã legatos ad ſenatum miſiſſent: finem ipoſuit. Vtrinq; legatio miſſa Romã eſt: exules quoq; lacedæmonioꝝ ſuam cãm legationemq; achæis iniunxerũt. Diaphanes & Lycortas megalopolitani ambo principes legatiõis achæoꝝ fuerũt, qui diſſidentes in rep. tum quoq; minime inter ſe conueniẽtes orationes habuerũt. Diaphanes ſenatui diſceptationẽ oĩum reꝝ permittebat. eos optime cõtrouerſias inter achæos ac lacedæmonios finiti mos eſſe: Lycortas ex præceptis Philopœmenis poſtulabat ut achæis ex fœdere ac legibus ſuis: quæ decreſſent: agere liceret: libertatemq; ſibi illabatam: cuius ipſi auctores eſſent: præſtarẽt. Magnæ auctoritatis apud romanos tũ gens achæoꝝ erat: nouari tamẽ nihil de lacedæmoniis placebat. cæteꝝ reſpõſum ita perplexum fuit: ut & achæi ſibi de Lacedæmone permiſſum acciperent: & lacedæmonii nõ oĩa conceſſa iis interprætarent. Hac poteſtate imodice achæi ac ſuperbe uſi ſunt. Philopœmeni continuat magiſtratus: qui ueris initio exercitu indicto: caſtra in finibus lacedæmonioꝝ poſuit: legatos deide mi fit ad depoſcendos auctores defectionis & ciuitatẽ in pace futuram: ſi id feciſſent: pollicens: & illos nihil indicta cauſa paſſuros. Silentium præ metu cæteroꝝ fuit: quos nominatim depopoſcerat: ipe ſe itu ros, pfeſſi ſunt: fide accepta ab legatis uim ab futurã donec cãm dixiſſent. ierunt alii etiam illuſtres uiri & aduocati priuatis: & quia pertinere cãm eoꝝ ad rempu. cenſebant. Nunquã alias exules lacedæmonioꝝ achæi ſecum adduxerant in fines: quia nihil æque alienatuꝝ aĩos ciuitatis uidebatur: tunc exercitus totius prope anteſignani exules erant: ii uenientibus lacedæmoniis ad portam caſtroꝝ agmine ſacto occurrerunt: & primo laceſſere iurgiis: deinde altercatione orta cum accenderẽtur iræ: ferociſſimi exulum impetũ in lacedæmonios fecerũt. Cum illi deos & fidẽ legatoꝝ teſtarẽtur: & legati & prætor ſũmoueret turbas: & ꝓtegeret lacedæmonios uinculaq; iam quoſdã iniiciẽtes arceret: creſcebat tumultus concitata turba. Et achæi ad ſpectaculum primo concurrerũt: deide uociferãtibus exulibus: quæ paſſi forent: & orantibus opẽ: affirmantibuſq; ſimul nunq̃ talẽ occaſionẽ habituros: ſi eam ꝓmiſiſſẽt fœdus quod in capitolio: q̃ Olympiæ: quod in arce Athenis ſacratũ fuiſſet: irritum per illos eſſe: priulq̃ alĩo deintegro fœdere obligent noxios puniendos eſſe. accẽſa his uocibus multitudo ad uocem unius qui: ut ferirent: inclamauit: ſaxa coniecit. atq; ita. xvii. quibus uincula per tumultũ iniecta erãt interfecti ſunt. lxiii. poſtero die cõpræhenſi: a quibus prætor uim arcuerat: nõ quia ſaluos uellet ſed quia perire cauſa indicta nolebat: obiecti multitudini iratæ cum auerſis auribus pauca locuti eſſent: dãnati oẽs: & traditi ſunt ad ſuppliciũ. Hoc metu iniecto lacedæmoniis imperatũ primum: ut muros diruerẽt deinde ut oẽs externi auxiliares: qui mercede apud tyrannos militaſſent terra laconica excederent: tũ uti quæ ſeruitia tyranni liberaſſent (ea magna magnitudo erat) ante diem certã abirent: qui ibi mãſiſſent: eos prehendẽdi: uendendi: abducẽdi achæis ius eſſet. Lycurgi leges moreſq; abrogarent: achæorum aſſueſcerẽt legibus inſtitutiſq;: ita unius eos corporis fore: & de oĩbus rebus facilius cõſenſuros. Nihil obediẽtius fecerunt: q̃ ut muros diruerent: nec ægrius paſſi ſunt: quã exules reduci. decreꝝ Tegeæ in concilio cõi achæoꝝ de reſtituendis iis factũ eſt: & mentiõe illata externos auxiliares dimiſſos: & lacedæmoniis a ſcriptos (ita. n. uocabant: qui a tyrannis liberati erant) urbe exceſſiſſe in agros dilapſos: priuſq̃ dimitteret exercitus: ire prætorem cũ expeditis: & cõprehendere id genus hoĩum: & uendere iure ꝑdæ placuit. multi cõprehenſi uenierũt: porta & ex ea pecunia Megalopoli permiſſu achæorum refecta eſt: quã lacedæmonii diruerant. Ager belbinatis: quẽ iniuria tyranni lacedæmonioꝝ poſſederant: reſtitutus eidẽ ciuitati ex decreto uetere achæoꝝ quod factũ erat Philippo Amyntæ filio regnante. Per hæc uelut eneruata ciuitas lacedæmonioꝝ diu achæis obnoxia fuit: nulla tamẽ res tanto

Lacedæmonioꝝ deditio

Lacedæmonioꝝ legatos admittit de diſcep. Ratione eoꝝ diſceptanda

Philopœmenis depoſit. clarã. ſibi auctores defectionis

Duo Lacedæmonii puniti

Supplicii ſint de lacedæmoniis ſũptum

Lycurgi leges abolite

M. Valerius messala G. Liuius salinator cõsu.

erat damno: q̃ disciplina Lycurgi: cui per octingentos annos assueuerant sublata. A concilio ubi a consule inter ahæos lacedæmonios q̃ disceptatum est. Marcus Fuluius: quia iam in exitu annus erat: comitio: causa p̃fectus Romã creauit consules Marcũ Valeriũ Messalã: &. G. Liuiũ Salinatorẽ. M. Aemyliũ Lepidum inimicũ eo quoq; anno petentẽ discessisse tradunt p̃tores inde creati. Qu. Martius Philippus M. Claudius Marcellus. G. Stertinius. G. Catinius. P. Claudius Pulcher. L. Mãlius. Accidinus. Comitiis perfectis consulẽ. M. Fuluium in prouinciã ad exercitũ redire placuit: eiq; & collegæ. Gn. Manlio imperiũ in annũ prorogatũ est: Eo anno in ædem Herculis signũ dei ipsius ex decẽuiro: responso & seiuges in capitolio aurati ab. Gn. Cornelio positi: cousulẽ dedisse inscriptũ est. &. xii. clypea ærata ab edilibus curulibus. P. Claudio: &. P. Sulpicio Galba sunt posita: ex pecunia: qua frumẽtarios ob annonã cõpressã damnarũt & ædilis plebis. Qu. Fuluius Flaccus duo signa aurata uno reo dãnato (nam separati accusati erant) posuit. collega eius. A. Cecilius neminem condẽnauit. ludi romani ter: plebeii quinquies toti instaurati. M. Valerius Messalla inde &. G. Liuius Salinator consulatũ idibus martiis cũ iniissent de rep. deq; puinciis & exercitibus senatũ consuluerũt. De Aetolia & Asia nihil mutatũ est. consulibus alteri Pisæ cum liguribus: alteri Gallia prouincia decreta est compare inter se aut sortiri iussi: & nouos exercitus binas legiones scribere: & ut sociis latini noĩs quinadena millia peditum imperarẽt & mille & ducẽtos equites. Messalæ ligures: Salinatori obtigit Gallia. prætores ide sortiti sunt. M. Claudio urbano. P. Claudio peregrina iurisditio euenit: Qu. Martius Siciliam: Gaius Stertinius Sardiniã. L. Manlius Hispaniã citeriorẽ. G. Catinius ulteriorem est sortitus. De exercitibus ita placuit: e Gallia legiones quæ sub Gaio Lælio fuerant ad. M. Tutium proprætorẽ in Brutios traduci: & qui in Sicilia eẽt dimitti exercitum: & classem: quæ ibi esset: Romã reduceret. M. Sempronius: pro Hispanis legiones singulæ quæ tum in iis prouinciis erant: decretæ & ut ternamillia peditum ducenos equites ambo prætores in supplementum sociis imperarent: secumq; transportarent.

Prouiciarũ ordinatio

Tempꝫ nouendiale sacrificium



Ius suffragii ferẽdi

PRIVSQ̃ VAM IN PROVINCIAS NOVI magistratus proficiscerentur: supplicatio primo pro collegio decẽuiro: imperata fuit i oibus compitis: quod luce inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerant: & nouẽdiale sacrificium indictum est: quod in auentino lapidibus pluuisset. Campani cum eos ex senatusconsulto quod priore anno factum erat Romæ: censores cẽseri coegissent nam antea incertũ fuerat: ubi censerẽtur: petierunt: ut sibi ciues romanas ducere uxores liceret: & siqui prius duxissent: ut habere eas: & ante eam diẽ nati uti iusti sibi liberi hæredesq; essent. utraq; res impetrata. De formianis fundanisq; municipibus & arpinatibus. G. Valerius Tappo tribunus plebis p̃mulgauit: uti iis suffragii latio: nam ante sine suffragio habuerant ciuitatẽ. esset. huic rogationi quattuor tribuni plebis: quia nõ ex auctoritate senatus ferret cũ intercederent: edocti populi esse nõ senatus ius suffragiũ: quibus uelit impartiri: destiterunt incepto. rogatio perlata est: ut æmylia tribu formiani & fundani: in cornelia arpinates ferrent: atq; in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito censi sunt. M. Claudius Marcellus censor sorte superato. T. Quintio lustrum condidit censa ciuiũ capita. cclxiii. millia. cccviii. lustro perfecto consules in p̃uincias p̃fecti sunt. Hyeme ea: qua hæc Romæ gesta sunt: ad Gnæũ Manlium consulẽ primũ deinde procõsulem hybernantẽ in Asia legationes undiq; ex oibus ciuitatibus gentibusq; quæ cis tauꝝ monte incolunt: cõueniebant: sed ut clarior nobiliorq; uictoria romanis de rege Antiocho fuit quam de gallis: ita lætior sociis erat gallis: quã de Antiocho: tolerabilior regia seruitus fuerat quã feritas imanium barbarorum incertusq; in dies terror. quo uelut tẽpestas eos populantes inferret. itaq; ut q̃bus libertas Antiocho pulso. pax gallis domitis data esset nõ gratulatum modo uenerãt: sed coronas ẽt aureas pro suis quæq; facultatibus attulerãt. Et ab Antiocho legati & ab ipsis gallis ut pacis leges dicerent: & ab Ariarathe rege cappadocũ uenerũt ad ueniã ad petendã: luẽdamq; pecunia noxã quod auxiliis Antiochũ iuuissẽt. ei. cc. talenta argẽti sunt imperata gallis. responsum cũ Eumenes rex uenisset tũ datuꝝ iis legẽ ciuitatum legationes cõ benignis responsis lætiores ẽt: qnam uenerant dimissæ. Antiochi legati pecuniam in Pamphiliã frumentumq; ex pacto cũ. L. Scipione fœdere iussi aduehere: eo se cũ exercitu uẽturum. Principio deide ueris lustrato exercitu profectus die. viii. Apameam uenit: ubi triduũ stationis habitis tereiis rursus ab Apamea castris in Pamphiliam: quo pecuniã frumẽtumq; regios conuehere iusserat: peruenit mille & quingenta talenta argenti accepta Apameã deportantur. frumẽtum exercitui diuiditur. inde ad pergamũ ducit: quæ una in iis locis regio tenebatur præsidio. appropinquanti p̃fectus præsidii obuius fuit. xxx. dieꝝ tps petens ut regem Antiochum de urbe tradẽda consuleret. dato tpe ad eam diem decessit præsidio & a Pergamo. L. Manlio fratre cũ quatttuormillibus militũ Oroanda ad reliquũ pecuniæ ex eo: q̃d pepigerant: exigendum misso: ipse quia Eumenẽ regem & decẽle

Læta de gallis uictoria

Cũa grata societas gallꝝ Ro: fuerit

gatos ab Roma Ephesum uenisse audierat: iussis sequi antiochi legatis apameam exercitum reduxit. ibi ex decem legatorum sententia fœdus in hæc uerba cum Antiocho conscriptum est. amicitia regi cum populo ro. his legibus & conditionibus esto: ne quem exercitum: qui cum po. ro. sociisue bellum gesturus erit rex per fines regni sui eorũue: qui sub dicione eius erunt: transire finito: ne cõmeatu: neue qua alia ope iuuato. idem romani sociiq; Antiocho & iis: qui sub imperio eius erunt: presteut. Belli gerendi ius Antiocho ne esto cum illis qui insulas colunt: neue in europam transeũdi. Excedito urbibus agris uicis castellis cis taurum montem usq; ad Tanaim amnem: & ea ualle tauri usq; ad iuga: qua in lycaoniam uergit: neq; arma efferto ex iis oppidis agris castellisq; qbus excedat. si qua extulit: quæ quoq; oportebit: recte restituito. ne militẽ: neue quem alium ex regno Eumenis recipito. siqui earum urbium ciues: quæ regno abscedunt: cum rege Antiocho ĩtraq; fines eius regni sunt: Apameam omnes ante diem certam redeant: qui ex regno Antiochi apud romanos socios q; sunt: iis ius abeundi manendi q; esto. Seruos seu fugitiuos seu bello captos: seu quislibet captus aut transfuga erit: reddito romanis sociisq; elephantos tradito omnes: neq; alios parato. tradito & naues longas armamẽtaq; earum: neue plures quam decem naues. nulla plus quã. xxx. remis agatur: habeto. minorẽ ea belli causa quod ipse illaturus erit. neue nauigato citra Calicandrum: neue Sarpedonium promõtoria: extra quam siqua naues pecuniam stipendium aut legatos: aut obsides portabit. Milites mercede conducendi ex iis gentibus: quæ sub dicione populi romani sunt: Antiocho regi ius ne esto: ne uoluntarios quidem recipiendi. Quæ ædes ædificiaq; intra fines regni Antiocho sunt: quo iure ante bellum fuerunt: eo rhodiorum sociorũue sunto: siquæ pecuniæ debentur: earum exactio esto. siquid ablatum est: id conqrendi cognoscendi repetendiq; ius esto. si quas urbes: quas tradi oportet: ii tenent: quibus Antiochus dedit: ex iis presidia deducito: utiq; recte tradantur: curato. Argenti probi. xii. millia attica. talenta dato ĩtra duodecim annos pensionibus æquis. talentum ne minus pondo. lxxx. romanis ponderibus pendat: & tritici. xl. millia modiũ. Eumeni regi talenta. cccl. intra quinquẽnium dato: & pro frumento: quod æstimatione fiat talenta. cxxyii. Obsides romanis. xx. dato: & triẽnio mutato: ne minores octonum denum annorum: neu maiores quinum quadragenum. siqui sociorum populi romani ultro bellum inferẽt Antiocho: uim ui arcendi ius esto: dum neq; urbem aut belli iure teneat: aut in amicitiam accipiat: controuersias inter se iure ac iudicio disceptent: aut si utrisq; placebit bello. De Annibale pœno: & ætolo Thoante: & lysimacho acarnane: & chalcidensibus Eubulida & Philopœmene dedendis in hoc quoq; fœdere ascriptum est: & ut siquid postea addi mutariue placuisset: ut id saluo fœdere fieret.

Fedus ꝯscriptũ ĩ Anthi.



CONSVL IVRAVIT IN HOC FOEDVS: AB rege qui exigerent iusiurãdum profecti. Qu. Minutius Thermus: &. L. Manlius qui forte tum ab Orãdis rediit: &. Qu. Labeoni: qui classi pẽrat: scripsit: ut Patara extemplo proficisceretur: quæq; ibi naues regiæ essent: cõcideret: cremaretq;. Profectus ab Epheso quinquaginta tectas naues aut concidit aut incẽdit. Thelmessum eadem expeditione territis subito aduentu classis oppidanis recepit. ex lycia protinus iussis ab Epheso sequi: qui ibi relicta erant: per insulas in Græciam traiecit: Athenis paucos moratus dies: dum Pyræum ab Epheso naues uenirent: totam inde classem in Italiam reduxit. G. Manlius cum inter cætera: quæ accipiẽda ab Antiocho erant: elephãtos quoq; accepisset: donoq; Eumeni omnes dedisset: deinde causas ciuitatum multis iter nouas res turbatis cognouit. & Ariarathes rex parte dimidia pecuniæ imperatæ beneficio Eumenis: cui desponderat filiam: per eos dies dimissa. in amicitiam ẽ acceptus. Ciuitatum autem cognitis causis decem legati aliam aliarum fecerunt conditionem: quæ stipendiariæ regi Antiocho fuerant & cum populo romano senserant: iis immunitatem dederunt: quæ partium Antiochi fuerant aut stipendiariæ Attali regis: eas omnis uectigal pendere Eumeni iusserũt. nominatim præterea colophoniis: qui in Notho habitant: & cymeis: & milesenis immunitatem concesserunt: clazomeniis super immunitatẽ & Donissam insulã dono dederũt: & milesiis: quem sacrum appellant: agrum restituerunt: & ilienſibus Rhœtiũ & Gergicum addiderunt: non tam ob recentia ulla merita: quam originum memoria. eadem & dardanum liberandi causa fuit. Chios quoq; & smyrnæos & erithræos pro singulari fide: quam eo bello præstiterunt: & agro donarunt: & in omni pcipuo honore habuerunt. phocœnsibus & ager: quem ante bellum habuerant redditus: & ut legibus antiquis uterẽtur: permissum. Rhodiis affirmata: quæ data priore decreto erant: Lycia: & Caria data & usq; ad mæandrum amnẽ præter Messum. Regi Eumeni Cheronnesum in Europa: & Lysimachiam: & castella: ui cos: agrum: quibus finibus tenuerat Antiochus: adiecerunt: in Asia Phrigiam utrãque alteram ad Helespontum: maiorem alteram uocant: & Misyam: q̃ Prusias rex ademerat: restituerunt: & Lycaoniam: Mysiam: & Lydiã: & nominatim urbẽ Thrallis. atq; Ephesum: & Telmessum. De Pamphylia disceptą

Ro. munifi cẽtia in eumenẽ regẽ

Vide ne gargarũ sit legendum lege phini um & stra bonem

tum inter Eumenis & antiochi legatos cum esset:quia pars eius citra pars ultra taurum est integra: ad senatum reiicitur.His fœderibus decretisq; datis Manlius cum decem legatis omniq; exercitu ad Hel lespontum profectus:& euocatis eo regulis gallorum leges:quibus pacem cum Eumene seruarent:di xit:denunciauitq;:ut morē uagandi cum armis finirent:agrorumq; suorū terminis se continerent. Cō tractis deinde ex omni ora nauibus & Eumenis ēt classe per atheneum fratrem regis ab Elea adducta copias omnis in Europam traiecit:inde per Cherronesum modicis itineribus graue pda omnis ge neris agmen trahens Lysimachiæ statiua habuit:ut quāmaxime recentibus & integris iumētis Thra ciam:per quā iter uulgo horrebant:ingrederetur.Quo profectus est ab Lysimachia die ad amnē:mela na quem uocant:inde postero die ad Gypsæas peruenit.a Gypsæis uia fere decēmillium siluestris an gusta confragosa excipiebat:propter cuius difficultatem itineris in duas partes diuisus exercitus:& p cedere una iussa:altera magno interuallo cogere agmē:media impedimenta interposuit:plaustra cum pecunia publica erant ptiosaq; alia pda.Itaq; cum per saltum iret thracum decem haud amplius millia ex quattuor populis astii & Cornelii ad ipsas angustias uiam circūsederunt.opinio erat non sine Phi lippi regis macedonum fraude id factum:eū sciisse non alia quam per Thraciam redituros romanos:& quantam pecuniam secum portarent.in primo agmine imperator erat sollicitus pp iniquitatem loco rum.Thraces nihil se mouerunt:donec armati transierūt:posteaq; primos superasse angustias uiderūt: postremos nondū appropinquantes:impedimenta & sarcinas inuadunt:cæsisq; custodibus partim ea: quæ in plaustris erant:diripere:partim sub oneribus iumenta abstrahere cœperunt.Vnde posteaq; cla mor primum ad eos:qui iam ingressi saltum sequebantur: deinde ēt ad primum agmen est perlatus: utrinq; in medium concurrit:& inordinatum simul pluribus locis plium cōferitur.Thracas pdas ipsa impeditos oneribus:& plærosq;:ut ad rapiendum manus uacuas haberent:inermes ad cædē præbet. romanos iniquitas locorum barbaris per calles notos occursantibus & latentibus interdum per cauas ualles prodebant:ipsa ēt onera plaustraq;:ut fors tulit:his aut illis incōmode obiecta pugnantibus ipe dimento sunt.alibi pondo:alibi prædæ uindex cadit:prout locus iniquus æquusue his aut illis:prout aius pugnantium est:prout numerus:alii pluribus:quam ipsi erant:alii paucioribus occurrerāt: uaria pugnæ fortuna est:multi utrinq; cadunt.Iā nox appetebat:cum plio excedunt thraces non fuga uulne rum aut mortis:sed quia satis pdæ habebant.Romanoꝝ primum agmen extra saltū circa templū nem didium castra loco aperto posuit:pars altera ad custodiam impedimentoꝝ medio in saltu duplici cir cundata uallo mansit:postero die prius explorato saltu:q̄ mouerent:primis se coniungit.In eo plio cū & impedimentoꝝ pars:& calonum:& milites aliquot:cum passim toto prope saltu pugnaretur:cecidis sent.Qu.Minutii Thernii morte omissum est inceptū fortis ac strenui uiri. Eo die ad hebrum flumen puentum est:inde enioꝝ fines:pter Apollinis geruntiū quem uocant incolæ:templū superant.Aliæ an gustiæ circa Tympira excipiunt:hoc loco nomen est:nec minus confragosæ q̄ priores:sed quia nihil sil uestre circa est:ne latebras quidē ad insidiandum pbent.huc ad eādem spem pdæ thrausiigens & ipsa thracum conuenere:sed quia nudæ ualles:procul ut conspicerent:angustias obsidentes efficiebāt: mi nus terroris tumultusq; fuit apud romanos:quippe & si iniquo loco:plio tñ iusto acie aperta collatis si gnis dimicandum erat:conferti subeuntes cū clamore impetu facto primum expulere loco hostes: de inde auertere:fuga inde cædesq; suis ipsos ipedientibus angustiis fieri cœpta est. Romani uictores ad uicū maronitarum:Salentū appellant:posuerunt castra:postero die patēti itinere priaticus campus eos excepit:triduumq; ibi frumentū accipientes manserunt:ptim ex agris maronitaꝝ conferentibus ipsis: partim ex nauibus suis:q̄ cum oīs generis commeatu seq̄bantur.Ab statiuis diei uia apolloniā fuit:in de per abderitaꝝ agrum Neapolin puentum est:hoc oē per græcoꝝ colonias pacatum iter fuit: reliqu um inde p medios thracas dies nocteq;:& si non infestum tñ suspectū donec in Macedoniā peruene runt.Mitiores thracas idē exercitus:cū a Scipione eadem uia duceret:habuerat.nullāob aliam cām: q̄ qd pdæ minus quod peteret:fuerat.q̄q̄ tum quoq; Claudius auctor est ad qndecimmillia thracum p cedenti ad explorāda loca agmini Mudini numidæ occurrisse:quattuor centū equites fuisse numidas paucos elephantos.Mudinis filiū p medios hostium cū centum qnquaginta delectis eqtibus prupisse eundē cum mox Mudines iā medio elephātis collocatis:in cornu eqtibus dispositis: manū cum hoste conseruisset:terrorē ab tergo præbuisse:atq; inde turbatos equestri uelut pcella hostis ad peditū agmē non accessisse.Gn.Manlius p Macedoniā in Thessaliam exercitū traduxit:ide p Epiꝝ Apolloniā cum pueniisset:nondū ab hyberno contēpto mari ut traiicere auderet:Apolloniæ hybernauit.Exitu prope anni.M.Valerius consul ex liguribus ad magistratus subrogandos Romā uenit:nulla memorabili in puincia gesta re:ut ea pbabilis moræ cā esset:qd solito serius ad comitia uenisset.Comitia consulibus rogādis fuerūt ad.xii.Calēdas martias:creati.M.Aemylius Lepidus.C.Flaminius. postero die ptores facti.Ap.Claudius Pulcher:Seruius Sulpicius Galba:Qu.Terētius Culeo.Qu.Terctius Messalla.Qu. Fuluius Flaccus.M.Furius Crassus.Comitiis pfectis:quas puincias ptoribus esse placeret:rettulit ad senatū consul.ii.decreuerūt duas Romæ iuris dicendi cā:duas extra Italiā Siciliam & Sardiniā duas in Italiam Tarentū & Galliā:& extēplo:priusq; inirent magistratū: sortiri iussi. Ser.Sulpicius urbanā. Qu. Terentius pegrinam est sortitus.L.Terentius Siciliā.Qu.Fuluius Sardiniā.M.Claudius Tarentū.M. Furius Galliam.Eo anno.L.Minutius Myrtillus:&.L.Manlius:quod legatos carthaginenses pulsasse

Insidiæ thracum

Thraces latrocinanti um more i ro. ipetum faciunt

Qu. Minutii iteritus

M. Aemilius lepidus C. Flaminius consſ.

Prouintiæ ordinatio

dicebantur:iussu.M.Claudii ptoris urbis per fœciales traditi sunt legatis:& Carthaginem aduecti.In liguribus magni belli & gliscentis in dies magis fama erat:itaq; consulibus nouis:quo die de prouinciis & de rep.rettulerunt:senatus utriq; ligures prouinciam decreuit.Huic senatusconsulto Lepidus consul intercedebat:indignum esse pdicans consules ambo in ualles ligurum includi.M.Fuluium:&.Gn. Manlium bienniũ iam alterum in Europa:alteq; in Asia uelut pro Philippo atq; Antiocho substitutos regnare.Si exercitus in his terris esse placeat:consules iis potius quam priuatos pesse oportere.uagari eos cum belli terrore per nationes:quibus bellum indictũ non sit:pacem ptio uendicantes.si eas prouincias exercitibus obtinere opus esset:sicut.M.Attilio.L.Scipioni consulibus.M.Fuluius &.Gn.Mãlius successissent consules:ita Fuluio Manlioq;.Gn.Liuiũ &.M.Valeriũ consules debuisse succedere.Nunc certe perfecto ætolico bello:recepta ab Antiocho Asia:deuictis gallis:aut consules ad exercitus consulares mitti:aut reportare legiones inde reddiq; tandem reip.debere.Senatus his auditis in sententia peseuerauit:ut consulibus ambobus ligures prouincia esset:Manlium Fuluiumq; decedere de prouinciis:& exercitus inde deducere ac redire Romam placuit.Inimicitiæ inter.M.Fuluiũ:&.P.Aemylium consulem erant:& super cætera Aemylius serius biennio se consulem factum.M.Fuluii opera dicebat: itaq; ad inuidiam ei faciendam legatos Ambracienses in senatum subornatos criminibus introduxit: qui sibi cum in pace essent imperata:quæ prioribus consulibus fecissent:& eadem præstare obedienter M.Fuluio parati essent:bellum illatum questi:agros primum depopulatos:terrorem direptiõis & cædis urbi iniectum:ut eo metu claudere cogerentur portas.obsessos deinde & oppugnatos se & omnia alia exempla belli habita in se:cedibus incendiis:ruinis.direptione urbis coniuges:liberos in seruitiũ abstractos:bona adempta:& quod se ante omnia moueat:tẽpla tota spoliata ornamentis:simulacra deum:deos immo ipsos compulsos ex sedibus suis ablatos esse:parietes postesq; nudatos:quos adorẽt: ad quos præcentur:& supplicent ambracienſibus non supereſſe.Hæc querentes interrogando criminose excomposito consul ad plura uelut non sua sponte dicenda eliciebat.Motis patribus alter consul G.Flaminius.M.Fuluii causam excepit:qui ueterem & obsoletam uiam ingressos dixit:sic.M.Matcellum a syracusanis:sic.Qu.Fuluium a campanis accusatos.quin eadem opera.T.Quintium a Philippo rege.M.Attilium &.L.Scipionem ab antiocho.Gn.Manliũ a gallis:& ipsum Fuluium ab ætolis & Cephaleniæ populis accusari paterentur? Ambraciã oppugnatam & captam:& signa inde ornamentaque ablata:& cætera facta:quæ captis urbibus soleant:negatuq; aut me pro.M.Fuluio:aut ipsum.M.Fuluium censetis patres conscripti?cum ob has res gestas triumphum a uobis postulaturus sit? Ambraciam captam signaq;:quæ ablata criminantur:cætera spolia eius urbis ante currum laturus & fixurus in postibus suis.nihil est:quod se ab ætolis separent:eadem ambracienſium & ætoloq; causa est.Itaq; collega meus uel in alia causa inimicitias exerceat:uel in hac utiq;:si mauult:retineat ambracienſes suos in aduentum.M.Fuluii:ego nec de ambracienſibus:nec de ætolis decerni quicq; absente.M.Fuluio patiar. Cum Aemylius callidam malitiam inimici uelut omnibus notam insimularet:& tempus eum morando extracturum diceret:ne consule inimico Romam rediret:certamine cõsulum biduum assumptum est:nec præsente Flaminio decerni quicq; uidebatur posse:captata occasio ẽ:cum æger forte Flaminius abesset:& referente Aemylio senatusconsultum factum est:ut ambracienſibus omnes suæ res redderẽtur:in libertate essent:ac legibus suis uterentur.portari ea:quæ uellent:terra mariq; caperent:dum eorum immunes romani ac socii latini nominis essent.signa aliaq; ornamenta:quæ quererentur ex ædibus sacris sublata esse:de iis cum.M.Fuluius Romam reuertisset:placere ad collegium pontificum referri:& quod ii censuissent fieri.neq; his contentus consul fuit:sed postea per infrequentiam adiecit senatusconsultum ambraciam non uideri ui captam esse.Supplicatio inde ex decemuirorum decreto pualitudine populi fuit per triduum:quia grauis pestilentia urbem atq; agros uastabat.Latinæ ide fuerunt.quibus religionibus liberati cõsules & delectu perfecto(nouis enim uterq; maluit uti militibus) in prouinciam profecti sunt:ueteresq; omnes dimiserunt.Post consulum profectionem.Gn.Manlius proconsul Romam uenit:cui cum ab Ser.Sulpicio prætore senatus ad ædem Bellonæ datus eẽt:& ipse commemoratis rebus ab se gestis postulasset:ut ob eas diis immortalibus honos haberetur:sibiq; triumphanti urbem inuehi liceret:contradixerunt pars maior decem legatorum:qui cum eo fuerant:& ante alios.L.Furius purpurio:&.L.Aemylius Paulus.Legatos se.Gn.Manlio datos pacis cum Antiocho faciendæ causa fœderisque:& legum:quæ cum.L.Scipione incohatæ fuissent:perficiendarum Gn.Manlium summa ope tetendisse ut eam pacem turbaret:& antiochum:si sui potestatem fecisset:insidiis exciperet:sed illum cognita fraude consulis cum sæpe colloquiis petitis captus esset:non cõgressum modo:sed conspectum etiam eius uitasse.cupientem transire.Taurum ægre oĩum legatorum pcibus nec carminibus Sibyllæ prædictam superantibus terminos fatalis cladẽ experiri uellet retentũ:ad mouisse tamẽ exercitum:& prope ipsis iugis ad diuortia aquarum castra posuisse:cum nullam ibi cãm belli inueniret quiescentibus regiis:circũegisse exercitum ad gallogræcos:cui nationi non ex senatus auctoritate:non ex populi iussu bellum illatum.quod quem unq; de sua sntia facere ausum? Antiochi Philippi Annibalis & pœnorum recentissima bella esse de oĩbus his consultum senatum:populũ iussisse:sæpe legatos ante missos:res repetitas:postremo qui bellum indicerent:missos.qd eoq;.Gn.Manlii factum est:ut istud publicum populi romani bellum & non tuum priuatum latrocinium dicamus.

fama ligustini belli

Emilij inimicitia in M. Fuluiũ

Fuluius ab Ambraciẽsibus apud senatũ accusatur

Attẽ. senatusconsultũ pãbracien sibus

Manlio Triũph. petenti a legatis abnũtiatur

Legati.G. Manlium apud senatũ criminãtur

Egregia legatoꝝ accusatio

An eo ipso cõtentus fuisti: recto itinere ducisti exercitum ad eos: quos tibi hostes assumpseras? an per omnis amfractus uiarum cum uia consisteres? ut quo flexisset agmen attalus Eumenis frater: eo cõsul mercenarius cum exercitu romano sequereris? Pysidiæ Lycaoniæq; & Phrygiæ recessus omnes atq; ãgulos peragrasti: stipem a tyrannis castellanisq; deuiis colligens. quid enim tibi cum oroandis? quid cum aliis æque inoxiis populis? bellum autem ipsum: cuius nomine triumphum petis: quomodo gessisti: loco æquo tempore tuo pugnans? Tu uero recte: ut diis immortalibus honos habeatur: postulas primum quod pro temeritate imperatoris nullo iure gentiũ bellum inferẽtis pœnas luere exercitum noluerunt deinde quod bæluas non hostes nobis obiecerunt. Nolite nomen tantũ extimare mixtum esse gallogræcorum: multo ante & corpore & animo mixti ac mutati sunt. an si illi galli essent: cum quibus millies uario euentu in Italia pugnatum est. quantum in imperatore nostro fuit: nuncius illinc redisset? bis cum iis pugnatum est: bis loco iniquo subiit: in ualle inferiore pedibus pene hostium aciem subiecit: ut non tela ex superiore loco mitterent: sed si corpora sua nuda iniicerent: obruere nos potuerunt. quid igitur incidit? magna fortuna po. romani est: magnum & terribile nomen recenti ruina Annibalis: Philippi: Antiochi: prope attoniti erant tantæ corporum moles: fundis sagittisq; in fugam cõsternati sunt: gladius in acie cruentatus non est gallico bello: uelut auium examina ad crepitũ primum missilium auolauere: at hercule idem nos admonente fortuna. Quid: si hostem habuissemus casurum fuisset? cum redeuntes in latrunculos thracas incidissemus cæsi: fugati: exuti ipedimentis sumus. Qu. Minutius Thermus in quo haud paulo plus dãni factum est: q̃ si. Gn. Manlius: cuius temeritate ea clades inciderat: periisset: cum multis uiris fortibus cecidit: exercitus spolia regis Antiochi referens trifariam dissipatus: alibi primum: alibi postremum agmen: alibi impedimenta inter uepres in latebris ferarum noctem unam delituit. pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiæq; foret acceptum: de quibus hostibus triumphũ peteres? de iis: ut opinor: quos tibi hostes senatus aut populus rogedisset: sic huic. L. Scipioni: sic illi. M. Attilio de rege Antiocho: sic paulo ante. T. Quintio de rege Philippo: Sic. P. Africano de Annibale: pœnis: & Syphace triumphus datus. & minima illa cum iam senatus censuisset bella: quæsita tamen sunt: quibus nunciandum esset: ipsis utiq; regibus nunciarent: an satis esset ad pacem aliquod nunciari. Vultis ergo hæc omnia pollui & confundi? tolli fœcialia iura? nullos esse fœciales? fiat: pace deum dixerim: iactura religionis: obliuio deorũ capiat pectora uestra. num senatum quoq; de bello consuli non placet? non referri uelint: iubeantne cum gallis bellum geri mó certe consules Græciam atq; Asiam nolebant: tamen perseuerantibus uobis ligures prouinciam decernere dicto obedientes fuerunt. merito ergo a uobis prospere bello gesto triumphum petent: quibus auctoribus gesserunt. Talis oratio Furii & Aemylii fuit. manlium in hunc maxime modum respondisse accepimus. Tribuni plebis antea solebant: triumphum postulantibus aduersari patres conscripti: quibus ego habeo: quod seu mihi: seu magnitudini rerum gestarũ hoc dederunt: ut non solum silentium comprobarent honorem meum: sed referre etiam: si opus esse uideretur: parati essent ex decem legatis si diis placet: quod consilium dispensandæ cohonestandæq; uictoriæ imperatoribus maiores dederũt nostri aduersarios habeo. L. Furius: &. L. Aemylius currum triumphalem me conscendere prohibent: coronam insignem capiti detrahunt: quos ego: si tribuni me triumphare prohiberent: testes citaturus fui rerum a me gestarum. Nullius equidem inuideo honori: uos tribunos plebei nuper uiros fortes ac strenuos impedientes. Qu. Fabii Labeonis triumphum auctoritate uestra deterruistis: triũphauit quẽ non bellum iniustum gessisse: sed hostem omnino non uidisse inimici iactabant: ego: qui cum centum millibus ferocissimorum hostium signis collatis quotiens pugnaui: qui plus. xl. millia hominum cepi aut occidi: qui bina castra eorum expugnaui: qui citra iuga tauri omnia pacatiora q̃ terra Italia est: reliqui: non triumpho modo fraudor: sed causam apud uos patres conscripti accusantibus ipse legatis dico. Duplex eorum: ut animaduertistis. P. C. accusatio fuit: nam nec gerendum mihi fuisse bellum cum gallis: & gestum temere atq; imprudenter dixerunt: non erant galli hostes: sed tu eos pacatos imperata facientes uiolasti. non sum postulaturus a uobis. P. C. ut quæ cõmuniter de immanitate gentis gallorum: de infestissimo odio in nomen romanum scitis: ea de illis quoque: qui terras has incolunt existimetis gallis: remota uniuersæ gentis infamia atq; inuidia per seipsos æstimate. Vtinam rex Eumenes: utinam Asiæ ciuitates omnes adessent: & illos potius querentes: q̃ me accusantem audiretis. mittite agedum legatos circa Asiam ad omnes urbes: & quærite utrum a grauiori seruitute Antiocho ultra tauri iuga moto: an gallis subactis liberati sint: quotiens agri eorum uastati sint: quotiens prædabactæ referant: cum uix redimendi captiuos copia esset: & mactatas humanas hostias: immolatosque liberos suos audirent. Stipendium scitote pependisse socios uestros gallis: & nunc liberatos per uos regio imperio fuisse pensuros: si a me foret cessatum: quo longius Antiochus emotus esset: hoc impotentius in Asia galli dominarentur: & quicquid est terrarum circa tauri iuga gallorum: imperio uestro adiecissetis. At enim sunt hæc ita? uerum etiam Delphos quondam commune humani generis oraculum umbilicum orbis terrarum galli spoliauerunt: nec ideo populus romanus his bellum indixit: aut intulit. Equidem aliquid interesse rebar inter id tempus: quo nondum in iure ac dicione uestra Græcia atque Asia erat: curandum animaduertandumque quid in his terris fieret: & hoc quo finem imperii romani taurum mõtem statuistis: quo libertatem immunitatemue ciuitatibus da-

Manlij Oratio

Gn. Mãlii oratio

Cõfutatio

tis:quo aliis fines adiicitis:alias agro mulctatis:uectigal ponitis:regna augetis:minuitis:donatis:adimitis:curæ uestræ censetis esse:ut pacem terra mariq; habeant. An nisi præsidia deduxisset Antiochus:quæ quieta in suis partibus erant:non putaretis liberatam Asiam? si gallog; exercitus effusi uagarent: rata dona uestra:quæ dedistis regi Eumeni:rata libertas ciuitatibus esset? Sed quid ego hæc ita argumẽtor tamq; non acceperim:sed fecerim hostes gallos:te.L.Scipio appello:cuius ego imperio succedens inuicem imperii tui uirtutem fœlicitatemq; pariter nõ frustra ab diis immortalibus precatus sum:te.P.Scipio:qui legati ius collegæ maiestatem:& apud fratrem consulem:& apud exercitum habuisti:scitisne exercitu Antiochi gallorum legiones fuisse? uideritis in acie eos in cornu utroq; id enim roboris eẽ uidebatur locatos? pugnaueritis ut cum hostibus iustis? ceciderit is spolia eorum rettuleritis? Atqui cum gallis bellum neq; senatus decreuerat:neq; populus iusserat:sed simul:ut opinor:cum his decreuerant iusserantq; qui intra eius præsidia fuissent:ex quibus pter Antiochum:cum quo pacem pepigerat Scipio:& cum quo nominatim fœdus:ut fieret:mandaueratis:omnes hostes erãt:qui pro antiocho arma aduersus nos tulerunt:in qua causa cum galli ante omnes fuissent & reguli quidam & tyranni:ego tamen & cum aliis pro dignitate imperii uestri coactis luere peccata sua pacem pepigi:& gallorum aios: si possent mitigari a feritate insita tentaui:& posteaq; indomitos atq; implacabiles cernebam: tum demum ui atq; armis coercendos ratus sum. Nunc quoniam suscepti belli purgatum est crimen:gesti reddenda est ratio:in quo considerem equidem causæ meæ etiam:si non apud romanum sed apud carthaginensem senatum agerem:ubi in crucem tolli imperatores dicuntur:si prospero euentu prauo consilio rem gesserunt:sed ego in ea ciuitate:quæ ideo omnibus incipiendis gerendisq; deos adhibet: quia nullius calumniæ subiicit ea:quæ dii comprobauerunt:& in solẽnibus uerbis habet: cum supplicationem aut triumphum decernit:quod bene & fœliciter rẽp.administrarit: si nollem: si graue ac superbũ existimarem uirtute gloriari pro fœlicitate mea exercitusq; mei quod tantam nationem sine ulla militum iactura deuicimus:postularemq; ut diis immortalibus honos haberetur:& ipse triumphanc̃ capitolium ascenderem:unde uotis rite nuncupatis profectus sum:negaretis hoc militiæ cum diis imortalibus? Iniquo enim loco dimicaui. dic igitur:quo æquiore potuerim dimicare: cum montem hostes cepissent:loco munito se tenerent? nempe eundum ad hostes erat:si uincere uellem: quid si urbem eo loco haberent:& mœnibus se tenerent? nempe oppugnandi erãt. Quid ad Thermopylas? æquone loco. M. Attilius cum rege Antiocho pugnauit? quid Philippum non eodem modo super Aoũm amnẽ iuga tenentem montium. T. Quintius deiecit? Equidem adhuc qualem aut sibi fingant:aut nobis uideri uelint:hostem fuisse non inuenio:si degenerem & emollitum amœnitate Asiæ: quid periculi uel iniquo loco subeuntibus fuit? si timendum & feritate animorum & roboꝛe corporum:huicne tantæ uictoriæ triumphum negatis? Cæca inuidia est patres cõscripti:nec quicq; aliud scit:quam detrectare uirtutes:corrumpere honores ac premia eorum. mihi:quæso:ita ignoscatis. P. C. si longiorem orationem non cupiditas gloriandi:sed necessaria criminum defensio fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes:qui angusti erant:& plana ex arduis:& culta ex siluestribus facere potui? & præstare ne quilibet subiis lateribus delitescerent latrones thraces:nequid sarcinarum raperetur? nequod iumentum ex tanto agmine abstraheretur nequis uulneraretur? ne ex uulnere fortis uir ac strenuus. Qu. Minutius moreretur? in hoc quoq; casu in fœliciter incidit:ut talem ciuem amitteremus. hærent:quod saltu iniquo loco alieno cum adortus hostis nos esset:duæ simul acies primi & nouissimi agminis hærentem ad impedimenta nostra exercitum barbarorum circũuenerũt:quod multa millia ipso die: plura multo post dies paucos ceciderunt:& ceperunt:hoc si ipsi tacuerint: uos scituros: cum testis orationis meæ totus exercitus sit:non credunt. si gladium in Asia non strinxissem:si hostem non uidissem: tamẽ triumphũ in Thracia duobus præliis merueram. Sed iam dictum satis ẽ:quin pro eo quod pluribus uerbis uos: q; uolui:fatigaui:ueniam a uobis petitam impetratamq; uelim. P. C. Plus crimen eo die quam defensio ualuisset: ni altercationem in ferum perduxissent: dimittitur senatus in ea opinione: ut negatu-



rus triumphum fuisse uideretur. postero die & cognati amicique. Gn. Manlii summis opibus annixi sunt: & auctoritas seniorum ualuit negantium exemplum proditum memoriæ esse: ut imperator qui deuictis perduellibus confecta prouincia exercitum reportasset: sine curru & laurea priuatus inhonoratusq; urbem iniret. hic pudor malignitatem uicit: triumphumq; frequentes decreuerunt.

OPPRESSIT DEINDE MENTIONEM MEmoriãq; oẽm contentionis huius: maius & cum maiore uiro certamen ortũ. P. Scipioni Africano ut Valerius Antias auctor est: duo. Qu. Petilii diem dixerunt. id: pro ut cuiusq; ingenium erat: interpretabãtur: alii non tribunos plebis: sed uniuersam ciuita-

Purgatio cũ refutatione eoꝝ quæ obiecta sunt

Attingit Carthaginẽsium mores

Inuidiæ uitia

Decernit Manlio triumphus

Dies. P. Scipioni dicit

Aequãdæ libertatis ratio

tem incusabant: quæ id pati posset: duas maximas orbis terrarũ urbes ingratas uno ppe tpe in principes inuentas: Romam ingratiorem: siquidem uicta Carthago uictum Annibalem in exilium expulisset: Roma uictrix uictorem Africanum expellat. Alii neminẽ unum tantum eminere ciuem deberes ut legibus interrogari non possit: nihil tam æquandæ libertatis esse: quã potẽtissimum quẽq; posse dicere causam. quid autem tuto cuiq; ne dum summam remp. permittiti: si ratio non sit reddẽdæ: qui ius æquum pati non possit: in eum uim haud iniustã esse. Hæc agitata sermonibus: donec dies dicendæ causæ uenit: nec alius ante quisq;: nec ille ipse scipio consul censorue maiore oĩs generis hominum frequentia: quam reus illo die in forum est deductus. iussus dicere cãm: sine ulla criminum mentione: orationem adeo magnificã de rebus ab se gestis est exorsus: ut satis constaret neminem unq; neq; melius: neq; uerius laudatum esse. dicebantur. n. ab eodem animo ingenioq; a quo gesta erant: & aurium fastidium aberat: quia pro periculo non in gloriã referebantur. Tribuni plebis uetera luxuriæ crimina sy racusanorum hybernoq;: & Locris pleminianũ tumultum cum ad fidem p̃sentium criminum rettulissent: suspitionibus magis: quã argumentis pecuniæ captæ reum accusarunt: filium captũ sine p̃tio reddidit: oĩbus aliis rebus Scipionem tanq; in eius unius manu pax romana bellumq; esset: ab Antiocho cultum: dictatorẽ eum consuli non legatum in prouincia fuisse: nec ad aliã rem eo profectum: quã ut id quod Hispaniæ: Galliæ: Siciliæ: Africæ iampridem persuasum esset: hoc græciæ: Asiæq;: & oĩbus ad orientem uersis regibus gentibusq; appareret: unum hoiem caput columẽq; imperii romani esse: sub umbra Scipionis ciuitatem dñam orbis terrarum latere: nutus eius pro decretis patrum pro populi iussu esse. infamia intactum: inuidia: qua possunt: urgent. Orationibus in noctem perductis: producta dies est: ubi ea uenit: tribuni in rostris prima luce cõsederunt: citatus reus magno agmine amicorum clientiumq; per mediã concionem ad rostra subiit: silentioq; facto: hoc: inquit: die tribuni plebis: uosq; quirites cum Annibale & carthaginensibus signis collatis in africa bene ac feliciter pugnaui: itaq; cum ho die litibus & iurgiis supersederi æquum sit: ego hinc extemplo in capitoliũ ad Iouem optimum maximum: Iunonemq;: & Mineruam: cæterosq; deos: qui capitolio atq; arci p̃sident: salutãdos ibo: hisq; gratias agam: quod mihi & hoc ipso die & sæpe alias egregie gerendæ reipublicæ mentem facultatẽq; dederunt. uestrum quoq; quirites: quibus commodũ est: ite mecum: & orate deos: ut mei similes principes habeatis. ita si ab annis septẽdecim ad senectutem semper uos ætatem meam honoribus uestris anteistis: ego uestros honores rebus gerendis præcessi. Ab rostris in capitolium ascendit: simul se uniuersa concio auertit: & secuta Scipionem est: adeo ut uiatores tribunos relinquerẽt: nec cum iis præter seruilem comitatum & p̃conem: qui reum ex rostris citabat: quisq; esset. Scipio non in capitolio modo: sed per totam urbem oĩa templa deum cum populo ro. circũiit. celebratior iis prope dies fauore hominũ & æstimatione ueræ magnitudinis eius fuit: q̃ quo triumphans de Syphace rege & carthaginensibus urbem est inuectus. hic speciosus ultimus dies. P. Scipioni illuxit. Post quem cum inuidiam & certamina cum tribunis prospiceret: die longiore producta in Liternum concessit certo consilio: ne ad causam dicendam adesset: maior animus & natura erat ac maiori fortunæ assuetus: q̃ ut reus esse sciret: & summitteret se in humilitatem causam dicentium. Vbi dies uenit: citariq; absens est cœptus. L. Scipio morbum causam esse: cur abesset: excusabat. q̃ excusationem cum tribuni: qui diem dixerant: non accipent & ab eadem superbia non uenire ad causam dicendam arguerent: qua iudicium & tribunos plebis & concionem reliquisset: & quibus ius de se dicendæ sententiæ & libertatem ademisset: is comitatus: uelut captos trahens triumphum populi ro. egisset: secessionem eo die: quo in capitolium a tribunis plebis fecisset. habetis ergo temeritatis illius mercedem: quo duce & auctore nos reliquistis: ab eo ipsi relicti estis: & tantum animorum in dies nobis decrescit: ad quem antea exercitum & classem habentẽ tribuni plebis ædilesq; in Siciliam mittere ausi sumus: qui prænderent eum: & Romam reducerent: ad eum priuatum ex uilla sua traducendum ad causam dicendam mittere non audemus? Tribuni plebis appellati ab Lucio Scipione: ita decreuerunt: ut si morbi causa excusaretur: sibi placere accipi eam causam: diemque a collegis produci. tribunus plebis eo tempore Titus Sẽpronius Gracchus erat: cui inimicitiæ cum. P. Scipione intercedebant: is cum uetuisset nomen suum decreto collegarum ascribi: tristioremq; omnes sententiam expectarent: ita decreuit: cum. L. Scipio excuset morbum esse causam fratri satis id sibi uideri: se. P. Scipionem: priusq; Romam rediisset: accusari non passurum: tũ quoq;: si se appellet: auxilio ei futurũ: ne causam dicat. ad id fastigiũ rebus gestis honoribus populi ro. P. Scipionem deoq; hoiumq; consensu puenisse: ut sub rostris reũ stare & p̃bere aures adolescentiũ conuiciis populo romano magis deforme: quã ipsi sit. A diecit decreto indignationem sub pedibus uestris stabit tribuni domitor ille Africæ Scipio? ideo quattuor nobilissimos duces pœnoq; in Hispania: quattuor exercitus fudit: fugauit: ideo Syphacẽ cœpit: Annibalem deuicit: Carthaginẽ uectigalem nobis fecit: Antiochũ recepto eius fratre consorte huius gloriæ. L. Cornelius Scipio ultra Tauri iuga emouit: ut duobus Peti iis succũberet: uos de pace africani palmam peteretis? nullis ne meritis suis: nullis uestris honoribus senectus eoq; cõsidat? mouit & decretũ & adiecta oratio non cæteros mõ: sed ipsos ẽt accusatores: & deliberaturos se quid sui iuris & officii esset? dixerũt. Senatus deinde concilio plebis dimisso: haberi ẽ cœptus: ibi gratiæ ingentes ab uniuerso ordine p̃cipue a consularibus senioribusq;. T. Sempronio Gracho actæ sunt: quod rẽp. priuatis simultatibus potiorẽ habuisset: & Petilii uexati sunt p̃bris: quod splẽ

T. Sẽpronii gracchi tri. pl. decretũ

dere aliena inuidia uoluissent:& spolia ex africano triumpho peterent.



SILENTIVM DEINDE DE AFRICANO FV it:uitam Literni egit sine desiderio urbis: morientē rure eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt: monumē tumq; ibi ædificari:ne funus sibi ingrata patria fie ret.uir memorabilis bellicis tamen quam pacis arti bus memorabilior:cui par habita est materia inge nio:quo ad primū consulatum:secundo etiam si cen suram adiicias:quid asiatica legatio & ualitudine ad uersa inutilis:& filii casu deformata?& post reditum necessitas aut subeundi iudicii aut simul cum patria deserendi?punici tamē belli perpetrati quo nullum neq; maius:neq; periculosius romāi gessere: unam præcipuam gloriam tulit.Morte Africāi creuere ini micorum animi:quoꝝ princeps fuit.M.Portius Ca to:qui uiuo quoq; eo allatrare eius magnitudinem solitus erat.hoc auctore existimantur Petilii & uiuo Africāo reo causam ingratam:& mortuo rogatio nem promulgasse.Fuit autem rogatio talis.uelitis iubeatis:quæratur:quæ pecūia capta:ablata: coacta ab rege Antiocho est:quiq; sub eius imperio fuerunt:quod æs in publicum relatum non est: uti de ea re Ser.Sulpicius prætor urbanus ad senatum referat:quem eam rem uelit senatus quærere de iis: qui prætores nunc sunt.Huic rogationi primo.Qu.&.L.Nummii intercedebant:senatum quærere de pe cunia non relata in publicum:ita ut antea semper factum esset:æquum censebant: Petilii nobilitatem & regnum in senatu Scipionum accusabant.L.Purpurio consularis:qui in decem legatis ī Asia fuerat: latius rogandū censebat:non quæ ab Antiocho modo pecuniæ captæ forent sed quæ ab aliis regibus gentibusq;.Gn.Manlium inimicum incessens.Et.L.Scipio:quem magis pro se:quam aduersus legem dicturum apparebat:dissuasor processit.is post mortem.P.Africani fratris uiri omnium fortissimi cla rissimiq; eam exortam rogationem est conquestus:parum enim fuisse non laudari pro rostris.P.Afri canum:post mortem nisi etiam accusaretur:& carthaginenses exilio Annibalis contentos esse:populū romanum ne morte quidem.P.Scipionis exatiari:nisi ipsius fama sepulti laceretur:& frater insuper ac cessione inuidiæ mactetur.M.Cato suasit rogationem:extat & oratio eius de pecunia regis Antiochi: & Nummios tribunos auctoritate deterruit:ne aduersarentur rogationi.Remittentibus ergo his iter cessionem omnes tribus:ut rogassent iusserunt.Ser.Sulpicio deinde referente:quem rogationem pe cuniarum quærere uellent.Qu.Terentium Culleonem patres iusserunt.alii hūc prætorem adeo ami cum corneliæ familiæ ut qui Romæ mortuum elatumq;.P.Scipionem:est enim ea quoq; fama:tradūt pilleatum sicut in triumpho ierat:in funere quoq; ante lectum isse memoriæ prodiderunt: & ad portā capenam mulsum prosecutis funus dedisse:quod ab eo inter alios captiuos in africa ex hostibus rece ptus esset.alii adeo inimicum eundem ut propter insignem simultatem:ab ea factiōe:quæ aduersa Sci pionibus erat:delectus sit potissimum ad quæstionē exercēdam:cæterum ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem reus extemplo factus.L.Scipio:simul & delata & recepta nomina legatorum eius A.&.L.Hostiliorum Catonū:&.G.Furii Leonis quæstoris:& ut omnia contacta societate peculatus ui derentur scribæ quoq; duo & accensus.L.Hostilius & scribæ & accensus priusq; de Scipione iudiciū fie ret:absoluti sunt.Scipio & Hostilius legatu: &.G.Furius damnati:quo commodior pax antiocho dare tur:Scipionem sexmillia pondo auri quadringentum octoginta argenti plus accepisse: quam in æra rium rettulerat.A.Hostilium.lxxx.pondo auri:& argenti.cccciii.pondo.Furium quæstorem auri cen tum.xxx.argenti.cc.pondo.has ego summas auri & argenti relatas apud antiatem inueni.In.L.Scipio ne malim equidem librarii mendum:quam mendacium scriptoris esse in summa auri atq; argenti: si milius enim est argenti:quam auri maius pōdus fuisse:& potius quadragies:quam ducenties quadra gies litem æstimatam:eo magis quod tantæ summæ rationem etiam ab ipso requisitam esse.P.Scipio ne in senatu tradunt:librumq; rationis eius cum.L.fratrem afferre iussisset:inspectāte senatu suis ipm manibus concerpsisse:indignatum quod cum bis millies in ærarium rettulisset:quadragies ratio ab se poscceretur.Ab eadem fiducia animi cum quæstores pecuniam ex ærario contra legem promere nō au derent:poposcisse claues:& se aperturum ærarium dixisse:qui:ut clauderet:effecisset.Multa alia in Sci pionis exitu maxime uitæ dieq; dicta morte funere sepulchro in diuersum trahunt:ut cui famæ:qbus scriptis assentiar:non habeam.non de accusatore conuenit: alii.M.Nauium:alii Petilios diem dixisse scribunt.non de tempore: quo dicta dies sit:non de anno:quo mortuus sit elatus.alii Romæ: alii Li terni & mortuum & sepultum: utrobique monumenta ostenduntur & statuæ: nam & Literni monu mentum monumētoque statua super imposita fuit:q̄ tempestate disiectam nuper uidimus ipsi:& Ro mæ extra portam capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt duæ.P.&.L.Scipionum dicū tur esse:tertia poetæ:Qu.Ennii.Nec in scriptores rerum discrepat solum:sed orationes quoque:si mo do ipsorū sunt: quæ feruntur:&.T.Gracchi aberrant inter se.index orationis.P.Scipionis nomen.M.

Vltima affricani Voluntas

Postq Cato grauis affricani ingenio

O Seculta in mortuū tam

Att.rogati onē in scipi ones

L: Scip: Va & frē

Teren: Cull: gthtido de Scr:

L.Scipiōis dānatio

Gel: li: 4 ca: 18: scribit ejus tpe protulisse Ennius

Att. histo riæ uarieta tem

Ennij Statua in sepul ctro Scipio:

Alia ſtria de damnatiõ Scip:

Nauii tribuni plebis habet:ipſa oratio ſine nomine eſt accuſatoris.nebulonem modo:modo nugato/
rem appellat.Ne Gracchi quidem oratio:aut Petilioꝝ accuſatorum Africani: aut diei dictæ Africano
ullam mentionem habet.alia tota ſerenda fabula eſt Gracchi orationi conueniens.Et illi auctores ſeqn
di ſunt:qui cum.L.Scipio & accuſatus & damnatus ſit:pecuniæ captæ ab rege legatum in Ethruria fuiſ
ſe Africanum tradunt:quo poſt famam de fratris caſu allatam:relicta legatione cucurriſſe eum Romã
& cum a porta recta ad forũ ſe contuliſſet:quod in uincula duci fratrem iuſſum erat:reppuliſſe a corpo
re eius uiatorem:& tribunis retinentibus magis pie:quã ciuiliter uim feciſſe.Hæc enim ipſe Gracchus
queritur diſſolutam eſſe a priuato tribunitiam poteſtatẽ:& ad poſtremum cum auxiliũ.L.Scipioni pol
liceretur:adiicit tolerabilioris exempli eſſe a tribuno plebis potius:q̃ a priuato uictam uideri & tribu/
nitiam poteſtatem & remp.eſſe.Sed ita hanc unam impotentẽ eius iniuriam inuidia onerat:ut increpã
do quod degenerauerit:tantum a ſeipſo cumulatas & ueteres laudes moderatiõis & temperãtiæ pro

Laus modeſtia Scip: fuit

repræhenſione p̃ſenti reddat.caſtigatum.n.quondam ab eo populum ait:quod eum perpetuum con
ſulem & dictatorem uellet facere:prohibuiſſe ſtatuas ſibi in comitio:roſtris:in curia:in capitolio: in cel
la Iouis poni prohibuiſſe ne decerneretur:ut imago ſua triumphali ornatu e templo Iouis optimi ma/
ximi exiret.hæc uel in laudatione poſita ingentem magnitudinẽ animi moderandis ad ciuilem habi/
tum honoribus ſignificarent:quæ exprobrando inimicus fateretur.Huic Graccho minorẽ ex duabus
filiabus(nam maior.P.Cornelio Naſicæ haud dubie a patre collocata erat)nuptã fuiſſe conuenit.illud
parum conſtat utrum poſt mortem patris & deſponſa ſit:& nupſerit:an ueræ illæ opiniones ſint:Grac/
chum:cum.L.Scipio in uincula duceretur:nec quiſq̃ collegarum auxilio eẽt:iuraſſe ſibi inimicitias cũ
Scipionibus:quæ fuiſſent:manere:nec ſe gratiæ quærendæ cauſa quicq̃ facere:ſed in quem carcerẽ re/
ges & imperatores hoſtium ducentem uidiſſet.P.Africanũ:in eum fratrem eius duci non paſſurũ.Se/
natum eo die forte cœnantem in capitolio conſurrexiſſe:& petiſſe ut inter epulas Graccho filiam Afri
canus deſponderet:quibus ita in publicum ſolẽne ſpõſalibus rite factis:cum ſe domum recepiſſet:Sci/
pionem Aemyliæ uxori dixiſſe filiam ſe minorem deſpondiſſe.cum illa muliebriter indignabunda ni
hil de communi filia ſecum conſultatum adieciſſet:non ſi.T.Graccho daret:expertem conſilii debuiſſe

Corneliæ nuptiæ

matrem eſſe:lætum Scipionem tam concordi iudicio & ipſi deſponſam reſpondiſſe.



Scip: in Vincula duct9

Naſice oratio p Scipionẽ

HAEC DE TANTO VIRO: QVAMQuAM
& opinionibus:& monumentis litterarum uariarẽt
proponenda erat. Iudiciis a.Qu.Terentio prætore
perfectis:Hoſtilius:& Furius damnati prædes eodẽ
die quæſtoribus urbanis dederunt.Scipio cum con
tenderet:oẽm:quam accepiſſet:pecuniam in ærario
eſſe:nec ſe quicq̃ publici habere:in uincula duci coe/
ptus eſt.Publius Scipio Naſica tribunos appellauit:
orationemq; habuit plenã ueris decoribus:non cõ/
muniter modo corneliæ gẽtis:ſed propriæ familiæ
ſuæ.Parentes ſuos &.P.Africani ac.L.Scipionis:qui
in carcerem duceretur:fuiſſe.Gn.&.P.Scipiones cla
riſſimos uiros: eos cum per aliquot annos in terra
Hiſpania aduerſus multos pœnorũ hiſpanorumq;
duces & exercitus nominis romani famã auxiſſent:
non bello ſolum:ſed quod romanæ temperantiæ fideiq; ſpecimen illis gẽtibus dediſſent: ad extremũ
ambo pro po.ro.mortem occubuiſſe.Cũ illorum tueri gloriam poſteris ſatis eſſet.P.Africanum tantũ
paternas ſuperauiſſe laudes:ut fidem fecerit:non ſanguine humano:ſed ſtirpe diuina ſatum ſe eſſe.L.
ſcipionem:de quo agatur:ut quæ in Hiſpania:quæ in Africa cum legatus fratris eſſet:geſſiſſet: præte/
reantur conſulem & ab ſenatu dignum uiſum:cui extra ſortem Aſia prouincia & bellũ cum Antiocho
rege decerneretur:& a fratre:cui poſt duos conſulatus cenſuramq; & triumphum legatus in aſiam iret
ibi ne magnitudo & ſplendor legati laudibus conſulis officeret:forte ita ĩcidiſſe:ut quo die ad Magne
ſiam ſignis collatis.L.Scipio antiochum deuiciſſet:æger.P.Scipio Eleæ dierum aliquot uia abeſſet.nõ
fuiſſe minorem eum exercitum:quam Annibalis cũ quo in africa eſſet pugnatum.Annibalem eundẽ
fuiſſe inter multos alios reges duces:qui imperator punici belli fuerit.Dum & bellũ quidem ita geſtũ
eſſet:ut ne fortunã quidem quiſq̃ criminari poſſit:in pace crimen quæri:cauſam dici: ueniſſe huc decẽ
legatos ſimul arguiq;:quorum ex conſilio data pax eſſet.quin extitiſſet ex decem legatis:qui.Gn.Mã
lium accuſarent:tamen non modo ad criminis fidem:ſed ne ad moram quidem triumphi eam accuſa
tionem ualuiſſe.At hercule in Scipione ipſas leges pacis ut nimiũ accommodatas Antiocho ſuſpectas
eſſe:integrum.n.ei regnum relictum:oĩa poſſidere eum uictum:quæ ante bellum eius fuerint: auri &
argenti uim magnam habuerit:nihil in publicũ relatum omne in priuatum uerſum. an præter oĩum
oculos tantum auri argentiq; in triumpho.L.Scipionis:quantũ non decem aliis triumphis:ſi omne in
unum conferatur:ſit latum? Nam quid de finibus regni dicam? Aſiam omnem & proxima Europæ te
nuiſſe antiochum:ea quanta regio orbis terrarum ſit a tauro monte in ægæum uſq; prominens mare

quot non urbes modo:sed gentes amplectatur:oēs scire:hanc regionem dieꝝ plus triginta longitudinem:decem inter duo maria latitudinem patentē usq; ad tauri montis iuga Antiocho ademptam:expulso eo in ultimo angulo urbis terrarꝝ.quid si gratuita pax esset:plus adimi ei potuisse? Philippo uicto Macedoniam:Nabidi Lacedæmonem relictam:nec Quintio crimen quæsitū:non.n.habuisse eum Africanum fratrem:cuius gloria prodesse.L.Scipioni debuisset:inuidiam nocuisse:tantum auri argenti q; iudicatum esse in domū.L.Scipionis illatum:quantū uenditis oībus bonis redigi nō posset.Id ubi ergo esse regium augꝰ:ubi tot hereditates acceptas:in domo:quam sumptus non exhauserint: extare debuisse nouæ fortunæ cumulum:At enim quod ex bonis redigi non possit:ex corpore: & tergo per uexationem & contumelias.L.Scipionis petituros inimicos:ut in carcere inter fures nocturnos & latrones uir clarissimus includatur:& in rubore & tenebris expiret:deīde nudus ante carcerem proiicatur:non id cornelīæ magis familiæ:quam urbi romanæ fore erubescendum: Aduersus ea Terentius prætor rogationem petiliam ex senatusconsulto:& iudicium de.L.Scipione factum recitauit.se nisi referatur pecunia in publicum:quæ iudicata sit:nihil habere:quod faciat:nisi ut præhendi damnatum: & in uincula duci iubeat.Tribuni cum in consilium secessissent:paulopost.C.Fannius ex sua collegarum q; alioꝝ præter Gracchum sententia pronūciauit prætori non intercedere tribunos: quo minus sua potestate utatur.Ti.Gracchus ita decreuit:quo minus ex bonis.L.Scipionis: quod iudicatum sit: redigatur:se non intercedere prætori.L.Scipionē:qui regem opulentissimum orbis terrarꝝ deuicerit: imperiū populi romani prorogauerit in ultimos terrarum fines:Eumenem:rhodios:alias tot urbes Asiæ deuinxerit populi romani beneficiis:plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere inclusserit:non passurum inter hostes populi romani.L.Scipionem in carcere & in uinculis esse:mittiq; eum se iubere.Tanto assensu auditum est decretum adeo dimissum.L.Scipionem læti homines uiderunt: ut uix in eadem ciuitate uideretur factum iudicium.In bona deinde.L.Scipionis possessum publicæ quæstores prætor misit:neq; in his non modo uestigium ullum comparuit pecuniæ regiæ:sed nequa quam tantum redactum est:quantæ summæ damnatus fuerat.Collata ea pecunia a cognatis amicis: & clientibus est.L.Scipioni:ut acciperet eam:locupletior aliquanto esset:quam ante calamitatem fuerat.nihil accepit:quæ necessaria ad cultū erant:redempta ei proximis cognatis sunt:uerteratq; Scipionum inuidia in prætorem & consilium eius & accusatorem.

Atꝛ.uehemēte nasicæ oīonē

Bona.L. scipionis .P:uēdita

LIBER NONVS.

DVM HAEC ROMAE GERVNTVR: CONSVLES AMBO IN LIGVRIbus gerebant bellum:is hostis uelut natus ad continendam per interualla bellorū romanis militarem disciplinam erat:nec alia prouincia militem magis ad uirtutem acuebat:nam Asia & amœnitate urbium:& copia terrestrium maritimarumq; rerꝝ & mollitia hostium regiisq; opibus ditiores quam fortiores exercitus faciebat: præcipue sub imperio Gnæi manlii solutæ ac negligenter habiti sūt:itaq; asperius paulo'iter in Thracia & exercitatior hostis magna clade eos castigauit.in liguribus oīa erant:quæ militem excitarent:loca montana & aspera:quæ & ipsis capere labor erat.&,ex præoccupatis deiicere hostem:& infra ardua accepta infesta ab insidiis:hostis leuis & uelox & repētinus: qui nullum usq; tempus:nullum locum quietum aut securum esse sineret: oppugnatio necessaria munitorū castellorū laboriosa simul periculosaq; insidiis regio:quæ nisi parsimonia astringeret milites:haud pōdæ multum præberet.itaq; non lixa sequebatur:non iumentoꝝ longos ordo agmen expediebat:nihil præter arma & uiros oēm spem in armis habētes erat.Nec deerat unq; cum iis uel materia belli uel causa quia propter domesticam inopiam uicinos agros incursabant:nunquā tamen in discrimen summæ rerꝝ pugnabatur.Flaminius consul cum frisinatibus liguribus in agro eoꝝ pluribus prœliis secūdis factis in deditionem gentem accepit:& arma ademit:ea quia syncera fide non tradebant:cum castigarentur:relicti uicis in montem auginum confugerunt:confestim secutus est cōsul:cæteri effusi rursus:& pars maxima inermes per inuia & rupes deruptas præcipitantes fugerunt:qua sequi hostis nō posset.ita trās appennīnum redierunt:qui castris se tenuerant:circūsessi expugnati sunt.Inde trans appenninum ductæ legiones:Ibi montis:quem ceperant altitudine paulisper se tutati mox in deditionem concesserunt.tum conquisita cum intētiore cura arma & oīa adempta.Translatū deinde ad apuanos ligures bellum:qui in agrū pisanum bononiensemq; ita incursauerant:ut coli nō posset his quoq; perdomitis cōsul pacem dedit finitimis:& quia a bello quieta ut esset prouincia:effecerat: ne i otio militem haberet:uiam a Bononia perduxit Arretium.M.Aemylius after consul agros liguꝝ uicosq; qui in campis aut nallibus erant:ipsis montes duos ballistam suis montiumq; tenentibus deussit depopulatusq; est:deinde eos:qui in montibus erant:adortus primo leuibus prœliis fatigauit: postremo coactos in aciem descendere iusto prœlio deuicit:in quo & ædem Dianæ uouit. Subactis eis appēninum oībus tum transmontanos adortus in his & frisinates ligures erant:quos non adierat.C.Flaminius:oēs Aemylius subegit:armaq; ademit:& de montibus in campos multitudinem deduxit. Pacatis liguribus in agrum gallicum exercitum duxit:uiamq; ab Placētia:ut flaminiæ committeret.

Liguꝝ pti nacia

Via Aemylia & Flaminia

Ariminum perduxit:prælio ultimo:quo cum liguribus signis collatis cõflixit:ædem Iunoni reginæ uouit.hæc in liguribus eo anno gesta:In Gallia Furius prætor insontibus cenomanis in pace speciem belli quærens ademerat arma:inde cenomani conquesti Romæ apud senatum reiectiq; ad consulem Aemylium cui:ut cognosceret.statueretq; senatus:permiserat:magno certamine cum prætore habito tenuerunt causam:arma reddita cenomanis:decedere e prouincia prætor iussus.Legatis deinde socio rum latini nois:qui toto undiq; ex latio frequentes conuenerant:senatus datus est: his quærentibus magnã multitudinem ciuium suorum Romam cõmigrasse:& censos esse.Qu.Terẽtio Culleoni præ tori negocium datum est:ut eos conquireret:& quem. G. Claudio.M.Fuluio censoribus postue eos censores ipsum parentemue eius apud se censum esse probassent socii: ut redire eo cogeret:ubi censi essent ac conquisitione duodecimmillia latinoꝝ domos redierunt iam tum multitudine alienigenaꝝ urbem onerante.M.Fuluius priusquã consules Romam redit:isq; ad ædem Appollinis in senatu cum de rebus in Aetolia Cephaleniaq; ab se gestis disseruisset:petiit a patribus:ut æquum censerent ob rẽ publicam bene ac fœliciter gestam:& diis imortalibus honorem haberi iubere:& sibi triumphum de cernere.M.Amburius tribunus plebis:si quid de ea re ante Aemylii consulis aduentum decerneretur interfuꝝ se ostendit:eum contradicere uelle proficiscentemq; in prouinciam ita sibi mãdasse:ut ea di sceptatio integra in aduentum suum seruaretur.Fuluius temporis iacturam se facere:senatũ etiã præ sente consule:quod uellet:decretuꝝ.M.Fuluius:si aut simultas.M.Aemylii secum ignota hoibus eẽt: aut quam is eas inimicitias impotenti ac prope regia ira exerceret: tamen non fuisse ferendũ absentẽ consulem & deoꝝ imortalium honori obstare & debitum meritũq; triumphũ morari.imperatorẽ re bus egregie gestis uictoremq; exercitũ cum præda ac captiuis ante portas stare: donec cõsuli ob hoc ipsum morãti redire Romam libitum esset.Veꝝ eninuero cum sint nobilissimæ sibi cum cõsule ini micitiæ:quid ab eo quemquã expectare æqui?qui per infrequentiam furtim senatusconsultum factũ ad ærarium detulerit:Ambraciã non uideri ui captam:quæ aggere ac uineis oppugnata sit:ubi incen sis operibus alia de integro facta sint:ubi circa muros supra subterq; terram per dies quindecim pugna tum:ubi a prima luce:q̃ iam trãscendissent muros miles: usq; ad noctem diu anceps prælium tenuerit: ubi plus tria millia hostium sint cæsa.Iam de deoꝝ imortalium templis spoliatis in capta urbe:qualem calumniã ad pontifices attulerit?nisi Syracusaꝝ cæterarumq; captaꝝ ciuitatum ornamẽtis urbem orna ri fas fuerit:in Ambraciã unam captam non ualuerit belli ius:&.P.C.orare & a tribuno petere:ne se su perbissimo inimico ludibrio esse sinant.Vndiq; oẽs alii de præcari tribunum:alii castigare.T. Gracchi collegæ plurimũ oratio mouit:ne suas quidem simultates pro magistratu exercere boni exempli esse alienaꝝ uero simultatum tribunũ plebis cognitorẽ fieri turpe & indignum collegii eius potestate:& sa cratis legibus eẽ:suo quẽq; iudicio:& hoies odisse aut diligere:& res ꝓbare aut iprobare debere:nõ pẽ dere ex alterius uultu ac nutu:nec alienis momentis animi circũagi:astipulariq; irato consuli tribunũ plebis:& quid priuatim.M.Aemylius mandauerit meminisse:tribunatum sibi a populo romano mã datum pro auxilio & libertate priuatoꝝ non pro consulari regno.Hoc quidẽ cernere æquum fore:ut memoriæ mandaretur:eiusdem collegii alteꝝ e duobus tribunus plebis suas inimicitias remisisse rei pu.alteꝝ alienas & mandatas exercuisse.His uictus castigationibus tribunus cum tẽplo excessisset:re ferente Seruio Sulpicio prætore triumphus Marco Fuluio est decretus.is cum gratias patribus cõscri ptis egisset:adiecit ludos magno se Ioui optimo maximo eo die:quo Ambraciã cepisset uouisse: in eã rẽ centũ decẽ põdo auri a ciuitatibus collarũ:petere ut ex ea pecunia: q̃ in triũpho latã in ærario positu rus eẽt:i ærariũ secerni iuberet.Senatus:pontificũ collegiũ consuli iussit:nũ id omne auꝝ in ludos cõsu mi necessarium esset.cum pontifices negassent ad religionẽ pertinere:quanta impensa in ludos fieret senatus Fuluio:quantũ uellet:impenderet:permisit:dum ne summã octingentamilliũ excederet.Triũ phare mẽse ianuario statuerat:sed cũ audisset cõsulẽ Aemyliũ litteris Amburii tri. pl.acceptis de remis sa intercessione ipsum ad impediẽdum triũphum Romã uenientem ægrũ in uia substitisse:ne plus i triumpho certaminum:q̃ in bello haberet:prætulit triumphi diem.triũphauit ad decimũ kalen.ianua rias de ætolis & de Cephalenia.aureæ coronæ cẽtum duæ decem pondo ante currũ latæ sunt: argenti pondo millia.lxxxiii.auri pondo.ccxliii.tetracia attica.cxyiii.mœnia:Philippei nummi decemmillia. ccccxxii.signa ænea duxitt.cclxxxy.signa marmorea.ccxxx.arma tela cætera spolia hostium magnus numerus:ad hæc catapultæ:balistæ:tormenta oĩs generis duces aut ætoli & cephales aut regii ab An tiocho ibi relicti ad septem & uiginti.Multos eo die:priusq̃ in urbem inueheret:in circo flaminio tri bunos præfectos equites centuriões romanos socios q; donis militaribus donaut:militibus ex præ da quinos uicenos denarios diuisit:duplex centurioni:triplex equiti.Iam cõsularium comitiorũ ap petebat tps:quia.M.Aemylius:cuius sortis ea cura erat:occurrere non potuit.G.Flaminius Romam uenit:ab eo creati consules Posthumius Albinus.Qu.Martius Philippus prætores inde facti.T.Me nius.P.Cornelius Sulla.G.Calphurnius Piso.M.Licinius Lucullus.G.Aurelius Scaurus.L.Quinti us Crispinus.Extremo anni magistratibus creatis.iam ad tertium nonas martias.G.Manlius Volsco de gallis qui Asiam incolunt:triũphauit:serius ei triumphandi causa fuit ne Quintio Terẽtio Culeo ne prætore causam lege petilia diceret:& incendio alieniiudicii:quo.L.Scipio damnatus erat.conflã graret eo infensioribus:in se q̃ in illum iudicibus quo disciplinam militarem seuere ab eo conseruatã

Triũphus M.Fuluio decernitur

Posthumi us Albin⁹ Qu.Marti us philip pus cõss.

ſucceſſor ipſe omni genere licentiæ corruperat.neq; ea ſola infamiæ erãt: quæ in prouincia procul ab oculis facta narrabantur:ſed etiam magis ea:quæ in militibus eius conſpiciebantur.Luxuriæ.n.peregrinæ origo ab exercitu aſiatico inuectam i urbẽ ẽ:inde primũ lectos æratoſ ueſtem ſtragulam præcio ſam:plagulas:& alia textilia:& quæ tum magnifice ſupellectilis habebãtur:monopodia & abacos Romam adduxerũt.tunc pſaltriæ ſambuciſtriæq; & conuiualia ludionũ oblectamenta addita epulis:epulæ quoq; ipſe & cura & ſumptu maiore apparari cœptæ.Tum coquus uiliſſimũ antiquis mancipium & æſtimatõe & uſu in prætio eſſe:& quod miniſteriũ fuerit:ars haberi cœpta.uix tamen illa:quæ tũ cõſpiciebãtur:ſemina erãt fnturæ luxuriæ.In triumpho tulit.G.Manlius coronas aureas.cc.decẽ pondo duas:argenti põdo.ccxx.millia centũ tria:tetracinũ atticum.cyii.millia uigĩti.ciſtophori.ccl. Philippeorum aureoꝝ nũmoꝝ ſedecim millia.cccxx.& arma ſpoliaq; multa gallica carpentis trãſuecta:duces hoſtium duo & quinquaginta ducti ante currũ.Militibus quadragẽos binos denarios diuiſit:duplex cẽturioni:& ſtipendiũ dupley in pedites dedit:triplex in equites.multi oĩum ordinũ donati militaribuſ donis curra ſecuti ſunt:carminaq; a militibus eam imperatorẽ dicta:ut facile appareret:in ducẽ indulgentẽ ambitioſum q; ea dici:triumphũ eſſe militari magis fauore quam populari celebrem.Sed ad populi quoq; gratiã conciliãdam amici Manlii ualuerũt:quibus annitẽtibus ſenatuſcõſultum factñ eſt: ut ex pecunia:quæ in triumpho tranſlata eſſet:ſtipẽdium collatum a populo in publicũ:quod eius ſolutũ antea nõ eſſet:ſolueretur.uicenos quinos & ſemiſſes in millia æris quæſtores urbani cũ fide & cura ſoluerunt.Per idẽ tps tribuni militũ duo & ex duabus Hiſpaniis cum litteris.C.Attinii &.C.Mãlii qui eas ꝓuincias obtinebant:uenerũt.ex iis litteris cognitũ ẽ celtiberos luſitanoſq; in armis eẽ & ſociorum agros populari.de ea re conſultationẽ integrã ſenatus ad nouos magiſtratus reiecit.Ludis romanis eo anno:quos.P.Cornelius Cethegus.A.Poſthumius Albinus faciebant:malus in circo inſtabilis inſignũ pollentiæ ꝓcidit:atq; id deiecit:ea religione moti patres & diem unũ adiiciẽdum ludoꝝ celebritati cenſuerũt:& ſigna duo pro uno reponẽda:& nouũ auratum faciẽdum:& plebeii ludi ab ædilibus.C.Sempronio Blæſo:&.M.Furio Luſco diem unũ inſtaurati ſunt.Inſequens annus.ſp. Poſthumium Albinũ:&.Qu.Martiũ Philippũ cõſules ab exercitu bellorumq; & ꝓuinciaꝝ cura ad inteſtinæ cõiurationis uindictã auertit.prætores ꝓuincias ſortiti ſũt.T.Menius urbanam Marcus Licinius Lucullus inter ciues & peregrinos.G.Aurelius ſcaurus ſardiniã:Publius Cornelius ſulla ſiciliam:Hiſpaniam citeriorem Gaius Calphurnius Piſo:Hiſpaniã ulteriorem.Qu.Criſpinus.Cõſulibus ambobus quæſtio de clandeſtinis cõiurationibus decreta eſt.Græcus ignobilis in Ethruriam primũ uenit:nulla cũ arte eaꝝ:quas multas ad aĩoꝝ corporũq; cultum nobis eruditiſſima oĩum gens inuexit:ſacrificulus & uates:nec iis:qui aperta religione propalã & quæſtum & diſciplinã ꝓfitendo aĩos errore imbueret: ſed occultoꝝ antiſtes ſacroꝝ.initia erant:quæ primo paucis tradita ſunt:dein uulgari cœpta per uiros mulieresq;.additæ uoluptates religioni uni & epulaꝝ:quo plurium animi illicerẽtur:cũ uinum aĩos: & nox:& mixti fœminis matres ætatis teneræ maioribus diſcrimen omne pudoris extinxiſſent:corruptelæ primũ omnis generis fieri cœptæ q̃d ad id quiſq; quo natura ꝓnioris libidinis eſſet:paratã uoluptatẽ haberet:nec unum genus noxæ ſtupra promiſcua ingenuoꝝ fœminarũq; erant:ſed falſi teſtes falſa ſigna teſtimoniaq; & indicia ex eadẽ officina exibant uenena idẽtidem iteſtinæq; cædes:ita ut ne corpora quidẽ interdum ad ſepulturã extarent:multa dolo:plæraq; per uim audebãt. Huius mali tabes ex Ethruria Romã uelut contagiõe morbi penetrauit.primo urbis magnitudo capatior patẽtiorq; talium maloꝝ celauit:tandem indiciũ hoc maxime modo ad Poſthumium conſulem peruenit.



.P.EBVTIVS: CVIVS PATER PVBLICO equo ſtipendia fecerat:pupillus relictus:mortuis deinde tutoribus ſub tutela Duroniæ matris & uitrici T.Sempronii Rutilii educatus fuerat:mater dẽdita uiro erat:& uitricus:quia tutelam ita geſſerat: ut rationem reddere nõ poſſet:aut tolli pupillũ aut obnoxium ſibi uinculo aliquo fieri cupiebat.uia una corruptelæ bacchanalia erant:mater adoleſcentẽ appellat ſe pro egro eo uouiſſe ubi primũ conualuiſſe bacchis eũ ſe initiaturam:damnatã uoti deũ benignitate exoluere id uelle.x.dieꝝ caſtimonia opus eſſe:decimo die cœnatũ:deinde pure lautum in ſacrariũ deducturã.ſcortũ nobile libertina:Hiſpala: Fecenia nomine digna quæſtu: cui ancillula aſſueuerat: libera huic uni adoleſcenti aĩum aplicuit: adeo nõ damno ſa famæ reiq;:ut maligne peæbentibus ſuis ipſa eum magna ex parte opibus ſuis ſuſtẽtaret: iamq; eo proceſſerat cõſuetudine capta:ut poſt patroni mortem:quia in nullius manu erat:tutore ſi tribunis & prætore petito:cum teſtamentũ faceret:unum Ebutium inſtitueret hæredẽ. Hæc amoris pignora cũ eſſent:nequicquam ſecretum alter ab altero haberent:per iocum adoleſcẽs uetat eam mirari.ſi per ali quot noctes ſecubuiſſet:religionis ſe cauſa ut uoto pro ualitudine ſua facto liberetur: bacchis initiari

uelle. Id ubi mulier audiuit: perturbata dii meliora: inquit: mori & sibi & illi satius esse: q̃ id faceret: & i caput eor̃ detestari minas periculaq̃: qui id suasissent. Admiratus tum uerba: tũ perturbationẽ tantã adolescens parcere execrationibus iubet: matrẽ id sibi assentiente uitrico imperasse. Vitricus ergo: in quit: tuus (matrẽ. n. insimulare forsitan fas non sit) pudicitiam famam spẽ uitamq̃ tuam perditum ire hoc facto properat. Eo magis mirabundo quærenti q̃ quid rei esset: pacé ueniamq̃ præcata deor̃ dea rumq̃ si coacta caritate eius silenda nunciasset: ancillam se ait dominæ comitẽ id eum sacrariũ intrasse liberam nunquã eo accessisse: scire corruptelar̃ eis generis eam officinã esse: & iam biennio cõsulta re neminẽ initiatum ibi maiorẽ annis. xx. ut quis introductus sit uelut uictimã tradi sacerdotibus eos in ducere in locũ qui circũ sonet ululatibus cantuq̃ symphoniæ & cymbalor̃ & tympanor̃ pulsu: ne uox queritantis cum per uim stuprũ inferretur: exaudiri posset. Orare deide atq̃ obsecrare: ut eam rẽ quo cũq̃ discuteret modo: nec se eo præcipitaret: ubi oĩa infanda patienda primũ: deinde facienda esset: ne q̃ ante dimisit eum: quã fidem dedit adolescens ab his sacris se temperaturũ. Posteaq̃ domum uenit: & mater mentionẽ intulit: quid eo die quid deinceps cæteris: quæ ad sacra pertinerẽt: faciẽdum esset: ne gat eor̃ se quicq̃ factur̃: nec initiari se in aĩo esse. Aderat sermoni Vitricus: cõfestim mulier exclamat Hispale concubitu carere eum decẽ noctes non posse: illius exteræ delinimentis & uenenis imbutum nec parẽtis: nec Vitrici: nec deor̃ uerecundiã habere. & iurgantes hinc mater: hinc Vitricus cum quat tuor cũ serius domo exegerũt. Adolescens inde ad Ebutiam se amitam cõtulit: cãmq̃: cur eiectus: nar rauit. deinde exauctoritate eius postero die ad consulẽ Posthumium arbitris remotis rem detulit. Cõ sul post diem tertium ad se iussum redire dimisit. ipse Sulpiciam grauem fœminã socrum suã percũcta tus est: ecquã anum Ebutiam ex auẽtino nosset. cum eã nosse. probã & antiqui moris fœminã respon disset: opus esse sibi ea conuenta dixit: mitteret nũcium ad eam: ut ueniret. Ebutia accita ad Sulpiciam uenit: & cõsul paulo post uelut forte interuenisset: sermonẽ de Ebutio fratris eius filio infert. Lachry mæ mulieri oborte: & miserari cãm adolescentis cœpit: qui spoliatus fortunis: a quibus minime oport teret: apud se tũc esset: eiectus a matre quod ꝑ bus adolescens (dii propitii essent) ob scœnis: ut fama est set: sacris initiari nollet. Satis de Ebutio exploratum ratus cõsul non uanum auctorẽ esse: dimissa Ebu tia socrum rogat: ut Hispalam idẽtidem ex aueutino libertinam nõ ignotã uicinæ accerseret ad sese eã quoq̃ esse quã percunctari uellet. Ad cuius nũcium perturbata Hispala: quod ad tã nobilem: & graué fœminam ignara causæ accerseretur: posteaq̃ lictoribus in uestibulo turbamq̃ consulẽq̃ ipsum cõspe xit: prope exaĩata est: Interiorẽ partem ædiũ adductam socru adhibita consul: si uera dicere inducere i aĩum posset. negat perturbari debere: fidem uel Sulpicia tali fœmina uel ab se acciperet: expromeret sibi: q̃ in ludo simili bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri. Hæc ubi audiuit: tantus pauor tre morq̃ oĩum membror̃ mulerẽ cœpit: ut diu hiscere nõ posset: tandẽ confirmata puellã admodum se ancilla initiatam cũ domina ait: aliquot annis: ex quo manumissa sit: nihil: quid ibi fiat: scire. Jã id ipsũ consul laudare cũ initiatam se nõ inficiaretur: sed & cætera eadem fide expromeret: neganti ultra quic quam scire: nõ eãdem dicere: si coarguatur ab alio ac fatenti ueniã aut gratiam fore. cum tibi oĩa expo sui: nã qui ab illa audisset alia. Mulier haud dubie id. quod erat: Ebutium indicẽ arcani rata esse: ad pe des Sulpiciæ procidit: & eã primo orare cœpit: ne mulieris libertinæ cum amatore sermonẽ in rem nõ seriam mõ: sed capitalẽ ẽt uerti uellet: se terrendi eius causa non quod sciret quicq̃ locutã esse: Hic Post humius accensus ira tũ quoq̃ ait eam cũ Ebutio se amatore cauillari credere (nõ in domo grauissime fœminæ & cum cõsule loqui: & Sulpicia attollere pauentẽ: simul illam adhortari: simul iram generi le nire. Tandẽ confirmata multũ incusata perfidia Ebutii: qui optimæ in eo ipso meritæ talem gratiam re tulisset: magnũ sibi metum deor̃: quor̃ occulta initia nunciaret: maiorẽ multo dixit hoĩum esse: qui se iudicem manibus suis discepturi essent: itaq̃: hoc se Sulpiciam hoc consulẽ orare: ut se extra Italiam aliquo ablegarent: ubi degere reliquum uitæ tuto posset. Bono animo esse iubere eã consul: & sibi cu ræ fore dicere ut. Romæ tuto habitaret. Tum Hispala originẽ sacrorum expromit: primo sacrarium id fœminar̃ fuisse: nec quemquã uirũ eo admitti solitum: tres in anno dies statutos habuisse: quibus in terdiu bacchis initiarẽtur: sacerdotes inuicẽ matronas creari solitas. Pacullam: Miniam: Esoponã sacer dotem oĩa tanquã deũ monitu ĩmutasse: nam & uiros eã primã suos filios initiasse Minium & heren nium Cerinios: & nocturnũ sacrum ex diurno: & pro tribus in anno diebus quinos singulis mẽsibus dies initior̃ feciss̃e. Ex quo inde ꝑmiscua sacra sint: & permixti uiri fœminis: & noctis licentia accesse rit: nihil ibi facinoris: nihil ibi flagitii prætermissum: plura uiror̃ iter se: q̃ fœminar̃ esse stupra: si qui minus patientes dedecoris sint: & pigriores ad facinus pro uictimis ĩmolari: nihil nefas ducere: Hanc summã inter eos religionẽ esse: uiros uelut mente capta cũ iactatione fanatica corporis uaticinari: ma tronas bacchar̃ habitu crinibus passis cũ ardentibus facibus decurrere ad tyberim: demissasq̃ i aquã faces: quia uiuũ sulphur cũ calce insit: integra flama efferre. Raptos adiis hoĩes dici: quos machinæ il ligatos ex conspectu in abditos specus abripiant: eos esse: qui aut coniurare: aut sociari facinoribus: aut stuprum pati noluerunt. Multitudinẽ ingentem alter̃ iam prope populũ esse in his nobiles quos dam uiros fœminasq̃. biennio proximo instituũ esse nequis maior. xx. annis initiaretur: captare æta tes & erroris & stupri patientes. Peracto indicio aduoluta rursus genibus preces easdem: ut se ablega ret: repetiuit. Consul rogat socrum: ut aliquam partẽ ædium uacuã faceret: quo Hispala ĩmigraret. cœ

Att. sacri flagitia

Bacchana liũ ĩnitia & scelera sa cris admis sa.

cynarũm

naculum super ædes datum est scalis ferentibus in publicum obseratis aditu in ædes uerso:res oēs Fe
ceciæ extēplo translatæ & familia accersita:& Ebutius migrare ad cōsulis clientē iussus.Itaq; cum indi
ces ambo in ptāte essent:rē ad senatum Posthumius defert.oībus ordine expositis:quæ delata primo:
quæ deinde a se inuestigata forent:patres pauor ingēs cœpit cum Publico noīe:quid eæ coniuratio
nes cœtusq; nocturni fraudis occultæ aut periculi importarent:tum priuata quisq; suoꝝ uice ne quis
affinis noxiæ esset.Censuit autem senatus gratias consuli agendas:quod eam rē:& cū singulari cura &
fine tumultu inuestigasset.quæstionem deinde de bacchanalibus sacrisq; nocturnis extra ordinē man
dant indicibus Ebutio ac Feceniæ:ne fraudi ea res sit:curare:& alios illicere ac præmiis inuitari iubēt:
sacerdotes eoꝝ sacroꝝ seu uiri seu fœminæ essent:non Romæ mō:sed per oīa fora & conciliabula con
quiri:ut in cōsulum potestate essent.edici,præterea & in urbe romana:& per totam Italiā emitti:neqs:
qui bacchis initiatus esset:coisse aut conuenisse causa sacroꝝ uelit:neu quid talis rei diuinæ feciſſe.an
te oīa dum quæstio de his haberet:qui coissent:coniurassentq;:quo stuprum flagiūue inferretur.Hæc Publicū de
senatus decreuit consules ædilibus curulibus imperarunt:ut sacerdotes eius sacri oēs conquirerēt:cō cretum ad
prehensosq; libero conclaui ad quæstionem conseruarent:ædiles plebis uidere:ne qua sacra in oper bacchana
to fierent:triūuiris capitalibus mandatū est:ut uigilias disponerent per urbē:seruarentq; nequi noctur lia tolleda
ni cœtus fierent:utiq; ab incendiis caueretur:adiutores triumuiris quiq; uiri:uti cis tyberim suæ quis
regionis ædificiis præessent.Ad hæc officia dimissis magistratibus consules in rostra ascenderunt:&
concione aduocata cum solēne carmen precationis:quod fari priusquam populū alloquantur: magi Consis consulis de re
stratus solent:peregisset consul:ita cœpit.Nulli unquam concioni quidem tam nō solum apta:sed etiā timonijs Bacchi
necessaria hæc solēnis deoꝝ comprecatio fuit:quæ uos admoneret:hos esse deos:quos colere:uenera
ri:præcariq; maiores nostri instituissent:non illos:qui prauis:& externis religionibus captas mentes
uelut furialibus stimulis ad omne scelus:& ad omnē libidinem agerent.Equidem nec quid taceā:nec
quatenus proloquar:inuenio:si aliquid ignorabitis:ne locum negligentiæ dem:si omnia nudauero:
ne nimium terroris effundam uobis uereor:quicquid dixero:minus quam pro atrocitate & magnitu Consulis
dine rei dictum scitote esse:ut ad cauendum satis sit:dabitur opera a nobis.Bacchanalia tota iampridē oratio i fœ
Italia:& nunc per urbem etiam multis locis esse non fama mō accepisse:uos:sed crepitibus etiam ulu dum sacro
latibusq; nocturnis:qui personant tota urbe:certum habeo cæteꝝ:quæ hæc res sit:ignorare: alios deo rū ritum
rum aliquem cultum alios concessum ludum:& lasciuiam credere esse:& qualecunq; sit:ad paucos p
tinere:quod multitudinem eoꝝ:si dixero multa milia hominum esse:necesse est exterreri aios:nisi ad
iunxero:qui & quales sint primum igitur mulieꝝ magna pars est:& is fons mali huiusce fuit:deinde
simillimi fœminis mares stuprati & constupratores:fanatici uigiles uino strepitusq; nocturnis attoni
ti.Nullas adhuc uires coniuratio cæteꝝ incrementum ingens uirium habet:quod in dies plures fiūt.
Maiores nostri ne nos quidem nisi cum aut uexillo in arce posito comitioꝝ causa exercitus edictus es
set:aut plebi concilium tribuni edixissent:aut aliqui ex magistratibus ad concionem uocassent: forte
temere coire noluerunt:& ubicunq; multitudo eēt:& ibi legitimum rectorem multitudinis censebāt
debere esse.Quales primum nocturnos cœtus:deinde promiscuos mulieꝝ ac uirorum esse creditis?si
quibus ætatibus initientur mares:sciatis:non misereat uos eoꝝ solum:sed etiā pudeat.Hoc sacramen
to initiatos iuuenes milites faciendos censetis quirites? his ex obscœno sacrario eductis arma comit
tenda?hi cooperti stupris suis alieniscq; pro pudicitia coniugum ac liberoꝝ uestrorum ferro decernēt?
Minus tamen esset:si flagitiis tantum effœminati forent:ipsoꝝ id magna ex parte dedecus erat:a faci
noribus manus mentem a fraudibus abstinuissent nunquam tantū malum in rep.fuit.nec ad plures
nec ad plura pertinens:quicquid scelere peccatum est ex illo uno sacrario scitote ortum esse.nec oīa in
quæ coniurauerunt:edita facinora habent:adhuc priuatis noxiis quia nondum ad rempublicam op
primendam satis uirium est:coniuratio sese impia tenet:crescit & serpit quottidie malum:iam maius
est:q̄ capere id prima fortuna possit:ad summā resp.spectat:nisi præcaueritis quirites:iam huic diur
næ legitimæ ab consule uocatæ par nocturna concio esse poterit.nūc illi uos singuli uniuersos cōcio
nantes timent:iam ubi uos dilapsi domos & in rura uestra eritis:illico conierint: consultabūt de sua
salute simul ac uestra pernicie:tum singulis uobis uniuersi timendi erunt. Optare igitur unusquisq;
uestrum debet:ut bona mens suis oībus fuerit:si quem libido:si furor in illum gurgitem abripuit:il
lorum eum:cū quibus in omne flagitium & facinus coniurauit.non suum iudicet esse.Nequis etiam
errore labatur uestrum quidē non sum securus:nihil enim in speciem fallacius est.q̄ prava religio ubi in speciem
deoꝝ numen prætenditur:celerius subit aium timor:ne fraudibus humanis uindicandis diuini iu Etacinos
ris aliquid mixtum uiolemus:hac uos religiōe inumerabilia decreta pontificū:senatusc̄ consulta:aruspi libros uide
cum deniq; responsa liberant.quotiens hoc patrum auorūq; ætate negotium est magistratibus datū num ethni
ut sacra externa fieri uetarent?sacrificulos uatesq; foro circo urbe prohiberent?etacinos libros cōqui cos sit legē
rerent:comburerentq;?oēm disciplinam sacrificandi præterq̄ more romano abolerent?iudicabant.n. dum
prudentissimi uiri oīs diuini humaniq; iuris nihil æque dissoluendæ religionis esse:q̄ ubi nō patrio
sed externo ritu sacrificaretur.Hæc uobis prædicenda ratus sum:nequa suspicio agitaret aios uestros
cum demolientes nos bacchanalia discutientesq; nefarios cœtus cernetis:oīa diis propitiis uolētibus
q; ea faciemus:qui quia suum numē sceleribus libidinibusq; contaminari indigne ferebant:ex occul

tis ea tenebris in lucem extraxerunt:nec patefieri ut impunita essent:sed ut uindicarentur:& opprimerentur:uoluerunt.Senatus quæstionem extra ordinem de ea re mihi collegæq; meo mandauit: nos quæ ipsi nobis agenda sunt:impigre exequemur uigiliaq; nocturnaq; curam per urbẽ minoribus mãdauimus uos quoq; æquum est:quæ uestra munia sunt:quo quis loco positus erit:quod imperabit:impigre præstare:& dare operam:nequid fraude noxioꝝ periculi aut tumultus oriatur.Recitari deinde senatusconsulta iusserunt:indiciq; præmium proposuerunt:si quis quem ad se deduxisset:nomẽq; de absentibus detulisset.qui noĩatus profugisset:diem certam finituros:ad quam nisi citatus respõdisset: absens damnaretur:si quis eoꝝ:qui tum extra terram Italiam esset:noĩaretur ei laxiorem se diem daturos:si uenire ad causam dicendam uellet:edixerunt deinde nequis quid fugæ causa uendidisse:neue emisse uellet:nequis reciperet:celaret ope ulla:iuuaret fugientes.



Attea.S.R.aiaduerso in Bacchi sacerdotes

Atr.numerũ cõspiratoꝝ & supplicii

CONCIONE DIMISSA TERROR MAgnus urbe tota fuit:nec mœnibus se tantum urbis aut finibus romanis continuit se passim per totã Italiam litteris hospitum de senatusconsulto:& concione:& edicto consulum acceptis:trepidari cœptum ẽ multi ea nocte:quæ diẽ insecuta est:quo in conciõe res palam facta est:custodiis circa portas positis fugientes a triũuiris comprehensi & reducti sunt multorum delata quidem noĩa:ex iis uiri fœminæq; mortem sibi consciuerunt. Conspirasse supra septem millia uiroꝝ ac mulierum dicebantur capita autem coniuratiõis constabat esse. M. Catanium de plebe romana.A.Faliscum.L.Opiterniũ:& Minium Cerriniũ campanum:ab his oĩa facinora & flagitia orta eos maximos sacerdotes conditoresq; eius sacri esse datam operam esse:ut primo quoq; tpe comprehenderẽtur.adducti ad consulẽ:fassiq; de se nullã moram iudicio fecerunt:cæteroꝝ tanta fuga ex urbe facta erat:ut quia multæ sationes & res peribant: cogerẽtur prætores.T.Menius:&.M.Licinius per senatum rem in diem tricesimũ differre:donec quæstiones a consulibus perficerẽtur.Eadem solitudo quia Romæ non possidebant:nec inueniebantur:quorum nomina delata erant:coegit consules circa fora proficisci:ibi quærere:& iudicia exercere:qui tantum initiati erant:& ex carmine sacro præcationes fecerant:in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem continebatur:nec eaq; reꝝ ullam rem:in quas iureiurando obligati erant: in se aut alios admiserant:eos in uinculis relinquebant:qui stupris aut cædibus uiolati erãt:qui falsis testimoniis signis adulterinis subiectione testamẽtoꝝ fraudibus aliis cõtaminati eos capitali pœna afficiebãt plures necati:q̃ in uincula coniecti sunt magna uis in utraq; causa uiroꝝ mulierũq; fuit.mulieres dãnatas cognatis : aut in quoꝝ manu essent:tradebant : ut ipsi in priuato aĩaduerterent in eas:si nemo erat idonrus supplicii exactor in publico aĩaduertebatur.Datum deinde consulibus negotium est:ut omnia bacchanalia Romæ primũ deide per totam italiã diruerent:extra quam:siqua ubi uetusta ara aut signũ consecratum esset:in reliquũ deinde senatusconsulto cautũ est:ne qua bacchanalia Romæ:neu in Italia essent:siquis tale sacrum solenne & necessariũ duceret:& nec sine religione:& piaculo se dimittere posse:apud prætorem:ut profiteretur:prætor senatum consuleret:si ei permissum esset:cum in senatu centum non minus essent:ita id sacrum faceret:dum ne plusquam qui sacrificio essent : neu quæ pecunia cõmunis:neu quis magister sacrorum:aut sacerdos esset:aliud deinde huic.coniunctum resecrente.Qu.Martio consule senatusconsultum factum est:ut de iis:quos pro indicibus consules habuissent:integra res ad senatum referretur Cum.Sp.Posthumius quæstionibus perfectis Romã rediisset: Minium Cerrinium campanum Ardeam in uincula mittẽdum censuerunt:magistratibusq; ardeatiũ prædicendum:ut intentiore cum custodia asseruarent:non solum ne effugeret:sed ne mortis consciscendæ locũ haberet.Sp.Posthumius aliquanto post Romã uenit:eo referrente de.P.Ebutii & Hispalæ Feceniæ præmio quod eoꝝ opera indicata bacchanalia essent:senatusconsultum factum est:ut in singulis centenamillia æris quæstores urbani ex ærario darent:utiq; consules cũ tribunis placeret uti ad plebem primo quoq; tempore ferrent:ut.P.Ebutio emerita stipendia essent:ne.inuitus militaret:neue censores equũ publicum assignarent:utiq; Feceniæ Hispalæ datio diminutio:gentis enuptio:tutoris optio ita esset:quasi ei uir testamento dedisset:utiq; in ingenuo nubere liceret.ne quid ei:qui eam duxisset:ob id fraudi ignominiæue esset:utiq; consules prætoresq;:qui nunc essent:quiue postea futuri essent:curarent:ne quid ei mulieri iniuriæ fieret:utiq; tuto esset.id senatum uelle & æquum censere ut ea fierent.omnia lata ad plebem factaq; sunt ex senatusconsulto:& de cæteroꝝ iudicum impunitate præmiisq; permissum est consuli.Et iam.Qu.martius quæstionibus suæ regionis perfectis in ligures prouinciam proficisci parabat:tribus millibus peditum romanoꝝ.cl.equitibus in supplementũ acceptis:eadem prouincia idem numerus peditũ equitumq; & collegæ decretus erat.exercitus acceperunt:quos priore anno.C.Flaminius:&.M.Aemylius consules habuerunt: duas præterea legiones

Recens senatusconsultũ de bacchanalium abolitione

Præmia indicibus decreta

Quanta libertas ferre mig data

Quanto exercitu Insubri guria profecti sint

nouas ex ſenatuſconſulto ſcribere iuſſi ſunt:& uigintimillia peditum ſociis & nomĩni latino imperarunt:& equites octingentos:& triamillia peditum romanoꝝ.cc.equites .totum hunc exercitum præter legiones in ſupplementum hiſpanienſis exercitus duci placebat:itaq; conſules:dum ipſi quæſtiõibus impediebantur.T.Menium delectui habendo præfecerunt.Perfectis quæſtionibus .Qu.Martius i ligures apuanos eſt profectus:dum penitus in abditos ſaltus:quæ latebræ receptaculaq; illis ſem per fuerant:proſequitur:in præoccupatis angnſtiis loco iniquo eſt circũuentus:quattuormillia militũ amiſit:& legionis ſecundæ ſigna tria:undecim uexilla ſocium ac latini noĩs in poteſtatem hoſtium uenerunt:& arma multa:quæ quia impedimento fugientibus per ſilueſtres ſemitas erant:paſſim iactabantur.prius ſequendi ligures finem:q̃ fugæ romani fecerunt.Conſul ubi primum ex hoſtium agro euaſit:ne quantum dimminutiæ copiæ forent:appareret:in locis pacatis exercitum inmiſit:non tamẽ obliterare famam rei male geſtæ potuit:nam ſaltus:unde eum ligures fugauerant:martius eſt appellatus.Sub hunc nuncium ex liguſtinis uulgatum litteræ ex Hiſpania mixtam gaudio triſtitiam afferentes recitate ſunt.C.Catinius:qui biennio ante prætor in eam prouinciam profectus erat:cũ luſitanis in agro haſtenſi ſignis collatis pugnauit.ad ſexmillia hoſtium ſunt cæſa:cæteri fuſi:& fugati caſtriſque exuti:ad oppidum deinde Haſtam oppugnandum legiones ducit:id quoq; haud multo maiore certamine cœpit:q̃ caſtra:ſed dum incautius ſubit muros:ictus ex uulnere poſt dies paucos moritur.Litteris de morte proprætoris recitatis:ſenatus cenſuit mittendum:qui ad Lunæ portum.C.Calphurnium prætorem conſequeretur:nunciaretq; ſenatum cenſere æquum:ne ſine imperio prouincia eſſet:maturare eum proficiſci.quarto die qui:miſſus erat:Lunam uenit:paucis ante diebus Calphurnius profectus erat:& in citeriore Hiſpania.L.Manlius Acidinus:qui eodem tempore quo.G.Acinius in prouincia erat:cum celtiberis acie conflixit:incerta uictoria diſceſſum eſt:niſi quod celtiberi caſtra ibi nocte proxima mouerunt:romanis & ſuos ſepeliendi:& ſpolia legẽdi ex hoſtibus poteſtas facta eſt.Paucos poſt dies maiore coacto exercitu celtiberi ad Calagurram oppidum ultro laceſſiuerunt prælio romanos:Nihil traditur:quæ cauſa numero aucto infirmiores eo fecerit:ſuperati prælio ſunt:ad.xii.millia hoĩum cæſa:plus duo capta:& caſtris romanus potitus:& niſi ſucceſſor aduentu ſuo inhibuiſſet impetum uictoris:ſuacti celtiberi forent:noui prætores ambo exercitus in hyberna deduxerunt.

Saltus martius

Luſitanoꝝ cædes

Celtiberorũ cædes



PER EOS DIES:Q. VIBVS HAEC IN HISPANIA nunciata ſunt:ludi taurii per biduũ facti religionis cauſa decẽ apparatos deinde ludos.M.Fuluius quos uouerat ætolico bello fecit:multi artifices ex Græcia uenerant honoris eius cauſa.athletaq; quoq; certamen tum primo romanis ſpectaculo fuit:& uenatio data leonum & pantheraꝝ:& prope huius ſeculi copia ac uarietate ludricrũ celebratũ eſt.nouẽdiale deinde ſacrũ tenuit:quod in Piceno per triduum lapidibus pluerat:igneſq; cæleſtes multifariam orti aduſiſſe compluriũ leui afflatu ueſtimenta maxime dicebant.addita & unum diem ſupplicatio ẽ ex decreto pontificũ:quod ædes Opis in capitolio de cælo tacta erat.hoſtiis maioribus conſules procurarunt:urbemq; luſtrauerunt.Sub idẽ tps & ex Vmbria nnnciatũ eſt ſemimarem duodecim ferme annos natũ:nuentũ id ꝓdigiũ abominantes arceri romanos agro necariq; quam primũ iuſſerunt.Eodem quoq; anno galli trãſalpini tranſgreſſi in Venetiam ſine populatione aut bello:aut procul inde ubi nunc eſt Aquileia:locum oppidum condendo ceperunt.legatis romanis ea re trans alpes miſſis reſponſum eſt neq; profectos ex auctoritate gentis eos nec quod in Italia facerent ſe ſcire.L.Scipio eo tẽpore ludos:quos bello Antiochi uouiſſe ſeſe dicebat:ex collata ad id pecunia ab regibuſ ciuitatibuſq; per dies decem fecit.Legatum eum poſt damnationẽ & bona uendita miſſum in Aſiam ad ditimenda inter Antiochum & Eumenẽ reges certamina Valerius Antias eſt auctor:tum collatas ei pecunias congregatoſq; per Aſiam artifices:& quorum ludorũ poſt bellum in quo uotos dicerent:mentionẽ non feciſſet:deꝫis poſt legationem demum in ſenatu actum.Cũ iam in exitu ãnus eſſet.Qu.Martius abſens magiſtratu abiturus erat.SP.Poſthumius quæſtionibus cum ſumma fide curaq; perfectis comitia habuit.cerati ſunt conſules.Ap.Clau.Pulcher.M.Sempronius Tuditanus.poſtero die prætores facti.P.Cornelius.A.Poſthumius Albinus.G.Arranus Stello.Gn.Acilius Serranus.Lucius Poſthumius Templanus:Marcus Claudius Marcellinus.Extremo anno quia Spurius Poſthumius conſul renunciauerat peragrantem ſe ꝓpter quæſtiones:utrũq; littus Italiæ deſertas colonias Sipontum ſupero Buxentũ infero mari inueniſſe:triũuiri ad colonias eo ſcribendas ex ſenatũſconſulto ab.L.Mænio prætore urbano creati ſunt.L.Scribonius Libo.M.Tutius Gnæus Bebius Tamphilus.Cum Perſeo rege & macedonibus bellum quod iminebat:nõ unde plæriq; opinãtur:nec ab ipſo Perſeo cauſas cœpit:inchoata initia a Philippo ſunt:& ipſe:ſi diutius uixiſſet:id bellum geſſiſſet:una eum res cum uicto leges imponerent:maxime angebat:quod qui ma-

Prodiagia

Ap.Claudius pulcher

M.Sẽpro. Tuditanꝰ conſſ.

Quando philippo ire stimulum fuerit in ro.

cedonum ab se defecerant in bello:in eos ius scæuiendi ademptum ei ab senatu erat: tamen quia rem integram.Quintius in conditionibus pacis distulerat:non desperasset impetrari posse: Antiocho deinde bello superato ad Thermopylas:regi diuisis patribus:cum per eosdem dies consul Attilius Heracleam:Philippus Lamiam oppugnasset: capta Heraclea: quia iussus abscedere a mœnibus Lamiæ erat:romanisq; oppidum deditum est:ægre eam rem tulerat.permulsit iram eius cõsul:quod ad Naupactum ipse festinans:quo se ex fuga ætoli contulerant:Philippo permisit:ut Athamaniæ & Aminandro bellum iferret:urbes :quas thessalis ætoli ademerant:regno adiiceret: haud magno certamine & Amynandrum athamania expulerat:& urbes receperat aliquot.Demetriadem quoq; urbem ualidã & ad omnia opportunam:& magnetum gentes suæ dicionis fecit inde & Thracia quasdam urbes noUæ atq; insuetæ libertatis uitio seditionibus principum turbatas partibus quæ domestico certamine uincerentur:adiungendo se cœpit.His sedata in præsentia regis ira in romanos est: nunquam tamen remisit animum a colligendis in pace uiribus:quibus:quando data fortuna esset: ad bellum uteretur uectigalia regni non fructibus tantum agroꝝ portoriisq; maritimis auxit sed metalla etiam & uetera intermissa recoluit:& noua multis locis instituit. Vt uero antiquam multitudinem hominũ:quæ bellicladibus amissa erat restitueret:non sobolem tantum stirpis parabat cogendis omnibus procreare atq; educare liberos sed thracũ ẽt magnã multitudinẽ in macedoniã traduxerat:qetusq; aliquãdiu a bellis omni cura in augendas regni opes intentus fuerat.Rediere deinde causæ:quæ deitegro iram moUerent in romanos:thessaloꝝ & perrhebiorum querelæ urbibus suis ab eo possessis:& legatorum regis Eumenis de thraciis oppidis per uim occupatis traductaq; in macedoniã multitudine:ita auditæ erant:ut eas non negligi satis appareret.maxime mouerat senatum:quod iam Henum & maroneam affectari possessionẽ audierant:minus thessalos curabant.Athamanes quoq; uenerunt legati nõ ptis amissæ nõ finiũ iacturã quærentes sed totã Athamaniã sub ius iudicium q; regis ueniisse:& maronitarũ exules erant pulsi:quia libertatis causam defendissent ab regio præsidio:ii non Maroneam modo sed etiam Henum in potestate nunciabant Philippi esse.Venerant & a philippo legati ad purgãda ea:qui nihil nisi permissu romanoꝝ imperatorum factum affirmabant.ciuitates thessaloꝝ:& perrhebiorum & magnetum:& cum amynandro athamanum gentem in eadem causa:qua ætolos fuisse: Antiocho rege pulso occupatum oppugnandis ætolicis urbibus consulem ad recipiendas eas ciuitates Philippum misisse:armis subacto parere.Senatus nequid absente rege statueret:legatos ad eas controuersias disceptandas misit Qu.Cecilium Metellum.M.Bebium Tamphilum.T.Sempronium: quoꝝ subaduentu ad thessalica Tempe oĩbus iis ciuitatibus:quibus cum rege disceptatio erat:concilium indictum est.Ibi cũ romãi legati disceptatoꝝ loco:thessali:prhebiiq;:& athamanes haud dubii accusatores Philippus ad audienda crimina tanquam reus consendissent:pro ingenio :quisq; eoꝝ: qui principes legationum erant & gratia cum Philippo aut odio:acerbius leniusue egerunt.In controuersiam autẽ ueniebant Philippo Polystricta:Phaloria:& Euronomen:& cætera circa ea oppida utrum thessalorũ iuris cum ui ademptæ possessæq; ab ætolis forent(nam Philippum ademisse eas constabat)an ætolica antiquitus ea oppida fuissent.ita.n.Attilium regi concessisse:si ætoloꝝ fuissent: si uoluntate non si ui atq; armis coacti cum ætolis essent.Eiusdem formulæ disceptatio de perrhebioꝝ magnetumq; oppidis fuit.oĩum.n.iura olim possidendo per occasiones ætoli miscuerant.Ad hæc quæ disceptationis erant querelæ thessalorum adiectæ quod ea oppida:si iam redderentur sibi:spoliata ac deserta redditurus esset:nam præter belli casibus amissos:quingentos principes iuuentutis in Macedoniam abduxisse: & opera eorum in seruilibus abuti ministeriis: & quæ reddiderit: coactus thessalis inutilia: ut redderet: curasse. Thebas Phthias unum maritimum emporium fuisse quondam thessalis frugiferum & quæstuosum: ibi nauibus onerariis comparatis regem:quæq; præter Thebas Demetriadem cursum dirigerent negotiationem maritimam omnem eo auertisse.iam ne a legatis quidem:qui iure gentium sancti sunt:uiolandis abstinere:insidias positas euntibus ad.T.Quintium. Itaq; ergo in tantum metum omnes thessalos coniectos:ut non in ciuitatibus suis:non in communibus gentium conciliis quisq; hiscere audeant.procul enim abesse libertatis auctores romanos:lateri adhærere grauẽ dominum prohibentem uti beneficiis populi romani.quid autem: si uox libera non sit:liberum esset nunc se fiducia & p̃sidio legatorum ingemiscere magis:q; loqui.nisi prouideãt aliquid romani: quo & græcis Macedoniam accolẽtibus metus & audacia Phylippi minuatur:nequicq; & illum uictum: & se liberatos esse.Hæc acerbe postremo:cum priores leniter permulsissent iram eius petentes:ut ignosceret pro libertate loquentibus:& ut deposita domini acerbitate assuesceret socium atq; amicum sese præstare:& imitaretur populum romanum:qui caritate quã metum adiungere sibi socios mallet. Thessalis auditis perrhebii Cõnocondylum:quod Philippus Olympiadẽ appellauerat: Perrhebiæ fuisse:& ut sibi restitueretur:agebant:& de Malea:& Herycinio eadem postulatio erat. Athamanes libertatem repetebant & castella Atheneũ:& Paneneum.Philippus ut accusatoris potiusq; rei speciem haberet:& ipse a querelis orsus Menelaidẽ in Dolopia:quæ regni sui fuisset: thessalos ui atq; armis expugnasse questus est item Petrã Imperiam ab iisdem thessalis perrhebiisq; captam.Xinias quidem haud dubie ætolicum oppidum sibi contribuisse eos:& Paracheloida:quæ sub athamania esset:nullo iure thessalorum formulæ factã:Nam quæ sibi crimina obiiciantur de insidiis legatorum & maritimis portubus;

Quo philippus eẽt in ro.aĩo

Populoꝝ querele aduersus philippum

Thessaloꝝ & philippi adhortatio

Philippo purgans se accusation incipit

frequentatis aut desertis alteꝝ ridiculum esse reddere rationem quos portus mercatores aut nautici petant:alteꝝ molestum prauos mores tot annos esse:p quos nunquã cessauerint legati nũc ad imperatores romanos:nunc Romam ad senatũ crimina de se deferre.quem unquam uerbo uiolatum esse se mel euntibus ad Quintium insidias dici factas:sed qd iis acciderit nõ adici:quærentium qd falso obiiciant:cum ueri nihil habeant.ea crimina esse insolenter & immodice abuti thessalos indulgentia populi romani:uelut ex diutina siti nimis auide meram haurientes libertatem:itaq; seruorum modo preter spem repente manumissorum licentiam uocis & lingue experiri sese insectatione & conuiciis domino rum.elatus deinde ira adiecit nondum oĩum dierum solem occidisse.id minaciter dictum nõ thessali modo ĩ sese:sed etiam romani acceperunt.& cum fremitus post eam uocem ortus:& tandem sedatus esset perrhebiorum inde athamanumq; legatis respondit eandem:de quibus illi agant:ciuitatũ causã esse:consulem Attilium & romanos sibi dedisse eas:cum hostium essent si suum munus:qui dedisset: adimere uelint:scire cedendum esse:sed meliori & fideliori amico ingratiam leuium & mutabilium ciorum iniuriam eos esse:facturos:nec enim ullius rei minus diuturnam esse gratiam:q̃ libertatis:præsertim apud eos:q male utendo cani corrupturi sint.Causa cognita ꝓnunciauerunt legati placere deduci præsidia macedonum ex iis urbibus.& antiquis Macedoniæ terminis regnum finiri.de iniuriis quas ultro citroq; illatas querebantur:quo modo ĩter eas gentes & macedonas disceptetur:formulam iuris exequendi constituendam esse.Inde grauiter offenso rege Thessalonicem ad cognoscendum de Thraciæ urbibus ꝓficiscunt:ibi legati Eumenis:si liberas esse Henum & Maroneam uelint romani: nihil sui pudoris esse ultra dicere:q̃ ut admoneant regem:ut non uerbo eos liberos relinquat:nec suũ munus itercipi ab alio patiant:sin autem minor cura sit ciuitatum ĩ Thracia positarum:multo uerius esse quæ sub Antiocho fuerint.Premia belli Eumenem:q̃ Philippum habere:uel pro patris Attali meritis bello quod aduersus Philippum ipsum gesserit:uel suis quo Antiochi bello terra mariq; laboribus piculisq; omnibus interfuerit.Habere eum præterea decem legatorum ĩ eam rem præiudicium:q cum Cheronnesum:Lysimachiamq; dederint:Maroneã quoq; atq; Henum ꝓfecto dedisse: quæ ipsa propinquitate regionis uelut appendices maioris muneris essent:nam Philippũ quidem quo merito in populũ romanum aut iure imperii cũ tam procul ab finibus Macedõiæ absint:ciuitatibus his ꝑsidia imposuisse.uocari maronitas iuberent:ab iis certiora oĩa de statu ciuitatum eaꝝ scituros.Legati maronitaꝝ uocati non uno tm̃ loco ꝑsidium esse regiũ sicut in aliis ciuitatibus dixerunt: sed pluribus simul & plenã macedonum Maroneã esse:itaq; dominari assentatores regios:his so'is loq & in senatu & conscionibus licere:eos oẽs honores & capere ipsos & dare aliis:optimũ quẽq; quibus libertatis: quibus legum cura sit:aut exulare pulsos patria:aut in honoratos & deterioribus obnoxios silere.De iure ẽt finium pauca adiecerunt.Quintum Fabium Labeonẽ cum in regione fuisset:direxisse finem Philippo uterem regiamq; Thraciæ paroeiã:sub ea nusq̃ ad mare ferentem deflexisse uiã: qua maronitarũ urbes agrosq; amplectatur.Ad ea philippus longe aliã quam aduersus thessalos parrhebiosq; nup ingressos disserendi uiam:non cũ maronitanis mihi:aut cũ Eumene disceptatio est:sed iã uobiscum romani:a q bus nihil æqui me impetrare iãdiu aĩaduerto.ciuitates macedonum:q̃ a me inter inducias defecerant: reddi mihi æquũ censebã:non quia magna accessio ea regni futura esset:sunt enim & parua oppida:& in finibus extremis posita:sed quia multum ad reliquos macedonas continẽdos exemplum ptinebat: negatũ est mihi.bello ætolico Lamiã oppugnare iussus a cõsule.M.Attilio cum diu fatigatus ibi ꝑliis operibusq; essem:transcendentẽ me iã muros a capta ꝓpe urbe reuocauit cõsul:& abducere copias in de coegit.ad huius solatiũ iniuriæ pmissum ẽ:ut Thessaliæ perrhebiæq; & athamanũ reciperem q̃dam castella magis quam urbes:ea quoq; ipsa uos mihi.Qu.Cecili paucos ante dies ademistis.Pro nõ dubio paulo ante si diis placeat:legati Eumenis sumebant:quæ Antiochi fuerunt.Eumenẽ æquius esse q̃ me habere:id ego aliter longe iudico esse:Eumenes.n.non nisi uicissent romani:sed nisi bellum gessisset manere in regno suo non potuit:itaq; ille uestrum meritum habet non uos illius:mei autem regni tantum haberat:ut ulla pars in discrimine fuerit: ut triamillia talentum: & quinquaginta tectas naues:& oẽs Græciæ ciuitates:quas ante tenuissem: pollicentẽ ultro Antiochum ĩ mercedẽ societatis sim aspernatus:hostemq; ei me esse prius etiã:q̃.M.Attilius exercitum in Græciã traiiceret: præmetuli:& cum eo cõsule belli partem:quacũq; mihi delegauit:gessi:& insequenti consuli.L.Sciponi cũ terra statuisset ducere exercitum:ad Hellespontũ non iter tantũ per regnũ nostrum dedi:sed uias ẽt muniui:pontes feci:cõmeatus præbui:nec per Macedoniã tantum:sed per Thraciã:ubi etiam inter cæte ra pax quoq; præstãda a barbaris erat.pro hoc studio meo erga uos ne dicam merito:utrũ adiicere uos romani Aliquid & amplificare & augere regnũ meum munificẽtia uestra oportebat:an quæ haberem aut meo iure:aut beneficio uestro eriperet:id quod nunc facitis.macedonũ ciuitates: quas regni mei fuisse fatemini:non restituũtur.Eumenes tanquã ad Antiochũ spoliandũ me uenit:& si diis placet:decem legatoꝝ decretum specimẽ calũniæ impudẽtissimæ prætendit:quo maxime repelli & coargui potest:disertissime.n.planissimæq; in eo scriptũ est Cheronnesum & Lysmachiã Eumeni dari: ubi tandẽ Henus:& Maronea:& Thraciæ ciuitates ascriptæ sunt:qd ab illis ne postulare quidẽ est ausus:id apd uos tanquã ab illis impetrauerit:obtinebit?Quo in numero me esse apud uos uelitis:referte: si tãquã inimicum & hostem insectari propositũ est:pergite:ut cœpistis:facere:sin aliqs respectus ẽ mei ut socii

Legatoꝝ decretum

Philippi studiũ erga ro.aduersus Antiochum

atq; amici regis:dep̃cor:ne me tanta iniuria dignum iudicetis.Mouit aliquãtum oratio regis legatos: itaq; medio reſponſo rem ſuſpenderunt:ſi decem legatorum decreto Eumeni datæ ciuitates eæ eſſent nihil ſe mutare:ſi Philippus bello cepiſſet eas p̃mium uictoriæ iure belli habiturum: ſi neutrum eorũ foret:placere cognitionem ſenatui reſeruari:& ut omnia in integrum manerent:p̃ſidia:quæ in his urbibus ſint:deduci.Hæ cauſæ maxime animum Philippi alienauerunt ab romanis: ut non a Perſeo filio eius nouis cauſis motum:ſed ob has a patre bellum relictum filio uideri poſſit.Romæ nulla ſuſpitio belli macedonici erat.L.Manlius p̃conſul ex Hiſpania redierat:cui poſtulanti ab ſenatu in æde Bellonæ triumphum:rerum geſtarũ magnitudo impetrabilem faciebat:exemplũ obſtabat:quod ita compa-
ratum more maiorum erat:ne quis:qui exercitum non deportaſſet:triumpharet:niſi perdomitã pacatamq; prouinciam tradidiſſet ſucceſſori.medius tamen honos Manlio habitus:ut ouans urbem ini-
ret.tulit coronas aureas quinquagintaduas:auri p̃terea pondo.cxxxii.argenti.xvi.millia.ccc.& pronũciauit in ſenatu quinquemillia pondo argenti:&.lxxx.auri.Q.Fabium quæſtorem aduehere:id quoq; ſe in ærarium delaturum.Magnus motus ſeruilis eo anno in Apulia fuit. Tarentum prouinciam.L. Poſthumius p̃tor habebat:is de paſtorum coniuratione:qui uias latrociniis paſcuaq; publica ifeſta habuerant quæſtionem ſeuere exercit:ad ſeptemmillia hominum condẽnauit.multi inde fugerunt:de multis ſumptum eſt ſupplicium.Conſules diu retenti ad urbem delectibus:tandẽ in prouincias profecti ſunt.Eodem anno in Hiſpania prætores.C.Calphurnius:&.L.Quintius cum primo uere ex hybernis copias eductas in Beturia iunxiſſent.in Carpentaniam:ubi hoſtium caſtra erãt:progreſſi communi animo conſilioq; rem geſſerunt.haud procul Dippone & Toleto urbibus inter pabulatores pugna orta eſt:quibus dum utrinq; ſubuenitur:a caſtris paulatim oẽs copiæ in aciem eductæ ſunt.i eo tumultuario certamine & loca ſua & genus pugnæ pro hoſte fuere:duo exercitus romani fuſi: atq; in caſtra compulſi ſunt.non inſtitere perculſis hoſtes.Prætores romani:ne poſtero die caſtra oppugnarent:ſilentio proxime noctis tacito ſigno exercitum abduxerunt:luce prima hiſpani acie inſtructa ad uallum ac ceſſerunt:uacua p̃ter ſpem caſtra ingreſſi:quæ relicta inter nocturnam trepidationẽ erant:diripuerunt regreſſiq; in ſua caſtra paucos dies quietis ſtatiuis manſerunt.Romanorum ſociorumq; in p̃lio fugaq; ad quinquemillia occiſa:quorum ſe ſpoliis hoſtes armarunt: inde ad tagum flumen profecti ſunt. Prætores interim romani omne id tempus contrahendis ex ciuitatibus ſociis hiſpanorum auxiliis:reficiendiſq; ab terrore aduerſæ pugnæ militum animis conſumpſerunt.ubi ſatis placuere uires:& iam miles quoq; ad delendam priorem ignominiã hoſtem poſcebat:profecti duodecimmillia ab tago flumine poſuerunt caſtra.inde tertia uigilia ſublatis ſignis quadrato agmine principio lucis ad tagi ripã peruenerunt:trans fluuium in colle hoſtium caſtra erant. extemplo qua duobus locis uada nudabat amnis:dextera parte Calphurnius:leua Quintius exercitum traduxerunt quieto hoſte:dum miratur ſubitum aduentum:conſultatq; qui tumultumq; iniicere trepidantibus in ipſo tranſitu potuiſſet: interim romani impedimentis quoq; omnibus traductis contractiſq; in unum locum quia iam moueri uidebant hoſtem:nec ſpatium erat caſtra communiendi:aciem inſtruxerunt.in medio locata quita Calphurni legio:& octaua Quintii:id robur toto exercitu erat campũ apertum uſq; ad hoſtium caſtra habebant liberum a metu inſidiarum.Hiſpani poſteaq; in citeriore ripa duo romanorum agmina cõſpexerunt:ut priuſq; ſe iungere atq; inſtruere poſſent:occuparent eos:caſtris repẽte effuſi curſu ad pugnã tenderunt.atrox in principio pugna fuit:& hiſpanis recenti uictoria ferocibus:& iſueta ignominia milite romano accenſo:accerrime media acies duæ fortiſſimæ legiones dimicabant:quas cum aliter moueri loco non poſſe hoſtis cerneret:cuneo inſtitit pugnare:ſed plures confertioreſq; medios urgebat. Ibi poſteaq; laborare aciem Calphurnius p̃tor uidit.T.Quintilium Varum:&.L.Iuuencũ Caluam legatos ad ſingulas legiones adhortandas propere mittit:docere & monere iubet in illis ſpem omnem uincendi & retinendæ Hiſpaniæ eſſe:ſi illi loco cedant:neminem huius exercitus non modo Italiam: ſed ne tagi quidem ulteriorem ripam uſq; uiſurum ipſe cum equitibus duarum legionum paululum circũuectus in cuneum hoſtium qui mediam urgebat aciem:ab latere incurrit.Quintius cum ſuis equitibus alterum hoſtium latus inuadit:ſed longe acrius calphurniani equites pugnabant:& p̃tor ipſe ante alios:nam & primus hoſtem percuſſit:& ita ſe immiſcuit mediis:ut uix utrius partis eſſet:noſci poſſet:& equites p̃toris eximia uirtute & equitum pedites accenſi ſunt.pudor mouit primos centuriones: qui inter tela p̃torem conſpexere:itaq; urgere ſigniferos pro ſe quiſq; iubere inferre ſigna: & cõfeſtim militem ſequi.renouatur ab oĩbus clamor:impetus fit uelut ſuperiore loco.haud ſecus ergo quam torrentis modo fundunt:ſternuntq; perculſos:nec ſuſtinere alii ſuper alios inferentes ſeſe poſſunt: fugiẽtes in caſtra equites perſecuti ſunt:& permixti turbæ hoſtium intra uallum penetrauerunt. ubi a relictis in præſidio caſtrorum prælium inſtauratũ.coacti ſunt romani equites deſcendere ex equis. dimicantibus iis legio quinta ſuperuenit:deinde:ut quæq; potuerant:copiæ affluebant.Cæduntur paſſim hiſpani per tota caſtra:nec pluſq; quattuormillia effugerunt:inde triamillia fere:qui arma retinuerant monte propinquum ceperunt mille ſemiermes p agros palati ſunt.ſupra.xxxv.millia hoſtium fuerãt: ex quibus tam exigua pars pugnæ ſuperfuit.ſigna capta.cxxxii.romani ſociiq; paulo plus ſexcenti & prouincialium auxiliorum.cl.ferme ceciderunt:tribuni militũ quinq; amiſſi: & pauci equites romani cruentæ maxime uictoriæ ſpem fecerunt.In caſtris hoſtiũ:quia ipſis ſpatiũ ſua cõmuniendi nõ fuerat:

Quæ fuerint cauſæ perſici belli

Manlij ouans urbem ingreſſ

Poſtor L. Poſthi. diu ratho rem factionẽ oppreſſit

Ignominiã otrugere Romanis

Duo ro. exercitus i hiſpania fuſi

Egregia pugna ro: militꝫ ignominiã detexit

Inſignis hiſpanoꝝ cædes

manserunt.pro concione postero die laudati:donatiq; a.G.Calphurnio equites phaleris: pronũciauit
q; eorum opera hostes fusos:castra capta & expugnata esse.Quintius alter ptor suos eqtes cathellis ac
fistulis donauit donati & centuriones ex utriusq; exercitu permulti:maxime q mediã aciem tenuerũt.
Consules delectibus:aliisq;:quæ Romæ agenda erant: peractis rebus in ligures prouinciam exercitũ
duxerunt.Sempronius a Pisis profectus in apuanos ligures:uastãdoq; agros:ac urendo uicos & castel
la eorum:aperuit saltum usq; ad meras fluuiũ:& lunæ portum.hostes montẽ antiquam sedẽ maiorum
suoq; ceperunt:& inde superata locoq; iniquitate:plio deiecti sunt.Et.A.Claudius fœlicitatem uirtutẽ
q; collegæ in liguribus ingaunis æquauit secundis aliquod pliis:sex præterea oppida eorũ expugna
uit:multa millia hominum in iis cœpit:belli auctores.iii.&.xl.securi percussit.Iam comitiorum appete
bat tempus:prior tñ Claudius:q̃ Sempronius:cui sors contigerat:comitia habendi Romam uenit:qa
P.Claudius frater eius consulatum petebat.competitores habebat patritios.L.Aemylium:Qu.Fabiũ
Seranum:Sulpicium Galbã ueteres candidatos & ab repulsis eo magis debitum:quia primo negatus
erat:honorem repetentes:ẽt quod plus quam unum ex patritiis creari nõ licebat:arctior petitio quat
tuor petentibus erat.plebeii quoq; gratiosi homines petebant.L.Portius:Qu.Terentius Culleo: Gn.
Bebius Tamphilus.& ii repulsi in spẽ impetrandi tandem aliqñ honoris dilati.Claudius unus ex om
nibus nobilis candidatus erat.Opinione hoĩum haud dubie destinabant.Qu.Fabius labeo: &.L.Por
tius Licinius:sed Claudius consul sine lictoribus cum fratre toto foro uolitando:clamantibus aduer
sariis & maiore parte senatus:meminisse eum debere prius se consulem populi romani: q̃ fratrem.P.
Claudii esse:quin ille sedens pro tribunali aut arbitrum:aut comitiorum tacitũ spectatorem se pberet:
coerceri tamen ab effuso studio nequit.magnis contentionibus tribunoq; quoq; plebis: qui aut cõtra
consulem:aut pro studio eius pugnabant:comitia aliquotiens turbata.donec peruicit Appius:ut deie
cto Fabio fratrem traheret.creatus.P.Claudius Pulcher:pter spẽ suam & cæterorum locum suũ tenuit
L.Portius Licinius:quia moderatis studiis non ut Claudianis inter plebeios certatum est.ptorum in
de comitia sunt habita.G.Decimus Flaccus.P.Sempronius longus.P.Cornelius Cethegus: Qu.Ne
nius Matho.G.Sempronius Varro prætores facti. Hæc eo anno: quæ Ap.Claudius.M.Sempronius
consules fuerunt domi militiæq; gesta.Principio anni.P.Claudius.L.Portius consules erant:Quitus
Cecilius.M.Bebius. T.Sempronius:qui ad disceptandum inter Philippum & Eumenem reges thes
salorumq; ciuitates missi erant:legationem renunciarunt:regum quoq; eoq; ciuitatumq; legatos in se
natum introduxerunt.eadem utrinq; iterata:quæ dicta apud legatos in Græcia erãt.Aliam deinde le
gationem nouã patres:cuius princeps Ap.Claudius fuit.in Macedoniam & Græciam decreuerũt: ad
uisendum redditæ ne ciuitates rhodiis & thessalis & perhebiis essent:iisdem mandatum: ut ab Heno
& Maronea psidia deducerentur:maritimaq; oĩs Thraciæ ora a Philippo & macedonibus liberaretur.
Peloponnesum quoq; adire iussi:unde prior legatio discesserat incertiore statu rerum quam si non ue
nissent:super cætera ẽt sine responso dimissi:nec datum petentibus erat achæorum concilium. de qua
re querente grauiter.Qu.Cecilio simul lacedæmoniis deplorantibus mœnia diruta: abductam plebẽ
in Achaiam & uenundatam:ademptas:quibus ad eam diem ciuitas stetisset:Lygurgi leges:achæi ma
xime concilii negati crimen excusabant recitando legem:quæ nisi belli pacisue causa & cum legati ab
senatu cum litteris aut scriptis mandatisue uenirent:uetaret indici concilium.Ea ne postea esset excu
satio:ostendit senatus curæ iis esse debere:ut romanis legatis semper adeundi concilium gentis pote
stas fieret:quemadmodum & illis:quotiens uellent:senatus daretur.



DIMISSIS IIS LEGATIONIBVS: PHILIPPVS a suis certior factus cedendum ciuitatibus:deducẽ
daque præsidia esse: infensus omnibus in maronitanos iram effudit.Onomasto:qui præerat:maritimæ oræ:mandat:ut partis aduersæ principes interficeret.ille per Casandrum quẽdam unum ex regiis iam diu habitantem Maroneæ:nocte thracibus intromissis uelut in bello capta urbe cædem fecit.Id apud romanos legatos querẽtes tam crudeliter aduersus innoxios maronitanos:tam superbe aduersus populum romanum factum:ut quibus libertatem restituendam senatus cẽsuisset: ii pro hostibus trucidarẽtur:abnuerat quicquam eorum ad se: aut quenquam suorum pertinere:seditione inter ipsos dimicatum:cum alii ad se:alii ad Eumenem ciuitatem traherent. id facile scitu esse percunctarentur ipsos maronitanos:haud dubius perculsis omnibus terrore tam recentis cædis neminem hiscere aduersus se ausurum Negare Appius rem eminentem pro dubia quærendam: Si ab se culpãm remouere uellet: Onomastum & Casandrum: per quos acta res diceretur: mitteret Romam: ut eos Senatus: percunctari posset. Primo adeo perturbauit ea uox regem: ut non color: non uultus ei constaret. Deinde collecto tandem animo Casandrum:

Donati militis fac.

Felix fac. successus in lig.

P.Claudi pulcher.L. Portius lici nius con.

Alia legatio fac. in macedoniã dimissa

Lacedæmonios q̃reli de armis

Philippi scelus i Ma ronitanos

Cũ philip. de sceleru matatione apud ꝯsules se purgarit

qui Maroneæ fuisset: si uti quellent: se missurum dixit: ad Onomastum quidem quid ea pertineret: q
nõ modo Maroneæ sed ne in regni qdem ꝓpinqua fuisset? & parcebat magis Onomasto honoratiori
amico & eundem indicẽ haud paulo plus timebat: qa & ipse sermonem cũ ipso cõtulerat: & multoꝝ ta
lium ministrũ & cõscium hẽbat. Casander quoq; missis: q per Epiꝝ ad mare ꝓsequerent eum: ne qua i
diciũ emanaret: ueneno credit sublatus: & legati a Philippi colloqo ita digressi sunt: ut preferrent nihil
eorum sibi placere. Et Philippus qdẽ minime qn rebellandũ eẽt dubius: quia imaturæ ad id uires erãt
ad moram iterponendã Demetriũ minorem filiũ mittere Romã: simul ad depurganda crimina simul
ad depcandã irã senatus statuit: satis credẽs ipm etiã iuuenẽ: quod Romæ obses speciẽ regiæ idolis de
disset aliqd momenti facturũ interim p speciẽ auxilii byzãtiis ferendi: retro ad terroreẽ regulis thracum
iniiciendũ ꝓfectus: pculsis iis prælio & Amadoco duce capto in Macedoniã rediit: missis accolas histri
fluminis barbaros ut in Italiã irrũperẽt sollicitandos. Et i Peloponneso aduentus romanoꝝ legatoꝝ: q

Aristoꝝ siliũ obaduẽtũ Ro. legatoꝝ de accusatõe Lacedæmoniorꝝ

ex Macedonia in Achaiã ire iussi erãt expectabat. aduersus quos: ut præparata cõsilia hĩet: Lycortas p
tor cõciliũ indixit. ibi de lacedæmoniis actũ ex hostibus eos accusatores factos: & piculũ eẽ: ne uicti ma
gis timẽdi forẽt: q̃ bellãtes fuissent qppe i bello sociis romanis achæos usos: nũc eosdem romanos æqo
res lacedæmoniis: q̃ achæis esse: ubi Areus ẽt & Alcibiades ambo exules suo beneficio restituti legatio
nem romanoꝝ aduersus gentẽ achæorum ita de ipsis meritã suscepissent: adeoq; ifesta oratione usi es
sent: ut patria pulsi non restituti in eã uideretur. clamor undiq; ortus referret noiatim de iis: & cum oĩa
ira non consilio gererentur capitis dãnati sunt. Paucos post dies romani legati uenerunt: his Clitoræ
in Arcadia datũ est conciliũ. priusq̃ agerent quicq̃: terror achæis iniectus erat. & cogitatio: quod nunq̃
ex æquo disceptatio futura esset. sed quod Areũ & Alcibiadẽ capitis ab se in concilio proxime damna
tos cũ legatis se acturos uidebant: nec hiscere quisq̃ audebat. Appius ea quæ Apud senatũ questi erant
lacedæmonii: displicere senatui ostendit: cædẽ primum ad conflictũ factam eoꝝ: qui a Philippœmene
ad cãm dicendam euocati uenissent: deinde cum in hoies ita scæuitũ esset: ne in ulla parte crudelitas eo
rum cessaret: muros dirutos urbis nobilissimæ esse: leges uetustissimas abrogatas: inductamq; per gẽ
tes Lycurgi disciplinam sublatã. Hæc cum Appius dixisset: Lycortas & quia ptor. & quia Philopœme
nis auctoris oĩum: quæ lacedæmone acta fuerant: factionis erat: ita respondit. Difficilior nobis Appi

Licontæ ptoris oratio

Claudi apud uos oratio est: q̃ Romæ nuper apud senatũ fuit: tũc. n. Lacedæmoniis accusantibus respõ
dendum erat: nunc a uobis: ipsis accusati sumus: apud quos cã dicenda est: q̃ iniquitatem conditionis
subimus: quod ab illa spe decidimus iudicis aĩo te auditurum esse: posita contentione qua paulo ante
egisti: ego certe cum ea: quæ & hic antea apud Quintum Ceciliũ: & postea Romæ q̃sti sunt lacedæmo
nii: a te paulo ante relata sint: non tibi: sed illis me apud te respondere credebã. Cædẽ obiicitis eorum:
qui a Philopœmene ptore euocati ad cãm dicendam interfecti sunt. hoc ego crimẽ non modo nõ a uo
bis romani: sed ne apud uos quidẽ nobis obiiciendum fuisse arbitror. quid ita? quia in uestro fœdere
erat: ut maritimis urbibus abstinerent lacedæmonii: quo tpe armis captis urbes: a quibus abstinere iuss
si erant: nocturno impetu occupauerunt. Si. T. Quintius: si exercitus romanus: sicut antea in Pelopon
neso fuisset: eo nimirum capti & oppressi confugissent: cum uos procul essetis: quo alio nisi ad nos so
cios uestros: quos antea Ciphio opẽ ferentes: quos lacedæmonem uobiscũ simili de causa oppugnan
tis uiderant confugerunt? Pro uobis igitur iustum piumq; bellũ suscepimus: quod cum ali laudent: re
prehendere ne lacedæmonii quidem possint: dii quoq; ipsi comprobauerint: qui nobis uictoriam de
derunt. quonam igitur modo ea: quæ belli iure acta sunt: in disceptationem ueniunt? quorum tñ ma
xima pars nihil pertinet ad nos. nostrũ est: quod euocauimus eos ad cãm dicendam: qui ad arma mul
titudinem excitauerant: qui expugnauerant maritima oppida qui diripuerant: qui cædẽ principũ fe
cerant. Quod uero illi uenientes in castra interfecti sunt: uestrum est Areu & Alcibiade: qui nunc nos:
si diis placet: accusatis: non nostrum: exules lacedæmoniorum quo in numero ii quoq; duo fuerunt:
& tunc nobiscum erant: & quod domicilium sibi delegerant maritima oppida se petituros credentes:
in eos quorum opera patria extorres ne in tuto quidem exilio posse consenescere se indignabant: im
petum fecerunt: lacedæmonii igitur lacedæmonios non achæi interfecerunt: nec iure an iniuria cæsi
sint: argumentari refert. At enim illa uestra certe sunt achæi: quod leges disciplinamq; uetustissimam
Lycurgi sustulistis: quod muros diruistis. quæ utraq; ab iisdem obiici: qui possunt? cum muri lacedæ
moniis non a Lycurgo: sed paucos ante annos ad dissoluendam Lycurgi disciplinam extructi sint: ty
ranni. n. nuper eos arcem & munimentum sibi non ciuitati parauerunt: & si existat hodie ab iferis Ly
curgus: gaudeat ruinis eorum: & nunc se patriam & Spartam antiquam agnoscere dicat. nõ Philopœ
menem expectare nec achæos: sed uos ipsi lacedæmõii uestris manibus ea moliri & diruere omnia ue
stigia tyrannidis debuistis. uestræ enim illæ deformes notæ seruitutis erãt & cum sine muris per octin
gentos prope annos liberi aliquando etiam principes Græciæ fuissetis: muris uelut compedibus cir
cũdati uincti per centum annos seruistis. Quod ad leges ademptas attinet: nego antiquas lacedæmo

Quãdiu sine muris lacedæmon fuisset

niis leges achæos ademisse: quas non habebant: sed nostras leges dedisse nec male consuluisse ciuita
ti cum concilii nostri eam fecerimus: & nobis miscuerimus: ut corpus unum & concilium totius Pelo
ponnesi esset. tunc opinor: si aliis ipsi legibus uiueremus: alias istis iniunxissemus: queri se iniquo iu
re esse & uindicari possent: Scio ego Ap. Claudi hãc orationem: qua sum adhuc usus: neq; apud socios

neq; liberæ gentis esse:sed uere seruoꝝ disceptantium apud dominos:nã si non uox illa uana ꝓconii fuit:qua liberos esse oĩum primos achæos iussistis:si fœdus ratũ est:si societas & amicitia obseruat ex æquo cur:ego:quid Capua capta feceritis romani:nõ quæro:uos rationẽ reposcitis:qd achæi lacedæmoniis bello uictis fecerimus:interfecti aliqui sunt.finge a nobis:quid uos senatores cãpanos securi non percussistis:muros diruimus uos nõ muros tñ:sed urbem & agros ademistis.specie iniqs æquũ est fœdus apud achæos ꝓcaria libertas:apud romanos ẽt imperiũ est.Sentio Appi & si non oportet nõ indignor:sed oro uos:quantũ libet:interest inter romanos & achæos:mõ ne in æquo hostes uestri nostriq; apud uos sint ac nos socii:ĩmo ne meliore iure sint:nã ut in æquo essent:nos fecimus:cũ leges iis nostras dedimus:cum:ut achæi concilii esset:effecimus:paꝝ est uictis:qd uictoribus satis est:plus postulant hostes:q̃ socii habent quæ iureiurando:q̃ monumentis litteraꝝ in lapide insculptis ĩ æternam memoriã sancta atq; sacrata sunt:ea cũ periurio nostro tollere parant.ueremur quidẽ uos romani:& si ita uultis:ẽt timemus:sed plus ueremur:& timemus deos ĩmortales.Cum assensu maximæ partis est auditus:& locutum oẽs pro maiestate magistratus censebant:ut facile appareret molliter agẽdo dignitatem suã tenere apud romanos non posse.Tum Appius suadere se magnopere achæis dixit:ut dũ liceret uoluntate sua facere:gratiã inirent ne mox:inuiti & coacti facerent.Hæc uox audita quidẽ cum oĩum gemitu est:sed metu iniecto imperata recusandi id mõ petierunt:ut romani:q̃ uiderentur de lacedemoniis:mutarent:nec achæos religione obstringerent:irrita ea:q̃ iureiurando sanxissent: faciendi. damnatio tñ Arei:& Alcibiadis:q̃ nuper facta erat:sublata est.Romæ principio eius ãni cũ de comitiis consulum & ꝓtorum actũ esset:consulibus ligures:qa bellum nusq̃ alibi erat:decreti. ꝓtores.G.Decius Flauius urbanam:Publius Cornelius Cethegus inter ciues & peregrinos sortiti sunt:Publius Sẽpronius Blesus Siciliã:Quintius Neuius Matho & Sardiniã:& ut idẽ de ueneficiis quæreret.G.Terentius Varro Hispaniã citeriorem:Quintus Sẽptonius Longus Hispaniã ulteriorem.De iis duabus ꝓuinciis legati p id fere tempus.L.Iuuentius Calua:&.T.Quintilius Varus uenerunt:q quantũ bellũ iam ꝓfligatum in Hispania esset:senatu edocto:postularunt simul:ut pro rebus tã prospere gestis dis ĩmortalibus haberetur honos:&:ut ꝓtoribus exercitũ deportare liceret. supplicatio in biduũ decreta ẽ de legionibus deportandis:cũ de consulum ꝓtorumq; exercitibus ageret:rem integrã referri iusserũt. Paucos post dies consulibus in ligures binæ legiones:quas Appius Claudius:&.M.Sẽpronius habuerant:decretæ sunt.De exercitibus hispanensibus magna contentio fuit iter nouos ꝓtores & amicos absentiũ Calphurnii Quintiiq; utraq; causa tribunos plebis: utraq; consules habebat: ii se intercessuros.S.C.si reportandos censerent exercitus:denũciabant:illi:si hæc interceſſio fieret:nullã rem aliã se decerni passuros. Victa postremo absentium gratia est:&.S.C.factum:ut prætores quattuormillia peditũ romanorum scriberent:quadringentos equites:& quinq; millia socioꝝ peditum latini noĩs:quingẽtos eqtes: quos secũ in Hispaniam portarent:cũ eas legiones quattuor descripsissent:quod plus quam quinque millia peditũ:trecenti equites in legionibus singulis essent:dimitterent eos primum: qui emerita stipendia haberent:deinde ut cuiusq; fortissima opera Calphurnius:& Quitius in ꝓlio usi essent. Hac sedata contentione alia subinde.G.Decii ꝓtoris morte exorta est:G.Sicilius &.L.Puppius:qui ædiles ꝓximo anno fuerãt:&.G.Valerius flamẽ dialis:&.Qu.Fuluius Flaccus:is quia ædilis curulis designatus erat sine toga candida:sed maxima ex omnibus contentione petebat:certamẽq; ei cum flamine diale erat:& posteaq̃ primo æquare mox superare uisus:pars tribunorum plebis negare rationem eius habẽdam esse:quod duos simul unus magistratus ꝑtim curules neq; capere posset nec gerere.pars legibus eum solui æquum censere:ut quem.uellet:prætorem creandi populo potestas fieret.L.Portius consul primo in ea sententia esse ne nomen eius acciperet:deinde ut ex auctoritate senatus idem faceret:conuocatis patribus se referre ad eos dixit:quod nec iure ullo:nec exemplo tolerabili liberæ ciuitati ædilis curulis designatus ꝓturam peteret sibi:nisi quid aliud iis uideretur:in animo esse:e lege comitia habere.patres censuerunt uti.L.Portius consul cum.Qu.Fuluio ageret:ne impedimento eẽt:quominus comitia prætoris in locum.G.Decii subrogandi e lege haberentur.Agenti consuli ex.S.C.respondit Flaccus nihil:qd se indignum esset:factuꝝ medio responso ad uoluntatẽ interpretantibus se cerat:spẽ cessurum patꝝ auctoritati esse.comitiis acrius etiam:q̃ ante petebat: criminando extorqueri sibi a consule & ab senatu populi romani beneficium & inuidiam geminati honoris fieri tãq̃ non apparet:ubi designatus ꝓtor esset:extemplo ædilitate se abdicaturꝝ.Consul cum & pertinaciã petẽtis crescere:& fauorem populi magis magisq; in eũ inclinari cerneret:dimissis comitiis senatum uocauit.cen fuerunt frequentes:qm̃ Flaccum auctoritas patrum nihil mouisset:ad populum cũ Flacco agendum. Concione aduocata cũ egisset consul:ne tum quidẽ de sententia motus gratias populo romano egit: quod tanto studio quotiensq; declarandæ uoluntatis potestas facta esset:prætorẽ se uoluisse facere ea sibi studia ciuium suoꝝ destituere non in aĩo esse.Hæc uero tam obstinata uox tñ ei fauoris accẽdit:ut haud dubius prætor esset:si consul accipere nomen uellet. ingens certamen tribunis & inter se ipsos & cũ consule fuit:donec senatus a consule est habitus:decretumq; quoniam prætoris subrogãdi comitia ne legibus fierent pertinacia.Qu.Flacci & praua studia hominum impedirent:senatum censere satis prætorum esse.P.Cornelius utraq; ĩ urbe iurisdictionem haberet:Apolliniq; ludos faceret. His comitiis prudẽtia & uirtute senatus sublatis:alia maioris certaminis quo & maiore de re & iter plures

Atꝛ. Appii denũciatio

Prouinciarum ordinatio

Contentio .ſ. orta propter petendam ꝓturam

Magna contentiõ Censoria postulata

potentioresq; uiros sunt exorta.censuram summa contione petebãt.L.Valerius Flaccus: & Publius & Lucius Scipiones.Gn.Manlius Volso:Furius Purpurio patritii:plebeii autem Marcus Portius Catos Marcus Fuluius Nobilior:Tiberius & Marcus Sempronii longus & Tuditanus.Sed oẽs patritios plebeios q; nobilissimaꝝ familiarum.M.Portius longe anteibat.In hoc uiro tanta uis animi ingeniiq; fuit:ut quocũq; loco natus esset:fortunam sibi ipse facturus uideret:nulla ars neq; priuatæ:neq; publicæ rei gerendæ ei defuit:urbanas rusticasq; res pariter callebat:ad summos honores alios scientia iuris:alios eloquentia:alios gloria militaris prouexit huic uersatile ingeniũ sic pariter ad oĩa fuit:ut natum ad id unũ diceres:quodcũq; ageret:in bello manu fortissimus:multisq; insignibus clarus pugnis:idẽ posteaq; ad magnos honores puenit summus impator:& idẽ in pace:si ius consuleres:pitissimus:si cã oratorem esset eloquẽtissimus:nec ita tñ:ut cuius lingua uiuo eo uiguerit monumentũ eloquentiæ nullum extet:uiuit immo uigetq; eloquentia eius sacrata scriptis oĩs generis orationes & pro se multæ:& pro aliis & in alios:nã non solum accusando:sed ẽt causam dicendo fatigauit inimicos:simultares nimio plures & exercuerunt eũ:& ipse exercuit eas:nec facile dixeris utrũ magis p̃sterit eum nobilitas:an ille agitauerit nobilitatẽ.Asperi proculdubio animi & linguæ acerbæ & ĩmodice liberæ fuit:sed inuicti a cupiditatibus animi & rigidæ innocentiæ contẽptor gratiæ diuitiarum.in parsimonia in patientia laboris periculi prope ferrei corporis animiq; quem nec senectus qdem:quæ soluit oĩa:fregerit:qui sextum & octogesimũ annum agens cãm dixerit:ipse pro se orauerit:scripserit; q; nonagesimo anno.Sergiũ Galbã ad populi adduxerit iudicium.Hunc sicut omni uita tũ petentem premebat nobilitas:coierant apud p̃torem.L.Flaccum:q collega in consulatu fuerat:candidati oẽs ad deiiciendum honore eũ:non solũ: ut ipsi potius adipiscerentur:nec qa indignabantur nouum hoiem censorem uidere:sed ẽt quod tristẽ & suram periculosamq; multoꝝ famæ ab læso a plæriscq; & lædendi cupido expectabant:&.n.tum quoq; minitabundus petebat:refragrari sibi:qui liberã & fortem censurã timerent criminãdo.& simul.L.Valerio suffragabatur:illo uno collega castigare se noua flagitia & priscos reuocare mores posse.His accẽsi hoies auersa nobilitate non.M.Portiũ modo censorẽ fecerunt:sed collegam ei.L.Valeriũ Flaccũ adiecerunt.Secundũ comitia censoꝝ consules p̃toresq; in prouincias profecti:p̃ter.Qu.Neuiũ:quem quatuor non minus menses priusq; in Sardiniã iret quæstiones ueneficii: quaꝝ magnam partẽ extra urbẽ p municipia conciliabulaq; habuit:qa ita aptius uisum erat:tenuerunt.Si Antiati Valerio credere libet ad duo hoium millia dãnauit:&.L.Posthumius p̃tor:cui Tarentũ prouincia uenerat:magnas pastorũ cõiurationes uindicauit:& reliquias bacchanaliũ quæstionis cũ cura executus est.multos qui citati nõ affuerant:aut uades deseruerant in ea regione Italiæ latentes:partim noxios iudicauit:ptim comphensos Romam ad senatũ misit:in carcerem oẽs a.P.Cor.coniecti sunt.In Hispania ulteriore fractis proximo bello lusitanis quietæ res fuerant:& in citeriore.G.Terentius ĩ suessetanis oppidũ Corbionem uineis & operibus expugnauit:captiuos uendidit:quieta deinde hyberna in citeriore prouincia habuit: Veteres p̃tores.G.Calphurnius Piso:&.L.Quintius Romã redierunt.utriq; magno patrum consensu triũphus est decretus:prior.G.Calphurnius de lusitanis & celtiberis triũphauit: coronas aureas tulit lxxiii.& decẽ pondo argenti.paucos post dies.L.Quintius Crispinus ex iisdẽ lusitanis celtiberisq; triũphauit:tantũdem auri:q̃tum argenti in eo triumpho translatũ:Cẽsores.M.Portius:&.L.Valerius metu mixta expectatione senatum legerunt:septẽ moueruut senatu:ex qbus unum insignẽ & nobilitate & honoribus.L.Quintiũ Flaminium consularẽ.Patrum memoria institutũ fertur:ut censores motis e senatu ascriberent notas.Catonis & aliæ qdem acerbæ orationes extant in eos:quos aut senatorio loco mouit:aut quibus equos ademit.longæ grauissima ĩ.L.Quintiũ oratio est:qua si accusator ante non tam non censor post notã usus esset:retinere.L.Quintiũ in senatu:ne frater quidẽ.T.Quintius:si tũ cẽsor esset:potuisset.inter cætera obiecit ei Philippũ Pœnum Icaꝝ ac nobile scortũ ab Roma in Galliam prouinciã spe ingentium donoꝝ pductum:eum pueꝝ lasciuiam cũ cauillaret:exprobrare consuli pspe solitũ:quod sub ipm spectaculũ gladiatoꝝ abductus ab Roma esset:ut obsequiũ armatori ei uenderet:forte epulantibus iis cũ iam uino incaluissent:nunciatũ in conuiuio esse nobilẽ boium cũ liberis transfugã ueniisset:conuenire consulẽ uelle:ut ab eo fidẽ p̃sens accipet:introductũ in tabernaculũ p̃tet pretẽ alloq consulẽ cœpisse.inter cuius sermonẽ.Quintius scorto uis tu:inqt:qm̃ gladiatoriũ spectaculum reliqsti:iã hunc gallũ morientẽ aspiceres:& cũ is uix dum serio annuisset ad nutũ scorti consulẽ stricto gladio:qui sup caput pendebat:loq̃nti gallo caput primũ pcussisse:deinde fugiẽti fidem q; po.ro.atq; eoꝝ:qui aderant:iploranti latus trãsfodisse.Valerius Antias:ut q nec Catonis orationẽ legisset:& fabulæ tm̃ sine auctore editæ credidisset:aliud argumentũ simile tñ libidine & crudelitate pagit:Placentiæ famosam mulierẽ:cuius amore deperiret:in conuiuiũ accersitam scribit:ibi iactantẽ sese scorto itercætera rettulisse quã acriter q̃stiones exercuisset:& quam multos capitis dãnatos in uinculis haberet: quos securi percussurus esset.tum illã infra eum accubantẽ negasse unq̃ uidisse quẽq̃ securi ferientem & peruelle id uidere.hic indulgentẽ amatorem unũ ex dãnatis attrahi iussum securi percussisse. Facinus atrox siue eo modo:quo censor obiecit:siue ut Valerius tradit:commissum inter pocula:atq; epulas:ubi libare diis dapes:ubi bene p̃cari mos esset:ad spectaculum scorti procacis in sinu consulis recubantis mactatam humanam uictimam esse:& cruore mensam respsam. In extrema oratione Catonis conditio fertur:ut si id factum negaret:cæteraq; quæ obiecisset:sponsione defenderet sese:sin fateret:

M. Portij Catonis Optimi Imperatoris Optimi Senatoris Optimi Oratoris

Catonis maioris laus

Quid in prouinciis actum

Duo p̃tores Triũphauit

Atq; seueritatem censoriam catonis cẽsuram

O Detestandus Homo

Quid catonis Flaminio obiecerint

ignominia ne sua quēq; dolitu; cēseret: cū ipse uino & uenere amēs sanguine hoīs in cōuiuio lusisset: in eqtatu recognoscēdo. L. Scipioni Asiatico adēptus equus. ī cēsibus quoq; accipiēdis tristis & aspa. in oēs ordines cēsura fuit. ornamenta. & uestē muliebrē & uehicula. quæ pluris quā qndecimmilliū æris eēnt incēsum referre uiatores iussit itē mancipia minora annis. xx. quæ post pximū lustrū. x. millibus æris aut eo pluris uenissent: uti ea quoque. x. tanto pluris quam quanti essent æstimarentur. & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur aquam publicam omnem ī priuatum ædificium aut agrū fluentem ademerunt: & quæ in loca publica inædificata īmolitaue priuati habebant infra. xxx. dies demoliti sunt opera deinde facienda ex pecunia decreta: lacus sternendos lapide tegendosque: qua opus eēt: cloacas ī auētino ī aliis ptibus: q nōdū erāt: faciēdas locauerūt & sepatim Flaccus molē ad neptūnias aquas: ut iter populo eēt & uiā pformianū montē. Cato atria duo meniū & titiū ī latumiis: & quattuor tabernas ī publicū emit: basilicūq; ibi fecit: quæ portia appellata ē. & uectigalia summis p̄ tiis ultro tributa infimis locauerunt: quas locatōes cū senatus p̄cibus & lachrymis publicanoꝝ uictus iduci & deintegro locari iussisset: censores edicto summotis ab hasta: q ludificati priorē locationē erāt oia eadē paulū īminutiis p̄tiis locauerūt. nobilis cēsura fuit simultatūq; plena: q̄ Marcū portiū: cui acerbitas ea assignabat: p oēm uitā exercuerūt. Eodē anno coloniæ duæ polētia Picenū: pisaurū ī gallicum agrū deductæ sunt sena iugera ī singulos data. diuiserūt agrū coloniasq; deduxerūt iidem tresuiri Quintus Fabius Labeo: &. M. & Quintius Fuluii Flaccus & Nobilior. Cōsules eius anni nec domi: nec militiæ memorabile qcquā egerūt: ī insequentē annū crearūt cōsules. M. Claudiū Marcellū: Qu. Fabiū Labeonē. M. Claudius: Qu. Fabius idibus martiis: quo die cōsulatū inierunt: de puinciis suis p̄torūq; retulerūt. p̄tores creati erāt. G. Valerius flamē dialis: q priore anno petierat: & Spurius Posthumius Albinus &. P. Cornelius Sisenna. L. Puppius. L. Iulius. Gn. Sulpicius. Cōsulibus ligures cū iisdē exercitibus quos. P. Claudius. L. Portius habuerāt: puincia decreta est. Hispaniæ extra sortē prioris anni p̄toribus cū suis exercitibus seruatæ. prætores ita sortiri iussi uti flamini diali: utiq; altera iurisdicēdi Romæ puincia esset: peregrinā est sortitus: Sisennæ Cornelio urbana: Spurio Posthumio Sicilia. L. Puppio Apulia. L. Iulio Gallia: Gnæo Sulpicio Sardinia euenit. L. Iulius maturare est iussus galli transalpini per saltus ignotæ antea uiæ ut ante dictum est: in Italiam transgressi oppidum in agro: qui nunc est aquileiensis ædificabant id eos ut prohiberet: quoad eius fine bello posset: p̄tori mandatum est: si armis p̄hibendi essent: consules certiores faceret. ex his placere alteꝝ aduersus gallos ducere legiones. Extremo prioris anni comitia habita erant: in demortui Gnæi Cornelii locum auguris sufficiendi creatus erat Spurius Posthumius Albinus huius principio anni Publius Licinius Crassus pōtifex maximus mortuus est: in cuius locum Marcus Sempronius Tuditanus pontifex maximus creatus est Gaius Seruilius Geminus Publii Licinii funeris cā uisceratione data ludos fecit: & gladiatores. c. uiginti pugnauerunt: & ludi funebres per triduum facti: post ludos epulum: in quo cū toto foro strata triclinia essent: tempestas cū magnis procellis coorta coegit plærosq; tabernacula statuere ī foro: eadem paulo: postea quā undiq; diserenasset sublata: defunctosq; fato uulgo ferebant: quod inter fatalia uates ceciniſſent: necesse esse tabernacula in foro statui; hac religione leuatis altera iniecta: quod sanguine per biduum pluuiisset in area Vulcani: & per decēuiros supplicatio indicta erat eius prodigii expiandi cā. Priusq; cōsules in prouincias proficiscerentur: legationes transmarinas in senatum introduxerunt: nec unq; antea tantum regionis eius hoium Romæ fuerat: nam ex quo fama per gentes: qua Macedoniam accolūt: uulgata est: crimina querimoniasq; de Philippo non negligenter ab romanis audiri: multis operæpretium fuisse queri: per se quæq; ciuitates gentesq; singuli ēt priuatim: grauis. n. accola oībus erat: Romā aut ad spem leuandæ iniuriæ: aut ad deflendæ solatium uenerunt. & ab Eumene rege legatio cum fratre eius Atheneo uenit ad querendum simul quod non deducerentur ex Thracia p̄sidia: simul quod in Bithyniam Prusiæ bellū gerenti aduersus Eumenē auxilia missa forent. Respondendū ad oia iuuenī tum admodū Demetrio erat: cum haud facile esset: aut ea: quæ obiicerentur: aut quæ aduersus ea dicenda erant: complecti memoria: nec. n. multa solum: sed ēt plæraq; oppido quam parua erant de controuersia finium: de hoībus raptis pecoribusq; abactis: de iure aut dicto per libidinem aut non dicto: de rebus per uim aut per gratiā iudicatis: nihil horum neq; Demetriū dilucide dicere: nec se satis liquido discere ab eo senatus cum cerneret posse: simul & tyrocinio & perturbatione iuuenis moueretur: q̄ ri iussit: ab eo: ecquē de iis rebus cōmentarium a patre accepisset: cū respondisset accepisse sese: nihil prius nec potius uisum est: q̄ regis ipsius de singulis responsa accipere librū extemplo poposcerunt: deinde: ut ipse recitaret: permiserunt. Erant āt de rebus singulis in breuem coactæ causæ: ut alia fecisse se secundum decreta legatorum doceret: alia non per se stetisse quo minus faceret: sed per eos ipsos: qui accusarent. interposuerat ēt querelas de iniquitate decretoꝝ: & quam non ex æquo disceptatū apud Ceilium foret: indigneq; sibi nec ullo suo merito insultatum ab oībus esset. has notas irritati sui animi collegit senatus. cæterum alia excusanti iuueni: alia recipienti futura: ita ut maxime uellet senatus: reponderi placuit: nihil patrem eius: neq; rectius: nec magis quod ex uoluntate senatus esset: fecisse: q̄ qd ut cūq; ea gesta essent: per Demetriū filium satisfieri uoluisset romanis. multa & dissimulare & obliuisci & pati p̄terita senatum posse: & credere ēt Demetrio credendū esse: obsidē. n. se animum eius habere & si patri corpus reddiderit: & scire quantum salua in patrem pietate posset: amicum eum populi ro. esse:

Basilica portia

M. Claudius Marcellus. Qu. fabius labeo consſ.

Galli in Agro aquileiensi edificabant

Ludi funebres magnifice editi

Senatꝰ Ro: querelas contra Philippū audiit

Demetrij Iuuenis legationis ad senatum Romanum

Gratũ ſenatuſ decretũ ī demetrii gratiam honoriſq; eius cauſa miſſuros ī Macedoniam legatos ut ſiquid minus factum ſit:q̃ debuerit:tũ quoq; ſine piaculo rerum p̃termiſſarum fiat:uelle ẽt ſentire Philippum integra oĩa ſibi cum po.ro. Demetrii filii beneficio eſſe.hæc quæ augendæ amplitudinis eius cã facta erant:extemplo in inuidiam:mox etiã in perniciẽ adoleſcenti uerterunt.Lacedæmonii deinde introducti ſunt.multæ & paruæ diſceptatiões iactabantur:ſed quæ maxime continerent:erant:utrũ reſtituerentur:quos achæi damnauerant nec ne iniq; aut iure occidiſſent:quos occiderant:uertebatur:& utrũ manerent in achaico concilio lacedæmonii:an ut ante fuerat ſecretum eius unius in Peloponneſo ciuitatis ius eſſet.Reſtitui:iudiciaq; facta tol li placet:Lacedæmonem manere in achaicho concilio ſcribiq; id decretum & conſignari a lacedæmoni is & achæis.legatus in Macedoniam.Qu.Martius eſt miſſus:iuſſus idẽ in Peloponneſo ſociorum res aſpicere:nam ibi quoque ex ueteribus diſcordiis reſidui motus erant.Et Meſſene deſciuerat a concilio achaicho:cuius belli & cauſas & ordinem:ſi expromere uelim:immemor ſim propoſiti:quo ſtatui non ultra attingere externa:niſi qua romanis cohærerent rebus.



Philopœmenes capitur

EVENTVS MEMORABILIS EST:QVOD cum bello ſuperiores eſſent achæi:Philopœmenes p̃tor eorum capitur ad p̃occupandam Coroneam: q̃ hoſtes petebant in ualle iniqua cũ equitibus paucis oppreſſus:ipſum potuiſſe effugere thracum cretenſiumq; auxilio tradunt:ſed pudor relinquendi equites nobiliſſimos gentis ab ipſo nuper lectos tenuit:quibus dum locũ ad euadendas anguſtias cogendo ipſe agmen p̃bet ſuſtinẽs impetus hoſtium: prolapſo equo & ſuo ipſe caſu & onere equi ſup eũ ruentis haud multum abfuit:quin exanimaretur: ſeptuaginta annos iam natus & diutino morbo:ex quo tum primo reficiebaꝫ uiribus admodum attenuatis:iacentẽ hoſtes ſuperfuſi oppreſſerunt:cognitumq; primũ a uerecundia memoriaq; meritorum haud ſecus quã ducem ſuũ attolunt reficiuntq;:& ex ualle deuia in uiã portant:uix ſibimet ipſi præ nec opinato gaudio credentes.pars nũcios Meſſenem p̃mittunt debellatũ eſſe:Philopœmenẽ captum adduci.primũ adeo incredibilis uiſa res:ut non ꝓ uano mõ:ſed uix pro ſano nuncius audireꝫ:deinde ut ſup'alium alius idẽ oẽs affirmantes ueniebant:tandẽ facta fides:& priuſq; appropinquare urbi ſatis ſcirent:ad ſpectaculũ oẽs ſimul liberi ac ſerui pueri quoq; cũ fœminis effundunt:itaq; clauſerant portam turbæ:dũ pro ſe qſq;:niſi ipſe oculis ſuis credidiſſet:uix pro cõperta tantam rẽ habiturus uideretꝫ.ægre ſummouentes obuios intrare portã:q adducebant Philopœmenẽ:potuerunt:atq; turba conferta iter reliquũ clauſerat:& cũ pars clauſa maxime a ſpectaculo eſſet:theatrũ repente:qd propinquum uiæ erat: cõpleuerunt:& ut in cõſpectu populi adduceretꝫ:una uoce oẽs expoſcebant.Magiſtratus & p̃cipes ueriti nequem motũ miſericordia p̃ſentis tanti uiri faceret:cũ alios uerecundia priſtinæ maieſtatis colla-

Philopœmenes capt⁹ ſpectaculo hoſtibus eſt

ta præſenti fortunæ:alios recordatio ingentium meritoꝝ motura eſſet:,pcul in conſpectu eũ ſtatuerũt: deinde raptim ex oculis hoĩum abſtraxerunt.Prætore Dinocrate dicente eſſe quæ pertinentia ad ſummam belli & percunctari eum magiſtratus uellent:adducto in curiã & ſenatu uocato conſultari cœptũ. iam inueſperaſcebat:& non modo cætera:ſed ne in proximã quidem noctẽ:ubi ſatis tuto cuſtodiretur expediebant:ob magnitudinẽ priſtinæ eius fortunæ uirtutiſq;:& neq; ipſi domum recipere cuſtodiendum audebant:nec cuiq; uni cuſtodiam eius ſatis credebant.admonent deinde quidã eſſe theſaurũ publicum ſub terra ſaxo quadrato ſeptũ:eo uinctus dimittitur:& ſaxum ingẽs:quo operitur machina ſuperimpoſitum eſt.ita loco potius quam homini cuiquã credendam cuſtodiam rati lucem inſequẽtem expectauerunt.Poſtero die multitudo quidem integra memor priſtinorum eius in ciuitatẽ meritoꝝ: parcendum ac per eum remedia q̃renda eſſe præſentiũ maloũ cenſebant:ſed factionis auctores: quoꝝ in manu res erat:in ſecreto cõſultantes oẽs ad necẽ eius conſentiebant:ſed utrũ maturaretꝫ:an differretꝫ: ambigebant:uicit pars auidior pœnæ miſſuſq; qui ueneuũ afferret.accepto poculo nihil aliud locutũ ferunt:q̃ quæſiſſe:ſi incolumis Lycortas (is alter imperator achæoꝝ erat) equiteſq; euaſiſſent:poſteaq; dictum eſt incolumes eſſe:bene habet:inquit:& poculo impauide hauſto haud:ita multo poſt expirauit.Nec diuturnũ mortis eius gaudium auctoribus crudelitatis fuit:uicta namq; Meſſene bello expoſcentibus achæis dedit noxios:oſſaq; reddita Philopœmenis ſunt:ſimul & ſepultus ab uniuerſo achaico eſt concilio:adeo oĩbus humanis congeſtis honoribus ut ne diuinis quidẽ abſtineretꝫ.Ab ſcriptoribus reꝝ græcis latiniſq; tãtum huic uiro tribuitur:ut a quibuſdã eorũ uelut ad inſignem notã huius

Quos mortuo philopœmeni Achæi honores detulerint

anni memoriæ mandatũ ſit:tres claros impatores eo anno deceſſiſſe Philopœmenem:Annibalem.P. Scipionẽ:adeo in æquo eum duobus potentiſſimaꝝ gentiũ ſummis impatoribus poſuerũt. Ad Pruſiam regẽ legatus.T.Quintius Flaminius uenit:quem ſuſpectũ romanis & receptus poſt fugam Annibal:& bellum aduerſus Eumenẽ motũ faciebant.ibi ſeu quia a Flaminio inter cætera obiectũ Pruſiæ erat:hoĩem oĩum.qui uiuerent:infeſtiſſimũ populo romano apud eũ eſſe:q; patriæ ſuæ primũ

deinde fractis eius opibus Antiocho regi auctor belli aduersus populum romanum fuisset: seu qa ipe Prusias gratificaretur pſenti Flaminio romanisq; per se necandi aut tradendi eius in potestatem consilium cœpit a primo colloquio Flaminii milites extemplo ad domum custodiendam Annibalis missi sunt. Semper talem exitum uitæ suæ prospexerat Annibal animo: & romanorum inexplicabile odiū in se cernens: & fidei regum nihil sane confisus: Prusiæ uero leuitatem etiā expertus erat: Flaminii quoq; aduentum uelut fatalem sibi horruerat: ad omnia undiq; infesta ut iter semper aliquod p̄paratum fugæ haberet: septem exitus e domo fecerat ex iis quosdā occultos ne custodia sepirentur: sed graue imperium regum nihil inexploratum quod inuestigari uolunt: effecit totius circuitum domus ita custodiis complexi sunt: ut nemo inde elabi posset. Annibal posteaq̄ est enunciatum milites regios in uestibulo esse: postico: quod deuii maxime atq; occultissimi exitus erat: fugere conatus: ut id quoq; occursu militum obseptum sensit: & omnia circa clausa custodiis dispositis esse: uenenum: quod multo ante præparatum ad tales habebat casus: popoſcit. liberemus: inquit: diuturna cura populū ro. quando mortem senis expectare longum cēsent: nec magnam: nec memorabilem ex inermi proditorq; Flaminius uictoriam feret. mores quidem populus romanus quantum mutauerit: uel hic dies argumēto erit: patres eorum Pyrrho regi hosti armato exercitum in Italia habenti: ut a ueneno caueret: prædixerūt: hi legatum consularem: qui auctor esset: Prusiæ per scelus occidendi hospitis miserunt. execratus deinde in caput regumq; Prusiæ: & hospitales deos uiolatæ ab eo fidei testes inuocās poculum exhausit. hic uitæ exitus fuit Annibalis. Scipionem & Polybius & Rutilius hoc anno mortuum scribunt: ego neq; his: neq; Valerio assentio. his quod censoribus Marco Portio: Lucio Valerio principem senatus ipsum L. Valerium censorem lectum inuenio: cum superioribus duobus lustris Africanus fuisset: quo uiuo nisi ut ille senatu moueretur: q̄ notam nemo memoriæ prodidit: alius princeps i locum eius lectus nō esset. Antiatē auctorem refellit tri. pl. Marcus Neuius aduersus quem oratio inscripta. P. Africani ē. Neuius hic magistratum non iniit: tribunatus plebis. P. Claudio: Lucio Portio consulibus: sed iniit tribunatum Appio Claudio: Marco Sempronio consulibus ad quartum idus decembres: inde tres menses ad idus martias sunt: quibus Publius Claudius: Lucius Portius consulatum inierunt: ita & uixisse in tribunatu Neui uideretur: diesq; ei dici ab eo potuisse: decessisse autem ante. L. Valerii &. M. Portii censuram. Trium clarissimorum suæ cuiusque gentis uirorum: non tempore magis congruente comparabilis mors uidetur esse: quam quod nemo eorum satis dignum splendore uitæ exitum habuit. iam primum omnes non in patrio solo mortui: nec sepulti sunt: ueneno absumpti Annibal & Philopœmenes: exul Annibal proditus ab hospite: captus Philopœmenes in carcere: & in uinculis expirauit. Scipio: & si non exul: neque damnatus: die tamen dicta ad quam non affuerat: reus absens citatus uoluntarium non solum sibi ipse: sed etiam funeri suo exilium indixit. Dum ea in Peloponneso: a quibus diuerrit oratio: geruntur: reditus in Macedoniam Demetrii legatorumque aliter aliorum affecerat animos: uulgus macedonum. quos belli a romanis imminentis metus terruerat. Demetrium ut pacis auctorem cum ingenti fauore conspiciebant: simul & spe haud dubia regnum ei post mortē patris destinabant: nam & si minor ætate quam Perseus esset: hunc iusta matre familias: illum pellicem ortum esse: illum ut ex uulgato corpore gentium nullam certi patris notam habere: hunc insignem similitudinem Philippi præse ferre: ac romanos Demetrium in paterno solio locaturos: Perseī nullam apud eos gratiam esse. Hæc uulgo loquebant: itaq; & Persea cura angebat: ne paſ pro se una ætas uaſleret: cum omnibus aliis rebus frater superior esset: & Philippus ipse uix se sui arbitrii fore: quem hæredem regni relinqueret credens: sibi quoq; grauiorem esse: q̄ uellet: minorem filium censebat: offendebatur interdum concursu macedonum ad eum: & alteram iam se uiuo regiam esse indignabatur. Ipse iuuenis haud dubiæ inflatior redierat subnixus erga se iudiciis senatus: concessiſq; sibi: quæ patri negata essent: & omnis mentio romanoꝝ quantam dignitatem ei apud cæteros macedonas: tantā inuidiam non apud fratrem modo: sed etiam apud patrē conciliabat. Vtiq; posteaquā alii legati romani uenerunt: & cogebatur decedere Thracia: præsidiaq; deducere: & alia aut ex decreto prioꝝ legatoꝝ aut ex noua constitutione senatus facere: sed oīa mœrens quidem & gemēs: eo magis quod filium frequentiorem prope cum illis quam secum cernebat: obedienter tamen aduersus romanos faciebat: nequam mouendi extemplo belli causam præberet. Præuertendos etiam animos a suspicione talium cōsiliorum ratus mediam in Thraciam exercitum in odrysas: & dentelecos: & bessos duxit. Philippopolin urbem fuga desertam oppidanoꝝ: qui in proxima montinm iuga cum familiis receperant sese: cepit: campestresq; barbaros depopulatus agros eoꝝ in deditionem recepit. relicto inde ad Philippopolin præsidio: quod haud multo post ab odrysis expulsum est: oppidum in Derrhiopo condere instituit: Pæoniæ ea regio est prope erigonum fluuium: qui ex Illyrico per Pæoniam fluens in axium elabitur amnem haud procul Scobis uetere urbe nouam urbem Perseidam: ut is filio maiori haberetur honos appellari iussit. Hæc dum in Macedonia geruntur: consules in prouincias profecti. Marcellus nūcium præmisit ad Lucium Portium proconsulem: ut ad nouum gallorum oppidum legiones admoueret. aduenienti consuli galli sese dederunt. duodecimmillia armatorum erant: plærique arma ex agris rapta habebant ea ægre patientibus iis adempta: quæq; alia aut populantes agros rapuerant: aut secum attulerant. De his rebus: qui quererentur: legatos Romam miserunt. introducti in senatum a Gaio. Va-

Annibalis interitus

Miſtrabilis exitus triū illuſtrium ducum

Occulta Philippi in cōſilia

Gallorum oratio ad romanos

lerio prætore exposuerunt se superante in Gallia multitudine ĩopia coactos agri & egestate ad quærẽ dam sedem alpes trãsgressos: q̃ inculta per solitudines uiderent ibi sine ullius iniuria cõcessisse: oppidũ qnoq; edificare cœpisse: quod indicium esset: nec agro nec turbi ulli uim allaturos uenisse. nuper. M. Claudium ad se nuncium misisse bellum se cum iis: ni dederentur: gesturum: se certam & si nõ speciosam pacem: q̃ incertam belli spem præoptantes dedisse se prius in fidem. q̃ in potestatem popu. ro. post paucos dies iussos & agro & urbe decedere: sese tacitos abire: quo terrarũ possent: in animo habuisse arma deinde sibi & postremo oia: alia: quæ ferrent: agerẽtq; : adepta. orare se senatum populumq; romanum ne in se innoxios deditos acerbius: q̃ in hostes sæuirent. Huic oratiõi senatus ita responderi iussit: neq; illos recte gessisse cum in Italiam uenirent: oppidumq; in alieno agro nullius romãi magistratus: qui ei prouinciæ præesset: permissu ædificare conati sint: neq; senatui placere deditos spoliari. itaq; se cum iis legatos ad consulem missuros: qui si redeant: unde uenerint: omnia iis sua reddi inbeant: q; protinus eant trans alpes & denuncient gallicis populis: multitudinem suam domi conlineant: alpes prope inexuperabilem finem in medio esse: non utiq; iis melius fore: qui ea primi peruias fecisset.

Galli italia expressi

Legati missi Lucius Furius: Quintius Minutius. L. Manlius Accidinus. galli redditis oĩbus: quæ sine cuiusquam iniuria habebant: talia excesserunt. legatis romanis transalpini populi benigne responderunt. senatores eorum nimiam lenitatem po. ro. castigarunt quod eos homines: qui gentis iniussu profecti occupare agrum imperii romani: & in alieno solo ædificare oppidum conati sunt: impunitos dimisissent: debuisse grauem temeritatis mercedem statui. quod uero etiam sua reddiderint: ueteri nec tanta indulgentia plures ad talia audenda impellantur exceperunt: & prosecuti cũ donis legatos sunt.

Histricum bellum

M. Claudius consul gallis ex puincia exactis: histricum bellum moliri cœpit litteris ad senatum missis: ut sibi in Histriã traducere legiões liceret. id senatui placuit. Illud agitabant: uti colonia deduceretur nec satis constabat: utrum latinam: an ciuium romanoꝝ deduci placeret: postremo latinam potius coloniam deducendam patres censuerunt. triumuiri creati sunt. P. Scipio Nasica: G. Flaminius. L. Manlius Accidinus. Eodem anno Mutina & Parma coloniæ romanorum ciuium sunt deductæ: bina millia hominum in agrum: qui proxime boiorum ante tuscorum fuerat: octona iugera Parmæ: quina Mutinæ acceperunt: deduxerunt triumuiri. M. Aemylius lepidus. T. Ebutius Carus. L. Quĩtius Crispinus. & Saturnia colonia ciuium romanorum in agrum caletranũ est deducta. deduxerunt triumuiri Quintus Fabius Labeo. G. Afranius Stellio. T. Sempronius: iugera in singulos data eodem. anno. A. Terentius proconsul haud procul flumine ibero in agro ausetano prælia secunda cum celtiberis fecit: & oppida: quæ ibi communierant: aliquot expugnauit. citerior Hispania in pace fuit eo anno: quia &. P. Sẽpronius proconsul diutino morbo est implicitus: & nullo lacessente peropportune quieuerunt lusitani. nec in liguribus memorabile quicquam a. Qu. Fabio consule gestum. Marcellus ex Histria reuocatus exercitus dimisso Romam comitiorum causa rediit: creauit consules. G. Bebium Tamphilum: & L. Aemylium Paulum. cum. M. Aemylio Lepido hic ædilis curulis fuerat a quo consule quintus annus erat: cum is ipse Lepidus post duas repulsas consul factus erat. prætores inde facti. Qu. Fuluius Flaccus. M. Valerius Leuinus. P. Aemylius iterum. M. Ogulnius Gallus. L. Cecilius Dentrex. G. Terentius Histra. Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum causa: quod sanguinem pluuisse per biduum in area Concordiæ satis credebant: nunciatumq; erat haud procul Sicilia insulam: quæ nondũ ante fuerat: nouam editam e mari esse: Annibalem hoc anno Antias Valerius decessisse auctor est: legatis ad eam rem ad Prusiam missis: præter. T. Quintium Flaminium: cuius in ea re celebre est nomẽ L. Scipione Asiatico. P. Scipione Nasica.

Cũ celtiberis prospere pugnatum

C. bebius L. Aemylius consl.

Prodigia nunciata

LIBER DECIMVS.

PRINCIPIO INSEQ. VENTIS ANNI CONSVLES PRAETORES, que sortiti prouincias sunt. consulibus nulla præter ligures: quæ decerneretur: erat iurisdicio urbana. M. Ogulnio Gallo inter peregrinos. M. Valerio euenit: Hispaniarum. Qu. Fuluio Flacco citerior. P. Manlio ulterior. L. Cecilio Dentrici Sicilia: Terentio Histræ Sardinia. Delectus habere consules iussi. Qu. Fabius ex liguribus scripserat apuanos ad rebellionem spectare: periculosumq; esse ne impetum agrum pisanum facerent & ex Hispanis citeriorem ĩ armis esse & cũ celtiberis bellari sciebant in ulteriore: quia diu æger esset prætor. luxuriæ otio solutam disciplinã militarem esse. ob ea nouos exercitus conscribi placuit: quatuor legiones in ligures uti singulæ quinamillia: & ducenos pedites tricenos haberent equites: sociorum iisdem latini noĩs. xv. millia peditum addita & octingenti equites: hi duo consulares exercitus essent. scribere præterea iussi septemmillia peditum sociorum ac latini nominis: quadrigentos equites: & mittere ad. M. Marcellum in Galliam: cui ex consulatu prorogatum imperium erat. in Hispaniam etiam utranq; quæ ducerentur quattuormilia peditum ciuium romanorum &. cc. equites & septemmillia peditum cum. ccc. equitibus scribi iussa. &. Qu. Fabio labeoni cum exercitu quem habebat in liguribus: prorogatum in annum imperium est.

Oradinatio prouinciarum



VER PROCELLOSVM EO ANNO FVIT: pridie palilia medio ferme die atrox cum uẽto tẽpestas coorta multis sacris profanisq; locis stragem fecit: signa ænea ĩ capitolio deiecit: forem ex eæde Lunæ: quæ in auentino est: raptam tulit: & in postici parietibus Cereris templi affixit: signa alia in circo maximo cum colũnis: quibus superstabant: euertit: fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta fœde dissipauit itaq; in prodigium uersa ea tẽpestas procurariq; aruspices iusserunt. simul procuratum ẽ: quod tripedem mulum Rete natum nunciatum erat & a Formiis ædem. Apollinis ac Gaiete de cœlo tactam. ob ea prodigia. xx. hostiis maioribus sacrificatũ: & ĩ diem unũ supplicatio fuit. per eosdem dies ex Illyriore prouincia: cum plus annũ æger fuisset: mortuũ esse: eo maturius in Hispaniã ptores iussi proficisci legationes transmarinæ deinde in senatum introducte sunt: prima Eumenis & Pharnacis regũ & rhodiorũ querentiũ de synopensiũ clade: Philippi quoq; legati & achæorũ & lacedæmonioq; sub idẽ tps uenerũt. sis prius Martio audito: q ad res Græciæ Macedoniæq; uisendas missus erat: responsa data sũt. Asiæ regibus ac rhodiis responsum ẽ legatos ad eas res uisendas missurũ senatum. de Philippo & iram auxerat Martius. nam ita fecisse: q̃ senatui placuissent: fatebaĩ: ut facile appareret nõ diutius q̃ necesse esset: factuq; neq; obscurum erat rebellaturũ oiaq; q̃ tunc ageret: diceretq; eo spectare.



IAM PRIMVM OMNEM FERE MVLTITVdinẽ ex maritimis ciuitatibus cum familiis suis in Emathiam: quæ nunc dicit: quõdã appellata Pæonia est. traduxit: thracibusq; & aliis barbaris urbes tradidit habitãdas fidiora hæc genera hoĩum fore ratus in romano bello. Ingentẽ ea res fremitũ ĩ Macedonia tota fecit relinquẽtesq; suos cũ coniugibus ac liberis pauci tacitũ dolorem continebãt: execrationesq; q̃ in agminibus ꝓficiscentiũ audiri solẽt in regẽ uincẽte odio metũ exaudiebãt. His ferox aĩus oẽs homies: oĩa locat paq; suspecta habebat: postremo negare propalã cœpit satis tutũ sibi quicq̃ esse: nisi liberos eoꝝ: quos interfeciſſet: cõprehensos in custodia haberet: & tpe alium alio tolleret. Eam crudelitatẽ fœdã per se: fœdiorẽ unius domus clades fecit. Herodicũ principẽ thessaloꝝ multis ante annis occiderat: generos quoq; eius postea interfecit: in uiduitate relictæ filiæ singulos filios paruos habẽtes Theoxena & Archo noĩa mulieribus erant: Theoxena multis petentibus aspernata nuptias est: Archo Poridi cuidã lõge principi gentis nupsit: & apud eum plures enixa partus paruis admodũ relictis oĩbus decessit. Theoxena: ut in iuis manibus liberi sororis educarẽtur: Poridi nupsit: & tanquã oĩs ipsa enixa foret: suum sororisq; filios in eadem habebat cura posteaquã regis edictum de comprehendẽdis liberis eoꝝ: qui interfecti essent: accepit: ludibrio futuros non regis mõ. sed custodum etiã libidinis rata: ad rem atrocẽ auim adiecit: ausaq; est dicere potius sua manu se oẽs interfecturã: q̃ in potestatem Philippi uenirent. Poris abominatus mẽtionẽ tam fœdi facinoris Atheneon deportatuq; eos ad fidos hospites dixit: comitemq; ipsum fugæ futuꝝ esse. Proficiscuntur ab Thessalonica Aeneam ad statutũ sacrificium quod cõditori Aeneæ cum magna ceremonia quotannis faciũt: ibi die per solennes epulas consumpto: nauem præparatam a Poride sopitis omnibus tertia uigilia conscendum tanquam redituri in Thessalonicã: sed traiicere in Euboeam erat propositum: cæterum in aduersum uentũ neqcquam eos tendentes prope terrã lux opressit. & regii qui præerant custodiæ portus: lembũ armatum ad protrahẽdũ eam nauem miserunt: cũ graui edicto ne reuerterent sine ea: quoniã dies appropinq̃bat: Poris quidem adhortationẽ remigum nautaq; intentus erat: interdum manus ad cælũ tendens opẽ: ut dii ferrent orabat: ferox interim fœmina ad multo ante præcogitatũ reuoluta facinus: uenenũ diluit: ferrũq; ꝑmit: & posito inconspectu poculo istrictisq; gladiis: mors inq̃t: una uindicta ẽ: uiæ ad mortem hæ sunt: q̃quenq; animus fert: effugite supbiam regiã: agite iuuenes mei primu: q maiores estis: capite ferrũ aut haurite poculũ: si segnior mors iuuat: & hostes aderãt: & auctor mortis instabat: alii alio loco absumpti semianimes e naue ꝑcipitãtur ipsa deinde uiq; comitẽ mortis conplexa in mare sese deiecit: naue uacua dominis regii potiti sunt. Huius atrocitas facinoris nouã uelut flamam regis inuidiæ adiecit: ut uulgo ipsum liberosq; eius execrarẽtur: quæ diræ breui ab omnibus diis exauditæ: ut scæuiret ipse in suũ sanguiné effecerunt. Perseus

enim cum in dies magis cerneret fauorē & dignitatem Demetrii fratris apud multitudinē macedonū
crescere & gratiā apud romanos: sibi spem nullam regni supereſſe nisi scelere ratus: ad id unū omnes
cogitationes intendit: cæteq; cum se ne ad id qdē: quod muliebri cogitabat aīo: satis per se ualidum cre
deret: singulos amicoq; patris tentare sermonibus pplexis instititit: & primo quidā ex his aspnantiū ta
le quicq; præbuerunt speciem: quia plus in demetrio spei ponebant: deinde crescente in dies Philippi
odio in romanos: cui Perseus indulgeret: Demetrius summa ope aduersaret: prospicientes aīo exitū
id cautius adiuuandū: quod futuq; erat rati fouendam spem potentioris: Perseo se adiungunt: cætera
in suū quæq; tps differunt: in pſentia placet omni ope in romanos accendi regem impelliq; ad consilia
belli: ad quæ iam sua sponte aīum inclinasset: simul ut Demettius ī dies suspectior esset: excomposito
sermones ad spretionē romanoq; trahebant: ibi alii cū mores & instituta eorum: alii res gestas: alii spe
ciem ipsius urbis nondum exornatæ neq; publicis: neq; priuatis locis: alii in singulos principum elu
derent: iuuenis incautus & amore nominis romani & certamine aduersus fratrem oīa tuendo: suspe
ctum se patri opportunum criminibus faciebat. itaq; expertem eum pater oīum de rebus romanis cō
siliorum habebat totus in Persea uersus cum eo cogitatiōes eius rei dies ac noctes agitabat. Redierāt:
quos forte miserat in basternas ad accersenda auxilia: adduxerātq; inde nobiles iuuenes & regii quo
dam generis quorum unus sororem suam in matrimonium Philippi filio pollicebatur: erexeratq; cō
sociatio gentis eius aīum regis. Tum perseus: quid ista prosunt: inquit? nequaq; tantum in externis, au
xiliis est pſidii: quantum periculi fraude domestica: proditorem nolo dicere speculatorē citius: ax quo
obses Romæ fuit: corpus nobis reddiderunt romani aīum ipsi habent oīum pene macedonū in eum
ora conuersa sunt: nec regem se aliū rentur habituros esse: quā quem romāi dedissent. his per se ægra
mens senis stimulabatur: & aīo magisq; uultu ea crimina accipiebat. Forte lustrandi exercitus uenit tē
pus: cuius solēne est tale: prior hostiæ pars dextera: posterior ad leuā uiæ ponitur: inrer hanc diuisā ho
stiam copiæ armatæ traducunt: pferuntur primo agmini arma insignia oīum ab ultima origine Mace
doniæ regū: deinde rex ipse cum liberis seqtur: proxima est regia cohors custodesq; corpis: postremū
agmen macedonum cætera multitudo claudit: latera regis duo filii iuuenes cingebant: perseus iā trice
simum annum agens: Demetrius quinquennio minor: medio iuuentæ robore ille: hic flore fortuna
ti patris matura soboles: si mens sana fuisset. Mos erat lustrationis sacro peracto decurrere exercitū: &
diuisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnæ: regii iuuenes duces ei ludicro certami
ni dati: cæterum non imago fuit pugnæ: sed tanq; de regno sudibus facta: nec pter ferrum quicq; defu
it ad iustam belli speciem: pars ea: quæ sub Demetrio erat: longe superior fuit: id ægre patiente Perseo
lætari prudentes amici eius: eāq; rem dicere ipsam pbituram causam criminandi iuuenis. Conuiuium
eo die sodaliū: qui simul decurrerant: uterq; habuit cum uocatus ad cœnā ab Demetrio perseus negat
set: festo die inuitatio benigna & iuuenilis utroq; in unū traxit: cōmemoratio ibi certaminis ludicri:
& iocosa dicta in aduersarios: ita: ut ne ipsis quidem ducibus abstineretur: iactabantur. ad has excipien
das uoces speculator ex conuiuis Persei missus: cum incautior obuersaretur: exceptus a iuuenibus for
te trichinio egressis male mulctatur. Huius rei ignarus Demetrius quin comesatū: inqt: ad fratrē imus?
& iram eius: siqua ex certamine resident: simplicitate & hilaritate lenimus? oēs se ire: conclamarunt pter
eos: qui speculatoris ab se pulsati pſentem ultionem metuebant: cum eos quoq; Demetrius traheret:
ferrum ueste abdiderunt: quo se tutari: si qua uis fieret: possent. Nihil occulti esse in intestina discordia
potest: utraq; domus proditorum & speculatorum plena erat: præcurrit index ad Persea ferro succin
ctos nuncians cum Demetrio quattuor adolescentes uenire: & sic causa apparebat: nam ab iis pulsatū
conuiuam suum audierat: tamen infamandæ rei causa ianuam obserari iubet: & ex parte supiore ædiū
uersisq; in uiam fenestris comesatores tāq; ad cædem suam uenientes aditu ianuæ arcet. Demetrius p
uinum: quod excluderetur: paulisper uociferatus in conuiuium redit totius rei ignarus: Postero die
Perseus quin primum conueniendi potestas patris fuit: regiam ingressus perturbato uultu in conspe
ctu patris tacitus procul constitit: cui cum pater satin saluæ res? quænam ea mœstitia esset: iterrogaret
eum de ludicro. tibi: inquit: uiuere me scio: iam non occulto a fratre petimur insidiis: nocte cum arma
tis domum ad interficiendum me uenit. clausisq; foribus parietumq; pſidio me a furore eius sum tuta
tus. Cum pauorem mixtum admiratione patri iniecisset: atqui si aures præbere potes: inquit: manife
stam rem teneas: faciam. Eniuero se Philippus dicere auditurum: uocariq; extemplo Demetrium iuſ
sit: & leniores duos amicos expertos inter fratres certaminum: infrequentes iam in regia Lysimachū:
& Onomastū accersit: quos in consilio haberet. dum ueniunt amici: solus filio procul stante multa secū
animo uolutans inambulauit. posteaq; uenisse eos nunciatum est: secessit in partem interiorem cum
duobus amicis totidem custodibus corporis filiis: ut ternos inermes secum introducerēt: permisit. Ibi
cum consedissent: sedeo: inquit: miserrimus pater iudex inter duos filios accusatorem parricidii & reū
aut confecti aut admissi criminis labē apud meos inuenturus. Iampridem quidē hanc procellā imminē
tem timebā: cū uultus inter uos minime fraternos cernerē: cum uoces quasdā exaudirē: sed interdum
spes aīum subibat deflagrare iras uestras: purgari suspitiones posse: et hostes armis positis fœdus icisse
& priuatas multoq; simultates finitas: subiturā uobis aliqn germanitatis memoriam: puerilis quondā
simplicitatis consuetudinisq; inter uos meorum deniq; pceptorum: q uereor: ne uana surdis auribus

cecinerim. Quotiens ego audientibus uobis deteſtatus exempla diſcordiæ fraternæ? horrẽdos euẽ
tus eorũ rettuli: quibus ſtirpem ſuã: domos: regna funditus euertiſſent? meliora quoq; exempla par
te altera poſui: ſociabilem conſortionẽ inter binos lacedæmonioꝝ reges ſalutarem per multa ſæcula
ipſis patriæq; eãdem ciuitatem poſteaquã mos ſibi cuiq; rapiendi tyrannidem exortus ſit euerſam. iã
hoc. Eumenem. Attalumq; fratres aquã exiguis rebus prope ut puderet regi noſtris mihi Antiocho: &
cuilibet regum huius ætatis: nulla re magis: q̃ fraterna unanimitate regnũ æquaſſe ne romanis quidẽ
exẽplis abſtinui: quæ aut uiſa aut audita habebam. T. &. L. Quintiorũ qui bellũ mecum geſſerunt. P. &
L. Scipionũ: qui Antiochum deuicerũt: patris patruiq; eorũ: quorũ perpetuã uitæ concordiã mos quoq;
miſcuit: neq; uos illorũ ſcelus ſimileſq; ſceleri exitus potuit: neq; horũ bona mens bona fortuna ad ſani
tatem flectere. Viuo & ſpirante me hæreditatem meã ambo & ſpe & cupiditate improba petitis: eo uſ
q; me uiuere uultis: donec alterius ueſtrũ ſuperſtes haud ambiguũ regem alterũ mea morte faciã: nec
patrẽ poteſtis pati nihil cari: nihil ſancti nuis noſtris: cuius uice regni unius inſaciabilis amor ſuccceſſit
Agite conſcelerate aures, paternas: decernite criminibus mox ferro decreturi: dicite palã: qd' ueri pote
ſtis: aut reminiſci libet: reſeratæ aures ſunt: quæ poſt hac ſecretis alterius ab altero criminibus clauden
tur. hæc furẽs ira cum dixiſſet: lachrymæ oĩbus obortæ: & diu mœſtum ſilentiũ tenuit. Tũ Perſeus ape
riẽda nimiũ nocte ianua fuit: & armati comeſatores accipiendi præbendũq; ferro iugulũ: quando nõ
crediꝫ niſi perpetratũ facinus: ſiquidem petitus inſidiis audio quæ latro atq; inſidiator: non nequicq̃
iſti unum Demetriũ filium te habere: me ſubditũ & pellice genitũ: appellant: nam ſi gradũ: ſi caritatem
filii apud te haberem: nõ in me querẽtem deprahẽſas inſidias: ſed in eũ: qui feciſſet: ſcæuires: nec adeo
tibi uilis uita eſſet noſtra: ut nec præterito periculo meo mouereris: neq; futuro ſic inſidiantibus ſic im
pune. Itaq; ſi mori tacitum oportet: taceamus præcati tantũ deos: ut a me cœptũ ſcelus in me finem ha
beat: nec per meũ latus tu petaris ſin aũt quod circũuentis in ſolitudine natura ipſa ſubiicit: ut hominũ
quos nunq̃ uiderint: fidem tñ implorent: mihi quoq; ferꝝ in me ſtrictum cernenti uocem mittere lice
at: per te patrium q; nomẽ: quod utri noſtrũ ſanctius ſit: iampridẽ ſentis: ita me audias præcor: tãq̃ ſi uo
ce & comploratiõe nocturna excitus mihi queritanti interueniſſes: Demetriũ cum armatis nocte intẽ
peſta in ueſtibulo meo deprahendiſſes: quod tum uociferarer in re præſenti pauidus: hoc nũc poſte
ro die queror. Frater non comeſantiũ inuicem iãdiu uiuimus inter nos: regnare utiq; uis: hic ſpei tuæ
obſtat ætas mea: obſtat gentiũ ius: obſtat uetuſtus Macedoniæ mos: obſtat uero etiam patris iudiciũ
huc tranſcendere niſi per meũ ſanguinẽ non potes: oĩa moliris: & tentas: adhuc ſeu cura mea: ſeu fortu
na reſtitit parricidio tuo. Heſterna die in luſtratione & decurſu & ſimulacro ludicro pugnæ funeſtum
ꝓpe prælium feciſti: nec me aliud a morte uindicauit: q̃ quod me ac meos uinci paſſus ſum. ab hoſtili
prælio tanq̃ fraterno luſo pertrahere me ad cœnam uoluiſti: credis ne pater inter inermes cõuiuas me
cœnatuꝝ fuiſſe: ad quẽ armati comeſatum uenerũt? credis mihi a gladiis nocte periculum fuiſſe quem
ſudibus te inſpectante ꝓpe occiderunt? Quid hoc noctis? quid ut inimcus ad iratũ? quid cũ ferro ſuccĩ
ctus iuuenibus uenis? conuiuã me tibi cõmittere auſus nõ ſum comeſatorẽ te cum armatis recipiam? ſi
aperta ianua fuiſſet: funus meũ pareres hoc tpe pater: quo querentem audis. Nihil ego tanq̃ accuſa
tor crimino ſe: nec dubia argumentis colligendo ago: quid. n. negat ſe cum multitudine ueniſſe ad ia
nuam meã? aut ferro ſuccinctos ſecum fuiſſe? quos noĩ auero: accerſe: poſſunt quidem oĩa audere: qui
hoc auſi ſunt: non tñ audebunt negare ſe depæhenſos intra limen meum cum ferro. ſi ad te deducerẽ
rem pro manifeſto haberes: fatentes pro depræhenſis habe. Execrare nunc cupiditatẽ regni: & furias
fraternas cogita: ſed ne ſint cæcæ pater execrationes tuæ: diſcerne: deſpice inſidiatorem: & petitũ inſidi
is noxium huic eſſe caput: qui occiſurus fratrem fuit: habeat etiam iratos paternos deos: qui perituruſ
fraterno ſcelere fuit: perſugium in patris miſericordia & iuſtitia habeat. quo. n. alio confugiam? cui nõ
ſolenne luſtrale exercitus: cui non decurſus militũ: non domus: non epulæ: nõ nox ad quietẽ data na
turæ beneficio mortalibus tuta eſt? ſi iero ad fratrem inuitatus: moriendũ eſt: ſi recepero iutra ianuam
comeſatũ frẽm: moriendũ eſt. nec eundo: nec manendo inſidias euito. Quo me cõferam? nihil ꝑter de
os pater: & te colui: non romanos habeo: ad quos confugiam: periſſe expetunt: quia tuis iiuriis doleo
quia tibi ademptas tot urbes: tot gentes mõ Thraciæ maritimã oram indignor: nec me nec te incolu
mi Macenoniã ſuam futurã ſperant: ſed ſi me ſcelus fratris: te ſenectus abſumpſerit: aut nec ea quidem
expectata fuerit regẽ regnumq; Macedoniæ ſua futura ſciunt. Si qd extra Macedoniã tibi romani reli
quiſſent: mihi quoq; id relictũ crederẽ receptaculũ: at in macedonibus ſatis præſidii eſt: uidiſti heſter
no die impetũ in me militũ. quod illis defuit interdiu: conuiuæ fratris noctu ſumpſerunt. quid de ma
gna patte principũ loquar: q in romanis ſpem oĩs dignitatis & fortunæ poſuerũt? & in eo qui oĩa apud
romanos poteſt? neq; hercule iſtum mihi tantũ fratri maiori: ſed ꝓpe eſt: ut tibi quoq; ipſi & patri præ
fuerant iſte. n. eſt: cuius beneficio pœnam tibi ſenatus remiſit: qui nunc te ab armis romanis ꝓtegit: q
tuam ſenectutẽ obligatã: & obnoxiam adoleſcentiæ ſuæ æquũ eſſe cenſet. pro iſto romani ſtant: ꝓ iſto
oẽs urbes tuo ĩperio liberatæ: ꝓ iſto macedones. qui pace romaua gaudebant mihi præter te pater qd
uſq̃ aut ſpei: aut præſidii eſt? Quo ſpectare illas litteras ad te nunc miſſas. T. Quintii credis? quibus: &
te bene cõſuluiſſẽ rebus tuis ait: qd' Demetriũ Romã miſeris: & hortatur: ut iterꝝ cũ pluribus legatis:
& primoribus quoq; ipſorũ macedonũ remittas eũ. T. Quintius: qui nũc ẽ auctor oĩum iſti & magiſter

Att' uerba philippi ĩ filios amaritudinis plena

Perſeo aperte rõquiſſe de demetrio & quidem grauiter

Perſei que relæ apud patrem

eum ſibi te abdicato patre in locum tuũ ſubſtituit: illic ante oĩa clandeſtina concepta ſunt conſilia: quæ
runt adiutores conſiliis cum te plures & principes macedonũ cũ iſto mittere iubet: q hinc & integri ſyn
cæri Romã eunt Philippum regẽ ſe habere credentes: imbuti illinc & infecti romanis delinimentis re
deũt. Demetrius iis unus oĩa eſt eũ iam regẽ uiuo patre appellant. Hæc ſi indignor: audiẽdũ eſt ſtatim
non ab aliis ſolum ſed etiã a te pater cupiditatis regni crimẽ: ego uero ſi in medio ponit: non agnoſco
quem. n. ſuo loco moueo: ut ipſe in eius locũ ſuccedam: unus ante me pater eſt: & ut diu ſit: deos rogo
ſuperſtes: ei ita ſim: ſi merebor: ut ipſe me eſſe uelit: hereditatẽ regni: ſi pater tradet: accipiã cupit regnũ
& quidẽ ſcelerate cupit: qui tranſcendere feſtinat ordinẽ ætatis naturæ moris macedonũ iuris gentiũ.
obſtat frater maior: ad quẽ iure uolũtate etiam regnũ patris pertinet. tollat nunc primus in regnũ fra-
terna cæde ſit potior: pater ſenex: & filio ſolus orbatus magis timebit: ne iraſcatur: q ut filii ulciſci necẽ
patiat: romani lætabunt: probabũt: defendent factũ. Hæ ſpes incertæ pater: ſed nõ inanes ſunt: ita eni
res ſe habet: periculũ uitæ propellere a me potes: puniendo eos: qui ad me interficiendũ ferrum ſump
ſerunt: ſi facinori eorũ ſucceſſerit: mortem meã idem tu perſequi nõ poteris. Poſteaq dicendi finem Per
ſeus fecit coniecti eorũ: qui aderant: oculi in Demetriũ ſunt uelut cõfeſtim reſponſurus eſſet: deinde ſi
lentiũ fuit: cũ perfuſum fletu appareret oĩbus loqui nõ poſſe: tandẽ uicit dolorem ipſa neceſſitas: cũ di-
cere iuberent: atq ita orſus eſt. Oĩa: quæ reorũ antea fuerãt auxilia pater: præoccupauit accuſator: ſimu-
latiſq lachrymis in alterius perniciem ueras meas lachrymas ſuſpectas tibi fecit: cum ipſe: ex quo ab ro
ma redii: per occulta cũ ſuis colloquia dies noctesq inſidiet ultro mihi non inſidiatoris mõ: ſed latro-
nis manifeſti: & percuſoris ſpẽm induit. Periculo ſuo te exterret: ut inoxio fratri per eundem te matu-
eret pernicie: perfugiũ ſibi nuſquã gentiũ eſſe: ait ut ego ne apud te quidẽ ſpei quicq reliqui habeã: cir-
cunuentũ ſolum inopẽ inuidia gratiæ externæ: quæ obeſt. potiuſq pdeſt: onerat. iam illud quã accuſa-
torie: quod noctis huius crimẽ miſcuit cũ cætera inſectatione uitæ meæ: ut & hoc: qd iam quale ſit: ſci-
es: ſuſpectum alio uitæ noſtræ tenore faceret: & illam uanã criminationẽ ſpei uoluntatis conſiliorũ: no-
cturno hoc facto & cõpoſito argumento fulciret: ſimul & illud quæſiuit: ut repentina minime præpara
ta accuſatio uideret quippe ex noctis huius metu & tumultu repentino exorta. Oportuit aũt perſeum
ſi pditor ego patris inierã conſilia: nõ expectatã fabulam eſſe noctis huius: ſed pditionis me accuſatũ
ſi illa criminoſa ac uana accuſatio erat: inuidiam q tuam aduerſus me magis: q crimen meũ indicatura
hodie quoq iam aut prætermitti: aut in aliud tps differri: ut perſpiceret: utr ego tibi: an tu mihi nouo
quidẽ: & ſingulari genere odii inſidias feciſſes. ego tamen quantũ in hac ſubita perturbatiõe potero ſe
parabo ea: quæ tu confudiſti: & noctis huius inſidias aut tuas: aut meas detegã. Occidendi ſui conſiliũ
me iniuſſu uideri uult: ut ſcilicet maiore fratre ſublato: cuius iure gentiũ more macedonũ: tuo etiã: ut
ait: iudicio regnũ eſt futurũ: ego minor in eius: quẽ occidiſſem: ſuccederem locũ: quid ergo illa ſibi uult
pars altera orationis: qua romanos a me cultos ait: atq eorũ fiducia in ſpem regni me ueniſſe? nã & ſi in
rõanis tantũ momenti eſſe credebã: ut quẽ uellent iponerẽt Macedoniæ regẽ & meæ tñ apud eos gra
confidebã: quid opus parricidio fuit? an ut cruentũ fraterna cæde diadema gererem? ut illis ipſis: apd
quos aut uera aut certe ſimulata probitate partã gratia habeo: ſi quam forte habeo: execrabilis & inui
tus eſſem? niſi. T. Quintiũ credis: cuius uirtute & cõſiliis me nunc arguis regi: cũ & ipſe tali pietate ui-
at cum fratre: mihi fraternæ cædis fuiſſe auctorẽ? Idem non romanorũ ſolũ gratiam: ſed macedonum
udicia ac deorũ pene hoĩumq conſenſum collegit: per quæ oĩa ſe mihi parem in certamine non futu-
rum crediderit: idem tanq in aliis oĩbus rebus inferior eſſem: ad ſceleris ſpem ultimã confugiſſe me ſi-
ſimulat. uis hanc formulã cognitionis eſſe: ut uter timuerit: ne alter dignior uideretur regno: iis conſi
lium opprimendi fratris iudicetur cepiſſe? Exequamur tñ quucunq mõ conflicti ordinẽ criminis: plu
ribus modis ſe petitum criminatus eſt: & oĩs inſidiarum uias in unũ diem cõtulit: uolui interdiu eum
poſt luſtrationẽ cum concurrimus: & quidem: ſi dius placet: luſtrationũ die occidere: uolui cũ ad cœnã
inuitati: ueneno ſcilicet tollere: uolui cum comeſatum gladiis cincti me ſecuti ſunt: ferro interficere: tẽ
pra quidem: qualia ſint ad parricidium electa: uides: luſus conuiuii comeſationis: quis dies? qualis q
quo luſtratus exercitus: quo inter diuiſam uictimã prælatis oĩum: qui unq fuere macedoniæ regum
armis. reges duo ſolito more tua tegentes latera pater præuecti ſumus: & ſecutum eſt macedonum ag
men. hæc ego etiam ſi quid ante admiſiſſem piaculo dignum luſtratus & expiatus: ſacra tum cũ maxi
me in hoſtiã itineri noſtro circundatam intuẽs: parricidiũ uenena gladios in comeſatiõe præparatos
uolutabam in aĩo: ut quibus aliis deinde ſacris contaminatã omni ſcelere gẽtem expiarem? ſed cæcus
criminandi cupiditate aĩus: dum omnia ſuſpecta efficere uult aliud alio confundit: nam ſi ueneno te
inter cœnam tollere uolui: quid minus aptũ fuit quam pertinaci certamine & concurſu iratum te effi-
cere: ut merito. ſicut feciſti: inuitatus ad cœnam abnueres? cum autẽ iratus negaſſes: utrũ ut placarem
danda opera fuit: ut aliã quærerẽ occaſionẽ: qñ ſemel uenenũ parauerã? an ab illo conſilio uelut tran
ſiliendũ ad aliud fuit: ut ferro te & quidem eo per ſpẽm comeſationis occiderem? quo deinde modo ſi
te metu mortis credebã cœnam euitaſſe meã: non ab eodem metu comeſationem quoq euitaturũ exi
ſtimabam? Non eſt res: qua erubeſcã pater: ſi die feſto inter æquales largiore uino ſum uſus tu quoq
uelim inquiras: qua lætitia: quo luſu apud me celebratum heſternũ conuiuiũ ſit: illic etiam prauo for
ſitan odio puehente: quod in iuuenili armorũ certamine pars noſtra non inferior fuerat: miſeria hæc

Demetrii purgatio

Mos Macedonum in luſtrando exercitu

& metus crapulam facile excusserunt: quæ si non interuenissent insidiatores: somno sopiti iaceremus. si domum tuam expugnaturus: capta domo dominũ interfecturus erã: non temperassem uino in unũ diem: non milites meos abstinuissem: Et ne ego me solum nimia simplicitate tuear: ipse quoq; minime malus ac suspicax frater nihil aliud scio: inquit: neq; arguo: nisi quod cum ferro comesatum uenerũt. quærã unde id ipsum scias: necesse erit aut speculatorẽ tuorẽ plenã domũ fuisse meam: aut illos ita aperte sumpsisse ferrum: ut omnes: uiderent: & neqd ipse aut prius inquisisse: aut nũc criminose arguerẽtari uideret te quærere ex iis: quos nominasset: iubebat: an ferrũ habuissent: ut tanq̃ ĩ re dubia cum id quæsisses: quod ipsi fatent: pro uictis haberent: quin tu illud quæri iubes: num tui occidendi causa ferrũ sumpserint: nũme auctore & scientẽ: hoc. n. uideri uis: non illud: quod fatẽtur & palam est: & sui se tuendi causa sumpsisse dicunt. recte an perperam fecerint: ipsi sui rationem reddẽt: meam cãm: quæ nihil eo facto contingitur: ne miscueris: aut explica: utrũ: apte an clãte aggressori fuerimus: si apte: cur non oẽs ferrũ habuimus: cur nemo præter eos: qui tum speculatorẽ pulsarunt: si clam: quis ordo consilii fuit: conuiuio soluto cũ comesator ego discessissem: quattuor substitissent: ut sopitum te aggrederẽtur: quomõ fefellissent & alieni & mei & maxime suspecti quia pauloante in rixa fuerant: quomõ autem trucidato te: ipsi euasuri fuerint: quattuor gladiis domus tua capi & expugnari potuit. Quin tu omissa ista nocturna fabula: ad id: quod doles: qd̃ inuidiam urit: reuerteris: cur usq̃ regni tui mẽtio fuit Demetri: cur dignior patris fortunæ successor quibusdã uideris quam ego: cur spem meã: quæ: si tu non esses: certa erat dubiam & sollicitã facis: hæc sentit Perseus: & si non dicit: hæc istum inimcum hæc accusatorẽ faciũt: hæc domũ hæc regnũ tuũ criminibus & suspitionibus replent. Ego aũt pater quẽadmodum nec nunc sperare regnũ: nec ambigere unq̃ de eo forsitan debeã: quia minor sum: quia tu me maiori cedere uis: sic illud: nec debui facere: nec debeo ut indignus te patre: indignus oĩbus uidear: id enim uitiis meis non cedẽdo: cui ius fasq; est: nõ modestia cõsequar. Romanos obiicis mihi: & ea quæ gloriæ esse debẽt: in crimen uertis ego nec obses rõanis: ut traderer nec ut legatus Romã mitterer a te petii missus ire non recusaui: utroq; tpe ita me gessi ne tibi pudori: ne regno tuo: ne genti macedonũ essem. itaq; mihi cũ romanis amicitiæ causa tu fuisti pater: quoad tecum illis pax manebit: mecũ quoq; gratia erit: si bellũ esse cœperit: qui obses: qui legatus ꝑ patre non inutilis fui: idem hostis illis accerrimus ero: nec hodie: ut ꝓsit mihi romanoq; gratia. id postulo: ne obsit: ne ad bellũ referuẽt: pacis pignus sui ad pacẽ retinendã legatus missus sum: neutra res mihi nec gloriæ: nec crimini sit. Ego siquid scelerate in frẽm admisi nullam deprecor pœnã: si ĩnocens sum: ne inuidia cõflagrem: cũ crimine nõ possim deꝓcor non hodie me primũ frater accusat: sed hodie primũ aperte nullo meo in se merito. si mihi pater succenseret: te maiorem frẽm pro minore depræcari oportebat: te adolescentiæ: te errori ueniã ĩpetrare. in eo ubi præsidiũ esse oportebat: ibi exitiũ est. e conuiuio & comersatione ꝑpe semisomnus raptus sum ad cãm parricidii dicendã sine aduocatis: sine patronis: ipse ꝑ me dicere cogor si pro alio dicẽdum esset: tps ad meditandũ & cõponendã orationem sũpsissem: cũ quid aliud quã ingenii fama peri clitarer: ignarus quid accersitus essem: te iratũ: te iubentẽ dicere cãm frẽm accusantẽ audiui: ille diu an te ꝑparata meditata in me oratiõe est usus: ego id tm̃ tẽporis: quo accusatus sum: ad cognoscẽdũ: quid ageret habui. utq; illo momẽto accusatorem audirem: an defensionẽ meditarer: attonitus repẽtino ac ꝙinopinato malo: uix quid obiiceret: intelligere potui: ne dũ satis sciam: quo mõ me tuear. Quid mihi spei esset: nisi patrẽ iudicem haberẽt apud quẽ etiã si a fratre caritate uincor: misericordia certe reus uinci non debeo: ego. n. ut me mihi tibiq; serues: ꝑcor: ille: ut me insecuritatem suam occidas: postulat: quid eũ cum regnũ ei tradideris: factuq; credis in me esse: qui iã nũc sanguine meo sibi indulgeri æquũ censet: Dicenti hæc lachryme simul spiritum & uocẽ intercluserunt Philippus summotis iis paulisper collocutus cũ amicis ꝑnunciauit non uerbis se nec unius horæ disceptatione causam eoꝝ diiudicaturum: sed inquirendo in utriusq; uitam: mores & dicta factaq; in magnis paruisq; rebus obseruando ut omnibus appareret noctis proxime crimen facile reuictũ suspectam nimiã cum romani Demetrii gratiam esse. hæc uiuo Philippo uelut semina iacta sunt macedonici belli: qd̃ maxime cum Perseo gerendum erat. Cõsules ambo in ligures: quæ tum una cõsularis prouincia erat: ꝓficiscuntur & quia ꝑspere ibi res gesserunt: supplicatio in unum diẽ decreta ẽ. Liguꝝ duomillia fere ad extremũ finẽ ꝓuinciæ Galliæ: ubi castra Marcellus habebat: uenerunt: uti reciperent orantes. Marcellus opiri eodẽ loco ligu ribus iussis senatũ per litteras consuluit. senatus rescribere Marcum Ogulinum prætorẽ Marcello iusserit: uerius fuisse cõsules: quoꝝ ꝓuincia esset: quã se quid e repu. esset decernere: tũ quoq; nõ placere sibi sed per deditionẽ ligures recipi: & receptis arma nõ adimi: atq; eos ad cõsulem mitti senatum æquum censere. Prætores eodem tpe. P. Manlius in ulteriorẽ Hispaniam: quã & priore ptura prouinciam obtinuerat. Qu. Fuluius Flaccus in citeriorem puenit: exercitũq; a Terẽtio accepit: nam ulterior morte. P. Sempronii ꝓconsulis sine ĩperio fuerat. Fuluiũ Flaccum oppidum hispanũ Vrbicnam noĩe oppugnãtem celtiberi adorti sunt: dura ibi ꝓlia aliquot facta: multi romani milites & uulnerati & interfecti sũt: uicit pseuerantia Fuluii: quod nulla ui abstrahi ab obsidione potuit. celtiberi fessi ꝓliis uariis absceſſerunt: urbs amoto auxilio eoꝝ intra paucos dies capta & direpta est: ꝑdam militibus ꝑtor concessit. Fuluius hoc oppido capto. P. Manlius exercitu tantũ in unum coacto: qui dissipatus fuerat: nulla alia memorabili gesta re exercitus in hyberna deduxerunt. hæc ea æstate in Hispania gesta. Terentius: qui ex

Optima criminis cõfutatio

Semia macedonici belli

ea prouincia decesserat: ouans urbem iniit: translatum argenti pondo millia. ccc. xx. auri. lxxxii. põdo aureæ coronæ. lxyii. Eodem anno inter populum carthaginensẽ & regẽ Masinissam in re p̃senti disce tatores romani de agro fuerunt. ceperat eum ab carthaginensibus pater Masinissæ Gala: Galã Syphax inde expulerat: postea in gratiam soceri Hasdrubalis carthaginensibus dono dederat: carthaginenses eo anno Masinissa expulerat. haud minore certamine aiorũ: quam cũ ferro & acie dimicarunt: res acta

Cartha. & Masinissæ disceptatio

apud romanos: carthaginenses: quod primo maiorũ suorũ fuisset: deinde a Syphace ad se peruenisset: repetebant. Masinissa paterni regni agrũ se recepisse & habere gentium iure aiebat & causa & possessio ne superiorem esse: nihil aliud se in ea disceptatione metuere: quã ne pudor romanorũ: dum uereãtur nequid socio atq; amico regi aduersus cõmunes atq; illius hostes indulsisse uideantur: damno sit. lega ti possessionis ius non mutarunt: causam integram Romã ad senatum reiecerũt. In liguribus nihil po stea gestum: recesserant primum in deuios saltus: deide dimisso exercitu passim in uicos castellaq; sua dilapsi sunt. Consules quoq; dimittere exercitum uoluerunt: ac de ea re patres consuluerunt. alterũ ex his dimisso exercitu ad magistratus creandos in annum uenire Romã iusserunt: alterum cum legiõi bus suis Pisis hyemare. Fama erat gallos transalpinos iuuentutẽ armare nec in quam regionem Italiæ effusura se multitudo esset: sciebatur. ita inter se consules compararunt: ut. G. Bebius ad comitia iret:

P. Corneli us Lẽtulus M. Bebius consl.

quia. M. Bebius frater eius cõsulatum petebat. Comitia consulibus rogandis fuere: creati. P. Corneli us Lentulus. M. Bebius Tamphilus. prætores inde facti duo. Qu. Fabii Maximus: & Buteo. T. Clau dius Nero. Qu. Petilius Spurinus. M. Pinarius posca. L. Duronius. Iis inito magistratu prouinciæ ita sorte euenerũt: ligures consulibus: prætoribus. T. Petilio urbana. Qu. Fabio Maximo peregrina. Qu. Fabio Buteoni Gallia. T. Claudio Neroni Sicilia. M. Pinario Sardinia. L. Duronio Appulia & histri ad iecti: quod tarẽtini brundusiniq; nunciabãt maritimos agros infestos trãsmarinarũ nauium latrocinii esse eadẽ massilienses de liguũ nauibus quærebantur. Exercitus inde decreti: quattuor legiões cõsuli bus: quinamillia ducenos romanos peditrecenos haberent equites: &. xy. millia sociũ ac latini noĩs oc tingẽtos equites. In hispanis prorogatũ ueteribus prætoribus imperiũ est cũ exercitibus: quos habe rent: & in supplementũ decreta triamillia ciuiũ romanorũ. cc. equites: & sociũ latini noĩs sexmillia pedi tum. ccc. equites. Nec rei naualis cura omissa: duumuiros in eã rẽ cõsules creare iussi: p quos naues. xx. deductæ naualibus sociis ciuiũ romanorũ: qui seruitutẽ seruissent cõplerent: ingenui tm̃ ut iis præesset inter duũuiros ita diuisa tuenda denis nauibus maritima ora ut promontoriũ iis Mineruæ uelut car do in medio esset: alter in dexterã partẽ usq; ad Massiliam: leuam alter usq; ad Barium tuerentur.

Prodigia



PRODIGIA MVLTA FOEDA ET ROMAE eo anno uisa & nunciata peregre: in area Vulcani & Concordiæ sanguinem pluit: & pontifices hastas motas nunciauere: & Lanuuii simulachrum Iuno nis Sospitæ lachrymasse: & pestilentia in agris forisq; & conciliabulis: & in urbe tãta erat: ut libitina tũc uix sufficere. His prodigiis cladibusq; anxii patres decreuerunt: ut & consules: quibus diis uideret: ho stiis maioribus sacrificarent: & decemuiri libros adi rent: eorũ decreto supplicatio circa omnia pului naria Romæ in diem unum indicta est: iisdem auctoribus: & senatus censuit: & consules edixerunt: ut p totam Italiam triduum supplicatio & feriæ essent. Pestilentiæ tanta uis erat: ut cum propter defectionem corsorũ bellumq; abilienses concitatũ in Sar dinia: octomillia peditum ex sociis latini nominis ire placuisset &. ccc. equites: quos. M. Pinarius prætor secum in Sardiniam traiiceret: tantum hoĩum demortuum esse: tantum ubiq; ægrorũ consules renun ciauerunt ut iis numerus effici militum non potuerit: quod deerat militum: sumere a. G. Bebio procõ sule: qui Pisis hybernabat: iussus prætor: atq; inde in Sardiniam traiicere. L. Duronio prætori: cui pro uincia Appuliæ euenerat: adiecta debacchanalibus quæstio ẽ: cuius residua quædam uelut semina ex prioribus malis iam priore anno apparuerant: sed magis inchoatæ apud. T. Pupium prætorẽ quæstio nes erant: quam adexitum ullæ perductæ: id persecare nouum prætorem: ne serperet iterum latius: pa tres iusserũt: & legem de ambitu. Legationes consules ex auctoritate senatus introduxerũt: regum pri mas Eumenis & Ariarathis cappadocis & Pharnacis pontici: nec ultra quicq; iis responsum est: q̃ missu ros: qui de controuersiis eorũ cognoscerunt: statuerentq; lacedæmoniorum deinde exulum & achæo rum legati introducti sunt: & spes data exulibus est: scriptuq; senatum achæis ut restituerentur achæi de Messene recepta compositisq; ibi rebus cũ assensu patrũ exposuerunt & a philippo rege macedo num duo legati uenerunt philocles & Appelles nulla super re: quæ ab senatu petenda eẽt: speculatũ magis inquisitũq; missi de iis: quorũ perseus Demetriũ insimulasset sermonũ cum romanis: maxime cũ. T. Quintio aduersus fratrem de regno habitorũ. Hos tanq̃ medios nec in alterius fauorẽ inclinatos miserat rex: erant autẽ & hi persei fraudis in fratrem ministri & participes. Demetrius oĩum prætereq̃

fraterno scelere quod nuper eruperat. ignarus: primo neq; magnam: neq; nullam spem habebat: patrē sibi placari posse: minus deinde in dies patris aio fidebat: cum obsideri aures a fratre cerneret: itaq; circūspiciens dicta factaq; sua: ne cuius suspitiones augeret: maxime ab omni mentione & contagione romanoꝝ abstinebat: ut neq; scribi sibi uellet: quia hoc p̄cipue criminū genere exasperati aīum sentiebat Philippus simul ne otio miles deterior fieret: simul auertendæ suspitionis cā quicq̄ a se agitari de romano bello: Stobos pæoniæ exercitu indicto in Macedoniam ducere pgit. cupido eum ceperat in uertice Aemi montis ascendendi: quia uulgatæ opinioni crediderat ponticum simul & adriaticū mare: & istīc amnē: & alpis conspici posse: subiecta oculis ea haud parui sibi momenti futura ad cogitationē romani belli: percunctatus regionis pitos de ascensu Aemi cum satis inter omnes constaret exercitui uiam nō esse: paucis & expeditis per difficilimū aditum: ut sermone familiari minorem filiū pmulceret: quē statuerat nō ducere secū: primum quærit ab eo: cū tanta difficultas itineris proponat: utrum pseuerandū sit in incepto: an abstinendum? si pgat tñ ire: non posse obliuisci se in talibus rebus Antigoni: qui scæua tempestate iactatus in eadem naue secū cum suos oēs habuisset: p̄cepisse liberis diceretur: ut & ipsi meminissent: & ita posteris proderent: nequis cum tota gente simul in rebus dubiis piclitari auderet. memorē ergo se p̄cepti eius: duos simul filios non cōmissurꝰ in aleam eius: qui ꝓponeretur casus: & qñ maiorem filium secum duceret: minorem ad subsidia spei & custodiam regni remissurum in Macedoniā esse. Non fallebat Demetrium ablegari se: ne adesset consilio: cum in conspectu locoꝝ consultaret: quia proxima itinera ad mare adriaticū atq; Italiam ducerent quæq; belli ratio esset futura: sed non sollum parēdum patri tutum: sed etiā assentiendū erat ne inuitum parere suspicionem faceret. ut tamen iter ei tutū in Macedoniā esset: Didas ex prætoribus regis unus: qui pæoniæ præerat: iussus est prosequi eū cum modico præsidio: hunc quoq; perseus sicut plærosq; patris amicoꝝ: ex quo haud dubium cuiq; esse cœperat: ad quē ita inclinato regis aio hæreditas regni pertineret: inter coniuratos in fratris perniciem habuit: in præsentia dat ei oīa mandata: ut per omne obsequiū insinuaret se in q̄ maxime familiarē usum: ut elicere oīa arcana specularique abditos eius sensus posset. ita digreditur Demetrius cum infestioribus: quam si solus iret: præsidiis. Philipppus Medicā primum: deinde solitudines interiacentes Medicæ atq; Aemo transgressus: septimis demum castris ad radices montis peruenit: ibi unū moratus diem ad deligendos: quos duceret secum: tertio die iter est ingressus: modicus primo labor inmis collibus fuit: q̄tum in altitudinem egrediebātur: magis magisq; siluestria & plæraq; inuia loca excipiebant: peruenere deinde in tam opacū iter: ut præ densitate arboꝝ immissorūq; aliorum in alios ramorum pspici celum uix posset: ut uero iugis appropinquabant: qd rarꝰ in aliis locis esset: adeo oīa cōtecta nebula: ut haud secus: q̄ nocturno itinere impedirent. tertio demū die ad uerticē peruentum. Nihil uulgatæ opinioni digressi inde detraxerunt: magis credo: ne uanitas itineris ludibrio esset: q̄ quod diuersa inter se maria montesq; & amnes ex uno loco conspici potuerit: uexati oēs & ante alios rex ipse quo grauior ætate erat: difficultate uiæ est: duabus aris ibi Ioui & Soli sacratis cum immolasset: quatriduo ascenderat: biduo est digressus: frigora nocturna maxime metuēs: q̄ caniculæ ortu simillima brumalibus erant. Multis per eos dies difficultatibus conflictatus: nihil lætiora in castris inuenit: ubi summa penuria erat: ut in regione quam ab omni parte solitudines clauderent: itaq; unum tantum moratus diem quietis eorum cā quos habuerat secum itinere inde simili fugæ in Dentilochos trāscurrit: socii erant: sed pp inopiam haud secus quam hostium fines macedones populati sunt: rapiendo passim uillas primum: dein quosdam etiam uicos euastarunt non sine magno pudore regis: cum sociorū uoces nequicq̄ deos sociales nomenq; suum implorantes audiret. Frumento deinde sublato in Medicam regressus: urbem: quam Petram appellant: oppugnare est adortus: ipse a campestri aditu castra posuit: Perseum filium cum modica manu circūmisit: ut a superioribus locis urbem aggrederetur. Oppidani: cum terror undiq; instaret: obsidibus datis in p̄sentia dediderunt sese: iidem posteaq̄ exercitus recessit: obliti obsidum relicta urbe in loca munita & montes refugerunt.



PHILIPPVS OMNI GENERE LABORIS SIne ullo effectu fatigatis militibus & Didæ fraude ꝓtoris auctis in filium suspitionibus in Macedoniam rediit. missus hic comes: ut ante dictum est: cum simplicitatem iuuenis īcauti & suis haud immerito succensentis: assentando indignandoq; ut & ipse uicem eius captaret: in omnia ultro suam offerens operam fide data arcana eius elicuit. fugam ad romanos Demetrius meditabatur: cui consilio adiutor deum beneficio oblatus uidebatur Pæoniæ prætor: per cuius prouinciam spem ceperat elabi tuto posse. Hoc consiliū extemplo & fratri prodit: & auctore eo indicat patri: litteræ primū ad obsidentem Petrā allatæ sunt inde Herodorus princeps (hic amicorum Demetrii

Ad qd philippi legati romā missi

Att. uulgatā opinionem de Aemi montis altitudine

Aemi mōtis altitudo

Ioui & Soli aras posuit in iugo Aemi

Demetrij consilia prodūtur

erat) in custodiam, est coniectus: & Demetrius dissimulanter asseruari iussus. hæc sup cætera tristem aduentum in Macedoniã regi fecerunt: mouebant eum & p̃sentia crimina: expectandos tamẽ: quos ad exploranda oĩa Romam miserat: censebat. His anxius curis cũ aliquot menses egisset: tandẽ legati iam ante p̃meditatis in Macedoniã: q̃ ab Roma renunciarent: uenerũt: qui sup cætera scelera falsas etiã

Atẽ. qbus circũuẽtus insidiis de metrius pi

lĩas signo adulterino. T. Quintii signatas reddiderunt regi: deprecatio erat in litteris: siquid adolescẽs cupiditate regni, plapsus secum egisset: nihil eũ aduersus suorum quẽq̃ facturum: neq; eum sese esse: qui ullius impii consilii auctor futurus uideri possit. Hæ litteræ fidẽ Perseĩ criminibus fecerunt: itaq; Herodorus extemplo diu excruciatus sine iudicio rei ullius intormentis moritᵉ. Demetrium iterum ad patrem accusauit fuga p̃peoniam p̃pata: arguebant & corrupti qdam ut comites itineris essent: maxie falsæ litteræ. T. Quintii urgebant: nihil tamen palã grauis, pnunciatum de eo ẽ: ut dolo potius iterfice/ retᵉ: nec id cura ipsius: sed ne pœna eius cõsilia aduersus romãos nudaret: ab Thessalonica Demetriadẽ ipsi cũ iter esset: ad Astreum Pæoniæ Demetriũ mittit cum eodem comite Dida: Perseũ ad Philippo/ lin ad obsides thracum accipiendos. digredienti ab se Didæ mandata dedisse dicit de filio occidendo. Sacrificium ab Dida, seu institutum: seu simulatum est ad qd celebrãdũ iuitatus Demetrius ab Astreo Heracleã uenit: in ea cœna dicit uenenum datũ poculo epoto extẽplo sensit & mox coortis doloribus relicto cõuiuio cũ in cubiculũ recepisset sese: crudelitatem patris conq̃rẽs parricidiũ fratris ac Didæ sce

Demetrii interitus

lus icusans torquebat intromissi deide Thyrcis quidam stabureus & berreus Alexãder iniectis tape/ tibus in caput fauceq; spiritum intercluserunt. ita inoxius adolescẽs: cũ in eo ne simplici qdem genere mortis contenti inimici fuissent iterficit. Dum hæc in macedonia gerunt. L. Aemylius Paulus, proga toq; cõsulari iperio principio ueris ligures igaunos exercitum introduxit: ubi primum in hostium fini bus castra posuit: legati ad eum p spẽm pacis, petende speculatum uenerunt. neganti paulo nisi cũ de ditis paciscí pacem non tam id recusabant: q̃ tpe aiebant opus esse: ut generi agresti hominum p̃suade/ retᵉ: ad, hæc decem dierum induciæ cũ darentur: petierunt deinde: ne trãs mõtes, pximos castris pabu/ latum lignatũq; milites irent: culta ea loca suoꝝ finium esse. id ubi impetrauere: post eos ipsos mõntes: unde auerterant hostem exercitu omni coacto: repente multitudine ingẽti castra romanoꝝ oppugna/ re simul portis oĩbus aggressi sunt: summa ui totũ unum diem oppugnarunt: ita ut nec efferendi qdẽ signa romanis spatium: nec ad explicandã aciem locus eẽt: conferti in portis obstando magis: q̃ pugnã

Ro. castra a liguribº oppugnã tur

do castra tutabãtur: sub occasu solis cum recessissent hostes: duos equites ad. M. Bebiũ consulem cum litteris Pisas mittit: ut obsesso p̃iducias sibi q̃primum subsidio ueniret. Bebius exercitum. M. Pinario eunti i Sardiniam tradiderat: cæteꝝ & senatum litteris certiorẽ fecit obsideri a liguribus. L. Aemylium &. M. Claudio Marcello: cuius proxima inde prouincia erat: scripsit: ut si uideretur ei: exercitũ ex Gal/ lia traduceret in ligures: qui. L. Aemylium liberaret obsidione. Hæc fera futura auxilia erãt. ligures ad castra postero die redeunt: Aemylius cum & uenturos sciisset: & educere in aciem copias potuisset: ĩtra uallum suos tenuit: ut extraheret rem in id tp̃s: quo bebius cum exercitu uenire a Pisis posset. Romæ magnam trepidationem litteræ Bebii fecerunt: eo maiorem quod paucos post dies Marcellus tradito exercitu Fabio: Romam cum uenisset: spem ademit: eum qui in Gallia esset: exercitum i ligures tradu ci posse: quia bellum cum histris esset prohibẽtibus coloniam Aquileiam deduci: eo profectũ Fabium neq; inde regredi bello inchoato posse: una & ea ipsa tardior: quam tẽpus postulabat: subsidii spes erat si consules maturassent in prouinciam ire: id ut facerent pro se quisq; patrum uociferari. cõsules nisi cõ fecto delectu negare ituros se nec suam segnitiam: sed uim morbi in causa esse: quo serius proficiscunt: non tamen potuerunt sustinere consensum senatus: quin paludati exirent: & militibus: quos conscri/ ptos haberent: diem edicerent: quo Pisas conuenirent: permissum: qua irent: protinus subitarios mili tes scriberent: ducerentq; secum: & prætoribus. Qũ. Pætilio: &. Qu. Fabio imperatum ẽ: ut Pætilius du as legiones ciuium romanorum tumultuarias scriberet: & omnes minores quinquaginta annis sacro rogaret: Fabio ut sociis latini nominis. xy. millia peditum: octingentos equites imparet. duumuiri na uales creati. M. Macienus: &. G. Lucretius nauesq; iis ornatæ sunt: cuiusq; ad gallicum sinum prouicia erat: imperatum: ut classem primo quoq; tempore duceret in ligurum oram: si quo usui esse. L. Aemy/ lio: atq; eius exercitui posset. Aemylius posteaq̃ usquam nihil auxilii ostendebatur interceptos credẽs equites: non ultra differendum ratus quin per se fortunam tentaret: priusq̃ hostes uenirent: qui iã se gnius secordiusq; oppugnabant: ad quattuor portas exercitum instruxit: ut signo dato simul ex om/ nibus partibus eruptionem facerent: quattuor extraordinariis cohortibus duas adiunxit præposito M. Valerio legato: erumpere extraordinariis cohortibus a porta iussit: ad dexteram principalem hasta tos legionis primæ instruxit: principes ex eadem legione in subsidiis posuit. M. Seruilio: &. L. Sulpicio tribunis militum his præpositis tertia legio aduersus principalem sinistram portam instructa est: id tã tum mutatum principes primi & hastati in subsidiis locati: Sextus Iulius Cæsar: & Lucius Valerius Cotta tribuni militum huic legioni præpositi sunt. Quintus Fuluius Flaccus legatus cum dextera ala ad quæstoriam portam positus: duæ cohortes: & triarii duarum legionum in præsidio castrorum manere iussi. Omnes portas concionabundus ipse imperator circuit: & quibuscunque irritamentis poterat: iras militum acuebat: nunc fraudem hostium icusans qui pace petita induciis datis per ipm induciarum tempus contra ius gentium ad castra oppugnanda ueniissent: nunc quantus pudor esset

Aemylii stratage/ ma

edocens ab liguribus latronibus uerius: q̄ hostibus iustis romanum exercitū obsideri. quo ore, quisq̄ uestrum: si hinc alieno p̄sidio non uestra uirtute euaseritis: occurret: non dico eis militibus: qui Annibalem: qui Philippū: qui Antiochum maximos nostræ ætatis reges ducesque uicerunt: sed iis: qui eos ipsos ligures aliquotiens pecoꝝ modo fugientes per saltus inuios consectati ceciderunt? quod hispani: quod galli: quod macedones pœniue non audeāt: ligustinus hostis uallū romanum subit? obsidet ultro: & oppugnat? quem scrutantes antea in deuios saltus abditum & latentē uix inueniebamus. Ad hæc consentiens reddebatur clamor: nullam militū culpam esse: quibus nemo ad erumpendū signum dedisset: daret signū intellecturum eos dē: qui antea fuerint: romanos & ligures esse. Bina cis mōtes castra ligurum erant: ex iis primis diebus sole orto pariter compositi oēs instructi procedebant: tum nisi exatiati cibo uinoq̄ arma non capiebant dispersi inordinati exibant: ut quibus pro spe certū esset: hostes extra uallum signa non daturos. aduersus ita incōpositos eos ueniētes clamore pariter oīum: qui in castris erant: calonum quoq̄ & lixaꝝ sublato: simul oībus portis romani eruperūt. Liguribus adeo improuisa res fuit: ut perinde ac si insidiis circūuenti forent trepidarēt: exiguum tpis aliqua forma pugnæ fuit: fuga deinde effusa effugientium passim cædes erat: equitibus dato signo: ut conscenderent equos: nec effugere quēq̄ sinerent: in castra oēs trepida fuga compulsi sunt: deinde ipsis exuti castris: supra. xy. millia ligurum eo die occisa: capta duo milia quingenti. Triduo post liguꝝ ingaunorum oē nomen obsidibus datis in deditionē uenit: gubernatores nautæq̄ conquisiti: qui p̄datores fuissent nauibus: atq̄ oēs in custodiam coniecti: & a. M. Macienio duūuiro naues eius generis i ligustina ora. xxxii. captæ sunt: Hæc qui nunciarent: litteras q̄ ad senatū ferrent. L. Aurelius Cotta. C. Sulpicius Gallus Romam missi: simulq̄ peterent: ut. L. Aemylio confecta prouincia decedere & deducere secum milites liceret atq̄ dimittere. Vtrūq̄ permissum ab senatu: & supplicatio ad oīa puluinaria per triduum decreta: iussiq̄ p̄tores Petilius urbanas dimittere legiones: Fabius sociis atq̄ nomini latino remittere delectū: & uti p̄tor urbanus consulibus scriberet senatum æquum censere subitarios milites tumultus causa conscriptos primo quoq̄ tempore dimitti.

Ligurum cædes



COLONIA GRAVISCAE EO ANNO DEducta est in agrum ethruscum de tarquiniensibus quondam captū: quina iugera agri data: tresuiri deduxerūt. G. Calphurnius Piso. P. Claudius Pulcher G. Terentius Hister. siccitate & inopia frugum insignis annus fuit: sex menses nūq̄ pluuisse memoria proditū. Eodem anno in agro. L. Petilii scribæ sub iaiculo: dum cultores altius moliuntur terram: duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ: quaternos latæ inuentæ sunt operculis plumbo deuinctis: litteris latinis græcisq̄ utraq̄ arca inscripta erat: in altera Numā Pompilium Pomponis filium regem romanum sepultū esse: in altera libros Numæ Pompilii inesse. Eas arcas cū ex amicorum sniа dūs apetuisset: quæ titulū sepulti regis habuerat inanis inuenta sine ullo uestigio corporis humani: aut ullius rei per tabem tot annoꝝ oībus absumptis: i altera duo fasces candelis inuoluti septenos habuere libros non integros modo: sed recentissima specie: septem libri latini de iure pontifico erant: septē græci de disciplina sapientiæ: quæ illius ætatis esse potuit: adiicit Antias Valerius pythagoricos fuisse: uulgatæ opinioni: quia creditur Pythagoræ auditorē fuisse Numā: mendacio probabili accōmodat fidem. Primo ab amicis: qui in re p̄senti fuerūt: libri lecti: mox pluribus legentibus cum uulgarentur. Qu. Petilius p̄tor urbanus studiosus legendi hos libros a. L. Petilio sumpsit: & erat familiaris usus: quod Scribam eum quæstor. Qu. Petilius i decuriam legerat. Lectis reꝝ summis cum aīaduertisset plæraq̄ dissoluendaꝝ religionum esse. L. Petilio dixit se eos libros in ignem coniectuꝝ esse: priusq̄ id faceret: se ei permittere: uti siquod seu ius: seu auxiliū se habere ad eos libros repetendos existimaret: experiretur: id itegra sua gratia eū facturum. Scriba ad tribunos plebis adit: ab tribunis ad senatum res est reiecta. prætor se & iusiurandū dare paratum esse aiebat libros eos legi seruariq̄ non oportere. Senatus censuit satis habendum: quod p̄tor iusiurandum polliceretur: libros primo quoq̄ tpe in comitio cremandos esse: p̄tium pro libris: q̄tum. Qu. Petilio p̄tori maiorique parti tribunoꝝ plebis uideret: dño esse soluendum. id Scriba non accepit. libri in comitio igne a uictimariis in conspectu populi cremati sunt. Magnū bellum ea æstate coortū in Hispania citeriore ad. y. & xxx. millia hoīum quantum nūq̄ ferme antea celtiberi cōparauerant. Qu. Fuluius Flaccus eam obtinebat prouinciā: is quia armare iuuentutē celtiberos audierat: & ipse quanta poterat: a sociis auxilia contraxerat: sed nequaq̄ numero militū hostem æquabat. Principio ueris exercitū in Carpentaniā duxit: & castra locauit ad oppidum Eburiā modico p̄sidio in urbe posito. paucis post diebus celtiberi millia duo ferē inde sub colle posuerunt castra: quos ubi adesse prætor romanus sensit. M. Fuluium fratrem cum duabus turmis sociorum equitū ad castra hostium speculatū misit: ut uiseret: quāta essent: pugna

Libri Numæ

Libri numæ publicæ cremati

abſtineret:reciperetq; ſeſe:ſi hoſtium equitatū exeuntem uidiſſet.Ita:ut p̄ceptum erat:fecit:per dies ali
quot nihil ultra motum q̄ ut hæ duæ turmæ oſtenderent:deinde ſubducerentur.ubi equitatus hoſti
um procurriſſet:poſtremo celtiberi oībus peditum equitumq; copiis caſtris egreſſi acie directa medio
fere ſpatio inter bina caſtra conſtiterunt:campus erat planus oīs & aptus pugnæ:ibi ſtetere hiſpani ho
ſtem expectantes.Romanus intra uallū ſuos continuit per quatriduū continuū & illi eodem loco aciē
Ro.p̄tores inſtructam tenuerunt.ab romanis nihil motū.inde quieuere in caſtris celtiberi: quia pugnæ copia nō
ſtratagema fiebat:equites tm̄ in ſtationem egrediebantur:ut parati eſſent:ſiquid ab hoſte moueretur: pone caſtra
utriq; pabulatum & lignatum ibant neutri alteros impediētes. Prætor romanus ubi ſatis tot dierum
quiete credidit ſpem factam hoſtem nihil ſe priorē moturum.L.Acilium cū ala ſiniſtra & ſex millibus
prouincialiū auxiliorum circūire montes iubet:qui ab tergo hoſtibus erant:inde:ubi clamorem audiſ
ſet decurrere ad caſtra eoꝝ:nocte profecti ſunt:ne poſſent conſpici.Flaccus luce prima.C.Sribonium p̄
fectum ſociū ad uallum hoſtium cū equitibus extraordinariis ſiniſtræ alæ mittit:quos ubi & proprius
accedere & plures:q̄ ſoliti erant:celtiberi conſpexerunt:oīs equitatus effunditur caſtris:ſimul & pediti
bus ſignum ad exeundū datur.Scribonius:ut p̄ceptum erat:ut primū fremitū equeſtriū audiuit:auer
tit equos:& caſtra repetit:eo effuſius ſequi hoſtes:primo equites:mox & peditū acies aderat:haud du
bia ſpe caſtra eo die ſe oppugnaturos quingentos paſſus ab uallo aberāt.Itaq; ubi Flaccus ſatis abſtra
ctos eos a p̄ſidio caſtrorum ſuoꝝ ratus eſt:intra uallum exercitu inſtructo tribus partibus clamore nō
tm̄ ad ardorem excitandum pugnæ ſublato:ſed etiā:ut qui in montibus erant:exaudirent:nec morati
ſunt:quin decurrerent:ſicut imperatū erat ad caſtra:ubi quinq; millium armatoꝝ non amplius relictū
erat p̄ſidium:quos cum & paucitas ſua:& multitudo hoſtium:& improuiſa res terruiſſet:ppe ſine cer
Celtibero tamine capiuntur caſtra:caſtris quæ pars maxime a pugnantibus conſpici poterat:iniecit Acilius ignē
rū caſtra ca poſtremi celtiberorum:qui in acie erant:primi flamā conſpexere:deinde per totā aciem uulgatum eſt
piuntur caſtra amiſſa eſſe:& tum cum maxime arderent:unde illis terror:inde romanis aīus creuit.iam clamor
ſuoꝝ uincentiū accendebat:iam ardentia hoſtium caſtra apparebant. Celtiberi parumper in certis aīs
fluctuati ſunt.cæteꝝ poſteaq̄ receptus pulſis nullus erat:nec uſq̄ niſi in certamine ſpes: pertinacius de
integro capeſſunt pugnam:acie media urgebantur acriter a quinta legione:aduerſus leuum cornu:in
quo ſui generis prouincialia auxilia inſtruxiſſe romanos cernebant:cum maiore fiducia intulerunt:ſi
gna iam prope erat:ut ſiniſtrū cornu pelleretur romanis:ni ſeptima legio ſucceſſiſſet:ſimul ab oppido
Celtibero Eburia:qui in p̄ſidio relicti erant:medio ardore pugnæ aduenerunt & Acilius a tergo erat:diu in me
rū cædes dio cæſi celtiberi:qui ſupererant:in oēs partes capeſſunt fugam:equites bipartito in eos emiſſi magnā
cædem edidere:tria & uigintimillia hoſtium eo die cæſa:capta quattuormillia &.d.ccc.cum equis plus
Inſignis Ro: Victoria quingentis:& ſigna militaria.lxxxyii.Magna uictoria non tm̄ incruenta fuit:romani de duabus legio
nibus milites paulo plus.cc.ſocium latini noīs.d.ccc.trigīta externorum auxiliariū mille ferme & qua
dringenti ceciderunt.Prætor in caſtra uictorem exercitū reduxit:Acilius manere in caſtris ab ſe captis
iuſſus:poſtero die ſpolia de hoſtibus lecta & pro concione donati:quoꝝ uirtus in ſignis fuerat: fauciis
deinde in oppidum Eburiā deuectis per Carpetaniā ad Contrebiā deductæ legiones:ea urbe circūſeſ
ſa cum a celtiberis auxilia accerſiſſet:morantibus iis non quia ipſi cunctati ſunt: ſed quia profectos ad
domo inexplicabiles continuis imbribus uiæ & inflati amnes tenebant:deſperato auxilio ſuorū in de
ditionem uenit:Flaccus quoq; tempeſtatibus fœdis coactus exercitum oēm in urbem introduxit Cel
tiberi:qui domo profecti erant:deditionis ignari:cum tandē ſuperatis:ubi primum remiſerunt: ibres
oībus Contrebiam ueniſſent:poſteaq̄ caſtra nulla extra mœnia uiderunt:aut in alterā partem transla
ta rati aut receſſiſſe hoſtes:per negligentiam effuſi ad oppidum acceſſerūt:in eos duabus portis roma
ni eruptionem fecerunt:& incompoſitos adorti fuderunt:quæ res ad reſiſtendū eos: & ad capeſſendā
pugnam impedit:quod non uno agmine nec ad ſigna frequentes ueniebant:eadem magnæ parti ad
fugam ſaluti:fuit ſparſi enim toto paſſim campo ſe effuderunt:nec uſq̄ confectos eos hoſtis circūuenit

Recentior Barbaroꝝ cædes



tm̄ ad duodecimmillia ſunt cæſa:capta plus q̄nque
millia hoſtium:equi quadringenti: ſigna militaria
lxii.quidam latini:qui e fuga domum ſe recipiebāt:
alterum agmen celtiberoꝝ uenientium deditionē
Contrebiæ & ſuā cladem narrando auerterunt ex
templo inuicos caſtellaq; ſua oēs dilapſi.Flaccus a
Contrebia profectus per celtiberiam populabūdus
ducit legiones multa caſtella oppugnando:nec ma
xima pars celtiberorū in deditionem uenit. Hæc in
citeriore Hiſpania eo anno geſta.in ulteriore Man
lius p̄tor ſecunda aliquot p̄lia cū luſitanis fecit.

Aqleia co lonia

Q. VILEIA COLONIA LATINA EODEM
anno in agro gallorum eſt deducta:triamillia pedi
tum:quibus data quinquagena iugera: centurioni
bus centena:centena quadragena equitibus accepe

runt.trefuiri deduxerunt.P.Cor.Scipio Nasica.G.Flaminius.L.Manlius Acidinus.Aedes duæ eo anno dedicatæ sunt:una Veneris Erycinæ ad portam collinam dedicauit.L.Portius Luci filius Lietanus duũuir:uota erat ab consule.L.Portio liguſtino bello:altera in foro olitorio Pietatis:eam ædem dedicauit.M.Attilius Glabrio duũuir:ſtatuã q auratã:quæ prima omnium in Italia eſt ſtatua aurata patris Glabrionis:poſuit iis erat qui eam ædem uouerat:quo die cum rege Antiocho ad Termopylas depugnaſſet:locaueratq idem ex ſenatuſconſulto.Per eoſdem dies:qbus hæ ædes dedicate ſunt.L.Aemylius Paulus conſul ex liguribus ingaunis triũphauit tranſtulit coronas aureas quinq & uiginti:nec ꝑterea quicq̃ auri argenti q in eo triumpho latũ.captiui multi principes liguꝝ ante currũ ducti:æris trecenos militibus diuiſit.Auxerunt eius triumphi famã legati liguꝝ pacem perpetuam orantes:ita in animũ induxiſſe ligurum gentem nulla unq̃ arma niſi imperata a populo ro.ſumere Reſponſum a Quinto Fabio ꝓtore eſt liguribus iuſſu ſenatus orationem eam non nouã liguribus eſſe:mens uero ut noua & orationi cõueniens eſſet:ipſoꝝ id plurimum referre:ad conſules irent. & quæ ab iis impe rata eſſent:facerent nulli alii quã conſulibus ſenatum crediturꝝ eſſe cyncera fide in pace ligures eſſe pax in liguribus fuit.In Corſica pugnatum eſt cum corſis:ad duomillia eorum Marcus Pinarius pretor in acie occidit:q̃ clade compulſi obſides dederũt:& cæræ centum millia pondo.Inde in Sardiniam exercitus ductus:& cum bilenſibus gente ne nuuc quidem omni parte pacata ſecunda prælia facta Carthaginenſibus eodem anno.c.obſides redditi pacẽq cũ iis populus romanus non ab ſe tantũ:ſed rege etiã Maſiniſſa ꝓſtitit:qui tum ꝓſidio armato agrum:qui in contrauerſia erat:obtinebat:Otioſam ꝓuinciã conſules habuerunt.M.Bebius comitioꝝ cauſa Romam reuocatus conſules creauit.A.Poſthumium Albinũ Luſcum:&.G.Calphrnium Piſonem.ꝓtores inde facti.T.Sempronius Gracchus L.poſthumius Albinus.P.Cornelius Mamercus.T.Minutius Melliculus.A.Hoſtilius Mãcinus.G.Menius.ii omnes magiſtratus idibus martiis inierunt.Principio eius anni:quo.A.Poſthumius Albinus &.G.Calphurnius piſo conſules fuerunt:ab.A.Poſthumio conſule in ſenatũ introducti:qui ex Hiſpania citeriore uenerãt:a.Qu.Fuluio Flaeco.L.Minutius legatus & duo tribũi militũ.T.Menius &.L.Terentius Maſſaliota:hi cũ duo ſecunda prælia deditionẽ Celtiberiæ cõfectã ꝓuinciã nunciaſſẽt nec ſtipendio:quod mitti ſoleret:nec frumento portato ad exercitum in eũ annũ opus eſſe:petierunt ab ſenatu primum ob res ꝓſpere geſtas:ut diis immortalibus honos haberetur:deinde ut.Qu.Fuluio decedenti de ꝓuincia deportare inde exercitũ:cuius forti opera & ipſi & multi ante eum prætores uſi eſſent:liceret.quod fieri præter quã:quod ita deberet.etiã ꝓpe neceſſariũ eſſent:ita enim obſtinatos eẽ milites:ut non ultra retineri poſſe in ꝓuinciã uiderentur:iniuſſuq̃ abituri inde eſſent:ſi non dimittentur:aut in pernicioſam:ſi quis impenſæ retineret:ſeditionẽ exarſuri.Conſulibus ambobus ꝓuinciã ligures eſſe ſenatus iuſſit.ꝓtores inde ſortiti ſunt.A.Hoſtilio urbana.T.Minutio peregrina euenit P.Cornelio Sicilia.G.Menio Sardinia:Hiſpanias ſortiti.L.poſthumius ulteriorẽ.T.Sempronius citeriorẽ.Is quia ſucceſſurus.Qu.Fuluio Flacco erat:ne utere exercitu ꝓuincia ſpoliaretur:quero: inquit de te.L.Minuti cũ confectam ꝓuinciam nuncies:exiſtimeſne celtiberos ꝓpetuo in fide mãſuros:ita ut ſine exercitu ea ꝓuincia obtineri poſſit? ſi neq̃ de fide barbarorũ quicq̃ recipere aut affirmare nobis potes:& habendũ illic utile exercitum cenſes:utrũ tandem auctor ſenatui ſis ſupplementũ in Hiſpaniã mittendi:ut ii modo:quibus emerita ſtipendia ſint:milites dimittant:ueteribus militibus tyrones immiſceantur:an de ductis de ꝓuincia ueteribus legionibus nouas conſcribendi & mittendi:cum contemptũ tyrocinium ẽt mitiores barbaros excitare ad rebellandũ poſſit.dictu quã re facilius ſit,ꝓuinciã ingenio ferocẽ rebellatricem confeciſſe.paucæ ciuitates:ut qdẽ ego audio:quas uicina maxime hyberna ꝓmebant:in ius deditionẽq uenerunt:ulteriores in armis ſunt:q̃ cum ita ſint: ego tũ hæc ꝓdico.P.C.me exercitu eo:qui nunc eſt:rem publicam adminiſtratuꝝ:ſi deducat ſecũ Flaccus legiones loca pacata me ad hybernacula electuꝝ:neq̃ nouũ militem ferociſſimo hoſti obiectuꝝ.Legatus ad ea:quæ interrogatus erat:reſpondit:neq̃ ſe:neque quẽq̃ alium diuinare poſſe:qd in aĩo celtiberi haberent: aut porro habituri eſſent:itaq̃ negare nõ poſſe quin rectius ſit ẽt ad pacatos barbaros nondum ſatis aſſuetos ĩperio exercitum mitti:nouo aũt an uetere exercitu poſſit tutius eſſe dicere:q poſſit:qua fide celtiberi in pace mãſuri ſint: ſimul & qui de illos exploratũ habeat:qeturos milites:ſi diutius in,ꝓuincia retineant:ſi ex eo:quod aut inter ſe loquãtur:aut clamationibus apud concionantẽ impatorẽ ſignificent qd ſentiãt:coniectandũ ſit palam uociferatos eſſe aut impatorẽ in ,ꝓuincia retenturos:aut cũ eo in Italiam uenturos eſſe.Diſceptationẽ inter ꝓtorem legatũq̃ conſulũ relatio interrupit:q ſuas armari ,ꝓuincias:priuſq̃ de ꝓtoris exercitu ageret:æquũ eſſe cenſebãt.nouus oĩs exercitus conſulibus eſt decretus: binæ legiones romanæ cũ ſuo eqtatu:& ſociũ latini noĩs quantus ſp numerus.xy.millia peditum &.d.ccc.equites.cũ hoc exercitu apuanis liguribus:ut bellum inferrent mandatũ eſt.P.Cornelio: &.M.Bebio prorogatũ imperiũ:iuſſiq̃ prouincias obtinere:donec conſules ueniſſent:tum impatum:ut dimiſſo quẽ haberent:exercitu reuerterentur Romã.Pre.T.Sempronii deinde exercitu actũ eſt:nouã legionem ei quiq̃ millium &.cc.peditũ cũ eqtibus quadringẽtis cõſules ſcribere iuſſi:& mille ꝓterea peditũ romanoꝝ quinq̃ginta equites:& ſociis e noĩe latini ĩperari ſeptẽmillia peditũ.ccc.equites.cum hoc exercitu.T.Semproniũ ire in Hiſpaniã placuit citeriorẽ.Qu.Fuluio permiſſum:ut q milites ante.Sp.poſthumium conſulẽ:Qu.Martium conſulẽ ciues romani ſociiue in Hiſpaniã tranſportati eſſent. & ꝓter

Aedes Veneris

Aedes pietatis

Pax liguribus data

A.Poſthumi.&.g.calphurnius conſſ.

Prætorii & legati diſceptatio

Ordinatio ꝓuinciarũ

ea ſupplemento aducto quod amplius duabus legionibus:quã.x.millia &.cccc.pedites.ſexcenti equites eſſent:& ſocium latini nominis.xii.millia.dc.equites:quorum forti opera duobus aduerſus celtiberos præliis uſus.Qu.Fuluius eſſet:eos.ſi uideret:ſecũ deportaret:& ſupplicationes decretæ:quod is pſpere remp.geſſiſſet:& cæteri ptores in puincias miſſi.Qu.Fabio Buteoni progatũ in Gallia imperium ẽ:octo legiones præter exercitũ ueterẽ:qui in liguribus in ſpe ppinq̃ miſſionis erat:eo anno eẽ placuit & is ipſe exercitus ægre explebatur pp peſtilentiam:quæ iam tertium ãnum urbẽ romanã atq; Italiam uaſtabat.Prætor.T.Minutius & haud ita multo poſt conſul.C.Calphurnius:moritur:multi alii omnium ordinum illuſtres uiri:poſtremo pdigii loco ea clades haberi cæpta eſt.G.Seruilius põtifex maximus piacula iræ deum conquirere iuſſus:decẽuiri libros inſpicere:conſul Apollini Aeſculapio Saluti dona uouere:& dare ſigna inaurata:quæ uouit:deditq;:decẽuiri ſupplicationẽ in biduum ualitudinis cauſa & per omnia fora conciliabulaq; edixerunt.

Apollini eſculapio & Saluti hic Romanã ſeruandã de mea uoto

FINIS.


T.Liuii patauini Decades expliciunt.Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum:ſumma cura & diligenti ſtudio Impreſſæ.Anno ab Incarnatione domini.M.cccc.xcv.iii.nonas nouembris.Imperante Sereniſſimo Auguſtino Barbadico Venetiarum duce fœliciſſimo.

Regiſtrum huius operis.

A
T.Liuii dec.
teriæ:par
urbi addidit
duo noui
a
Socio populi
natuſq; ſub
pyrius carbo
C.Gabinius
b
M.An.Sab.
quit uia per
c
T.Liuii
uaſte tum in
ex compoſito
tribus cum ad
d
ens armis
preſſerat
forte potãtibus
tu rebuſq;
e
naues pro bo.
xus inde
cum pugnatu
pugnare
f
opus eſſe reip.
dat hoſtium
feſſus impe.
conſulendo
g
bunos:orare
licet.Si hæc
agro aſignan.
q; acies inter.
h
ne intercepto
tentia ſenatus
ſules:neq;
bus cum ampli.
i
grantes ira
randoq;
triunphum
Quæ ab con.
k
id non ui.
obſideri cœptæ
ius:& lege
na miſeria
l
Nõ factionibus
critate per
uires defect.
cum conſulis
m
eoq; extemplo
priuatum
tinus pgerent
poſiti pene
pergit ubi
n
ſulem armatiq;
loris dedicaret
ra factum
licitatos eſſe
inde ſuggeram
A
T.Liuii
ſum ex uacceis
gua pacis
a'qbus benigne
B
ubi ad equites
lia hoſtium
dius oſtende.
Solem in curia
C
rum ille con
lis hiſpaniſq;
nores habiti
bus uiris
D
hoſtium in
bis e media
Mãmula ex
poſtremo
E
bes proceſſit
Sopatro mã.
omnia cum eis
tus fuiſſe
F
templo ad
buſq; armorum
Certus utrũ
nas naues
G
modo mentem
integram
poſſet:claſſi
lo contegerẽt
H
modico Mu.
mo quoq;
eſſe:uel Anni.
balem auctor
I
reduxit.
rant loco.
cum decemmil.
bus ſis
K
Collato pede
te collega
affricam ut
ex.S.C.
L
riis Scipio
aripuit
plum habe.
contendit
inſignem
aa
T.Liuii
De auxilio
pitũ ingentem
tus ſed ex
bb
conſules
imperarent
leriam eſt
nit in mentem
cc
recipiebant
in quamq;
erumpentibus
m duorum
dd
tie.M.Por.
quineapo.
regem helleſ.
poſtremos
ee
eo q; accepta
liberare
duas ſimul
batur uẽturum
ff
nius purpura
medio forte
in præſentia
ſed circũito
gg
ad frumentum
Ad euballum
ſupererat
maritimum
hh
quot non
Succeſſor
naculum
nouas ex
ii
deinde fractis
Ver pcelloſum
cecinerim
& metus
FINIS.



BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań



BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU